8
8 M
33

Tomo Unico
L:H:o6-17:2

XVL25

Digitized by Google

Digitized by Google

HABERTVS
DE GRATIA
EX PP. GRÆCIS.

Digitized by Google


THEOLOGIÆ GRÆCOR. PATRVM VINDICATÆ CIRCA VNIVERSAM MATERIAM GRATIÆ

CVM PERPETVA COLLATIONE SCRIPTVRÆ, CONCILIORVM, DOCTRINÆ S. AVGVSTINI, S. THOMÆ, ET SCHOLÆ SORBONICÆ.

LIBRI TRES.

Reuer. in Chr. P. ISAACI HABERTI Epiſcopi & Comitis Vabrenſis, Doctoris Sorbonici, Regi à ſanctioribus Conſilijs & Concionibus Ordinarij.

OPERIS NOVI ATQVE HACTENVS INTENTATI SPECIMEN, ERVDITIORIBVS THEOLOGIS AD PERFECTIONEM ADIICIENDAM ab Auctore Propoſitum: Græca teſtimonia Latine reddita: Methodus Scholæ ſeruata; Indices locupletiſſimi.



PARISIIS,
Sumptibus SIMEONIS PIGET, viâ Iacobæâ, ad inſigne Fontis.
M. DC. XLVII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

VERBO GRATIÆ DEI.

PAVLVS ACTOR. CAP. XX.

HOC QVICQVID EST OPERIS RELIGIONIS ET PIETATIS CAVSSA SVSCEPTVM, ECCLESIÆ SANCTÆ, CATHOLICÆ, APOSTOLICÆ ET ROMANÆ IVDICIO AVCTOR EX ANIMO SVMMITTIT.

Caput XVII. neceſſitas auxiliorum gratiæ ad præcepta naturalia in lege ac ſtatu naturæ corruptæ exſequenda ex mente Græcorum Patrum S. Auguſtini, S. Thomæ ac Theologiæ Sorbonicæ. 88
Caput XVIII. Gratia in legis naturæ ſtatu corrupto reuera exhibita. 92
Caput XIX. In lege Moſaica nihil gratiæ repugnans à Deo datum factumve eſſe. 95
Caput XX. Gratia tempore legis Moſaicæ hominibus ſub ea viuentibus reapſe conceſſa. 99
Caput XXI. Vis & vbertas gratiæ in lege noua. 103
Caput XXII. Mereri vitam æternam ſine gratia nemo poteſt, ad artic. 5. S. Thomæ qu. CIX. 105
Caput XXIII. Præparatio ad gratiam abſque gratiæ auxilio, impoſſibilis S. Tho. 12. qu. 109. art. 6. 107
Caput XXIV. De vulgari illo effato: Facienti quod in ſe eſt Deus non denegat gratiam, nec non de mente S. Chryſoſtomi circa initium ſalutis & præparationis ad gratiam. 112
Caput XXV. Quod homo non poſſit à peccato reſurgere, ſine auxilio gratiæ S. Thom. 2. ſecu. qu. 109. art. 7. 122
Caput XXVI. Homo non poteſt à peccato abſtinere præſertim in tentatione ſine auxilio gratiæ, S. Thom. 1. 2. qu. 109. art. 8. 127
Caput XXVII. Ad illum S. Thomæ art. vtrum ille qui conſecutus eſt gratiam per ſeipſum, bonum operari & vitare peccatum poſſit abſque auxilio gratiæ qu. 109. art. 9. Collatio doctrina S. Auguſtini & Græc. PP. 135
Caput XXVIII. Perſeuerantiam à diuinæ gratiæ auxilio ſpeciali pendere Græci Patres profitentur ad art. 10. S. Thom. qu. 109. 141

LIBER SECVNDVS.

DE GRATIÆ EFFICACIA, SPECIEBVS ET EFFECTIS.

Caput I. In quo paucis agitur de arbitrij humani libertate ad operationem gratiæ præſuppoſita, tam apud Latinos Patres quam apud Theologos Latinos. 145
Caput II. De gratia operante à Græcis Patribus agnita & celebrata. 161
Caput III. Gratia operans Theologiæ Græcorum Patrum notiſſima. 172
Caput IV. Gratia excitans & adiuuans Græcis Patribus innotuit. 179
Caput V. Gratia vocans, præueniens, concomitans & ſubſequens, Græcis Patribus nota, commendata. 189
Caput VI. Diuiſio gratiæ in ſufficientem & efficientem ex S. Patribus Latinis & Græcis, S. Thoma cæteriſque Theologis tractatur. 194
Caput VII. In quo ſcripturæ teſtimonia quæ à Doctoribus Scholaſticis ad gratiam ſufficientem comprobandam afferri ſolent, SS. Patrum Græcorum & Latinorum expoſitione illuſtrantur. 199
Caput VIII. De origine Gratiæ ſufficientis inefficacis, ac primo de voluntate Dei, qua ratione Deus ſaluos fieri omnes velit. 206
Caput IX. De altero fonte Gratiæ ſufficientis Chriſti morte & omnium hominum per illam redemptione, ſententia Græcorum Patrum S. Auguſtini, S. Thomæ & Scholæ Sorbonicæ collata. 218

Caput X. Auxilium Gratiæ ſufficientis quomodo datur pueris ſine baptiſmo pereuntibus, quomodo etiam infidelibus, opinione probabiliori. 229
Caput XI. Gratia ſufficiens an obduratis & obcæcatis à Deo detur. 237
Caput XII. Auxilium Gratiæ ſufficientis ad exſequenda præcepta, peccatumque in tentatione deuitandum, omnibus fidelibus adultis concedi, Latini ex ſcripturis, & Græci Patres docent. 247
Caput XIII In quo Lutheri, Caluini, Chamieri, Junij, Molinæi aliorumque Heterodoxorum obiectiones contra Gratiæ ſufficientis vel inefficacis principia & concluſiones orthodoxas ex Sanctorum Patrum Græcorum & Latinorum authoritate & certiſſimis argumentis euertuntur. 257
Caput XIV. In quo demonſtratur Gratiæ ſufficientis ereptione, ſeu negatione Deum nunquam deſerere, niſi prius ab hominine deſeratur. 278
Caput XV. In quo declaratur Gratiam ſufficientem eſſe Gratiam piæ diſpoſitionis ad efficacem. 288
Caput XVI. de Gratia efficaci ex Patrum Græcorum, S. Auguſtini & S. Thomæ doctrina. 296
Caput XVII. Gratiæ efficacia cum hominis libertate à neceſſitate vindicatur ex Græcis Latiniſque Patribus. 300
Caput XVIII. Effectus Gratiæ à Deo & à libera voluntate ſimul. 309
Caput XIX. In quo hæreticorum Gratiæ vtriuſque actualis ſufficientis & efficacis hoſtium extrema oppugnatio euertitur & profligatur. 318
Caput XX. De Gratiæ gratis datæ definitione & diuiſione, ad qu. cxi. S. Thomæ art. iv. 319
Caput XXI. De Gratiæ gratis datæ ſpeciebus ad plenitudinem ſcientiæ. 336

LIBER TERTIVS.

DE GRATIA HABITVALI, EIVSQVE EFFECTIS, Iuſtificatione & Merito.

Caput I. Gratiæ habitualis ſanantis, gratum facientis, ſanctificantis, iuſtificantis nomenclatura, notiônes ac elogia apud Patres Græcos Latinis Patribus, S. Thomæ & Scholæ Sorbonicæ collatos. 345
Caput II. Gratia habitualis differt ab habitu charitatis: illa in anima ſubſtantia, hæc in voluntate ſedem habet: doctrina ſanctorum Patrum & S. Thom. 355
Caput III. De Gratiæ habitualis cauſis & productione ex SS. Patrum doctrina. 362
Caput IV. In quo demonſtratur gratiam ſanctificantem gradibus quibuſdam conſtare, inæqualem eſſe, augeri poſſe, minui non poſſe ex Doctrina SS. Patrum ſcripturis innixa. 367
Caput V. De interitu Gratiæ: oſtenditur contra hæreticos gratiam ſanctificantem & iuſtitiam per peccatum amitti poſſe. 376
Caput VI. De Iuſtificationis nomine & definitione. 386
Caput VII. De virtutibus & donis cum Gratia in iuſtificatione infuſis, ex Patrum Græcorum Doctrina Scholæ collata. 400
Caput VIII. De diſpoſitionibus ad iuſtificationem quæ adultis neceſſariæ ſunt, ac 1. de motu fidei. 405

Caput IX. *In quo oſtenditur ſolam fidem non ſufficere ad integram iuſtificationem, ex Doctrina Patrum Grecorum.* 409
Caput X. *De Motu liberi arbitrij à Gratia excitati & de actibus Pœnitentiæ ad iuſtificationem diſponentibus.* 418
Caput XI. *De certitudine Iuſtificationis ex mente Grecorum Patrum.* 426
Caput XII. *De Confirmatione in Gratia.* 432
Caput XIII. *De altero gratiæ ſanctificantis & habitualis effectu, nempe merito, ex Patribus Grecis.* 437
Caput XIV. *De conditionibus ad meritum neceſſarijs.* 445
Caput XV. *De his quæ in vtrumque meritum cadunt: nec non de meritorum interitu & reuiuiſcentia.* 451

EXTRAICT DV PRIVILEGE du Roy.

PAR Grace & Priuilege du Roy, il eſt permis à Meſſire ISAAC HABERT, Eueſque & Comte de Vabres, de faire imprimer par tel Libraire ou Imprimeur que bon luy ſemblera, vn Liure qu'il a composé, outre beaucoup d'autres, intitulé, *Theologiæ Græcorum Patrum de Gratia, &c.* pour le temps & eſpace de dix ans, finis & accomplis, à compter du iour qu'il ſera acheué d'imprimer, & deffenſes ſont faites à toutes perſonnes Eſtrangeres & autres, de quelque qualité & condition qu'ils ſoient, d'imprimer, faire imprimer, ou mettre en vente ledit Liure pendant ledit temps, & ſoubs pretexte de fauſſes marques, ſuppoſitions de noms, diminutions, augmentations, corrections, ou autrement, ſans le conſentement dudit ſeigneur Eueſque, ou de ceux qui auront charge de luy, à peine de quinze cens liures d'amende, & de tous deſpens, dommages & intereſts. DONNÉ à Paris, ce douzieſme iour de Nouembre 1645. Et de noſtre Regne le troiſieſme.

Par le Roy en ſon Conſeil.

Signé CEBERET.

Ledit Seigneur Eueſque & Comte de Vabres, a cedé, quitté & tranſporté le preſent priuilege cy-deſſus, au Sieur Simeon Piget, Marchand Libraire à Paris, pour en iouyr & vſer en ſon lieu & place, à Paris le 25. Auril 1646.

Acheué d'imprimer pour la premiere fois le 2. Iuillet 1646.

Typographi vel ſcribæ Errata quæ in culpam Auctoris ab imperitis aut æmulis nunc trahuntur, ſic ante omnia Emendabis, humane Lector.

PAg. 3. lin. 10. quam lege quem. P. 25. 18. Chriſtum l. Chriſtus. P. 38. 3. ſine l. ſcire. p. 48. φαρμάχον, l. φάρμακον. p. 58. 23. 18. fuerit l. abfuerit. 73. 41. D. Deo. p. 88. 26 per ſe aiunt, dele & l. vt poſſit. p. 90. efficit l. officit. p. 125. errori l. erroris. p. 157. 37. poſt, l. pro. p. 162. ſimplicique l. ſimplicitas. p. 162. 18. domum l. donum p. 177. pereque l. peregrè. p. 179. 36. Cooperans l. operans p. 198. 19. Quarta l. tertia. p. 200. 24. eſt l. id eſt. p. 207. 1. l. עוֹן. p. 283. 38. ſapore l. ſopore. p. 122. 23. cenſiuis l. cenſuris p. 222. 2. fons l. fauet. p. 225. 8. aeceſſiſſet l. accerſiſſet p. 226. 1. tremi l. te emi. p. 232. leuioris l. leuiores. ib. lin. 13. ſed l. ſicut. p. 233. 2. l. illucentis rationis. p 238. 9. l. ingrauauit cor. p. 254. 35. l. iudicetur. p. 293. 15. dicite, l. dicere. 305. 1. l. vocatio. 306. 1. l laudis. p. 307. 10. l. homini p. 313. ſpes l. ſtet. p. 326. 43. l. vtraque p. 327. 1. l. vultis. p. 339. 23. l. confirmationem. p. 341. 39. pax l. par. p. 342. 19. l σωματικῶν. p. 342. 26. d. & 349. 30. deo l. det. 370. 9. l. ſubueni. 375. 21. l. meretur. 387. 1. l. ex Deo. p. 399. vt in, l. non vt in. p. 412. 40 adde, non. p. 414. 47. fidei l. fides. 416. 29. l. ſalus. 422. 15. l. cicatrices. & 27. l. contritioni. p. 438. 30. bonus l. bonum. 446. 24. l. illic.

Digitized by Google

BASILIVS MAGNVS.

HOM. XXIX.

THN τῶν Πατέρων πίστιν μεταδιώκω. ἐν τῇ αὐτῇ πληροφορίᾳ καὶ οἱ μάρτυρες ἐνταῦθα κείμενοι τῶν στεφάνων ἠξιώθησαν. τοῦτο τοίνυν ἔγκλημά μοι. Id eſt. Patrum fidem proſequor. In hac certitudine etiam ipſi Martyres qui hîc ſiti ſunt, adepti ſunt coronas. Hoc itaque nomine me accuſa.

S. GREGORIVS NYSSENVS.

ORAT. III. IN EVNOMIVM.

APKEI εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἡμετέρου λόγου τὸ ἔχειν πατρόθεν ἥκουσαν πρὸς ἡμᾶς τὴν παράδοσιν, οἷόν τινα κλῆρον δι' ἀκολουθίας ἐκ τῶν Ἀποστόλων διὰ τῶν ἐφεξῆς ἁγίων παραπεμφθέντα. οἱ δὲ πρὸς τὴν καινότητα τούτων μεταθέντες τὰ δόγματα, πολλῆς ἂν δέοιντο τῆς ἐκ τῶν λογισμῶν συμμαχίας, εἰ μέλλοιεν μὴ τοὺς κονιορτώδεις τῶν ἀνθρώπων καὶ εὐριπίστους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐμβριθεῖς τε καὶ βεβηκότας ταῖς διανοίαις προσάγεσθαι. Id eſt. Sufficit ad ſermonis noſtri demonſtrationem quod à Patribus venientem ad nos traditionem habeamus, velut hereditatem quamdam per ſucceſſionem ex Apoſtolis per Sanctos ſequentes tranſmiſſam. Qui autem ad nouitatem dogmata tranſmutant, multis indigerent ratiocinationum auxiliis, ſi non ſolùm eos qui pulueris ac Euripi inſtar ſunt mobiles, ſed etiam graues ac propoſiti tenaces, ad ſuam ſententiam adducturi eſſent.

S. HIERONYMVS.

IN EPITAPHIO PAVLÆ.

DOCEO *quod didici, non à me ipſo, id eſt à præſumptione peſſimo præceptore, ſed ab* ILLVSTRIBVS *Eccleſiæ viris.*

S. AVGVSTINVS.

LIB. DE BONO PERSEVERANTIÆ,

POST LAVDATOS PATRES.

NEMINEM *velim ſic amplecti omnia mea vt me ſequatur, niſi in ijs in quibus me non errare perſpexerit. Nam propterea nunc facio libros de quibus opuſcula mea retractanda ſuſcepi, vt nec meipſum in omnibus ſecutum eſſe demonſtrem, ſed proficienter me exiſtimo Deo miſerante ſcripſiſſe, non tamen à perfectione cœpiſſe: quandoquidem arrogantiùs loquor quàm veriùs, ſi vel nunc dico me ad perfectionem, ſine vllo errore ſcribendi, iam in iſta ætate veniſſe, &c.*

ISAACII HABERTI
EPISCOPI VABRENSIS,
THEOLOGIÆ GRÆCORVM PATRVM Vindicatæ, circa vniuerſam materiam Gratiæ.

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Præfatio de præſtantiâ Græcorum Patrum in rebus Theologicis, Latinis etiam agnitâ, laudatâ.

SVMMA CAPITIS.

I. *Conſilium Auctoris & occaſio ſcribendi.*

II. *Græcæ Eccleſiæ priſcæ commendatio.*

III. *SS. Cypriani, Hilarij, Hieronymi, Auguſtini, de Græcis Patribus honorifica teſtimonia.*

IV. *SS. Pontificum Elogia.*

V. *Conciliorum.*

VI *Aliorum non pœnitenda iudicia.*

I.

ECCLESIÆ & Cœlo in plurimis eximiè conuenit.
Vtrique rerum orbi duplex hemiſphærium : ſuus
vertex, ſua cuique ſublimitas, propria ſidera,
ſingulares ornatûs. In regione Eccleſiæ Orien-
talis ſplenduerunt etiam Aſtra matutina Deum
laudantia : ſtellæ manentes in ordine & curſu Iob. 38.
ſuo pugnantes aduerſus Siſaram : quarum loco, tametſi modò nu- Iud.c. 5.
bem is obduxerit, qui cum lubet, ignes cœli facit nigreſcere : Ve-
terum tamen luminum ſplendor lucem Dei inacceſſibilem ſemel
aſſecutus, deficere aut laborare nunquam poteſt. Vnde cum bea- Eze. h. 32
tas illas animas cœlo dudum receptas ac firmamento velut infixas,
contemptu & maledicentiâ quorumdam tanquam incantatione 1. Tim. 6.
tentari, cum Athanaſios, Baſilios, Gregorios, Chryſoſtomos vi-

Digitized by Google

lib. 1. Inſtit. cap. 1. deo in ius trahi, erroriſque damnari: frontem adeò periiſſe de rebus non ſolùm indignor, ſed etiam obſtupeſco.

Scribere quidem auſus erat ſæculi ſuperioris Hæreſiarcha. *Græcos Patres præ aliis, atque inter eos ſingulariter Chryſoſtomum, in extollendâ humanæ voluntatis facultate modum exceſſiſſe.* Et hoc dignum tanti Paradogmatiſtæ modeſtiâ iudicatum eſt. Verum doleo aliquid indignius ætatem noſtram audiiſſe ab nupero Theologorum Cenſore, cuius nomen ac liber intempeſtiuus, etſi præter Auctoris animum, exitioſiſſimam paulatim ſectam parit. Scripſit enim hic, *Arcaniſſimorum Gratiæ fundamentorum in Græcorum ſcriptis Patrum, ne vllum quidem veſtigium videre licet: facillimumque eſt vniuerſam Semipelagianorum hæreſim ex Origene & cæteris Græcis ſtabilire.* Quibus profectò verbis vix quicquam grauius & atrocius de ipſis Heterodoxorum operibus dici queat; miror ea impunè hactenus in Græcos Patres cótorta, quorum Gloriæ tot ſudoribus, pugnis atque martyriis, ſic etiam vigiliis & lucubrationibus partæ, nemo vnquam antea niſi profanus aduerſari, niſi perduellionis in fidem reus obtrectare auſus eſt. Aſperſam illis maculam eluere cum cœpiſſem in Eccleſiæ Pariſienſis ſuggeſtu, quem ego tum Presbyter Canonicus ac Theologus occupabam, fecit Catholicorum approbatio vt animus ab incœptis creſceret: atque inde integro DE GRATIA tractatu ſuſcepto, totius Græcorum patrum agminis euocandas copias, vireſque in vnum cogendas duxi.

1. procœmiali. cap. 17.

lib. parallel. not. 76.

Sectariorum aliquis vernaculus, aut potius concilium malignantium, edito contra Orthodoxos, Apologiæ in ſpeciem volumine, in quo mendaciorum vberras cum intemperantiâ conuiciorum certat, me ab inſtituto decernendum putauit. Sed fruſtra: vt enim cum diuino loquar Apoſtolò, *non facio animam meam pretioſiorem quàm me, dummodo ego conſummem curſum meum & miniſterium verbi quod accepi à Domino Ieſu teſtificari Euangelium* GRATIÆ DEI. Non eſt mei tamen conſilii vmbras iſtas ſponte fugientes perſequi, aut cum laruatis aggreſſoribus manum iterum ac iterum conſerere; impar enim congreſſus, & inane pugnæ ſimulacrum eſt. Neque me iſtud ſpectaculi debere arbitror otioſis ac imperitis, quorum illi tantùm auram captant & arbitrium eblandiuntur. Bonam igitur vtriſque mentem precor; prætermiſsâ contentione, ſolius doctrinæ vindicias perago: contra neminem, pro veritate ſcribo, quæ ſola per ſe quamprimùm emicabit hoſtibus ſuis ſi non perſonam, ſaltem audaciam detractura eſt, aut quod optabilius, errorem.

Act. 20.

II.

Hinc igitur ordior, auctore Deo fretus, ab Eccleſiæ Græcæ commendatione, in quâ multo plura præterlabi quam commemorare neceſſe erit; Non enim ego dicam, quod omnes probè ſciunt, linguâ Græcâ conſcriptum, maximam partem, Euangelium. Sileo Apoſtolos eoque titulo præfulgentem Paulum, Græcis quoque debitorem, pluribus Eccleſiis Græcè loquentibus, eodem idiomate ſcripſiſſe, iiſque Græcos & Auditores & Adiutores ſuos plurimos commendaſſe. Non prædico ſeptem Eccleſias illas Græcas ſeptem Candelabris in A-

Tertullianus lib. de Præſc.

pocalypſi deſignatas: complures alias Apoſtolicas in Græciâ ab Apoſtolis vel Apoſtolicis viris conditas, de quibus Tertullianus qui etiam pleraque Græcè ſcripſit, ad quem vſque pauci Eccleſiæ ſcriptores præterquam Græci floruerunt. Concilia octo Græca inter Oecumenicas Synodos antiquiora prætermitto. Sex & decem, vſque ad Alexandrum V. Romanos Pontifices natione Græcos non recenſeo, quorum inauguratio ſacroſanctum vtriuſque Eccleſiæ fœdus inſtaurauit, quod his porrò temporibus in officioſi homines conantur abrumpere. Omnia, inquam, hæc prætereo lubens: nimirùm, vt quoniam ſcriptorum non Eccleſiarum caput petitur, quale de ſcriptoribus Græcis iudicium Latini tulerint, æmulos aut ignaros obtrectatores ampliùs non lateat.

III.

Adducerem inter primos B. CYPRIANVM, niſi meritò ſuſpectus eſſet ob Erroris ſui præſidium à Græcis quibuſdam Epiſcopis quæſitum, vt ex Epiſtolâ Firmiliani Cæſareæ Epiſcopi ad Cyprianum intelligitur: hoc tamen addere non grauabor, Græcos illos præſules eum errorem quam ab Africanis vt veriſimile eſt hauſerant, primos eiuraſſe, vt teſtatur Epiſtola Dionyſij Alex. ad Stephanum apud Euſebium & Nicephorum, necnon ● Auguſtinus libro. III. contra Creſconium. SS. Cypriani, Hilarij, Hieron. & Auguſtini teſtimonia. Familian. ex index epiſt. Cyp. 75. Euſeb lib. 7. hiſt. Eccl. & Niceph. lib. 6. cap. 7.

Veniamus ergo ad Galliæ noſtræ decus B. HILARIVM libro de Synodis aduerſus Arianos: Probat ille vehementer Orientalium qui Græcè ſcripſerunt, Epiſcoporum Reſponſiones: earum cupit. *Virtutem & rationem abſolutius noſci, quibus ſtudii fuit vt fundum intelligentiæ ſuæ ſenſum omnibus hæreticorum artibus contrairent.* Et poſtea. *Reliquus mihi ſermo ad ſanctos viros Orientales Epiſcopos dirigendus eſt* &c. *O ſtudioſi tandem Apoſtolicæ atque Euangelicæ doctrinæ viri, quos fidei calor in tantis tenebris hæreticæ noctis accendit. Quantam ſpem reuocandæ veræ fidei attuliſtis, conſtanter audacis perfidiæ impetum retundendo* At tandem Verba ſubiicit quæ vtinam Caluinus & Caluini in committendis Patribus imitatores ſedulo perdidiciſſent. *Cogitemus tot ſacerdotes ſanctos & iam quieſcentes. Quid de nobis Dominus iudicabit, ſi nunc anathematizantur à nobis? &c. Pium eſt quod volumus. Nec damnemus* PATRES, *ne animemus* HÆRETICOS: *ne dum hæreſim expellimus, nutriamus.* Legi poſſunt libri Apologetici Luciferi Caralitani Epiſcopi pro S. Athanaſio aduerſus Conſtantium tom. IX. Bibl. PP. Quantùm B. Ambroſio placuerit S. Baſilius nemo qui vtriuſque opus in hexameron legerit, ex me ſcire deſideret. Otioſum eſſet conferre propè innumera, quæ Sanctus Hieronymus Græcè doctiſſimus de variis Græcorum operibus honorificè ſcripſit. Vnus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis commentarius perluſtrari poteſt in quo multò plurium Græcorum quàm Latinorum elogia contexit: quorum omnium inſtar eſto Gregorii Nazianzeni, de quo & in aliis perſæpe locis, illud tam magnificè decantat *Gregorius Nazianzenus Epiſcopus Vir Eloquentiſſimus, Præceptor meus, quo Scripturas explanante didici &c.* Idem apol. in Rufin. *Gregorius vir Eloquentiſſimus qui ſui apud* S. Hilar. lib. de Synodis. Hilar. ibid. ad fin. S. Hieronymus l. de ſcrip. Eccleſ.

Caput XVII. *neceſſitas auxiliorum gratiæ ad præcepta naturalia in lege ac ſtatu naturæ corruptæ exſequenda ex mente Græcorum Patrum S. Auguſtini, S. Thomæ ac Theologiæ Sorbonicæ.* 88

Caput XVIII. *Gratia in legis naturæ ſtatu corrupto reuera exhibita.* 92

Caput XIX. *In lege Moſaïca nihil gratiæ repugnans à Deo datum factumve eſſe.* 95

Caput XX. *Gratia tempore legis Moſaïcæ hominibus ſub ea viuentibus reapſe conceſſa.* 99

Caput XXI. *Vis & vbertas gratiæ in lege noua.* 103

Caput XXII. *Mereri vitam æternam ſine gratia nemo poteſt, ad artic. 5. S. Thomæ qu.* CIX. 105

Caput XXIII. *Præparatio ad gratiam abſque gratiæ auxilio, impoſſibilis S. Tho. 12. qu. 109. art. 6.* 107

Caput XXIV. *De vulgari illo effato: Facienti quod in ſe eſt Deus non denegat gratiam, nec non de mente S. Chryſoſtomi circa initium ſalutis & præparationis ad gratiam.* 112

Caput XXV. *Quod homo non poſſit à peccato reſurgere, ſine auxilio gratiæ S. Thom. 2. ſecu. qu. 109. art. 7.* 122

Caput XXVI. *Homo non poteſt à peccato abſtinere præſertim in tentatione ſine auxilio gratiæ, S. Thom. 1. 2. qu. 109. art. 8.* 127

Caput XXVII. *Ad illum S. Thomæ art. vtrum ille qui conſecutus eſt gratiam per ſeipſum, bonum operari & vitare peccatum poſſit abſque auxilio gratiæ qu. 109. art. 9. Collatio doctrinæ S. Auguſtini & Græc. PP.* 135

Caput XXVIII. *Perſeuerantiam à diuinæ gratiæ auxilio ſpeciali pendere Græci Patres profitentur ad art. 10. S. Thom. qu. 109.* 141

LIBER SECVNDVS.

DE GRATIÆ EFFICACIA, SPECIEBVS ET EFFECTIS.

Caput I. *In quo paucis agitur de arbitrij humani libertate ad operationem gratiæ præſuppoſita, tam apud Latinos Patres quam apud Theologos Latinos.* 145

Caput II. *De gratia operante à Græcis Patribus agnita & celebrata.* 161

Caput III. *Gratia operans Theologiæ Græcorum Patrum notiſſima.* 172

Caput IV. *Gratia excitans & adiuuans Græcis Patribus innotuit.* 179

Caput V. *Gratia vocans, præueniens, concomitans & ſubſequens, Græcis Patribus nota, commendata.* 189

Caput VI. *Diuiſio gratiæ in ſufficientem & efficientem ex S. Patribus Latinis & Græcis, S. Thoma cæteriſque Theologis tractatur.* 194

Caput VII. *In quo ſcripturæ teſtimonia quæ à Doctoribus Scholaſticis ad gratiam ſufficientem comprobandam afferri ſolent, SS. Patrum Græcorum & Latinorum expoſitione illuſtrantur.* 199

Caput VIII. *De origine Gratiæ ſufficientis inefficacis, ac primo de voluntate Dei, qua ratione Deus ſaluos fieri omnes velit.* 206

Caput IX. *De altero fonte Gratiæ ſufficientis Chriſti morte & omnium hominum per illam redemptione, ſententia Græcorum Patrum S. Auguſtini, S. Thomæ & Scholæ Sorbonicæ collata.* 218

Caput X. Auxilium Gratię ſufficientis quomodo datur pueris ſine baptiſmo pereuntibus, quomodo etiam infidelibus, opinione probabiliori. 229
Caput XI. Gratia ſufficiens an obduratis & obcæcatis à Deo detur. 237
Caput XII. Auxilium Gratiæ ſufficientis ad exſequenda præcepta, peccatumque in tentatione deuitandum, omnibus fidelibus adultis concedi, Latini ex ſcripturis, & Græci Patres docent. 247
Caput XIII In quo Lutheri, Caluini, Chamieri, Junij, Molinæi aliorumque Heterodoxorum obiectiones contra Gratiæ ſufficientis vel inefficacis principia & concluſiones orthodoxas ex Sanctorum Patrum Græcorum & Latinorum authoritate & certiſſimis argumentis euertuntur. 257
Caput XIV. In quo demonſtratur Gratię ſufficientis ereptione, ſeu negatione Deum nunquam deſerere, niſi prius ab homine deſeratur. 278
Caput XV. In quo declaratur Gratiam ſufficientem eſſe Gratiam piæ diſpoſitionis ad efficacem. 288
Caput XVI. de Gratia efficaci ex Patrum Grecorum, S. Auguſtini & S. Thomæ doctrina. 296
Caput XVII. Gratię efficacia cum hominis libertate à neceſſitate vindicatur ex Græcis Latiniſque Patribus. 300
Caput XVIII. Effectus Gratię à Deo & à libera voluntate ſimul. 309
Caput XIX. In quo hæreticorum Gratiæ vtriuſque actualis ſufficientis & efficacis hoſtium extrema oppugnatio euertitur & profligatur. 318
Caput XX. De Gratiæ gratis datæ definitione & diuiſione, ad qu. cix. S. Thomæ art. iv. 319
Caput XXI. De Gratię gratis datæ ſpeciebus ad plenitudinem ſcientiæ. 336

LIBER TERTIVS.

DE GRATIA HABITVALI, EIVSQVE EFFECTIS, Iuſtificatione & Merito.

Caput I. Gratiæ habitualis ſanantis, gratum facientis, ſanctificantis, iuſtificantis nomenclatura, notiones ac elogia apud Patres Græcos Latinis Patribus, S. Thoma & Schola Sorbonicæ collatos. 345
Caput II. Gratia habitualis differt ab habitu charitatis: illa in anima ſubſtantia, hęc in voluntate ſedem habet: doctrina ſanctorum Patrum & S. Thom. 355
Caput III. De Gratiæ habitualis cauſis & productione ex SS. Patrum doctrina. 362
Caput IV. In quo demonſtratur gratiam ſanctificantem gradibus quibuſdam conſtare, inęqualem eſſe, augeri poſſe, minui non poſſe ex Doctrina SS. Patrum ſcripturis innixa. 367
Caput V. De interitu Gratiæ: oſtenditur contra hæreticos gratiam ſanctificantem & iuſtitiam per peccatum amitti poſſe. 376
Caput VI. De Iuſtificationis nomine & definitione. 386
Caput VII. De virtutibus & donis cum Gratia in iuſtificatione infuſis, ex Patrum Gręcorum Doctrina Scholę collata. 400
Caput VIII. De diſpoſitionibus ad iuſtificationem quæ adultis neceſſariæ ſunt, ac 1. de motu fidei. 405

Digitized by Google

Caput IX. *In quo oſtenditur ſolam fidem non ſufficere ad integram iuſtificationem, ex Doctrina Patrum Gręcorum.* 409
Caput X. *De Motu liberi arbitrij à Gratia excitati & de actibus Pœnitentiæ ad iuſtificationem diſponentibus.* 418
Caput XI. *De certitudine Iuſtificationis ex mente Gręcorum Patrum.* 426
Caput XII. *De Confirmatione in Gratia.* 432
Caput XIII. *De altero gratiæ ſanctificantis & habitualis effectu, nempe meritò, ex Patribus Gręcis.* 437
Caput XIV. *De conditionibus ad meritum neceſſarijs.* 445
Caput XV. *De his quæ in vtrumque meritum cadunt: nec non de meritorum interitu & reuiuiſcentia.* 451

EXTRAICT DV PRIVILEGE du Roy.

PAR Grace & Priuilége du Roy, il eſt permis à Meſſire ISAAC HABERT, Eueſque & Comte de Vabres, de faire imprimer par tel Libraire ou Imprimeur que bon luy ſemblera, vn Liure qu'il a composé, outre beaucoup d'autres, intitulé, *Theologiæ Græcorum Patrum de Gratia, &c.* pour le temps & eſpace de dix ans, finis & accomplis, à compter du iour qu'il ſera acheué d'imprimer, & deffenſes ſont faites à toutes perſonnes Eſtrangeres & autres, de quelque qualité & condition qu'ils ſoient, d'imprimer, faire imprimer, ou mettre en vente ledit Liure pendant ledit temps, & ſoubs pretexte de fauſſes marques, ſuppoſitions de noms, diminutions, augmentations, corrections, ou autrement, ſans le conſentement dudit ſeigneur Eueſque, ou de ceux qui auront charge de luy, à peine de quinze cens liures d'amende, & de tous deſpens, dommages & intereſts. DONNÉ à Paris, ce douzieſme iour de Nouembre 1645. Et de noſtre Regne le troiſieſme.

Par le Roy en ſon Conſeil.

Signé CEBERET.

Ledit Seigneur Eueſque & Comte de Vabres, a cedé, quitté & tranſporté le preſent priuilege cy-deſſus, au Sieur Simeon Piget, Marchand Libraire à Paris, pour en iouyr & vſer en ſon lieu & place, à Paris le 25. Auril 1646.

Acheué d'imprimer pour la premiere fois le 2. Iuillet 1646.

Typographi vel ſcribæ Errata quæ in culpam Auctoris ab imperitis aut æmulis nunc trahuntur, ſic ante omnia Emendabis, humane Lector.

PAg. 3. lin. 10. quam lege quem. P. 25. 13. Chriſtum l. Chriſtus. P. 38. 3. ſine l. ſcire. p. 48. σεσμαχοι, l. σεφμακοι. p. 58. 23. 18. fuerit l. abfuerit. 73. 41. D. Deo. p. 88. 26. per ſe aiunt, dele & l. vt poſſit. p. 90. efficit l. officit. p. 125. errori l. erroris. p. 157. 37. poſt, l. pro. p. 162. ſimpliciqne l. ſimplicitas. p. 162. 18. domum l. donum p. 177. pereque l. peregrè. p. 179. 36. Cooperans l. operans p. 198. 19. Quarta l. tertia. p. 200. 24. eſt l. id eſt. p. 207. 1. l. 310. p. 283. 38. ſapore l. ſopore. p. 122. 23. cenſiuis l. cenſuris p. 222. 2. fons l. fauet. p. 225. 8. acceſſiſſet l. accerſiſſet p. 226. 1. tremi l. te emi. p. 232. leuioris l. leuiores. ib. lin. 13. ſed l. ſicut. p. 233. 2. l. illucentis rationis. p 238. 9. l. ingrauauit cor. p. 234. 35. l. iudicetur. p. 291. 15. dicite, l. dicere. 305. 1. l. vocario. 306. 2. l laudis. p. 307. 10. l. homini p. 313. ſpes l. ſter. p. 326. 43. l. vtraque p. 327. 1. l. vultis. p. 339. 23. l. confirmationem. p 341. 39. pax l. par. p. 342. 19. l σημαντικῶ. p. 342. 26. d. & 349. 30. deo l. det. 370. 9. l. ſubueoi. 373. 21. l. meretur. 387. 1. l. ex Deo. p. 399. vt in, l. non vt in. p. 412. 40. adde, non. p. 414. 47. fidei l. fides. 416. 29. l. ſalus. 422. 15. l. cicatrices. & 27. l. contritioni. p. 438. 30. bonus l. bonum. 446. 24. l. illic.

BASILIVS MAGNVS.

HOM. XXIX.

THN τῶν Πατέρων πίστιν μεταδιώκω. ἐν τῇ αὐτῇ πληροφορίᾳ καὶ οἱ μάρτυρες ἐνταῦθα κείμενοι τῶν στεφάνων ἠξιώθησαν. τοῦτο τοίνυν ἐγκάλει μοι. Id eſt. Patrum fidem proſequor. In hac certitudine etiam ipſi Martyres qui hîc ſiti ſunt, adepti ſunt coronas. Hoc itaque nomine me accuſa.

S. GREGORIVS NYSSENVS.

ORAT. III. IN EVNOMIVM.

APKEI εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἡμετέρου λόγου τὸ ἔχειν πατρόθεν ἥκουσαν πρὸς ἡμᾶς τὴν παράδοσιν, ὥσπερ τινὰ κλῆρον δι' ἀκολουθίας ἐκ τῶν Ἀποστόλων διὰ τῶν ἐφεξῆς ἁγίων παραπεμφθέντα. οἱ δὲ πρὸς τὴν καινότητα ταύτην μετατιθέντες τὰ δόγματα, πολλῆς ἂν δέοιντο τῆς ἐκ τῶν λογισμῶν συμμαχίας, εἰ μέλλοιεν μὴ τοὺς κονιορτώδεις τῶν ἀνθρώπων καὶ εὐριπίστους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐμβριθεῖς τε καὶ βεβηκότας ταῖς διανοίαις προσαγάγεσθαι. Id eſt. Sufficit ad ſermonis noſtri demonſtrationem quod à Patribus venientem ad nos traditionem habeamus, velut hereditatem quamdam per ſucceſſionem ex Apoſtolis per Sanctos ſequentes tranſmiſſam. Qui autem ad nouitatem dogmata tranſmutant, multis indigerent ratiocinationum auxiliis, ſi non ſolùm eos qui pulueris ac Euripi inſtar ſunt mobiles, ſed etiam graues ac propoſiti tenaces, ad ſuam ſententiam adducturi eſſent.

S. HIERONYMVS.

IN EPITAPHIO PAVLÆ.

DOCEO *quod didici, non à me ipſo, id eſt à præſumptione peſſimo præceptore, ſed ab* ILLVSTRIBVS *Eccleſiæ viris.*

S. AVGVSTINVS.

LIB. DE BONO PERSEVERANTIÆ, POST LAVDATOS PATRES.

NEMINEM *velim ſic amplecti omnia mea vt me ſequatur, niſi in ijs in quibus me non errare perſpexerit. Nam propterea nunc facio libros de quibus opuſcula mea retractanda ſuſcepi, vt nec meipſum in omnibus ſecutum eſſe demonſtrem, ſed proficienter me exiſtimo Deo miſerante ſcripſiſſe, non tamen à perfectione cœpiſſe: quandoquidem arrogantiùs loquor quàm veriùs, ſi vel nunc dico me ad perfectionem, ſine vllo errore ſcribendi, iam in iſta ætate veniſſe, &c.*

ISAACII HABERTI
EPISCOPI VABRENSIS,
THEOLOGIÆ GRÆCORVM PATRVM
Vindicatæ, circa vniuerſam materiam Gratiæ.

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Præfatio de præſtantiâ Græcorum Patrum in rebus Theologicis, Latinis etiam agnitâ, laudatâ.

SVMMA CAPITIS.

I.
Conſilium Auctoris & occaſio ſcribendi.

II.
Græcæ Eccleſiæ priſcæ commendatio.

III.
SS. Cypriani, Hilarij, Hieronymi, Augustini, de Græcis Patribus honorifica teſtimonia.

IV.
SS. Pontificum Elogia.

V.
Conciliorum.

VI
Aliorum non pœnitenda iudicia.

I.

ECCLESIÆ & Cœlo in plurimis eximiè conuenit.
Vtrique rerum orbi duplex hemiſphærium : ſuus
vertex , ſua cuique ſublimitas , propria ſidera ,
ſingulares ornatûs. In regione Eccleſiæ Orien-
talis ſplenduerunt etiam Aſtra matutina Deum
laudantia : ſtellæ manentes in ordine & curſu Iob. 38.
ſuo pugnantes aduerſus Siſaram : quarum loco, tametſi modò nu- Iud.c. 5.
bem is obduxerit, qui cum lubet, ignes cœli facit nigreſcere : Ve-
terum tamen luminum ſplendor lucem Dei inacceſſibilem ſemel
aſſecutus , deficere aut laborare nunquam poteſt. Vnde cum bea- Eze. h. 32
tas illas animas cœlo dudum receptas ac firmamento velut infixas,
contemptu & maledicentiâ quorumdam tanquam incantatione 1.Tim. 6.
tentari , cum Athanaſios , Baſilios , Gregorios , Chryſoſtomos vi-

lib. 1. Inſtit. cap. 1. deo in ius trahi, erroriſque damnari: frontem adeò periiſſe de rebus non ſolùm indignor, ſed etiam obſtupeſco.

Scribere quidem auſus erat ſæculi ſuperioris Hæreſiatcha. *Græcos Patres præ aliis, atque inter eos ſingulariter Chryſoſtomum, in extollendâ humanæ voluntatis facultate modum exceſſiſſe.* Et hoc dignum tanti Paradogmatiſtæ modeſtiâ iudicatum eſt. Verum doleo aliquid indignius ætatem noſtram audiiſſe ab nupero Theologorum Cenſore, cuius nomen ac liber intempeſtiuus, etſi præter Auctoris animum, exitioſiſſimam paulatim ſectam parit. Scripſit enim hic, *Arcaniſſimorum Gratiæ fundamentorum in Græcorum ſcriptis Patrum, ne vllum quidem veſtigium videre licet: facillimumque eſt vniuerſam Semipelagianorum hæreſim ex Origene & cæteris Græcis ſtabilire.* Quibus profectò verbis vix quicquam grauius & atrocius de ipſis Heterodoxorum operibus dici queat; miror ea impunè hactenus in Græcos Patres cótorta, quorum Gloriæ tot ſudoribus, pugnis atque martyriis, ſic etiam vigiliis & lucubrationibus partæ, nemo vnquam antea niſi profanus aduerſari, niſi perduellionis in fidem reus obtrectare auſus eſt. Aſperſam illis maculam eluere cum cœpiſſem in Eccleſiæ Pariſienſis ſuggeſtu, quem ego tum Preſbyter Canonicus ac Theologus occupabam, fecit Catholicorum approbatio vt animus ab incœptis creſceret: atque inde integro DE GRATIA tractatu ſuſcepto, totius Græcorum patrum agminis euocandas copias, vireſque in vnum cogendas duxi.

l. proœmiali. cap. 17.

lib. parallel. not. 76.

Sectariorum aliquis vernaculus, aut potius concilium malignantium, edito contra Orthodoxos, Apologiæ in ſpeciem volumine, in quo mendaciorum vbertas cum intemperantiâ conuitiorum certat, me ab inſtituto deterrendum putauit. Sed fruſtra: vt enim cum diuino loquar Apoſtolo, *non facio animam meam pretioſiorem quàm me, dummodo ego conſummem curſum meum & miniſterium verbi quod accepi à Domino Ieſu teſtificari Euangelium* GRATIÆ DEI. Non eſt mei tamen conſilii vmbras iſtas ſponte fugientes perſequi, aut cum laruatis aggreſſoribus manum iterum ac iterum conſerere; impar enim congreſſus, & inane pugnæ ſimulacrum eſt. Neque me iſtud ſpectaculi debere arbitror otioſis ac imperitis, quorum illi tantùm auram captant & arbitrium eblandiuntur. Bonam igitur vtriſque mentem precor; prætermiſsâ contentione, ſolius doctrinæ vindicias perago: contra neminem, pro veritate ſcribo, quæ ſola per ſe quamprimùm emicabit hoſtibus ſuis ſi non perſonam, ſaltem audaciam detractura eſt, aut quod optabilius, errorem.

Act. 20.

II.

Hinc igitur ordior, auctore Deo fretus, ab Eccleſiæ Græcæ commendatione, in quâ multo plura præterlabi quam commemorare neceſſe erit; Non enim ego dicam, quod omnes probè ſciunt, linguâ Græcâ conſcriptum, maximam partem, Euangelium. Sileo Apoſtolos eoque titulo præfulgentem Paulum, Græcis quoque debitorem, pluribus Eccleſiis Græcè loquentibus, eodem idiomate ſcripſiſſe, iiſque Græcos & Auditores & Adiutores ſuos plurimos commendaſſe. Non prædico ſeptem Eccleſias illas Græcas ſeptem Candelabris in A-

Tertullianus lib. de Præſc.

pocalypſi deſignatas: complures alias Apoſtolicas in Græciâ ab Apoſtolis vel Apoſtolicis viris conditas, de quibus Tertullianus qui etiam pleraque Græcè ſcripſit, ad quem vſque pauci Eccleſiæ ſcriptores præterquam Græci floruerunt. Concilia octo Græca inter Oecumenicas Synodos antiquiora prætermitto. Sex & decem, vſque ad Alexandrum V. Romanos Pontifices natione Græcos non recenſeo, quorum inaugurario ſacroſanctum vtriuſque Eccleſiæ. fœdus inſtaurauit, quod his porrò temporibus in officioſi homines conantur abrumpere. Omnia, inquam, hæc prætereo lubens: nimirùm, vt quoniam ſcriptorum non Eccleſiarum caput petitur, quale de ſcriptoribus Grecis iudicium Latini tulerint, æmulos aut ignaros obtrectatores ampliùs non lateat.

III.

Adducerem inter primos B. CYPRIANVM, niſi meritò ſuſpectus eſſet ob Erroris ſui præſidium à Grecis quibuſdam Epiſcopis quæſitum, vt ex Epiſtolâ Firmiliani Cæſareæ Epiſcopi ad Cyprianum intelligitur: hoc tamen addere non grauabor, Grecos illos præſules cum erroremquam ab Africanis vt veriſimile eſt hauſerant, primos eiuraſſe, vt teſtatur Epiſtola Dionyſij Alex. ad Stephanum apud Euſebium & Nicephorum, necnon [illegible] Auguſtinus libro. III. contra Creſconium.

SS. Cyptiani, Hilarij. Hieron & Auguſtini teſtimonia.

Familian. ex index epiſt. Cyp. 75.

Euſeb 1b. 7. hiſt. Eccl. & Niceph. lib. 6. cap. 7.

Veniamus ergo ad Galliæ noſtræ decus B. HILARIVM libro de Synodis aduerſus Arianos: Probat ille vehementer Orientalium qui Græcè ſcripſerunt, Epiſcoporum Reſponſiones: earum cupit. *Virtutem & rationem abſolutiùs noſci, quibus ſtudii fuit vt ſecundum intelligentiæ ſuæ ſenſum omnibus hæreticorum artibus contrairent.* Et poſtea. *Reliquus mihi ſermo ad ſanctos viros Orientales Epiſcopos dirigendus eſt &c. O ſtudioſi tandem Apoſtolicæ atque Euangelicæ doctrinæ viri, quos fidei calor in tantis tenebris hæreticæ noctis accendit. Quantam ſpem reuocandæ veræ fidei attuliſtis, conſtanter audacis perfidiæ impetum retundendo?* At tandem Verba ſubiicit quæ vtinam Caluinus & Caluini in committendis Patribus imitatores ſedulo perdidiciſſent. *Cogitemus tot ſacerdotes ſanctos & iam quieſcentes. Quid de nobis Dominus iudicabit, ſi nunc anathetimazantur à nobis? &c. Pium eſt quod volumus. Nec damnemus* PATRES, *ne animemus* HÆRETICOS: *ne dum hæreſim expellimus, nutriamus.* Legi poſſunt libri Apologetici Luciferi Caralitani Epiſcopi pro S. Athanaſio aduerſus Conſtantium tom. IX. Bibl. PP. Quantùm B. Ambroſio placuerit S. Baſilius nemo qui vtriuſque opus in hexameron legerit, ex me ſcire deſideret. Otioſum eſſet conferre prope innumera, quæ Sanctus Hieronymus Græcè doctiſſimus de variis Græcorum operibus honorificè ſcripſit. Vnus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis commentarius perluſtrari poteſt in quo multò plurium Græcorum quàm Latinorum elogia contexit: quorum omnium inſtar eſto Gregorii Nazianzeni, de quo & in aliis perſæpe locis, illud tam magnificè decantat *Gregorius Nazianzenus Epiſcopus Vir Eloquentiſſimus, Præceptor meus, quo Scripturas explanante didici &c.* Idem apol. in Rufin *Gregorius vir Eloquentiſſimus qui ſui apud*

S. Hilar. lib. de Synodic.

Hilar. ibid. ad fin.

S. Hieronymus l. de ſcrip. Eccleſ.

Latinos impareſt : quo ego Magiſtro glorior & exulto. Tales Græcia Doctores latio dedit Marcellinus Comes in Chron. Indict. VIII. Greg. Nazianz. *facundiſſimus Chriſti Sacerdos, Hieronymi noſtri præceptor.* S. AVGVSTINVS, qui initio litteras Græcas oderat, didicit poſtea, mediocriter calluit, in Græcorum Patrum ſcriptis vniuerſa quæ ad ſublimiorem Theologiæ partem attinent, contineri non diffitetur. *Quod ſi ea,* inquit, *quæ legimus de his rebus ſufficienter edita in Latino ſermone aut non ſunt, aut non inueniuntur, aut certè difficilè à nobis inueniri queunt: Græcæ autem linguæ non ſit nobis tantus habitus vt talium rerum libris legendis & intelligendis vllo modo reperiamur idonei, quo* GENERE LITERARVM, *ex ijs quæ nobis pauca interpretata ſunt, non dubito* CVNCTA *quæ vtiliter quærere poſſumus, contineri, &c.* Idem lib. ſec. de Doctrin. Chriſt. c. xl. Nonne aſpicimus quanto auro, argento & veſte ſuffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus Doctor ſuauiſſimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? vt de viuis taceam quanto innumerabiles Græci.] Plura ex S. Auguſtino inferius, quantum ad peculiare Gratiæ negotium ſpectat, attexenda.

S. Auguſt. 1. Confeſſ. 13. lib. 1. in Pelian. c. 38. perparũ Græcæ linguæ aſſecutus.

Idem lib. 3. de Trin. c. 1.

Infra hic lib. cap. 6. n. 4.

IV.

Summorum Pontificum Celeſtini, Felicis Agathonis, Gregorii Elogia in Patres Græcos.

Celeſtin. ep. 13.

To. 2. Concil. Gen.

Concil. VI. Gener. act. 4.

Greg. 2. ep. 2. ad Leon. To. 3. Conc.

Neque alia profecto doctiſſimorum Eccleſiæ Romanæ Pontificum ſententia eſt. CELESTINVS Papa epiſt. ad Maximianum Conſtantinopolit. Epiſcopum. *Sequere priorum à quibus eruditus es & nutritus, exempla Pontificum: beatiſſimi Ioannis in prædicando ſcientiam: ſancti Attici in repurgandis hæreſibus vigilantiam: deceſſoris tui Siſinnij ſimplicem puritatem vt de illâ, vt ſolebamus, gratulemur Eccleſia, &c.* FELIX III. Pontif. Rom. Epiſtolâ Synodali ad Vniuerſos preſbyteros Conſtantinopoli & Bithyniæ conſiſtentes. *Olim nobis atque initio Sedi Apoſtolicæ omnium noſtrûm Principi fides veſtræ probata eſt ſanctitatis; nec dubitari poteſt ita vos veræ in Deum pietatis tenere conſtantiam, vt diſcernendi iuſtos ab impijs, fideles ab infidelibus, Catholicos ab hæreticis, dono diuini Spiritus habeatis induſtriam, &c.* AGATHO Papa in doctiſſimâ illâ Epiſtolâ ad Imper. contra Monothelitas quæ legitur & probatur in Concilio ſexto Oecumenico, *licet numeroſa ſanctorum aliorum Patrum exiſtant volumina, pauca tamen teſtimonia de libris qui in Græco ſunt, propter faſtidium in hac humillima ſuggeſtione ſubnexuimus. Sancti Gregorii Theologi ex ſecundo libro de Filio. Sancti Gregorii Nyſſen. lib. ſec. in Eunomium. S. Ioannis Conſtantinopolitani ex ſermone ad eos qui ad Miſſas non occurrerunt. S. Cyrilli Epiſcopi Alexandriæ de libro Theſaurorum, &c. Nec deſunt aliorum Patrum probatiſſima teſtimonia qui pro rectitudine venerabilis Comitis Chalcedonenſis & Tomo ſancti Leonis ſatisfaciendo laborioſos conflictus aduerſum confundentium hæreſes pertulerunt: id eſt beatæ memoriæ Ioannes Scythopolitanus Epiſcopus, Eulogius Alexandrinus Epiſcopus, Euphraimius & Anaſtaſius maior Theopolitanæ Eccleſiæ Antiſtites digniſſimi, &c.* Gregorius ſecundus epiſt. ad Leonem Iſaurum Imper. Καὶ ἁπλῶς μὴ προσφέρω ξένους διδασκάλους, εἰ μὴ τοὺς τῆς πόλεώς σου, καὶ τῆς χώρας σου. ἆρα φρονιμώτεροί εἰσι Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ, ἢ Γρηγορίου Νυσσαέως· καὶ Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, ἢ Βασιλείου Καππαδοκίας, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου; ἵνα μὴ γράφω τὰ μυρίων μυριάδων τῶν ὁμοίων

Digitized by Google

ἐκείνοις ἁγίων ϗ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν καὶ διδασκάλων. *Et ſimpliciter Doctores peregrinos non profero, ſed eos tantum qui ex vrbe & regione tuâ prodierunt. Num ſapientiores ſunt Gregorio miraculorum patratore? Num Gregorio Nyſſeno, Gregorio Theologo, Baſilio Cappadoce, & Ioanne Chryſoſtomo? Ne infinitas myriadas ſanctorum iis ſimilium ac Deiferorum Patrum noſtrorum ac Doctorum commemorem.* Sanè pro Dignitate tantorum Patrum, Docti piique Pontifices & ſentiunt & loquuntur.

V.

Vnius Concilij Generalis Quinti pro Synodis omnibus profitentis & vtriuſque linguæ Patres coniungentis audienda Vox eſt. *Sequimur* PER OMNIA *Sanctos Patres & Doctores Eccleſiæ Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium Theologum, & Gregorium Nyſſenum, Ambroſium, Auguſtinum, Theophilum, Ioannem Conſtantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proclum: & ſuſcipimus omnia quæ de rectâ fide & condemnatione hæreticorum expoſuerunt.* Caluinus autem alium longè delectum facit; *Totus*, inquit, *Auguſtinus meus eſt*, Græcos iſtos valere iubet, & alios de quibus eadem Synodus adiecit: *Suſcipimus autem & alios ſanctos & Orthodoxos Patres qui in ſanctâ Dei Eccleſiâ irreprehenſibiliter vſque ad finem vitæ ſuæ prædicauerunt.* Concilium Aquiſgranenſe ſub Paſchali, *multa ſanctorum Patrum qui non ſolùm Latinè verum etiam Græcè ſcripſerunt, documenta proferri poterunt, &c.* In Decreto Concilij Florentini Articulus fidei definitus dicitur προκομισθεισῶν πλείστων χρήσεων τῶν ἁγίων διδασκάλων Ανατολικῶν τε ϗ Δυτικῶν, *productis teſtimoniis multis Sanctorum Doctorum Orientalium & Occidentalium*, quorum nullum temerè ſpretum ac repudiatum eſt, ſed cum perſpicuum eſſet, ſuſceptum: cum verò dubium æquâ interpretatione dilutum eſt. Sed Hæreſiarchæ faciliori negotio, *quæcumque ignorant, blaſphemant.*

Conciliorum de iiſdem ſententia. Concil. v. gener. collat. 111.

Concil. Aquiſgran. ſub Paſch. 1. & Ludou. imp. lib. 3. cap. 24.

Concil. Flor. in decreto vnion. poſt ſeſſ. 25.

Beſſario Cardinal. ſeſſ. 25. Conc. Flor. edition. Roman. pag. 511. & 519.

VI.

His quanquam ſupremæ auctoritatis teſtimoniis vnum atque alterum adiungere liceat. FACVNDVS Hermianenſis lib. 9. de Trib. capit. *quales reprehenſores Synodi Chalcedonenſis qui SS. Ioanni C. P. Gregorio Nazianzeno, Ioanni & Domino Antiochenis atque Orientali Concilio, nec-non & Proclo item C. P. & Cyrillo Alexandrino religione atque ſcientiâ præferunt, niſi probarentur & nimis irreligioſè amare mendacium & neque hoc ſaltem ſcire quomodo mentiantur?* Ioannes CASSIANVS in Opere de Incarnatione Domini, iuſſu Leonis primi Papæ ſuſcepto, & ab eo probato, contra Caluinum non minùs quàm contra Neſtorium quondam excanduiſſet, *Tu ô impiiſſime atque impudentiſſime, præclaræ Vrbis contaminator, Catholicæ ac ſanctæ plebis exitioſa contagio, ſtare in Eccleſiâ Dei ac loqui audes: & blaſphemas ac furioſis vocibus tuis, Sacerdotes ſemper illæſæ fidei & Catholicæ confeſſionis infamas: magiſtrorum priorum vitio plebem Conſtantinopolitanæ Vrbis errare? Tu ergo emendator priorum Antiſtitum: tu condemnator veterum Sacerdotum; tu Gregorio excellentior: tu Nectario probatior: tu Ioanne præſtantior, omnibuſque Orientalium Vrbium Sacerdotibus? qui etſi non eiuſdem nominis, cuius hi quos nominaui, eius tamen fidei fuerunt, &c.* Manſuetus Epiſcopus Mediola-

Aliorum non pœnitenda iudicia.

Rufin. prolog. 4. lib. Gregor. Naz. manifeſtum eſt non eſſe rectę fidei hominem qui in fide, Gregorio non concordat.

Caſſian. lib. 7. de Incarn. Dom. ſub fin.

To. 1. Concil. ante Act. 1. Concil. gener. vi. nenſis epiſt. ad Conſtantinum Imper. *Orthodoxi Patres per diuerſa loca zelo Dei ferventes, dogmata ſalutaria nobis reliquerunt: vt Gregorius Nazianzenæ ciuitatis Epiſcopus, & Baſilius Cappadociæ Epiſcopus, & Cyrillus Alexandrinus Præſul, & Athanaſius eiuſdem Alexandrinæ Eccleſiæ Pontifex, nec-non & Ioannes Conſtantinopolitanus Antiſtes: & Hilarius Pictauienſis Epiſcopus, & omni ſapientiâ clarus Auguſtinus Hipponiregienſis Epiſcopus, & Veneranda Corona Chriſti Confeſſor Ambroſius Mediolanenſis Eccleſiæ Præſul; ſimul & eruditiſſimus & omni luce conſpicuus Hieronymus Presbyter: quidquid hi docuerunt, ſapuerunt, prædicauerunt, vel defenſores extiterunt, nos eorum acta vel ſtatuta omni deuotione ſuſcipimus.* Recentiores hiſce ſcriptoribus Theologos in ſubſidium aduocarem, niſi numerum ſuperarent. Sufficit S.Thom. opuſc. 1. S. Thomas, qui Patrum Græcorum rationem non minorem habet quam Latinorum: imo & in opuſculo de erroribus Græcorum ſui ſæculi, auctoritates Patrum ab iis laudatorum ſemper *reuerenter exponendas* profitetur. Gerson Pariſienſis Eccleſiæ & Academiæ Cancellarius Gerſon. tom. 1. ſermone habito coram Alexandro IV. Pontifice, *iam verò, inquit,* DE GRÆCIS *loquerer, quibus multa* LATINI *debemus. Verum hunc locum eo negligentiùs tranſeo quod te erga Græcorum reuocationem omnes adhibiturum operas intelligo. Feſtina, Pater, feſtina, ne labatur occaſio, cui non eſt facilè ſimilis reditura. Ad rem feliciter tractandandum tempus omnium primum eſt.*

VII.

Vbi ſuppreſſam ergo ac pene éxtinctam à nonnullis video tot SS. iri memoriam, exclamare lubet cum antiquo ſcriptore Homilia de pſeudo prophetis inter opera Chryſoſt. vi. ed. Pariſ. ποῦ εἰσι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα κύριε; εἴπω δὲ κἀγὼ ἐν δάκρυσι ποῦ ἐστιν ὁ μακάριος χορὸς ἐκεῖνος τῶν ἐπισκόπων καὶ διδασκάλων, οἵ τινες ἔλαμψαν ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ λόγον ζωῆς ἐπέχοντες. Ποῦ Εὐόδιος καὶ εὐωδία τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διάδοχος; ποῦ Ἰγνάτιος τὸ τοῦ θεοῦ οἰκητήριον; ποῦ ὁ Διονύσιος τὸ πετεινὸν τοῦ οὐρανοῦ; ποῦ Ἱππόλυτος ὁ γλυκύτατος καὶ εὐνούστατος; ποῦ Βασίλειος ὁ μέγας, καὶ μικροῦ δεῖν τῶν Ἀποστόλων ἰσόῤῥοπος; ποῦ Ἀθανάσιος ὁ ἅγιος καὶ πλεονέκτης τῶν ἀρετῶν; Ποῦ Γρηγόριος ὁ δεύτερος θεολόγος; ὁ ἄκτιστος στρατιώτης, ποῦ Ἐφραὶμ ὁ πολὺς ἡ παραμυθία τῶν ἀθυμούντων, καὶ παιδαγωγία τῶν νέων, ἡ χειραγωγία τῶν μετανοούντων, ἡ κατὰ τῶν αἱρετικῶν ῥομφαία καὶ δοχεῖον τοῦ πνεύματος; id eſt, Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, Domine? Dicam & ego cum lacrymis, vbi eſt beatus ille Chorus Epiſcoporum & Doctorum qui vt luminaria in mundo fulſerunt, verbum vitæ tenentes. Vbi Euodius, bonus ille Eccleſiæ odor, Apoſtolorum ſucceſſor? Vbi Ignatius Dei domicilium? Vbi Dionyſius, cœli auis? Vbi Hippolytus ſuauiſſimus & humaniſſimus? Vbi Baſilius magnus ac fermè Apoſtolis compar? vbi Athanaſius ſanctus & virtutibus abundans? vbi Gregorius alter Theologus, Chriſti miles? τοῦ καὶ ὁ πάνυ συνώνυμος, vbi & commune cum ipſo nomen habens? vbi Ephraim ille, magnus, conſolatio deficientium, iuuenum diſciplina, ductor pœnitentium, hæreticorum gladius, ſpiritûs vas, &c. Vbinam omnes illi, ex ſcholis, muſæis, cathedris, & libris veſtris quomodo exceſſerunt? ac ne quidem bonam de ſe apud vos opinionem ſui reliquerunt?] Eſt quiſquam his perlectis deinceps Catholi-

Digitized by Google

cus, qui cum Caluino Græcibus Patribus deinceps oblatrare, quàm cum his Eccleſiæ Proceribus, eos legitimæ venerationis obſequio plauſuque excipere, & vindicatæ eorum Theologiæ Lemniſcatas palmas offerre malit? ſed verum eorumdem Orthodoxa Sapientia circa arduam illam Theoſophiæ DE GRATIA materiam Latinis Theologis arriſerit, exploremus.

CAPVT SECVNDVM.

De Orthodoxâ Græcorum Patrum ſententiâ circa materiam Gratiæ.

SVMMA CAPITIS.

I.

Eccleſia conſenſum Patrum abſque ſingularitate amplectitur, ex Conciliis & hiſtor. Eccleſ.

II.

Diuerſæ Patrum ſententiæ quà fieri poteſt, conciliandæ potiùs quam committendæ.

III.

Patribus non eſſe tribuendas hæreticorum opiniones.

IV.

Patres Græci non ſunt Origeniſtæ contra nouum Paradogmatiſtam. Imo Origenis aduerſarij.

V.

De Gratia Dei, integerrima Græcorum PP. ſententia.

I.

QVI periculoſiſſimum omnium Schiſma moliuntur, inter ipſos nimirum Eccleſiæ Patres ſanctiſſimos qui eumdem Chriſti ſenſum habuere, vt cum diuino loquar Apoſtolo, nihil antiquius habent quam vt Græcis Latinos, Latinis adeoque vniuerſis vnum anteponant & ambitioſo verborum apparatu velut curru triumphali inuectum cæterorum iacentium ceruicibus calcatis imponant. Quod genus hoc hominum, quæ ve hunc tam barbara morem permittit patria? Talem conſuetudinem Eccleſia Chriſti non habet. *Abſit*, dicebat olim Tertullianus, *vt Apoſtolos inter ſe committam*: nos eodem more; abſit vt Patres. Eccleſia in Sacroſanctis Conciliis Spiritu ſancto legitimè congregata omnium Patrum Græcorum iuxta Latinorumque dictis, ſcriptis, teſtimoniis tanquam facibus & lucernis admotis pretioſum veritatis vnionem quærit, eorumque conſentientibus duntaxat ſententiis tanquam radiis collucentibus fidei arcana rimatur: ſingularitatem vitat, omnes laudat, ſuſpicit atque veneratur: nemini prorſus iniuriam facit aut inuidiam mouet. Et hæreſiarchis eorumque ſectariis tantùm de Patribus licebit, vt vnum è multis, cæteris deſpectis, ac exploſis in medio ac pro tribunali ſtatuant eique totius fidei ac Theologiæ perpetuam dictaturam mandent? Vbi illud Eccleſiæ in ſynodo vniuer-

Eccleſia conſenſum Patrum abſque ſingularitate amplectitur.

In Concil. v. gener. collat. 5. Concil. vi. act. 11. &c.

Concil. vi. act. 18.

Digitized by Google

ſali. *Hæc eſt fides Patrum* κατὰ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίαν χειραγωγουμένη. Contra hanc apertam Eccleſiæ mentem eruperat aliquando Conſtantinopoli diſſidium inter eruditos, quis ſanctorum Patrum Baſilij, Gregorij Theologi & Chryſoſtomi primas inter cæteros ferret: eo tandem æſtu contentio intumuit vt in partes ſciſſi quidam Baſilitæ, alij Gregoritæ, reliqui Ioannitæ dicerentur: ad quorum inſana ſtudia temperanda auctor fuit quidam probatæ ſanctitatis Monachorum Antiſtes vt viſioni quam recitauit, adhibita fide, trium illorum Patrum dicentium ἓν ἐσμὲν παρὰ τῷ θεῷ, ſolemnitas velut æqualis cultûs inſtitueretur, quæ habetur in Græcorum Menologio. Neminem igitur aliis omnibus inuidioſè anteferri par eſt, & quamuis alter alteri lectorum blandiùs arrideat, vniuerſo conſeſſui tanquam turbæ populari princeps non eſt imponendus, nec cum eorum contemptu quaſi vnus ſapiat, cæteri vt vmbræ volitent, æſtimandus: ne idem tam abſurdo amatori obtingat, quod apud Dorotheum Monacho cuidam, qui initio laudabat ſolùm Zoſimam, deinde ſolum Macarium, poſtea ſolum Baſilium, tum Gregorium, tandem Petrum & Paulum: hominibus demum relictis Trinitatem, quam vltimò & obcæcatus neglexit. Standum ergo non proprio, ſed Eccleſiæ iudicio quo Patrum conſenſum ſingulis quibuſvis anteponit.

Menolog. Ianuar. die 30 ſub Alexio Comneno Imp.

Dorotheus doctrina ſec. tom. 2. Bibl. Patr. Græc.

II.

Quod ſi aliquando contingat diſſonantes videri ſanctorum Patrum circa fidei dogmata ſententias, prima venerationis lex poſtulat vt eas potiùs, quantum fieri poteſt, conciliare quàm iniquo comparationis inter ſe conflictu labefactare ſtudeamus. Quod inter Patres tam Græcos quam Latinos in Concilio Chalcedonenſi duobuſque ſequentibus feliciſſimè præſtitum agnoſcimus. Cuius rei conſilium longè ſolertiſſimum tradit Georgius Scholarius Concilio Florentino. ἡμῖν τὸ διαφέρειν τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας ταῖς γνώμαις, ἢ μαχομένοις ἀλλήλοις ἢ κακῶς εἰρηνεύουσιν ἀδιάφευκτον ἔχει πανταχόθεν τὴν μέμψιν· τὸ δὲ συνάπτειν ἐκείνους πρὸς πᾶσαν τύχην ἀρκεῖ· ἀλλ' οὐκ ἔστι τῶν ἐνδεχομένων τῆς ἀληθείας διαμαρτεῖν ἡμᾶς ὑπὸ τῇ τῶν διδασκάλων εἰρήνῃ, οὐ μᾶλλον ἢ κἀκείνους τοῦτο παθεῖν ὑπὸ τῇ τοῦ Πνεύματος ὁδηγίᾳ. *Nobis, ſi Doctores Eccleſiæ diſtrahamus in contrarias ſententias, aut diſſidentibus, aut non bonâ pace conuenientibus, eueniet vt nullâ ex parte vituperium euitare poſſimus: ſi verò illos in concordiam reducamus, ad omnem id ſatis eſt euentum, &c. Verùm fieri non poteſt, vt pace inter Doctores confirmatâ, nos aberremus à veritate: ſicut illos itidem erraſſe impoſſibile eſt ſpiritu ductore.* Idem fuerat calculus S. Thomæ Aquinatis opuſculo ad Vrbanum IV. Pontificem: *Si aliqua in dictis antiquorum Doctorum inueniuntur, quæ cum tantâ cautelâ non dicantur, quanta à modernis ſeruatur, non ſunt contemnenda & abiicienda; ſed nec etiam ea extendere oportet,* SED EXPONERE REVERENTER: *ſecundo quia multa quæ benè ſonant in linguâ Græcâ, in Latinâ fortaſſis bene non ſonant, propter quod eandem fidei veritatem aliis verbis Latini confitentur & Græci. Dicitur enim apud Græcos rectè & Catholicè quod Pater & Filius & Spiritus S. ſint tres hypoſtaſes: apud Latinos autem non rectè ſonat, ſi quis dicat quod ſint tres ſubſiſtentiæ, &c.*

Diuerſæ Patrum ſententiæ conciliandæ quà fieri poteſt potiùs quàm committendæ.

Georg. Scholari. Conc. Flor. orat. 3.

S. Thom. opuſc. 1.

Vnde

III.

Vnde huius æquitatis & venerationis neglectu accidit, vt perperam ſanctis Patribus, hæreticorum opiniones affingi merito conqueratur B. Cyrillus Alexandrinus διαβεβλημένας δὲ δόξας Διοδώρου γέ φημι καὶ Θεοδώρου μηδεὶς ἐπιφημιζέτω τοῖς ἁγίοις καὶ ὀρθοδόξοις ἡμῶν πατράσιν Ἀθανασίῳ γέ φημι καὶ Βασιλείῳ, Γρηγορίῳ τε καὶ Θεοφίλῳ καὶ τοῖς λοιποῖς· μή ἄρα πως σκανδάλου πρόφασις ὁ χρῆμα γένηταί τισιν, οἰηθεῖσι κατ᾽ ἀλήθειαν οὕτω φρονῆσαι καὶ διδάξαι τοὺς ἁπάσης ὀρθότητος ἐπιμελητάς. *Infames autem opiniones Diodori, inquam, ac Theodori nemo ſanctis & Orthodoxis Patribus noſtris, Athanaſio, inquam, Baſilio, Gregorio, Theophilo & reliquis tribuat: ne quo pacto res hæc nonnullis ſcandali fiat occaſio, exiſtimantibus reuera ita ſenſiſſe viros totius rectæ fidei aſſertores.* Et in Epiſtolâ ad Acacium Melitenenſem Epiſcopum, cum ſcripſiſſe ſibi dixiſſet Orientales Theodori dicta non eſſe culpanda, ne ſimiliter & Athanaſij, Theophili, Baſilij & Gregorij dicta accuſarentur, ἐγὼ δὲ ταῦτα γράφοντας οὐκ ἠνεσχόμην, ἀλλ᾽ ἔφης ἐν παῤῥησίᾳ ὅτι Θεόδωρος μὲν δύσφημον εἶχε τὴν γλῶτταν καὶ κάλαμον ὑπηρετοῦντα ταύτῃ· οἱ δὲ γεγόνασιν ὀρθοδοξίας ταύτης διδάσκαλοι, καὶ διέπρεψαν ἐν τούτοις, *Ego vero ſcribentes iſta non tuli; ſed libere hoc ingeſſi; Theodorus quidem blaſphemæ linguæ fuit ſimiliſque calami ei miniſtrantis: hi vero fuerunt totius Orthodoxæ doctrinæ Magiſtri & in eâ claruerunt, &c.* Hæc profecto verba in ſimili cauſsâ & argumento eiſdem SS. Patribus Baſilio Gregorio aliiſque eorum diſcipulis ac ſucceſſoribus egregiè conueniunt, Pelagius quidem δύσφημον γλῶτταν, hi vero ὀρθοδοξίας διδάσκαλοι omnibus Eccleſię ſęculis, ab omnibus Caluino diſſimillimis, id eſt orthodoxis habiti fuere.

Non eſſe Patribus tribuendas hæreticorum opiniones.

S. Cyrill. epiſt. ad Synodum Antiochenam.

IV.

At Origenis doctrinam hauſerunt, Theologicæ doctrinæ apud Græcos Principis qui Pelagij errores præformauit, inquit nouus Paradogmatiſtes. Multiplex calumniæ audacia: enimverò, vt ab Origene ordiar, etſi Pelagiani dogmatis pars quædam, *Origenis ramuſculus* dicitur ab S. Hieronymo epiſt. ad Cteſiphontem: non tamen vniuerſi Pelagij errores ab Origenis ſtipite exurgunt: ibi enim ſermo tantùm eſt de impeccabilitate & apathiâ. Conſtat autem plures apud Origenem eſſe locos de neceſſitate & operatione Gratiæ Dei, qui Pelagium iugulant. Vnus interim in Cellum legatur lib. 3. neque verò Gelaſius Pontifex in cenſurâ omnino proſcripſit Origenem, ſed in iis duntaxat quæ à S. Hieronymo in eius ſcriptis obelo confixa ſunt. Nihil autem S. Hieronymus in eo GRATIÆ DIVINÆ neceſſitati & Operationi infeſtum animaduertit. Verum quod inuidiæ conflandæ cauſſa Origenes à Neoterico dicitur *Theologicæ doctrinæ apud Græcos princeps*: quàm falſum & abſurdum eſt, tam ab ipſis quoque Patribus Græcis pernegatum. Quin potius ipſi, ante Latinos etiam, Origenis errores inceſſere & damnare veriti cunctatique non ſunt. Gregorius Thaumaturgus Neocæſarienſis Epiſcopus ipſius diſcipulus, præceptorem impenſius laudans Adoleſcens vt notat S. Hieronymus, nunquam verò Origeniani vllius erroris labem aut ſuſpicionem paſſus, vt rectè notat Card. Bellar-

Patres Græci non ſunt Origeniſtæ.

1. ſer. cap. 3. & 22.

S. Hier. ex ad Cteſiph.

Hieron. l. de [illegible] Eccleſiaſt.

S. Athan. l.

minus. S. ATHANASIVS laudat eum bene de Trinitate ſentientem contra Arianos; ſed nullum ab eius lectione ſiniſtrum acroama mutuatus eſt. S. BASILIVS Origenem grauiſſimè arguit, eiúſque allegorias ludificatur hom. 3. in Hexaem. In cœlos eiuſdem animatos Baſilius idem aut Baſilio ſimilis inſurgit μυθικὸν διὰ πλάσμα ridens. S. GREGORIVS Nazianzenus Origenis etiam ὀνειροκριτικὸν ſomniorum cóiectore dignum, commentandi genus, carpit. S. GREGORIVS Nyſſenus Origeni ſe nihil debere profitetur: idémque in deliria Origenis acerrimè diſputat libro de Hominis Opificio. Ioannes etiam CHRYSOSTOMVS Origeni non parcit; quamuis Origeniſtæ conuitium paſſus fuerit: is enim Origenis allegoricam de paradiſo ceteríſque hiſtoriæ ſacræ partibus non ſemel expoſitionem refellit. S. EPIPHANIVS in Origenis hæreſes ſcripſit, & multos Græcorum Methodium & alios in eas antea ſcripſiſſe tradit: eum ἐθελόσοφον *propriæ libidinis in ſapiendo tenacem* vocat: eiúſque ἀτοπίαν καὶ ὀλέθριον διδασκαλίαν ἐν πολλοῖς μέρεσι τῆς πίστεως ἐπινενοημένην *abſurditatem & pernicioſam in multis fidei partibus doctrinam* configit. Cæſarius Dialog. iij μυθολόγον καὶ τῆς ὀργῆς ἐπώνυμον. *Fabulatorem & ab irâ dictum* Origenem inſectatur. Sanctus Cyrillus Alexandr. apud Iuſtinian. in act. Concil. CP. omnium acerbiſſimè Origenem inſectatur. Ὠριγένης καθάπερ τὸ τῆς ἐρημώσεως βδέλυγμα ἐν μέσῳ τῆς ἀληθοῦς ἐκκλησίας γεγένηται. *Origenes tanquam Abominatio deſolationis in medio Eccleſiæ exſtitit*, &c. Quid multa? nónne Græci in Synodo Quintâ Oecumenicâ eidem Anathema dixerunt: quod in hodiernum vſque diem quotannis in Eccleſiis Græcis in dominicâ Orthodoxiæ publicè fulminat? nónne poſteriores Græcorum Theologi in Origenis errores ſcripſerunt [illegible], vt apud S. Damaſcenum videre eſt lib. 2. de fide. Et Nicetam lib. 4. Theſauri. Vnde igitur, vnde SS. Patres Græcos Origenianos fuiſſe calumnia veriſimile efficiet?

S. Baſil. hom. 3. hex. adde. — Idem in Eſai. ca. 13. — Greg. Naz. orat. 42. & in Apologet. — Greg. Nyſſen. in Cantic. præfat. & l. de ho. opat c. 28. — S. Chryſ. ho. 13. in Gen. & in Eſai. c. 5. — S. Epiph. in hær. 64. Method. lib. de — Triodium Gregor. in Synodico. — S. Damaſc. 2. de fide cap. 13. Nicetas l. 4.

V.

De Gratia Dei, Græcorum integerrima ſententia.

Sed propoſitum tandem propius aſſectari tempus, vt quàm Græci Patres circa materiam gratiæ rectè cenſuerint, diutius ignotum eſſe non ſinamus: quod prius quidem vniuerſim deinde per ſingula Theologicæ de gratiâ doctrinæ capita decurrendo exequi conſtituimus. Quod primum eſt, hoc vno ſatis perficitur, quod Synodi tertiæ Carthaginenſis, quæ cum Mileuitanâ ſecundâ ferè confunditur, Canones omnes de gratiâ contra Pelagium & Celeſtium apud Græcos dudum conuerſi & ab iis recepti ſemper obſeruatíque ſint: vnde & commentariis eorum Zonaræ, Balſamonis aliorúmque Doctorum illuſtrati prodierunt. Vt cæteros omittam, Canon 114. vel apud alios 127. ſic habet. Ὅτι οὐδὲ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος οὐδὲν δυνάμεθα πληρῶσαι. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δ' ἂν εἴποι, διὰ τοῦτο τὴν χάριν ἡμῖν τῆς δικαιοσύνης δίδοσθαι, ἵνα ὅπερ ποιεῖν διὰ τοῦ αὐτεξουσίου δυνάμεθα, εὐχερεστέρως πληρῶμεν διὰ τῆς χάριτος, ὡσανεὶ ἡ χάρις μὴ ἐδίδοτο, οὐκ εὐχερῶς μὲν ἀλλ' ὅμως ἐδυνάμεθα καὶ δίχα ἐκείνης τὰς μὲν πληρῶσαι τὰς θείας ἐντολάς, ἀνάθεμα εἴη. *Quod ſine Dei gratiâ nihil poſſimus perficere. Similiter placuit vt quicumque dixerit propterea datam eſſe iuſtificationis Gratiam, vt quod per liberum arbitrium facere poſſumus,*

Apud Zonar. can. 114. hag. 127. apud Balſam.

facilius per gratiam perficiamus: perinde ac ſi etiamſi data non eſſet gratia, difficulter quidem, ſed tamen etiam ſine illâ diuina præcepta exequi poſſemus anathema ſit. Reliqui ibidem videri poſſunt. Addi poteſt Canon v. Concilij Epheſini quo Clerici τὰ τοῦ Κελεςίνου φρονοῦντες. Celeſtij hæreſim ſapientes publicè vel priuatim, deponuntur. Videndus etiam Photius in Bibliotheca Cod. LIII. vbi Synodus Carthaginenſis contra Pelagianos Epiſtolæ ac decreta Leonis & Cæleſtini contra eoſdem necnon ſcripta SS. Hieronymi & Auguſtini commendantur. Concil. Epheſ. can. 5.

Quoniam verò Caluinus eiuſque aſſeclæ præcipuam B. Chryſoſtomo litem intentant, antequam ad ſingula deſcendamus, ANIANI veteris Eccleſiæ ſcriptoris iudicium præmittere, tempeſtiuum duco. Is præfatione ad Commentarium facundi Doctoris in Matthæum. *Quid B. Joannes aduerſus eoſdem Magiſtros potius inſinuat quàm Dei poſſibilia eſſe mandata, & hominem totius, vel quæ iubetur vel ſuadetur à Deo, capacem eſſe virtutis? quo quidem ſolo & iniquitas ab imperante propellitur, & præuaricanti reatus afficitur. Iam verò iſte, eruditorum decus, cum de* DEI GRATIA *differit: quantâ illam vbertate, quantâ etiam cautione concelebrat? non enim eſt in alterutro aut incautus aut nimius, ſed in vtroque moderatus. Sic liberas oſtendit hominum voluntates, vt ad Dei tamen mandata facienda* GRATIÆ NECESSARIVM VBIQVE FATEATVR AVXILIVM: *ſic continuum diuinæ Gratiæ auxilium commendat, vt nec ſtudia voluntatis interimat.* Anian. in præfat. Interpret. com. in Matth. to. 7. oper. Chryſ.

Hæc quidem in genere de caſtiſſimo & fideliſſimo SS. Patrum græcorum ſenſu circa diuinæ gratiæ negotium, tanquam Prologi galeati loco, hæreticæ calumniæ opponenda iudicaui: Nunc autem ad ſingulas Theologici de gratiâ Tractatus quæſtiones, eorumdem placita, Conciliorum Carthaginenſis ſeu Mileuitani, Arauſicani II. Tridentini demum & aliorum ab Eccleſiâ confirmatorum, & ſummorum Pontificum decretis: S. Auguſtini ad fidem pertinentibus ſententiis: S. Thomæ & Scholæ Sorbonicæ reſponſis & aſſertionibus conſentanea demonſtramus.

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM.

De Gratia exiſtentia.

SVMMA CAPITIS.

I.

Natura in Deo: Gratia extra Deum, ex Patribus Græcis.

II.

Natura Gratiam ordine aliquo antecedit.

III.

Gratia non ex Naturâ, ſed ſupra naturam.

IV.

Naturæ etiam perfectiſſimæ Principiis, Gratia non debetur.

V.

Rationes auctoritati adiunctæ.

VI.

Angelicæ naturæ gratia non debebatur etſi in eâ creata ſit.

VII.

Hominis naturalibus Principiis Gratia non debetur: tametſi in eâ creatus ſit. Omnia ex Patribus Græcis S. Auguſtino & Thoma conſentientibus.

VIII.

Veritas eadem ſummorum Pontificum auctoritate firmata.

I.

Natura in Deo, Gratia extra Deú.

2. Petri cap. 1.

DEvs naturæ fons vberrimus idem & Gratiæ. Naturæ nomen ita Deo conuenit vt ipſi nihil magis intrinſecum in Græcorum Latinorumque Patrum Theologiâ prædicetur; ex quo ab Apoſtolorum Coryphæo vſurpatum eſt. Gratiæ verò nomen multò ſecus: Naturæ ſiquidem ſumma eſt; Gratiæ verò nulla prorſus inter perſonas diuinas cómunicatio. Quum enim filius *Spiritu exultans, omnia*, inquit, *tradita mihi ſint à Patre meo*: Ea ſecundùm naturam planè, non ſecundum gratiam tradita intelligi neceſſe eſt, vt exponunt Ss. Patres; B. ATHANASIVS in Arianos κατ' οὐσίαν οὐ κατὰ χάριν δεδόμενα, *Secundum eſſentiam non ſecundum* GRATIAM *tradita.* Cæſarius Dialog. 1. negat Chriſtum Dei eſſe filium κατ' ἐκλογὴν καὶ ΧΑΡΙΝ *ſecundum electionem & Gratiam.* S. GREGORIVS Nazianz. τὸ λαμβάνειν τὸν υἱὸν ζωήν, ἢ κρίσιν, ἢ κληρονομίαν ἐθνῶν, ἢ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς ἢ δόξαν, ἢ μαθητὰς ἢ ὅσα λέγεται, καὶ τοῦτο τῆς ἀνθρωπότητος, εἰ δὲ καὶ τῷ Θεῷ δοίης, οὐκ ἄτοπον. οὐ γὰρ ὡς ἐπίκτητα δώσεις, ἀλλ' ὡς ἀπ' ἀρχῆς συνυπάρχοντα καὶ λόγῳ ΦΥΣΕΩΣ ἀλλ' οὐ ΧΑΡΙΤΟΣ. *Quod filius vitam, aut iudicium, aut Gentium hereditatem, aut carnis omnis poteſtatem, aut gloriam, aut diſcipulos, cæteraque einſcemodi accipere dicitur, hoc ad humanitatem ſpectat. Quanquam ſi hæc etiam Deo tribues, nihil conſequatur abſurdi: non enim velut aſcititia ei tribues, vt ea quæ à principio ei adfuerint idque ratione* NATVRÆ *non* GRATIÆ. Geminus ac ſimillimus locus S. AVGVSTINI contra Maximinum Epiſcopum Arianum. Vbi poſtquam conuicit *Filium Deum eſſe non* GRATIA SED NATVRA: Vrgentibus Arianis ex illo loco, *Data eſt mihi omnis Po-*

Luc. c. 2.

S. Athanaſ. orat. 4. in Arian.

Cæſar. dial. 1. 38.

Gregor. Naz. orat. 36. vide & S. Baſil. ad Amphiloch. & 8.

S. Hieron. 2. in Pelag.

S. Aug. lib. 3 cótra Maximin.

teſtis, ita reſpondet. Si tanquam homini data eſt hæc poteſtas, quid habet quæſtionis? ſi tanquam Deo: naſcenti dedit eam Pater non indigenti, quia gignendo dedit non augendo. Atque vt S. Auguſtinum inter Patres Græcos concludam S. Cyrillus Alexandrin. lib. I. in Ioannem: idemque lib. IV. contra Neſtorium negat Chriſtum more noſtro gratiam accepiſſe: negat quoque cum eum Paulo poſſe dicere, GRATIA *Dei ſum id quod ſum* quia eſſentiale non vero ἐπακτὸν καὶ θύραθεν donum accepit. Idem legendus in Apologetico aduerſus Orientales ad Anathematiſmum IX. S. DAMASCENVS pariter negat in Chriſto πάντων τὴν γνῶσιν, χάριν. *Omnium notitiam veram ex Gratiâ fuiſſe.* quia ſcilicet hypoſtaticæ ipſius Chriſti conſtitutioni debebatur. Atque hæc omnia conficiunt GRATIAM Deo neutiquam ineſſe.

S.Cyrill. l. I. in Io. & l. 4. in Neſtor. to. 6.

S.Damaſc. lib 2. de fide cap. 22.

II.

Gratia igitur à Deo, extra Deum eſt, & in creaturâ ſedem habet Quo fit vt Natura creata gratiam antecedat eo ſaltem, quem ordinem naturæ Philoſophi ac Theologi appellant: quo nempe modo ſubſtantia qualitatem, & facultas actionem præcedit. S. Damaſcenus vt Philoſophos omittam, τὸ φύσει πρότερον ὅπερ συνεισφέρεται οὐ συνεισφέρει. *Natura prius illud eſt quod vna infertur, non vero infert.* Quod per ſe in hoc negotio clarum eſt. Si enim gratiâ exiſtat, naturam ſubſiſtere neceſſe eſt. Ex aduerſo autem, naturâ tametſi ſemel conſtituta, gratiam in eâ exiſtere neceſſariò non conſequitur. Etſi enim naturam vtramque, Angelicam dico & humanam ita ſe cum gratiâ habere Deus à primordio voluerit: non eſſe tamen ἀντιστροφὴν ἀκολουθήσεως *reciprocam conſecutionem* ex eo ſatis elucet, quod natura plerumque gratiæ per peccatum extinctæ ſuperſit. Pulcerrimè B. Cyrillus in Compendio Dialogorum de S. Trinit. τὸ ἐκ μετοχῆς ἅγιον, δοχεῖον ὥσπερ ὑπάρχον τοῦ προσγεγονότος ἁγιασμοῦ, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ πρότερον ἐν ἰδίᾳ φύσει κείσεται, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ ἄνθρωπος καὶ ὁ Ἄγγελος τυχὸν, ἢ καί τις ἑτέρα φύσις λογική. *Quod ex participatione ſanctum eſt, ſanctificationis adfectæ veluti receptaculum exiſtens, illud per ſe priùs in propriâ naturâ conſiſtet: ſicuti nimirum homo & Angelus aut alia quædam rationalis creatura.*

Gratiam natura aliquo ordine antecedit.

S. Damaſcen. dialect. cap. 59.

S. Cyril. to. 5. par. 1. p 673.

III.

Verumtamen id quod ex Metaphyſicis rerum gradibus ipſi gratiæ cum naturâ comparatæ decedit: quod nimirum eâ poſterior reperiatur, ſicut omne accidens omniſque forma ſubiecto ſuo poſterior eſt: id inquam aliunde ita compenſatur, vt ei ex graduum ſupernaturalium prærogatiuâ longe opulentior fiat acceſſio. Nimirum eo iure quo infimum ſupremi eſt ſupremum inferioris. Ordinis enim ſuperioris gratiam eſſe naturæ compoſitam, nemo ſanus inficiari queat. Vnde quod naturæ deeſſe cernitur, gratia naturam reparans atque perficiens abundè ſupplet: quo nomine συμπληρωτικὴ τῆς φύσεως *naturæ completiua* dicitur S. Baſilio in tantum etiam vt creatura naturæ inferioris, per gratiæ vires, ſuperioris ordinem creaturæ non ſolum æquare verum etiam ſuperare poſſit. Quod alibi S. Doctor aſſeruerat δυνάμεθα πρὸς τὴν τῶν

S. Baſil. lib. de Spir. S. to. 2.

Idem ho. in attende tibi to. 1.

ἀγγέλων ὁμοτιμίας δι' ἀγαθῆς πολιτείας ἀναδραμεῖν, *Poſſumus ad ſtatum Angelis æqualem per bonam conuerſationem contendere.* Diuinè S. Epiphanius κατὰ χάριν τῷ ἀνθρώπῳ τὴν εἰκόνα χαρίζεσθαι λέγων· ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· χαρίσματι γὰρ ἔχει τὴν εἰκόνα πᾶς ἄνθρωπος, οὐδεὶς δὲ τῷ ἑαυτοῦ δεσπότῃ ἀπεικασθήσεται. τὸ μὲν γὰρ ἀόρατον, τὸ δὲ ὁρατόν· τὸ μὲν ἀθάνατον τὸ δὲ θανάτου δεκτικόν· καὶ τὸ μὲν πάσης σοφίας πηγὴ καὶ πάντα ἔχον ἐν ἑαυτῷ πεπληρωμένα· ὁ δὲ ἄνθρωπος χάρισμα ἔχων ἀπὸ μέρους, λειπόμενός ἐστι τῶν τελειοτάτων, εἰ μὴ θέλει ὁ θεὸς παρασχεῖν κατ' ἀξίαν τοῖς κομιζομένοις τὴν διὰ χαρίσματος τελειότητα. *Homini vt Imago ſit ex* GRATIA *largitur qui dicit: fecit Dominus hominem : ad imaginem* Dei *fecit illum. Nam per Gratiæ donum quiuis homo talem imaginem habet: Nemo verò cum Domino ſuo adæquari poteſt. Nam vnum videri non poteſt, aliud aſpectabile eſt: vnum immortale, aliud mortale: Vnum ſapientiæ fons eſt, omniaque in ſeipſo perfecta comprehendit: homo gratiæ donum ex parte conſecutus longè perfectiſſimis inferior eſt: niſi forte pro cuiuſque dignitate per* GRATIÆ *dona, perfectionem vnicuique velit tribuere.* Nemo Patrum vnquam accuratius de re tantâ ſublimiuſque philoſophatus eſt. Aude, Hæreſiarcha, aude Epiphanio tanquam de Gratiâ parum bene merito, dicam ſcribere. Sed ad Chryſoſtomum te conuertis quem calumniæ magis patêre cenſes? Agè, videamus: is vel vnâ te lineâ refellet, Gratiam vocans δωρεὰν ὑπὲρ φύσιν νικῶσαν τὴν φύσιν, *donum ſupra naturam, naturam ipſam vincens.* Plura ex eo inferiùs.

S.Epiphan. in Ancor. pag. 17. to. 1.

S. Chryſoſt. ho. 4. in Geneſ.

IV.

Quandoquidem verò tale donum optimum datumque perfectiſſimum deſurſum eſt, à Patre luminum deſcendens: eſſe mirum cuiquam haud debet, quod GRATIAM vlli naturæ quantumuis Eminenti, nullo planè titulo deberi ſentiamus. Quum enim omnium Patrum ac Theologorum conſentiens doctrina ſit huiuſmodi: Gratiæ primos ortûs omnia penitus meritorum genera reſpuere: vt Pauli dicto ſtent *ſi ex operibus Gratia non amplius gratia eſt*: Ro. 11. 7. multò clariùs eſt, nullam eſſe tantam cuiuſcumque naturæ prærogatiuam; quæ quanta poteſt eſſe maxima, in genere moris ignobilior eſt bonis actibus voluntatis: vt Gratiam tanquam debitam vendicare ſibi queat. Deinde natura plus diſtat à Gratiâ quam gratia diſtet à gloriâ, quod S. Thomas affirmat. Si naturæ igitur creatæ dignitati ac eminentiæ Gratia deberetur, eodem profecto iure deberetur & gloria: eiuſdem enim eſt dignitatis ac meriti gratiam & gloriam repoſcere: quas neque Propheta ſeiungit: *Gratiam & gloriam dabit* Dominus. Gloriæ verò beatitudinem cuiquam naturæ creatæ, ex eo quod creata ſit, certiſſimè inficiatur S. Auguſtinus lib. XII. de ciuit. Quod vero omnium abſurdiſſimum eſt, ſequeretur gratiam diuinam non eſſe ampliùs ſupernaturalem, ſed naturalem aut connaturalem creaturæ: eodem ſcilicet argumento quo anima rationalis licet θύραθεν adueniat, vt Philoſophus etiam agnouit, id eſt à Deo ſolo producatur: Naturalis tamen cenſetur forma corporis organis inſtructi: quia nimirum talis corporis naturali conditioni debetur, nec ab eo ſeparari ſine priuatione poteſt, quæ eſt abſentia formæ debitæ in ſubiecto apto. Sic etiam ex comparatione ſpecierum intellectilium argu-

S. Tho. 1. q. 93. art. 1. ad 6.

S. Auguſtin. 12. de ciuit. c. 1. 8. & 9.

mentari liceat: quæ Angelis à Deo concreatæ, eiſdem non ſupernatu- Vide S. Tho. 1. p. q.
rales, ſed naturales & innatæ, vel proprietates connaturales dicuntur, 55. ar. 9. & qu. 8. de
eo quod Principiis ipſorum naturalibus ſpecierũ ac eiuſmodi intelligé- verit. ar. 9. & Ysā-
gendi inſtrumentorum debetur apparatus: neque id beneficio ſuper- bert. ad qu. 55. a. 5.
naturalis, ſed naturalis prouidentiæ ordini tribuatur. Vnde & propriæ Angelorum virtuti talis per ſpecies cognoſcendi modus adſcribitur: S. Dionyſius lib. de diuin. nom. Τοὺς ἀγγέλους εἰδέναι φησὶ τὰ λόγια τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, οὐ κατ᾽ αἰσθήσεις ταῦτα γινώσκοντας, αἰσθητά γε ὄντα· κατ᾽ οἰκείαν δὲ τῆς θεοειδοῦς νοὸς δύναμιν καὶ φύσιν. S. Dionyſ. cap. 7
Dicunt [oracula] S. Scripturæ Angelos ea cognoſcere quæ in terrâ ſunt: non quod ea, licet ſub ſenſum cadunt, ſenſu percipiant: ſed propriâ virtute & naturâ intellectûs ad Dei ſpeciem formati. Si gratia igitur eodem quo ſpecies illæ modo Angelis deberetur, ſequeretur eis non iam ſupernaturalem, ſed pariter connaturalem fore: quod Pelagianiſmi nouum ac deterrimum eſt genus. Præterea non video cur reliquæ naturæ quicquid mutum aut inanime eſt, minus haberet iuris ad miracula, quàm natura rationalis ad gratiam; eadem enim analogia eſt, quæ ingenioſo Lectori in Scholæ palæſtrâ ampliſſimũ diſceptandi campum aperiret: ſed nobis tantùm otij non ſupereſt. Quin etiam lex naturalis non minus Sacramenta diuinæ inſtitutionis ac efficaciæ exigeret, cum proportionem ad ea non indigniorem complectatur, eâ proportione quæ inter naturalem humani generis ſtatum & gratiæ ius adipiſcendæ reperiri poteſt. Denique vt omnia verbo abſoluam, naturam pro iure ac dignitate ſibi gratiæ ius arrogare, cælum terræ miſcere eſt.

VI.

Nullo quidem alio Patrum effato acutius Theologorum ſubſellia Angelicæ naturæ
perſonant, quam B. Auguſtini, *Erat Deus ſimul in Angelis condens* NATVRAM *& largiens* GRATIAM. Quod aliàs ea de re dubius S. Augu- gratiam nõ deberi, S. Aug. l. [illegible] ciu.
ſtinus ex lectione S. Baſilii haurire potuit: qui diſertioribus verbis ita S. Baſil. in pſal. 32.
philoſophatur. Ἄγγελοι ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς συστάσεως καὶ τῷ οἱονεὶ φυράματι τῆς οὐσίας αὐτῶν συγκαταβληθεῖσαν ἔχουσι τὴν ἁγιότητα, εὐθὺς οἱονεὶ βαφῇ τινι τῷ ἁγιασμῷ στομωθέντες. *Angeli in primâ ſui conſtitutione ac veluti maſsâ ſubſtantiæ ſuæ conſperſam habuere ſanctitatem; ſtatim ipſa ſanctificatione tanquam tincturâ quadam roborati.* Plurimi Theologorum huic ſententiæ acceſſere poſtquam S. Thomas P. Lombardum & Alenſem præceptorem ſuum aliter ſentientes deſeruit, quorum tamen opinioni probabilitatem non ademit: S. Thom. 1. p. q. 62.
dubitat ea de re & Gregor. Naz. neque verò alio ſenſu S. Thomas, ar. 3. & 6.
quam, *vt informitas præceſſerit formationem gratiæ non quidem ordine temporis ſed ordine naturæ. Item, quos altioris naturæ fecit, ad maiora gratiarum dona & ampliorem beatitudinem ordinauit eos qui meliora habuerunt naturalia, gratia tamen eorum eſt ex merâ voluntate Dei qui naturam eorum ad gratiam ordinauit.* Quibus ex verbis liquidò conſtat gratiam Angelorum naturæ debitam non eſſe. Quod luculenter ex ſuperiorum doctrinâ Patrum S. IOAN- S. Damaſc. 2. de
NES Damaſcenus docuerat lib. 2. ſed de fide. Vbi cum ſcripſiſſet An- fide cap. 3. edit.
gelos pro ratione ordinis ſui gratiam participaſſe: adijce, ἔξωθεν τῆς οὐ- Veron. Grat. p. 24.
σίας τὸν ἁγιασμὸν ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔχοντες. *Extra eſſentiam, ſanctificationem habent à ſpiritu ſancto.* Vtrumque declarauerat. S. BASILIVS

S. Baſil. lib. de Spiritu Sancto cap. 6.

S. Cyrill. l. 9. de adorat.

κατ' ἀναλογίαν τῆς πρὸς ἀλλήλας ὑπεροχῆς τοῦ ἁγιασμοῦ τὸ μέτρον παρὰ τοῦ πνεύματος ἔχουσαι, *mentes illæ ſecundum proportionem ſui adinuicem exceſſus, ſanctificationis menſuram à ſancto Spiritu habentes.* S. CYRILLVS lib. ix. de adoratione diſtinguit τῶν Ἀγγέλων τὴν ἰδίαν φύσιν παρὰ τῆς χάριτος ᾗ καταγλαϊζόμενοί εἰσι, *propriam Angelorum naturam à gratiâ quâ reſplendent,*

VII.

Homini gratia quoque indebita, etſi in eius ſtatu creatum eſſe probabilius ſit. Rupertus Alenſis, S. Bonauent. & Scotus & in 2. d. 29. S. Auguſtin. retractat. l. 1. c. 10. S. Thom. 1. 1. qu. 95 art. 1.

Humanæ igitur præſtantia naturæ cum ab Angelo longis infra ſpatiis relinquatur, gratiam natiuam iure quaſi ſuo expoſcere non poteſt. Vnde non inferiore nota Theologis aliquando viſum eſt homini, à primo ſtatim ortu gratiam defuiſſe. Mens ea quondam & S. Auguſtino fuerat lib. ſec. de Geneſi contra Manichæos, ſed eam expoſuit retractâs quod dixerat *factum à Deo prius hominem animalem.* Retractanti potiùs cum S. Thomâ aſſentimur: ſicut in eo Græcis etiam Patribus aſſenſus eſt: qui gratiam tamen illam originariam ad merũ Dei potius beneficium retulerunt. Homo igitur, quod Iuriſconſulti de libertate dicunt, ſimul cum ſole gratiam aſpexerit; non id equidem naturæ ius, ſed naturam condentis liberalitas fuit. S. Athanaſius orât. contra Gentes.

S. Athanaſ. orat. 1. quæ eſt contra Gent.

ὁ μὲν γὰρ τῶν πάντων δημιουργὸς ἅτε δὴ ἀγαθὸς καὶ ὑπέρκαλος ὢν διὰ τοῦ ἰδίου λόγου τὸ ἀνθρώπινον γένος κατ' ἰδίαν εἰκόνα πεποίηκε, καὶ τῶν ὄντων αὐτὸν θεωρητὴν καὶ ἐπιστήμονα διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητος κατεσκεύασε. ἵνα τὴν ταυτότητα σώζων μὴ τῆς περὶ θεοῦ φαντασίας ἀποστῇ, ἀλλ' ἔχων τὴν τοῦ δεδωκότος χάριν, ἔχων καὶ τὴν ἰδίαν ἐκ τοῦ πατρικοῦ λόγου δύναμιν, ἀγάλληται καὶ συνομιλῇ τῷ θείῳ, &c. *Vniuerſi conditor vt bonus & omnes bonitate præcellens, per verbum ſuum, humanum genus ad ſuam ipſius imaginem creauit: hominem rerum contemplatorem, & gnarum per ſui ſimilitudinem conſtituit: vt dum identitatem tueretur, nunquam à Dei cogitatione abſiſteret, ſed poſſidens donatoris ſui gratiam, poſſidens quoque quod erat propriæ ex Patris Verbo, facultatis; cum Deo exultaret & colloqueretur, &c.* S. Cyrillus variis locis, at nullibi clarius quam lib. ſec. in Eſaiam.

S. Cyrill. Alex. li. 1. de adorat. dialog. de Trinit. & l. 1. in Ioan. & lib. 2. in Eſai.

ἴδιον τῆς ἀνθρωπότητος τὸ οἴκοθεν μὲν ἔχειν καὶ ὡς ἐκ ἰδίας φύσεως, τῶν ἄνωθεν χαρισμάτων οὐδέν. καταπλουτεῖν δὲ μᾶλλον ἔξωθέν τε καὶ ἐπακτῶς, παρὰ θεοῦ δηλονότι τὰ ὑπὲρ φύσιν ἴδια. *Proprium quidem naturæ humanæ eſt, donorum cœleſtium gratiæ nihil planè ex penu propriâ ac veluti eâ propriâ naturâ, habere: at potius iis quæ ſupra naturam propriam ſunt, diteſcere extrinſecus atque aſcititiè, à Deo ſcilicet profectis.* Vnde alibi bonum gratiæ eleganter vocat τὸ ὑπὲρ κτίσιν πλεονέκτημα, *prærogatiuam ſupra conditionem.* Legatur & S. Damaſcen. lib. 2. de fide qui contraxit doctrinam Ss. Patrum, hæc enim materia ſilua eſt in eorum ſcriptis idem planè ſapientium.

S. Damaſc. l. 2. de fide c. 12.

VIII.

Mens S. Auguſt. & definitio S. Pontificum,

Quâ in re profectò mirum in modum S. Auguſtino conſentiunt, qui hominis principiis naturalibus gratiam minimè deberi ſenſit, vt lib. 3. de libero arbitrio & 1. Retractat. vt exponit eum Magiſter ſententiarum Petrus Lombardus Pariſienſis Epiſcopus lib. 3. D. xv. *ſed forte* & lib. de bono perſeuerantiæ cap. xi, vbi ignorantiam & difficultatem poſſe hominis eſſe *primordia naturalia* concedit quæ verba de impoſſibili quadam hypotheſi vt explicatur, abſque riſu à quoquam verè Theologo

logo audiri non poteſt : poſtquam ſtatus ille creationis in ſtatu puræ naturæ poſſibili, in omnium ſcholarum Cathedris omne punctum tulit Quanquam verò Theologi quidam iuſtitiam originalem homini naturalem dixerint: id intellexere vel quo ſenſu Tertullianus primordialem vel natiuam dixiſſet, id eſt à primo hominis ortu inditam, vti ſe res habuit de facto : natura enim pro origine & apud Paulum ſumitur : vel quâ parte ſubiectionem inferioris partis erga ſuperiorem complectebatur : non verò quâ ſanctificantem gratiam aut auxilium Dei ſupernaturale comprehẽdebat, vt appoſitè notat Gulielmus Eſtius Theologorum Belgij ſidus, in lib. ſec. ſentent. Eſtius in li. 2. ſent. d. 25. 56.

Quod vero mens ea ſit Eccleſiæ, non à doctoribus ſolũ vnius vrbis aut Prouinciæ, ſed ab Oecumenicis doctoribus ſũmis Pontificibus ediſcamus. Pius v. An MDLXVII. Gregorius XIII. An. MDLXXIX. Vrbanus VIII. eximiæ Doctrinæ ac Pietatis Pontifex An. Incarn. MDCXLII. in Bullâ quam per eius apud Gallias Apocriſiarium Cardinalem Grimaldum tranſmiſſam Pariſienſis Facultas ſingulari An. 44. Kal. Febr. conſenſu & veneratione ſuſcepit, Innocentius VIII cui multos annos hodie acclamat Eccleſia, Bullam eamdem confirmauit: Omnes, inquam, illi ſupremi Põtifices has propoſitiones in articulis Michaëlis Baij & aliorum quorum nonnulli primum olim à Facultate Pariſienſi damnati fuerant Anno MDLX. improbant. ARTIC. XXII. *Humanæ naturæ ſublimatio & exaltatio in conſortium diuinæ naturæ debita fuit integritati primæ conditionis & proinde* NATVRALIS *dicenda eſt, & non ſupernaturalis.* ARTIC. XXIV. *Abſurda eſt eorum ſententia qui dicunt hominem ab initio dono quodam ſupernaturali & gratuito ſupra conditionem* NATVRÆ *ſuæ fuiſſe exaltatum, vt fide, ſpe & charitate ſupernaturaliter Deum coleret.* ARTIC. XXV. *A vanis & otioſis hominibus ſecundùm inſipientiam Philoſophorum excogitata eſt ſententia: hominem ab initio ſic conſtitutum, vt per dona Naturæ ſuperaddita fuerit largitate conditoris ſublimatus & in Dei filium adoptatus.* Artic. XXVII. integritas creationis non fuit indebita naturæ humanæ exaltatio: ſed NATVRALIS eius conditio. ARTIC. LV. Deus non potuiſſet talem ab initio creare hominem, qualis nunc naſcitur. Iudicet eruditus Lector num hi errores, Græcorum Patrum non refellantur iis locis, quos ſuperiùs cumulauimus.

CAPVT QVARTVM.

Gratia multiplex intelligentia & acceptio.

SVMMA CAPITIS.

I.

GRatia pro Auctore gratia, gratiâ increatâ,

II.

Gratia pro amore Dei interno erga creaturas.

III.

Gratia pro effectibus naturalibus Dei.

IV.

Gratiæ vtriuſque diſcrimen.

V.

Gratia pro pulchritudine exteriori.

VI.

Gratia pro ſyſtemate toto rerum ſupernaturalium.

VII.

Gratia pro lege gratiæ.

VIII.

Gratia pro Euangelij prædicatione.

IX.

Gratia pro miraculis,

X.

Gratia pro Myſterijs.

XI.

Gratia pro Myſterijs, id eſt Sacramentis.

XII.

Gratia pro gloria.

XIII.

Gratia pro donis gratiæ gratis data.

OBſceuti philoſophiæ methodo, defuncti quæſtione *an ſit* Gratia: ad quæſtionem *quid ſit* ex mente Græcorum Eeeleſiæ proceruni diſceptandam primum gradum faeimus, varias voeis Gratiæ ſignificationes homonymiæ explicandæ eauſſâ, quod alij ex latinis Patribus præſtiterunt, ex Græcis ſubnotaturi.

I.

I. Gratia pro Auctore Gratiæ, gratiâ increatâ.

Apud Magiſt. ſent. lib. 1. b. 17.

Gratia igitur apud Græcos Patres pro Auctore Gratiæ ſeilicet pro Deo, gratiæ prineipio vſurpatur. Non ſeeus atque apud Theologos gratia in ereatam & inereatam diſtinguitur quo ſenſu B. Auguſtinus voeauit Spiritum ſanctum Gratiã, eodem quo & donum. *Gratia Dei donum Dei eſt, donum autem maximum ipſe Spiritus Sanctus eſt, & ideo Gratia dicitur.* Idque conſentaneè eum verbis Apoſtoli per lauacrum regenerationis & reuoeationis Spiritus ſancti quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum vt iuſtificati gratiâ ipſius hæredes ſimus ſeeundũ ſpẽ beatæ æternæ. Tit. 3. Perrarum quidem id apud Patres Græcos, duos tamen ita reperi ſic loquentes. Primus eſt DIONYSIVS Alexandrinus qui illud Apoſtoli. *Laboraui non ego ſed Gratia Dei mecum* περὶ χάριτος ἐνυποστάτου *de Gratia ſubſiſtente interpretatur*: De Gratiâ increatâ alio ſenſu loquitur & B. CYRILLVS to. 1. in Ioannem, pro diuinitate ipsâ eorporaliter in filio reſidente, οὐ μεμετρημένην ἔχει ὡς ἐπίσου διδόντος τὴν ΧΑΡΙΝ ἀλλ' ὡς ἐν τελείῳ τελείαν καὶ ἀληθῆ τουτέστιν οὐκ ἐπείσακτον, οὐδὲ

Dionyſ. Alexand. Epiſc. contra Paulum ſamoſat. q. 7. to. 1. Bibl. PP. Gr.

1. Cor. 15.

S. Cyrill. in Io. oper. to. 4.

ἔξωθεν ὡς ἐν προσθήκης μέρει προσαπτομένην, ἀλλ' οὐσιωδῶς ἐνυπάρχουσαν, καὶ καρπὸν πατρῴου ἰδιώματος φυσικῶς ἐπὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ διήκουσαν υἱόν. *Habet immenſuratam Gratiam non quaſi ab altero acceptam, ſed tanquam in perfecto perfectam ac veram: id eſt non aſcititiam nec aliunde quaſi acceſsionis loco ſuppeditatam, ſed ſubſtantialiter inexiſtentem, & fructum Paternæ proprietatis naturaliter tranſmiſſum in filium.* Quæ verba de gratiâ creatâ nõ poſſunt intelligi, quæ nec infinita, nec ſubſtãtialiter ineſt, nec naturaliter Paternitate in filiũ tranſmittitur. Sic gratia pro Deo incarnato accipitur à S. Germano Patriarcha Conſtantinopol. orat. in Natiuitatem Χριστὸς ὁ Θεός, ἡ χάρις ἀχειροτεύκτως ἑαυτῷ ναὸν ἐτεκτήνατο τὴν ἐμψυχωμένην αὐτοῦ σάρκα τῇ ἀρχιτεκτονίᾳ τοῦ πνεύματος. *Christus Deus, Gratia, ſine manibus conſtruxit ſibi templum, animatam nempe carnem ſuam operâ Spiritûs.*

II.

Gratia pro amore & beneuolentia Dei erga creaturas: quæ grandi quodam genere dicendi ab Apoſtolo dicitur Thronus gratiæ Dei, ad Hebr. cap. IV. Amor autem ille diuinus quoad entitatem vt vocant eſt idem cum eſſentiâ diuinâ, quod ante Scholæ Theologos S. Chryſoſtomus feliciter expreſſit Commentar. in pſalm. dicit eſſe attributum τὸ τῆς οὐσίας θεοῦ, τὸ προσὸν τῇ φύσει τοῦ θεοῦ τὸ συνουσιωμένον αὐτῷ *ſubſtantiæ Dei, quod adeſt naturæ Dei, eique coeſſentiatum eſt quod Theologi dicunt, eſſentiæ Dei identificatum.* Hoc ſenſu dicitur in ſcripturis Εὐδοκία *beneplacitum, bona voluntas*, & à Paulo in re prædeſtinationis πρόθεσις τῆς χάριτος *propoſitum Gratiæ Dei* ad Rom. IV. Nihil frequentius apud Ss. Patres Græcos. Vtrumque coniunxit S. Athanaſius in Arianos ὅσα τὰ γενητὰ ἔξωθεν τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ βουλήσει γενόμενα. *Omnes creaturæ extrinſecus Gratiâ ipſius & voluntate productæ.* S. Cyrillus infra, φιλοτιμίαν καὶ χάριν coniunget. Idem alibi vocat τὸ ἀγαθὸν τοῦ θεοῦ, vt S. Paulus dixit τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ *quod bonum eſt Dei.* Latinos Patres & Theologos huc non adducimus: id enim alij executi ſunt, videri poſſunt S. Auguſtinus epiſt. ad Paulinum & S. Thomas.

II. Gratia pro amore Dei interno erga creaturas.

S. Chryſoſt. in pſal. 47.

Pſal. 5. & 50.

S. Athanaſ. or. 1. in Ar.

S. Cyrill. to. 1. in Ioan. & li. de ador.

Rom. 2.

S. Aug. epiſt. 106.

S. Tho. 3. p. q. 86. c. 2.

III.

Gratia pro effectis Dei ad naturalem creaturarum ſtatum pertinentibus. *Gratiam creantem à gratiâ ſaluante* hoc ſenſu diſtinguit S. Auguſtinus. Eodem modo Ss. Patres Græci. Hac nempe mente, quod nihil habeamus in ordine naturalium bonorum recenſitum, à diuinâ tum potentiâ tum bonitate minimè corrogatum. Vnde omnis creatura per gratiam producta: per gratiam conſeruata: per gratiam quoque, ſubſtantiæ ſuæ, facultatum & proprietatum vniuerſo apparatu à Deo inſtructa dici poteſt: eo quod neque iſta promereri, neque aliunde quã à Deo ſponte creante gratiſque ſeruante & prouidente, iſta ſuſcipere tuerique potuerit. Inde Prouidentia, πολυτρόφος δωρεὰ gratia nutrix omnium Latino interpreti ſapient. XV. 1. ſexcenta apud Græcos exempla occurrunt. Ita B. Athanaſius participationem rationis quæ hominis ipſa natura eſt Χάριν λόγου *Verbi Gratiam* appellat & rationem ipſam hominis τὴν τοῦ κατ' εἰκόνα χάριν *Gratiã imaginis.* Ita B. Baſilius ho. IX.

III. Gratia pro effectis naturalibus Dei.

S. Athanaſ. lib. de Incarnat.

Epiphan. epiſt. ad Ioan. Hieroſ. in hex. Ita ſanctus EPIPHANIVS ex interpretatione B. Hieronymi perſeuerantem in homine imaginem Dei GRATIAM abſolutè vocat idemque clariùs in Anomœos rationalem hominis conditionem λογικοῦ χαρίσματος δῶρον *rationalis Gratiæ donum* appellat. Tandem vt innumeris in re facillimâ paucamus, Concil. VI. act. 2. SOPHRONIVS Hieroſolymitanus in literis Synodicis quæ leguntur & probantur in Concilio VI. incorruptibilitatem Angelorum & hominum immortalitatem, Gratiæ tribuit. οὕτως αἱ ἀνθρώπων ψυχαὶ διαμένουσιν ἄφθαρτοι· οὕτως ἄγγελοι διατελοῦσιν ἀθάνατοι, οὐ φύσιν ἀληθῶς ἄφθαρτον ἢ οὐσίαν κυρίως ἀθάνατον ἔχοντες, ἀλλὰ ΧΑΡΙΝ ἐκ Θεοῦ κληρωσάμενοι ἀθανασίας χορηγὸν καὶ ἀφθαρσίας αὐτοῖς ὑπάρχουσαν πρόξενον. *Sic hominum animæ perſeuerant incorruptibiles, ſic Angeli permanent immortales: naturam aut eſſentiam verè propriéque immortalem non habentes, ſed Gratiam à Deo ſortiti, immortalitatis auſpicem & incorruptibilitatis ipſis conciliatricem.* S. Damaſc. 2. de fide cap. 3 & 12. S. DAMASCEN. lib. II. de fide Ἄγγελος ἀθάνατος οὐ φύσει ἀλλὰ ΧΑΡΙΤΙ *Angelus non naturâ ſed Gratia immortalis* & cap. 12. omnia penè naturalia animæ humanæ bona complexus, anima, inquit, eſt ſubſtantia viuens, ſimplex & incorporea: oculis corporeis ſecundum propriam naturam inuiſibilis, immortalis, rationalis, intellectualis, figurâ carens, organico vtens corpore: illi vitam, augmentationem, ſenſum & generationem tribuens: nullam præter ſeipſam mentem habens, partem ſui puriſſimam: quod enim oculus in corpore id mens in anima: liberi arbitrij voluntate prædita, efficax mutabilis, & quidem ad nutum cum ſit etiam creata: tandem addit, καὶ πάντα ταῦτα κατὰ φύσιν ἐκ τῆς τοῦ δημιουργήσαντος αὐτὴν ΧΑΡΙΤΟΣ εἰληφυῖα. *Et hæc omnia ſecundum naturam ex Creatoris ſui* GRATIA *conſecuta eſt.* Rationem quam ſupra attigimus, S. Cyrill. oper. to. 4. p. 74. ob quam bona etiam naturalia Gratiæ nomen ſortiantur, diſertè exponit ſanctus CYRILL. Alexandr. to. I. in Ioan. καὶ οὐκ ἂν ὅλως ἰδίοις ἀγαθοῖς ἡ τῶν ἀνθρώπων εὐαγγελίζοιτο φύσις· ἀλλ' οὐδὲ ἡ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. μετὰ γὰρ τοῦ κεκλῆσθαι πρὸς γένεσιν, καὶ τὸν τοῦ πως εἶναι λόγον ἕκαστον τῶν ὄντων ἔχει παρὰ Θεοῦ· καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς οὐσιωδῶς ἐνυπάρχειν διαχεισόμεθα, ὃ μὴ δῶρόν ἐστι τῆς τοῦ κτίσαντος φιλοτιμίας, καὶ ῥίζαν ἔχει τὴν τοῦ δημιουργήσαντος ΧΑΡΙΝ. *Neque verò natura hominum propriis bonis gloriari poteſt, ſed ne ipſa quidem ſanctorum* In Ioan. lib. 10. *Angelorum: vt enim & creata ſunt, ſic vnumquodque eorum, exiſtendi modum habet à Deo, nec in iis quidquam non eſſentialiter eſſe ſtatuemus, quod à benignitate Creatoris non ſit profectum, nec opificis gratiæ radicitus innitatur.* Idem dicit Agricolas, factâ ſemente, τὰ λοιπὰ ἐπιτρέπειν τῇ θείᾳ δυνάμει καὶ χάριτι *reliqua præmittere diuinæ Poteſtati & Gratiæ*, concurſui dubio procul naturali.

IV. Gratiæ vtriuſque diſcrimen.

IV.

Quemadmodum verò ſollicitè proſpexerunt Latini Ss. Patres, vt præter naturalem hanc Dei beneficentiam gratiæ nomine donatam: alteram ordinis ſupernaturalis Gratiam conſtituerent, præ cæteris ſanctus Inter Epiſt. Au g. 95 Auguſtinus variis contra Pelagianos locis, vt in Epiſtolâ ad Innocentium Papam nomine aliorum etiam Epiſcoporum Africæ. *Etſi non improbanda quadam ratione dicitur* GRATIA *Dei qua creati ſumus vt nonnihil eſſemus: nec ita eſſemus aliquid vt cadauer quod non viuit, & Arbor quæ non ſentit,*

Digitized by Google

aut pecus quod non intelligit; ſed homines qui eſſemus, & ſentiremus & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio Creatori noſtro gratias agere deberemus: vnde merito & iſta Gratia dici poteſt, quia non præcedentium aliquorum operum meritis, ſed gratuita Dei bonitate donata eſt: Alia eſt tamen, &c. & in Pſalm. cxliv. Attendamus GRATIAM Dei quâ refecit nos. Sic etiam Græci Patres profeſſi ſunt. Vnus præ cæteris maledicentiæ obnoxius S. CHRYSOSTOMVS τὴν ἄνωθεν ΧΑΡΙΝ *Gratiam deſurſum* καὶ τὴν ἄνωθεν χεῖρα *manum deſuper* ſæpius vocans, eamque à communis prouidentiæ beneficio ſecernens, vt poſtea luculentiùs patebit. S. Chryſoſt. vt in Geneſ. hom.

V.

Huic Gratiæ ordinis naturalis ſignificato addi poſſet gratiam quoque dici ornamentum in corpus ipſum diffuſum Pſal xliv. *Gratia in labiis diffuſa*: Gr. ἐξεχύθη refuſa eſt quò pertinet illud Chryſoſtomi de Gratiâ corporeâ ſanctorum faciem illuminante quaſi ex interioris gratiæ effuſione τῶν ἁγίων οὐχὶ τὰ ῥήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ πρόσωπα πνευματικῆς γέμει χάριτος. *Sanctorum non ſolùm verba, ſed vultùs ipſi ſpirituali gratia redundant.* Item gratiam pro gratitudinis & charitatis Chriſtianæ communicatione quæ χάρις διακονουμένη dicitur S. Paulo 2. Cor. c. 8. vt notat S. Chryſoſt. qui & Euangelij prædicationem interpretatur ho. XVIII. Sed hæc de gratiâ ordinis inferioris ſatis ſuperque. Gratia pro pulchritudine exteriori. S. Chryſoſt. ho. 5. ad pop. Antioc.

VI.

In rebus igitur ordinis ſupernaturalis, Gratia primò ſumitur pro toto ſyſtemate rerum ſupernaturalium in Creaturas à Deo per tranſmiſſarum, ab Apoſtolo ad Titum ſcribente, vt Græci PP. legunt ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις. *Apparuit Gratia Dei Salutaris omnibus hominibus.* Hic eſt Gratiæ vniuerſalis apertus quidam fons & theſaurus, omnes omnino Gratiarum & mediorum ad gloriam ſpectantium ſpecies complectens. Gratia *qua Chriſtiani ſumus* dicitur à S. Auguſtino & aliis Epiſcopis Epiſt. ad Innocentium I. Vnde & pro ſupernaturali prouidentiâ media illa omnia diſponente ſumitur à ſancto Irenæo loco qui ab Andreâ Cæſarienſi & ab Aretâ in Apocalypſim laudatur vbi de nomine Antichriſti ſuppreſſo, ἡ θεία χάρις οὐκ ηὐδόκησεν ἐν θείᾳ βίβλῳ τὸ τοῦ λυμεῶνος ἐγχαράξαι ὄνομα. *Diuinæ Gratiæ minimè viſum eſt libro diuino corruptoris nomen mandare.* Πρόνοια τῆς χάριτος dicitur à Pachone abbate apud Pallad. hiſt. Lauſ. c. 27. Prouidentia gratiæ. Gratia pro ſyſtemate totò rerum ſupernaturalium. S. Irenæi locus eſt lib. 5. cap. 30.

VII.

Gratia pro ſtatu, ordine, tempore ac decurſu legis Gratiæ à Chriſto inſtitutæ: *lex enim per Moyſen data eſt gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Ioan. 1. ſic abſolutè vſurpant Græci Patres quam ſæpiſſimè: vnde illud Chryſoſtomi Comment. ad Galat. ἐν τῇ χάριτι εὐκολωτάτη καὶ ἀσφαλεστάτη σωτηρία. *In Gratia*, id eſt lege & ſtatu gratiæ, *facillima & ſecuriſſima ſalus.* Ἀκολουθία τῆς χάριτος conſecutio gratiæ dicitur veteri ſcriptori ho. IV. in Iob. Gratia pro lege gratiæ. Chryſoſt. hom. de Prophet. obſcur. to. 4. ſæpe ad Gal. hom.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VIII.

VIII. Gratia pro Euangelij prædicatione.
S.Gregor.4.in l.1. Reg cap.5.
S.Cyrill.l.3.in Io. to.4.pag.298.399.& 921.

Gratia pro Euangelij doctrinâ & prædicatione S. Athanaſ. opuſc. quod duo primi ferè quo modo *gratiam prædicationis* vocat S. Gregorius lib. IV, in lib. I Reg. S. Cyrillus lib. 3. & IV. in Ioan. & lib. X. οὐκ ἐπὶ μέρους ἡ χάρις, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ὅλην γέγονε τὴν οἰκουμένην τὸ ἐκ τῆς πίστεως ἀγαθόν. *Gratia non pro parte tantum, ſed fidei bonum in omnem terrarum orbem diffuſum eſt, &c.* præter hanc tamen, aliam Gratiæ ſpeciem Græcos Patres cognouiſſe, ne quid Pelagianum iis affingeretur S. Chryſoſt. docet ho. xlvii. in Ioann.

IX.

IX. Gratia pro miraculis.
S.Athan.to.2.
S.Cyrill.to.4 p 204. & 205.

Gratia pro Miraculis S. Athanaſius aut vetus auctor orat. de aſſumpt. Chriſti de Eliæ raptu loquens ἡ ἀξία τῆς χάριτος τὸν νόμον φύσεως ἀλλάσσει. Dignitas gratiæ, legem naturæ immutat. Aſterius hom. in hæmorroiſſam apud Photium. Cyrill. lib. 2. in Io. ἀναπυνθάνεται τὴν ὥραν τῆς ἐπὶ τὸ χρῆστον τῆς νοσούσης ῥοπῆς, εἰ συντρέχει δοκιμάζων τῷ τῆς χάριτος χρόνῳ. *Interrogat de hora quâ ægrotus melius habere cœpit, explorans vtrum ea cum gratiæ tempore concurrerit.* Ita & pro conſeruatione præter ac ſupra naturam quo ſenſu Theodorus Abucara hominem naturâ mortalem, ſi non peccaſſet, χάριτι ἀθάνατον Gratia immortalem futurum fuiſſe ſcribit.

Theod. Abuc. opuſc. 40. to.1. Bibl. PP. Gr.

X.

X. Gratia pro myſteriis.
S.Greg.Naz.orat.39

Gratiæ pro myſteriis, frequentiſſimè in homiliis Ss. Patrum Græcorum quas in celebratione ſolemnium & votiuorum dierum habuerunt. Sufficiat vel illud S. Gregorij Nazianzeni in ſancta lumina, ſeu Epiphan. ὁρᾶτε τῆς ἡμέρας τὴν χάριν, ὁρᾶτε τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν. *Videte huius diei gratiam: videte myſterij virtutem.*

XI.

XI. Gratia pro myſteriis id eſt Sacramentis
Greg Naz 1. in Iulian & orat. de baptiſ.
S.Cypr. ep.58.
S.Cyrill. ep. ad Epiſcopos Lybiæ to.5. v. & Pallad. ca. 72. de Angelo ſcribente nomina τῶν τῇ χάριτι προσερχομένων.
S Athanaſ. to.1.
S.Greg.Nyſſ to.2. de Greg. Thoma.

Gratia pro myſteriis, quæ ita apud Græcos, Sacraméta apud Latinos dicuntur, Gratiæ vaſa, inſtrumenta & ſigna practica à Chriſto inſtituta: ex quorum communione Chriſtiani χάριτος συμμέτοχοι Gratiæ communicipes S. Gregorio Nazianz. dicuntur. Baptiſmum dici gratiam, quia debentibus etiam datur χάρις ὅτι καὶ ὀφείλουσι idem teſtatur: ſicut Latinis abſolutè gratia dicitur poſt B. Cyprianum & S. Auguſt. ita & græcis, Gregor. Nyſſen. lib. de vita Moſis, S. Cyrillo aliiſque paſſim, Euchariſtiam quoque abſolutè gratiam vocant: hinc illud Chryſoſtomo familiare τῇ χάριτι προσιέναι *ad gratiam accedere* pro eo quod communicare eſt. Et B. Cyrill. epiſt. ad Epiſcopos Lybiæ. Ordinatio etiam gratia dicitur, vt ordinatio Epiſcopalis ab S. Athanaſio epiſt. ad Dracontium & S. Gregorio Nyſſ. qui & in oratione de Gregorio Thaumaturgo, à quo cum Alexandrum Comanæ Epiſcopum ordinatum narrat προσάγει τῷ Θεῷ διὰ τῆς ἱερωσύνης τὸν ἄνδρα κατὰ τὸν γενομένον ἔννομον τελειώσας τῇ χάριτι. *Verum per Sacerdotium Deo ſiſtit, ſecundum ritum præſcriptum initians* GRATIA. Rationem explicauimus in Commentar.

ad Archieraticum græcorum parte VIII. obſeru. I. Gratia etiam pro conditione Chriſtianiſmi in ſacrorum cõmunione æqualis; ὁμότιμα χάρις de qua vetus Auctor ho. ſec. in Geneſ. inter opera Chryſoſtom. to VI.

XII.

Gratia pro Beatitudine ſeu gloriâ: quâ notione, Rom. VI. *Gratia Dei vita æterna*, & Ioan. I. gratiam pro gratiâ, id eſt pro gloriâ vt exponit S. Auguſtin. liber. arbitr. cap. IX. frequenter ita Græci PP. B. Baſil. ho. de Paradiſo, de gloriæ fruitione loquens dixit ἀπολαύειν τῆς θεοῦ χάριτος *frui gratia Dei*, B. CHRYSOST. hom. VII. in epiſt ad Rom. & alij Comment. ſicut viciſſim gloria gratiam ſignificat apud Paulum Rom. iij. πάντες ἥμαρτον καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ. Omnes peccauerunt & egent gloriâ Dei, ſic & B. Cyrillus vbi de ſtatu Innocentiæ Adam δόξης οὔπω τῆς ἄνωθεν καὶ ἁγιασμοῦ στερούμενοι. *Gloria illa ſuperna & ſanctitate nondum priuati.* Sed Gregor. Nyſſen. de futurâ gloriâ loquens, μία χάρις ἐπιλάμψει τοῖς πᾶσιν. *vna gratia omnibus elucebit* & Iouius Monachus apud Photium C. CCXXII. τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον, immortalem reſurrectionis gloriæ gratiam vocat, & Nyſſen. lib. de hominis opif. c. XVII.

Gratia pro Gloria

S. Cyrill. lib. 2. de adorat.

S. Gregor Nyſſen. or. de mortuis, to. 2

XIII.

Gratia tandem proprie dicta, pro mediis ſupernaturalibus ad gloriæ conſecutionem per ſe tendentibus, quorum quædam homini ad commune Eccleſiæ bonum, & ad ſalutẽ aliorum cõcedũtur: vt gratiæ gratis datæ, *quæ diuiſiones gratiarum* 1. Cor. XII alia cuilibet homini ad propriam ſalutem, vt auxilia & habitus gratiæ ſanctificantis. De prioribus S. Baſil. lib. de baptiſ. S. Epiphanius contra Montaniſtas & nos de iis lib. 3. de poſterioribus autem in continenti.

Gratia pro donis gratiæ gratis datæ.

Ex his ſatis patet nos nullam proprie gratiam admittere ac eo nomine cohoneſtare, quæ non ſit ordinis ſupernaturalis. Viderint illi Theologorum qui vt aduerſantes quorumdam Patrum locos, de neceſſitate gratiæ ad ſuperandas etiam leues tentationes & ad quodcumque bonum opus morale concilient, præclarum ſeſe aliquid adinueniſſe putant, duplicem gratiam, vnam ordinis naturalis, alteram ordinis ſupernaturalis. Accuratè loquendo hæc diſtinctio nulla eſt. Si enim cum naturali concurſu gratia confundatur iam gratia propriè non eſt, ſed aliquod ad naturam pertinens auxilium, quod & in commune & in ſpeciale cum diſtribuitur impropriè dictæ ſolum gratiæ vendicare ſibi titulum poteſt, vt apud B. Thomam cum ſcribit *bonum politicæ virtutis licet commenſuratum naturæ humanæ non poſſe fieri ſine auxilio gratiæ Dei.* 12. qu. 109. art. Si quis tamen contentioſiùs, præterquam Eccleſiæ Dei conſuetudinem habent, hoc modo gratiam Dei ad minima quæque bona opera neceſſariam inclamet; nos illi de nomine ſolũ digladianti, & ſignificationem propriam gratiæ, quæ ſola ſupernaturalis, ad auxilium toto ordine inferius auocanti parcimus potius & ad συγκατάβασιν aliquid condonamus, quàm reſiſtimus. Nos autem, quantum licebit, ἀκριβολογεῖν neceſſe eſt. Plura poſtea.

Vide Vaſquez 12. qu. 109. diſput. 190. cap. 12.

CAPVT QVINTVM.

Gratia propriè dicta per Chriſtum gnaros admodum fuiſſe Patres Græcos.

SVMMA CAPITIS.

I.

DEfinitio *Gratiæ propriè dictæ.*

II.

Deus ſolus auctor Gratiæ propriè dictæ.

III.

Gratia per Chriſtum Græcis PP. *aſſerta.*

IV.

Angelorum omnis gratia à Chriſto.

V.

Gratia iuſtorum omnium etiam ante Chriſtum, per Chriſtum fuit.

I.

Definitio gratiæ propriè dictæ.

GRATIA per Chriſtum facta Ioan. 1. de quâ nunc agitur, eſt qualitas ſupernaturalis ordinis, creaturæ intelligenti à Deo donata, intuitu Chriſti, in ordine ad ſanctificationem ſupernaturalem & gloriam obtinendam, quæ omnia in paucis illis verbis quibus & argumentum epiſtolæ Pauli ad Romanos, cõtinetur δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Vnde præter GRATIAM INSTITVTIONIS quam Pelagio concedit B. Auguſtinus, neceſſatiam infert GRATIAM RESTITVTIONIS. Quibus ex verbis Theologorum nonnulli gratiam Dei à gratiâ Chriſti in eo diſtinxere, quòd omnem quidem gratiam Deus producat, ſed quamdam abſque rèlatione ad Chriſti merita: qualis fuit gratia Angelis & primis hominibus ab ipſo ſtatim ortu conceſſa, & omnis illa gratia quæ creaturæ ad aliud quàm ad bene viuendum datur, vt loquitur B. Auguſtin. in Epiſtolis: gratia vero per Chriſtum ſit quidem à Deo auctore, ſed cum expreſſâ conſideratione meritorum Chriſti Redemptoris, vnde & *Medicinale Saluatoris auxilium* dicitur ab eodem B. Auguſtino *& Gratia Medicinalis.* Nos autem quum ex mente eiuſdem S. Doctoris, in hoc rerum ordine, gratiæ vniuerſam veluti ſummam à Chriſto, de cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratiâ Ioan. 1. in creaturas quaſcumque deriuatam, eiuſque meritis partam, atque tam Angelis quam hominibus propter Chriſtum conceſſam arbitremur: vt gratiam Dei, ſic gratiam quoque per Chriſtum, Ss. Patrum Græcorum Theologiam minimè fugiſſe clariſſimè demonſtramus.

S. Aug. lib. de Nat. & grat. contra Pelag. & Celeſt. c. 11. 13. & 53.

S. Aug. ep. 90. 91. & 105.

De nat. & grat. c. 34. & 54.

II.

II.

Deus ſolus princeps cauſſa gratiæ.

Ineſſe Deo ſoli gratiæ producendæ poteſtatem, quam non ſolum poteſtatem excellentiæ, ſed etiam poteſtatem auctoritatis cuiuis incommunicabilem appellat B. Thomas, Græci Patres vnanimi conſenſu profeſſi ſunt. Luculenter B. IOANNES Chryſoſt. ἡ ὄντως χάρις ἀπὸ θεοῦ. *Quæ verè gratia eſt, à Deo eſt.* Vnde cum ab Apoſtolo dicitur: *Gratia & Pax vobis à Deo Patre & Domino Ieſu Chriſto:* Chriſtum neceſſariò Deum concludi probat B. Cyrillus in Theſauro. οὐ γὰρ δή που μίαν εἶναι φυσικὴν τὴν ἐνέργειαν δώσομεν θεοῦ καὶ ποιήματος, ἵνα μήτε τὸ ποιηθὲν εἰς τὴν θείαν ἀνάγωμεν οὐσίαν, μήτε μὴν τῆς θείας φύσεως τὸ ἐξαίρετον εἰς τὸν τοῖς γενητοῖς πρέποντα κατάγωμεν τόπον. οἷς γὰρ ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ δύναμις ἀπαραλλάκτως μία, τούτοις ἀνάγκη καὶ τὴν τοῦ εἴδους ἑνότητα σώζεσθαι. *Nemo enim vnam eſſe naturalem operationem ſtatus Dei & creaturæ: ne videlicet id quod creatum eſt, ad eſſentiam diuinam euehamus: neue è contrario diuinæ naturæ excellentiam ad locum creaturis congruentem deprimamus.* Ac proinde Chriſto vt Deo conuenit τὸ συμπαραλαμβάνεσθαι παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς εἰς τὴν τῶν θείων χαρισμάτων ἐπίδοσιν *à Deo & Patre coaſſumi ad gratiarum diuinarum largitionem.* Vſus erat antea hoc argumento B. Athanaſius orat. ſec. in Arianos.

S.Chryſ.ho.in iam ad Cor.

S.Cyrill. Theſ. aſſert.32.to.5.p.268.

III.

Gratia per Chriſtum & Verbum Incarnatum ad Creaturas à Deo manat.

Gratia nihilominus etiam per Chriſtum vt per cauſſam Principem meritoriam à Deo in creaturas promanat. S. Athanaſius orat 3. in Arianos id ex duplici Apoſtoli loco confirmans ſec. Tim. 1. *Gratia data eſt nobis in Chriſto* Ieſu *ante tempora ſæcularia.* Et ad Epheſ. *benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto.* Quæ vult dicta conſtare omnia. διὰ τὴν ἐν τῷ Χριστῷ ἀποκειμένην τὴν εἰς ἡμᾶς φθάνουσαν χάριν. *Propter gratiam in Chriſto repoſitam, ad nos peruenientem.* S. BASILIVS lib. ad Amphilochium exponens quot vſurpatur modis τὸ δι᾽ οὗ *per quem* inculcatis modis plurimis gratiæ quibus Chriſtum peccatorem illuminat atque erigit à peccato: ſubijcit, οὕτω τὰ ἐκ θεοῦ ἀγαθὰ διὰ τοῦ υἱοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀφικνεῖται πλείονι τάχει τὰ καθ᾽ ἕκαστον ἐνεργοῦντος ἢ ὡς ἂν λόγος ἐξίκοιτο. *Sic bona à Deo per filium ad nos prodeunt maiori celeritate id circa ſingulos operantem quam vllus ſermo prodire queat.* S. Gregor. Nyſſen. orat. ſec. de or. domin. ὁ ἡμέτερος νομοθέτης ἡμᾶς τῇ θείᾳ χάριτι προσάγει οὐ θεατὰς μόνον τῆς θείας δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ κοινωνοὺς ἀπεργάζεται, καὶ εἰς συγγένειαν τρόπον τινὰ τῆς ὑπερκειμένης φύσεως τοὺς προσιόντας ἄγει. *Legislator noſter nos ad diuinam gratiam adducit, nec ſpectatores tantum diuinæ potentiæ, ſed etiam participes efficit: atque ad cognationem aliquomodo ſuperioris naturæ accedentes promouet.* Quamobrem & S. Cyrillus Chriſtum vocat δεύτερον τοῦ γένους ῥίζαν εἰς ἀφθαρσίαν ἡμᾶς τὴν προτέραν ἀναβιβάζουσαν, ſecundam generis radicem quæ nos ad incorruptibilitatem primã reſtituit. Rationem paucis complexus eſt altiſſimam S. Chryſoſtom. vbi nihil valere poſſe preces noſtras aſſeruit, niſi à filio offerantur, υἱοῦ γὰρ ἡ χάρις *filij enim eſt gratia.* Quod Theologorum optimi docent, cum vniuerſum illud τοῦ υἱοῦ πλήρωμα, de quo poſt Ioannem S. Baſilius

S. Athan. or.3. in Arian. to.1.

S.Baſil. ad Amphiloc. c.8.

S.Greg.Nyſſ.or.2. d.or.diu.

S. Cyrill. l.3. glaphy. 1. & lib.3. de ador.

S.Chryſoſt. ho. 33. in Epiſ. ad Hebr.

in Pſalm. 7. nihil aliud eſſe volunt, quam vniuerſalem atque integrum gratiarum omnium quæ vſquam vnquam in aliis extitere, à Chriſto meritis emptum cumulum ac Theſaurum, eiuſque gratiâ & cauſſâ, Angelis ac hominibus apertum atque diſpertitum, iuxta illud 1. Cor. 1. *Gratia data eſt in Chriſto Ieſu.* S. Thomas in 1. cap. Ioannis legatur & 3. 4. qu. 7. art. 9. *Gratia*, inquit, *collata eſt Chriſto tanquam cuidam vniuerſali principio, in genere habentium gratiam; virtus autem primi principij alicuius generis vniuerſaliter ſe extendit ad omnes effectus illius generis ſicut ſol vniuerſalis eſt cauſſa generationis, vt ait Dionyſ. cap. IV. de diu. nom. eiuſque virtus ſe extendit ad omnia quæ ſub generationem cadunt. Vnde totalitas & perfectio gratiæ competit Chriſto non ſolum quoad quantitatem eius intenſiuam, ſed etiam ad omnes gratiæ effectus, &c.*

IV.

Angelorum gratia per Chriſtum. Dionyſ. Eccleſ. hier. cap. 4.

S. Cyrill. lib. 9. de adorat. ad med. to. 1.

Vnde meritò Angelorum gratia in quâ creati ſunt, Chriſto auctori aſcribenda eſt, vt reuera à Ss Patribus Græcis aſcribitur. B. Dionyſ. hoc voluit cum πηγαῖον τῶν θείων ἀποληψέων fontem diuinarum ſuſceptionum appellauit, etiam ad Seraphim referendo. B. CYRILLVS explicans quomodo Chriſtus ſit ſanctus ſanctorum, ex cuius plenitudine omnes accepimus rationem reddit huiuſmodi, Χριστοῦ γὰρ μέτοχος ἡ πᾶσα ἐστιν ὁρατή καὶ ἀόρατος κτίσις. Ἄγγελοι τε γὰρ καὶ Ἀρχάγγελοι καὶ τὰ ἔτι τούτων ἐπέκεινα, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ χερουβὶμ, οὐχ ἑτέρως ἅγια, πλὴν ὅτι διὰ μόνου Χριστοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι. *Chriſti enim particeps eſt omnis creatura, viſibilis & inuiſibilis. Etenim Angeli & Archangeli, iiſque excelſiora, ipſa denique Cherubim, non aliter quam per* CHRISTVM SOLVM in ſancto Spiritu ſancta ſunt. Idem & in Eſaiam cap. v. quod non minus diſertè profert B. Gregor. *Nullus neque hominum, neque Angelorum ſanctus eſt niſi per Chriſtum.* Hæc doctrina Scholæ Theologis inaudita non eſt. S. Thomas eam in cap. 1. Ioannis profitetur: rationemque ducit ex eo quod Chriſtus caput Angelorum ſit, Coloſſ. 2. *caput omnis Principatus & Poteſtatis*, de cuius influentiâ, inquit non ſolùm homines ſed Angeli recipiunt.

S. Greg. in 1. Reg. cap. 2.

S. Tho. 3. p q. 8. art. 4. lege Gamachæũ optimo diſſerẽtem in q. 8. ca. 2. Ysambert. ad 3. p. 9. 19. diſp. 5.

IV.

Gratia primorum parentum, per Chriſtum, vt & omniũ hominum. S. Greg. lib. 1. exp. in Reg. cap. 2.

Gratia pariter generis noſtri primis auctoribus ab ipſo creationis exordio infuſa, Chriſtum pro cauſſâ & fonte habuit. *Si enim Angeli*, inquit S. Gregorius, *ſanctificati creduntur in filio: multo magis de hominibus creditur: quia extra eum ſanctificationis gratiam inuenire non poſſunt.* B. CYRILLVS lib. v. in Ioan. γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς ἵν᾽ ἐν αὐτῷ καὶ πρώτῳ παλινδρομοῦντα τὰ ἀγαθὰ καὶ ἡ τοῦ πνεύματος ῥιζωθεῖσα χάρις ὅλῃ λοιπὸν ἀσφαλῶς τῇ φύσει φυλάττοιτο, οἱονεὶ χρήσαντος ἡμῖν τὸ τῆς ἰδίας φύσεως ἀμετάπτωτον τοῦ μονογενοῦς. *Factus eſt homo vnigenitus vt in ipſo & primo recurrentia dona, fundataque ſpiritus gratia toti deinceps vt par eſt naturæ incolumis cuſtodiretur, veluti commodante nobis propriæ naturæ ſtabilitatem vnigenito &c.* Vide mira ibidem.

V.

Gratia iuſtorum omnium ante Chriſtum, per Chriſtum fuit.

Proinde licet concludere vniuerſum veluti gratiarum agmen ac ſeriem, quæ ab Adami tempore, vſque ad Chriſtum vlli mortalium ſiue in lege naturæ ſiue Iudaïcâ viuêti conceſſæ ſunt à Deo, Chriſti præuliſis meritis deberi: cuius etiam fide iuſtitiam conſecuti ſunt S. AVGVSTINVS lib. de naturâ & grat. *Etiamſi fuiſſe vel eſſe conſentiam homines aliquos ſine peccato nullo modo tamen potuiſſe vel poſſe confirmo niſi iuſtificatos gratiâ Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum & hunc crucifixum. Ea quippe fides iuſtos ſanauit antiquos, quæ ſanat & nos: id eſt mediatoris Dei & hominum hominis Ieſu Chriſti, &c.* OROSIVS lib. de libertate arbitr. Lucidus in Epiſtolâ. *Aſſero etiam per rationem & ordinem ſæculorum, alios lege gratiæ, alios lege Moyſi alios lege naturæ, quam Deũs in omnium cordibus ſcripſit, in ſpe aduentûs Chriſti fuiſſe ſaluatos: tamen ex initio mundi ab originali nexu niſi interceſſione ſacri ſanguinis omnino fuiſſe abſolutos.* B. LEO ſerm. de Incarnat. *Deus non nouo conſilio rebus humanis nec ſerâ miſeratione conſuluit, ſed à conſtitutione mundi vnam eandemque omnibus cauſſam ſalutis inſtituit.* GRATIA *autem quâ ſemper eſt vniuerſitas iuſtificata ſanctorum, aucta eſt Chriſto naſcente non cœpta.* Sed nunquid Græcis eadem Patribus mens? procul dubio. CLEMENS Alexandrin. lib. ſec. Stromat. *πίστις περὶ νόμου δικαιώσασα καὶ τὸν ἐξ.* poſt initium. S. GREGOR. NAZIANZ. orat. in Maccabæos, *μυστικός τις καὶ ἀπόρρητος ὁ λόγος σφόδρα πιθανὸς ἔμοιγε οὖν καὶ πᾶσι τοῖς φιλοθέοις μηδένα τῶν πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας τελειωθέντων, δίχα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως τούτου τυχεῖν. Myſticus ſimul & arcanus ſermo eſt, valde probabilis tum mihi cùm omnibus Dei amore præditis: neminem eorum qui ante Chriſti aduentum ad perfectionem prouecti ſunt, id ſine fide in Chriſtum conſecutos.* B. CYRILLVS lib. x. in Ioan. *ἀρχαιοτέρα ἡ σφόδρα τῆς νομικῆς πολιτείας ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία ἡ διὰ πίστεως καὶ φιλίας θεοῦ ἐν πρώτῳ μὲν ποτε διαπεπλασμένη τῷ Ἀβραάμ. Longè quidem legali Antiquior eſt Euangelica conuerſatio, id eſt illa quæ per fidem & amicitiam Dei in primo Abraham ſignata eſt.*

S.Aug.lib. de nat. & grat.c.44.

Arel.Concil.to. 2. Concil.pag.614. An.475.

S.Leo.ſer.4 de Incarn.

Greg.Naz.or.22

Cyrill.l.10. in Io. to.4.oper.

At vero B. Chryſoſtomus de veteris legis hominibus loquens, ait *τότε μὲν πρὸς σωτηρίαν ἤρκει τὸ τὸν θεὸν εἰδέναι μόνον,* tunc equidem vnum ſolum Deum noſſe, ad ſalutem vbi Maccabæos & alios *τὸ μέτρον τῆς γνώσεως ταύτης διατηρήσαντας* commemorat: id fidem vt Theologi vocant, implicitam in Chriſtum mediatorem ac Meſſiam, nec proinde gratiæ contemplatione ipſius largitionem haudquaquam expungit. lege Euſebium lib. IV. de Dem. Eu. cad. VI.

S. Chryſoſt. ho. in Matth.38.

VI.

Quid nam autem gratia per Chriſtum & quanta bonorum genera complectatur, paucis verbis B. AVGVSTINVS lib. de grat. & libero arbitr. *Gratia eſt quâ vocamur ad Deum & à noſtris malis meritis liberamur: & per quam bona merita comparamus, quibus ad vitam perueniamus æternam.* Quibus & comprehenduntur omnes qualitates, operationes & motiones quæ ad iuſtificationem eiuſque profectum & perſeuerantiam ex applicatione meritorum Chriſti per ſe exiguntur. Hic om-

S.Augu.li.de gr. & lib.arb.c.1.

Concil.Mileuit. cap.3.& 4.

Digitized by Google

nium gratiarum apparatus vocatur à Ss. Gregor. Nazianz & Chryſoſtomo χορηγία, patiturque apud eos eamdem diſtinctionem quam Latini Theologi celebrem habent: diſtribuendo gratiã in Actualem, & Habitualẽ, Actualis gratiæ ſeu auxilij neceſſitatem reliquis huius libri capitibus ex Græcorum Patrum doctrinâ primum expendemus: antequam ad illius ſpecies libro ſecundo: tum demum ad habitualis gratiæ neceſſitatem & effectus libro tertio nos conferamus.

CAPVT SEXTVM.

De Quintuplici ſtatu hominis in ordine ad Gratiam, ſecundum Patres Græcos.

SVMMA CAPITIS.

I.

QVintuplex hominis ſtatus à Græcis PP. *non minus quam à Latinis diſtinctus. Primus ſtatus naturæ puræ poſſibilis.*

II.

Status naturæ integræ ſeu rectæ.

III.

Status iuſtitiæ originalis.

IV.

Status naturæ lapſæ.

V.

Status naturæ reparatæ ex iiſdem SS. PP.

I.

ABs re quidem eſſet vniuerſa de gratiæ diuinæ erga hominem Neceſſitate diſputatio: niſi varij primum ſtatûs humanæ naturæ diſcernerentur in quibus ad certas quaſdam operationes plus minuſve gratiæ neceſſitas videtur vrgere. Etſi vero Theologi aliquando duos tantummodo ſtatus diſtinxerint, vnum naturæ ante peccatum, alterum poſt peccatum, creſcente tamen ſpeculationum & quæſtionum numero, quintuplex omnino ſtatus, in viâ ſcilicet, dinumerandus eſt, nam & in Patriâ ſeu Beatitudinis ſupernaturalis poſſeſſione ſextus eſt ab illis toto cœlo diuerſus.

Primus igitur ſtatus eſt naturæ puræ, vacuæ, nudæ, ſeu hominis in puris naturalibus vt vulgo loquimur, creati: hoc eſt ſine vllo tum gratiæ ſupernaturalis, tum etiam peccati tam originalis quam actualis aut habitualis genere, vti deſcribit S. CHRYSOST. hom. x. epiſt. ad Rom. ἁμαρτίας ϗ χάριτος ἄπειρον τὸ μέσον medium peccati & gratiæ expers. Quo ſenſu & NATVRAM PVRAM, *vitioſis primordiis opponit.* S. Aug. de Pecc. mer. lib. I. c. XXXVI. libri huius cap. 3. Qualem certè ſtatum, comparatione præſertim gratiæ principiis hominis naturalibus indebitæ,

poſſibilem eſſe multis demonſtrauimus ex mente PP. Græcorum ſupra cap. de exiſtentiâ gratiæ. Quibus addimus & locum S. CYRILLI in cap. 1. Ioann. ἡ μὲν πεποιημένη καὶ δούλη κλῆσις καλεῖται πρὸς τὰ ὑπὲρ φύσιν, νεύματι γυμνῷ καὶ θελήσει τοῦ πατρός. *Creata & ſerua natura vocatur ad ea quæ ſupra naturam ſunt ſolo nutu & voluntate Patris, &c.* Plura ibid. In hoc quidem ſtatu eſt potentia quædam remota & paſſiua omnino ad gratiam, quam Theologi Logicam, obedientialem vocant, qualis eſt ad vnionem cum diuinâ perſonâ hypoſtaticam non vero naturalis appetitus vt rectè docet S. Thomas, licet impropriè naturalem ordinem ad gratiam vocet alio loco. B. Auguſtinus *poſſibilitatem* habendi fidem vel gratiam, appellat 1. de prædeſtinat. Ss. c. v. Quicquid id eſt, certum profectò ac vno ſemper ore in Scholis Sorbonicis prædicatum hodieque prędicatur creaturam rationalem à Deo produci poſſe in eo ſtatu, in quo tam gratiæ quàm peccati expers eſſet, ſolis animi ſui facultatibus prædita & per earum operationes ad finem duntaxat naturalem ordinata, legatur iterum S. Thom.

S. Cyrill. lib. 1. in Ioan. c. 1. to. 4.

S Thom. qu. 22 de verit. art. 7. lib. 3. cont. Gent.

Gamach. tract. de Grat. qu. 119. cap. 6

1. p. qu. 23. art. 1. & 12. qu. 9. 5. & hic qu. 109. ar. 5.

II.

Alter accedit ſtatus, NATVRÆ INTEGRÆ, quo vltra conditionem naturæ puræ ſuis partibus, organis, facultatibus tam animi quàm corporis abſolutæ, addit etiam ſubordinationem, concordiam, & ſubiectionem potentiarum & appetituum inferiorum erga ſuperiores: ita vt appetitus ſentiens motibus inordinatis nunquam rationem præueniat ac perturbet: ac proinde nec concupiſcentiæ nec fomiti ac libidini ad peccatum accendenti ſit locus. Status ille *Rectitudinis* vocari poteſt ex ſcript. Eccl. c. v. *fecit Deus hominem rectum.* Neque eſt item, homini naturalis, quanquam primis parentibus ab creationis ſuæ primordio ſit inditus vt docet B. Auguſtinus & paſſim libris contra Iulianum: Verum eſt donum Dei ſupernaturale, & quidem donum gratiæ vt vocat B. Auguſtinus lib. IV. in Iulian. *Magnam gratiam.* Idemque Græcis antea Patribus viſum. B. Gregor. Nazianzen. orat. de Paſcha εὐεργέτου τοῦ θεοῦ χάριν *Dei benefactoris gratiam* vocat. B. Chryſoſt. in Geneſ quod primi parentes libidine carerent, vocat φιλανθρωπίαν θεοῦ τὴν περὶ αὐτοὺς ἐπεδείξατο ἀγγελικὸν αὐτοῖς βίον χαριζόμενος καὶ μυρίας εἰς αὐτοὺς εὐεργεσίας ποιησάμενος, *Dei benignitatem quam erga eos oſtendit, Angelicam, ipſis viam ex gratiâ largiens, & infinita eis beneficia præbens.* Ita S. Cyrillus pleriſque locis & S. Damaſcen. lib. ſec. Quod alios prætermittamus, numerus in cauſſa eſt.

Status naturæ integræ.

S. Aug. lib. 14. de ciu. Dei c. 10. & 17.

Greg. Naz. art. 42

Chryſo. hom. 15. in Gen.

III.

Tertius ſtatus eſt INNOCENTIÆ ſeu IVSTITIÆ ORIGINALIS. Quæ præter naturæ integritatem ſtatim declaratam, alias dotes & prærogatiuas ſupernaturales in ſe comprehendit, quas omnes χαρίσματα appellat B. IOANNES CLIMACVS gradu XXVI. S. Gregorius Nyſſenus, τὴν ἐνέργειαν τοῦ βλέπειν πρὸς θεὸν καὶ ζωὴν νοερὰν καὶ θεοῦ ἡ κοινωνίαν. *Efficientiam reſpiciendi ad Deum, vitam intellectualem, & Dei participationem.* Prima in intellectu præter fidem eſt ſcientia oppoſita ignorantiæ ac errori

S. Aug. ib. & l. 3. libet. arbit. illi pœnali in quâ óremus vt toties B. Auguſtin. libb. in Iulianum inculcat, quæ quidem ſcientia adeo perfecta eſt vt omnem errorem excludat, dum à peccato temperatur. Secundam attingit S. THOMAS, S. Thom. 1.2 q. 89. ar. 3. immunitatem videlicet à peccato etiam veniali, quam certè diu à mortali abſtinetur. *In ſtatu*, inquit, *innocentiæ erat infallibilis ordinis firmitas, vt ſemper inferius contineretur ſub ſuperiori, quamdiu ſummum hominis contineretur ſub Deo: vt etiam Auguſtin. dicit: & ideo oportebat quod inordinatio in homine non eſſet, niſi inciperet ab hoc quod ſummum hominis non ſubderetur Deo: quod fit per peccatum mortale. Ex quo patet, quod homo in ſtatu innocentiæ non potuit peccare venialiter antequam peccaret mortaliter.* S Aug. l. 14. de ciu. c. 10. S Aug. 14. de ciu. cap. 19 & l. de corrept. & Grat. c. 11. Tertia eſt in appetitu ſenſitiuo integritas ſubordinatio & cócupiſcentiæ paſſionum vacuitas de quâ iam diximus. Quarta eſt, non quidem abſolutè ſed ex lege ordinariâ & vi præſentis decreti in eſſentia animæ gratiæ nimirum habitualis & ſanctificantis ampliſſima copia, quá participationem immutabilis boni vocat S. Auguſt. S. Aug. in Euchar. c. 106. Quinta eſt exemptio ſeu immunitas à morte obeunda: de quâ paſſim. S. Auguſt. libb. contra Iulianum & mira XIV. de ciuit. CXXVI.

Eadem reuera fuit Ss. Græcorum PP. quæ Latinorum ac præſertim S. Auguſtini de his originalis iuſtitiæ prærogatiuis explotata ſententia, adeo vt Deum creaſſe Adamum propter ſuam munificentiam rectè ſcripſerrit B. Irenæus lib. v. contra Hæreſ. cap. XXVIII. hominis primæuam felicitatem deſcribens quam Cyrill. lib. 3. in Ioan. rectè τὸ ἀρχαῖον τῆς φύσεως σχῆμα *antiquum naturæ habitum appellat*. S. Athanaſ. orat. contra Gentes. ſtatim ab init. B. ATHANASIVS, οὐδὲν ἔχων ἐμπόδιον εἰς τὴν περὶ τοῦ θείου γνῶσιν, θεωρεῖ μὲν ἀεὶ διὰ τῆς αὐτοῦ καθαρότητος τὴν τοῦ πατρὸς εἰκόνα τὸν θεὸν λόγον οὗ κατ' εἰκόνα γέγονεν. ὑπερεκπλήττεται δὲ κατανοῶν τὴν δι' αὐτοῦ εἰς τὸ πᾶν πρόνοιαν· ὑπεράνω μὲν τῶν αἰσθητῶν καὶ πάσης σωματικῆς φαντασίας γινόμενος· πρὸς δὲ τὰ ἐν οὐρανοῖς θεῖα καὶ νοητὰ τῇ δυνάμει τοῦ νοὸς συναπτόμενος. *Homo nullo retardatus impedimento ad numinis cognitionem, contemplatur quidem aſſiduè Patris imaginem, Verbum ſcilicet, per prioritatem ſui. Mirum autem in modum carpitur, ab ipſius in res vniuerſas prouidentia: ſupra res omnes ſenſibiles omnemque corpoream repræſentationem euectus ad ea quæ in cœlis ſunt diuina & intelligilia virtute intelligendi pertingens, &c.* S. Greg. Naz. orat. 41. de Paſch. S. GREGOR. Nazianzen. magnificè prædicat hominem à Deo creatum ἄγγελον ἄλλον, πνεῦμα διὰ τὴν χάριν, *Angelum alterum, ſpiritum propter gratiam*, & alia quæ tranſcriſit B. Damaſcen. lib. 2. de fide. Neque ſolùm quæſtionem ſingularem, ſed & alias dotes in genere complectitur. B. BASILIVS pa. 431. τὸ πρὸ τοῦ παραπτώματος ἐν τῇ δημιουργίᾳ χάρισμα ἐν ἀπαθείᾳ, *ante lapſum gratiam creationis ab omni vacuam perpeſſione fuiſſe ſcribit.* S. Macarius hom. 12 docet Adamum Spiritum ſanctum habuiſſe & illius αἴσθησιν ſenſum & verbum Dei fuiſſe illi καὶ γνῶσιν καὶ αἴσθησιν καὶ διδασκαλίας καὶ πάντα. Gregor. Nyſſen. in Cant. ho. 2. & orat. 3. in reſurr. ro. 2. idem de gratiæ ſtatu teſtatur. B. GREGORIVS Nyſſenus γέγονε τὸ κατ' ἀρχὰς ὁ ἄνθρωπος οὐδενὸς τῶν θείων ἀγαθῶν ἐνδεής. *Factus homo eſt ab initio nullius boni diuini indigens.* Idem hom. VI. in Eccleſ. ἐν οἷς ἦν τὸ κατ' ἀρχὰς ἡ φύσις· τότε θάνατος οὐκ ἦν, νόσος ἀπῆν. κοινὸς ὁ ἥλιος καὶ ἀὴρ καὶ πρὸ πάντων τοῦ θεοῦ ἡ χάρις κοινή, εὐλογία κοινή. *In quo ſtatu natura ab initio erat, mors non erat, morbus aberat, communis erat Sol, aer, & ante omnia communis gratia, communis benedictio.*

B. Chrysostomvs. In Geneſ. pluribus extollit σοφίαν καὶ τῆς δωρεᾶς τὸ μέγεθος καὶ ἀφάτους εὐεργεσίας *ſapientiam, donorum magnitudinem & ineffabilia beneficia Adæ conceſſa quem negat ideo* δι' ἄγνοιαν παραβεβηκέναι ἀλλὰ τῆς ῥᾳθυμίας τῷ ἐλαττώματι *per ignorantiam peccaſſe ſed deſidiæ lapſu.* Legatur & B. Baſilius Seleuc. hom. 3. in Adam. B. Cyrillvs Alex. ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ οὐκ ἐν χρόνῳ καθάπερ ἡμεῖς, τὸ εἶναι σοφὸς ἀποκερδάνας ὁρᾶται, ἀλλ' ἐκ πρώτων εὐθὺς τῆς γενέσεως χρόνων τέλειος ἐν συνέσει φαίνεται, τὴν δοθεῖσαν τῇ φύσει παρὰ τοῦ θεοῦ φωτισμὸν ἀθόλωτον ἔτι καὶ καθαρὸν διασώζων ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἀκαπήλευτον ἔχων τῆς φύσεως τὸ ἀξίωμα. *Auctor ille noſtri generis Adam, non in tempore, quemadmodum nos, ſapientiam aſſecutus conſpicitur, ſed à primo ſtatim ortu intelligentiâ perfectus apparet, dum acceptam à Deo illuſtrationem illibatam ac puram in ſeipſo ſeruauit & inadulteratam retinuit naturæ dignitatem.* Hæc ni ſufficiant, addi poteſt B. Ioann. Damascen. omnium ſententias complexus lib. 11. de fide vbi præſertim quoad gratiam & peccatum ſpectat, id habet præ cæteris aduertendum ἐποίησεν αὐτὸν φύσει ἀναμάρτητον καὶ θελήσει αὐτεξούσιον· ἀναμάρτητον δέ φημι, οὐχ ὡς μὴ ἐπιδεχόμενον ἁμαρτίαν· μόνον γὰρ τὸ θεῖον ἁμαρτίας ἐστὶν ἀνεπίδεκτον, ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ φύσει τὸ ἁμαρτάνειν ἔχοντα, ἐν τῇ προαιρέσει δὲ μᾶλλον, ἤτοι ἐξουσίαν ἔχοντα μένειν καὶ προκόπτειν ἐν τῷ ἀγαθῷ, τῇ θείᾳ συνεργούμενον χάριτι, ὡσαύτως καὶ τρέπεσθαι ἐκ τοῦ καλοῦ. *Fecit hominem Deus impeccabilem naturâ, & voluntate liberum. Impeccabilem dico, non quod peccatum admittere non poſſet. Solus enim Deus ita impeccabilis. Sed in eo quod in ipſa natura peccatum ſitum non eſſet: ſed in electione potius ſiue quod haberet facultatem manendi & proficiendi in bono, cooperando* Divinæ Gratiæ: *ſimiliter & à bono exeedendi, &c.* Quod attinet autem ad immortalitatem, inſignis mihi ex Hebræorum videtur philoſophiâ Nemesii locus, hominem medio quodam ac indifferenti ſtatu creatum ac conſtirurum à Deo fuiſſe ita vr nec mortalis nec immorralis abſolurè foret, ἀλλ' ἐν μεθορίοις ἑκατέρας φύσεως, *ſed in confinio vtriuſque naturæ.* Ita vt ab eius voluntate alterutrius optio conditionis penderet. Hoc antea Theophilvs Antiochenus ſcripſerat, id ſatis cum doctrina B. Auguſtini conſonat, *qui mortale corpus ſecundum aliam, & immortale ſecundum aliam cauſſam mortale quia poterat mori: immortale quia poterat non mori, mortale conditione corporis animalis: immortale beneficio conditoris aſſeruit.* Alioqui certè Græcorum PP. conſtans vnanimiſque fuit ſententia Pelagianis infeſtiſſima, hominem abſque peccato non moriturum: quæ & inter canones Africanos recepta eſt à Græcis can. ccix. & à B. Chryſoſt. aliiſque paſſim aſſeritur. Legatur Ephræmij Theopolitæ Patriarchæ liber apud Photium. Cod. ccxxviii. & Euſebius Theſſalonic. contra Andream-Monachum apud eundem Phot. Cod. clxii.

S. Chryſ. ho. 14. in hex.

Baſil Seleuc. ho. 3. in Adam.

In Ioan. v. 1 p. 74. to. 4.

S. Damaſc. 2. de fide & p. 11. & 12.

Nemeſ. lib. de nat. homo & Iouius Monach. apud Photium C. ccxxii.

Theophil. Antiochen. lib. 2. ad Autolyc.

S. Aug l. 6. de Geneſ. ad lib. v. 20. & lib. 13. & 22. de Ciuit.

IV.

Quartus ſtatus ſuâ calamitate notiſſimus eſt ſtatus Natvræ lapsæ, corruptæ, vitiatæ, infectæ, venenatæ, languentis, vulneratæ, debilitatæ, infirmæ prope depoſitæ, atque moribundæ, imò & mortuæ vitâque ſpiritali priuatæ. Hæc omnia vitia, ægritudines infirmitates, vulnera, toxica, exitia ad peccatum proprium primi parentis traductum, deriuatumque in poſteros originale, tanquam ad miſeriarum

Quart. ſtatus naturæ lapſæ & peccati originalis.

S. Aug. lib. 1. in Iulian. de S. Gregor. Naz. quem pro Nyſſeno ſumpſit.

omnium fontem reducuntur: de cuius labe ac pernicie quam verè ac bene ſenſerint Græci Patres, vnum afferam B. AVGVSTINI teſtimonium duobus præſertim contra Iulianum Pelagianum libris prioribus. Primum itaque B. Gregorium Nazianzenum aduocaturus, *ſed non tibi deerit*, inquit, *magni nominis & famâ celeberrimâ illuſtris Epiſcopus etiam de partibus Orientis, cuius eloquia ingentis merito gratiæ, etiam in linguam latinam translata vſquequaque claruerunt. Sedeat ergo cum iſtis Patribus etiam ſanctus* GREGORIVS *& cum eis (Latinis) contra nouitiam peſtem veſtram, medicinalem proferat & ipſe ſententiam. Audi ergo quid dicat. Imago Dei labem corporeæ inundationis expurget &c.* Itemque idem *ipſe ſicut in Adam*, inquit, *omnes mortui ſumus, ita & in Chriſto omnes viuificemur: per hunc primæ Natiuitatis maculæ purgantur, per quas in iniquitatibus concipimur & in delictis genuerunt nos matres noſtræ. Nunquid & iſtum Manichæi ſapere & iacere venena dicturus es? Audis omnes vno corde, vno ore, vnâ fide idipſum dicere & hanc eſſe Catholicam fidem non diſſonante conteſtatione firmatam. An tibi parua in vno Gregorio Epiſcoporum Orientalium videtur auctoritas? Eſt quidem tanta perſona, vt neque ille hoc niſi ex fide Chriſtianâ omnibus notiſſimâ diceret, nec illi eum tam clarum haberent atque venerandum, niſi hæc ab illo dicta ex regulâ notiſſimæ veritatis agnoſcerent. Sed ſi vis addimus huic & B.* BASILIVM, *&c. Sed audi quod ad rem præſentem ſpectat, quid de peccato primi hominis ad nos etiam pertinente dicat iſte ſanctus ſine vllâ ambiguitate* BASILIVS. *Quod etſi reperi interpretatum, tamen propter diligentiorem veri fidem, verbum è verbo malui transferre de Græco.* Et poſteà. *Plures orientis inuenimus Epiſcopos. Omnes vno eodemque modo credunt, per vnum hominem peccatum intraſſe in mundum & per peccatum, mortem &c.* Cum vero Iulianus vnum ſaltem ſibi Ioannem Chryſoſtomum excepiſſet. *Ecce*, inquit, *etiam ipſum numero illi adiungo ſanctorum: Ecce inter meos teſtes, vel inter noſtros conſtituo iudices, quem putaſti patronum tuum. Ecce & ipſum dicturus es Manichæum. Ingredere, ſancte* IOANNES, *ingredere & conſide cum fratribus tuis, à quibus nulla ratio, nulla tentatio te ſeparauit. Opus eſt tuâ, & maximè tuâ ſententiâ, &c. Dic ergo & tu aliquid vnde iſte iuuenis confundatur & reuereatur qui quærit maculam meam, &c. Ac per hoc cum te hoc ſentire cognouerit, aut ipſe ſe corrigat ab* ERRORE PELAGII, *aut & ipſe tibi crimen obiciet Manichæi. Audi tu Iuliane quid etiam Ioannes cum cæteris Catholicis doctoribus dicat ad Olympiam ſcribens. Quando Adam, peccauit, inquit, illud graue peccatum & omne genus hominum in commune damnauit.* Alios eiuſdem locos adfert prolixiores lib. 1. & 2. in Iulian pro peccati originalis aſſertione & gratiæ remedio, à quibus conſultò ſuperſedemus.

v. Gre. Naz. Apol. & or. 38. 40. & 42.

Greg. Nyſſ. orat. de ſimil. & imag. p 861. to. 1.

De S. Baſilio, quem lege id Eſai. c. 15 de ſemine humanę nō phyſica ſed morali corruptione mirificè philoſophantem. to. 1.

Nota S. Auguſtinū Græcas literas ignoraſſe.

D. S. Ioanne Chryſoſtomo.

Cæterorum Patrum Græcorum ſequentium eadem fides atque mens fuit circa eiuſdem ſtatus naturæ lapſæ conditionem, peccatum originis, cæteraque ei adnata, gratiæ ſeu iuſtitiæ originalis priuationem, ignorantiam ac errorem, concupiſcentiam, liberi arbitrij infirmitatem, morbos mortemque corporis omnibus ſemel hominibus decretam. Præclarè THEODORITVS in Pſal. L. *τῶν ἡμετέρων προγόνων κρατήσασα ἡ ἁμαρτία, ὁδόν τινα καὶ τρίβον διὰ τοῦ γένους εἰργάσατο. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι μὴ ἥμαρτον οὐκ ἂν ἐδέξαντο τῆς ἁμαρτίας θάνατον ἐπιτίμιον. θνητοὶ δὲ μὴ ὄντες κρείττους ἂν ἦσαν φθορᾶς· τῇ δὲ ἀφθαρσίᾳ πάντως ἂν καὶ ἡ ἀπάθεια συνῆν.*

Theodoret. in Pſ. ho. to. 1.

ἀπαθείας

ἀπαθείας δὲ πολιτευομένης. χώραν οὐκ εἶχεν ἡ ἁμαρτία. *Cum peccatum maiores noſtros inuaſiſſet, viam quamdam & tramitem per genus ipſum muniuit. Si enim illi non peccaſſent, mortem peccati pœnam non ſuſtinuiſſent. Si mortales verò non fuiſſent, corruptione ſuperiores extitiſſent. Incorruptibilitati autem coniuncta fuiſſet paſſionum immunitas: ſi paſſiones autem non eſſent peccato non eſſet locus*, &c. S. Cyrillus Alexandrin. in Antropomorphitas & S. Damaſcen. lib. II. de fide & Græci Tractatores ad cap. v. Epiſt. ad Rom.

Cyrill. to. 6. p. 375. S. Damaſc. 2. de fide c. 10. 28. & lib. 3 c. 1. & 20.

V.

Quintus demum ſtatus eſt naturæ per gratiam Chriſti medicinalem reparatæ. In hoc ſtatu, cur regeneratis alios generantibus, gratia ab origine non transfunditur in filios, ſed vt ab oleæ ſemine oleaſtri, & à circumciſis præputiati naſcuntur: ita & parentibus gratiæ reſtitutis peccatores naſcantur? variis locis reſpondet B. Auguſtinus paſſim libris ſex prioribus & duobus operis imperfecti in Iulianum. Nec ab eius mente abludit B. CYRILLVS, ὁ ἑκάστου πατὴρ ἡμῶν, κἂν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἡγιάσθη καὶ ἐκομίσατο τὴν τῶν πλημμελημάτων ἄφεσιν, οὐ παραπέμψει καὶ εἰς ἡμᾶς τὸ δῶρον· εἷς γάρ ἐστιν ὁ πάντας ἁγιάζων καὶ δικαιῶν, καὶ εἰς ἀφθαρσίαν ἀνακομίζων ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ εἰς πάντας ἐν ἴσῳ δι' αὐτοῦ τὸ δῶρον ἔρχεται. *Proprius cuiuſque noſtrûm Pater, etiam ſi per Spiritum ſanctum ſanctificatus ſit & peccatorum veniam adeptus, donum iſtud in nos pariter haud tranſmittet. Vnus enim eſt omnes ſanctificans & iuſtificans, & ad incorruptionem traducens, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per quem ex æquo donum ad omnes peruenit.*

Quintus ſtatus naturæ per gratiam Chriſti reſtitutæ.

CAPVT SEPTIMVM.

Neceſſitas Gratiæ auxiliantis ad notitiam Veri ex Græcis Patribus aſſerta.

SVMMA CAPITIS.

I.

AGitur hic de gratiâ propriè dictâ & concurſu ac auxilio ſupernaturalis ordinis ex Gregor. Thaumat.

II.

Obiecta ſupernat. ordinis abſque gratiâ cognoſci nequeunt.

III.

Veritates ordinis naturalis omnes collectiuè abſque gratiâ cognoſci non poſſunt.

IV.

Veritates quædam naturales ſpeculatiuæ abſque gratiâ cognoſci poſſunt.

V.

Veritates practicæ ſimiliter.

VI.

Veritates arduæ gratiam an poſtulent.

XII.

Ad veritatem ſupernaturalem gratia requiritur eadem à Deo & per Chriſtum.

I.

Gratia pro auxilio ſupernaturalis ordinis ac ſpeciali.

S.Cyril.to.4.

ITerum fortaſſe monendum eſt, vti ne ampliùs moneri neceſſe ſit, Gratiam hic non ſumi pro concurſu ordinario, & pro motione ordinis naturalis, quomodo à Ss. vtriuſque linguæ Patribus aliquando ſumi, iam monuimus, ac rurſum monemus ex S. Cyrillo lib. x. in Ioannem. Sic enim dubium nemini, auxilium illud eſſe abſolutè cuicumque ad verum conatui perneceſſarium, cùm ſit influxus primæ cauſæ generalis quo adempto, nulla creatura quidquam operari poteſt.

S.Gregor.Neocæſar. Chariſter. & Origeo.

De eo aptiſſimè intelligas id Gregorij Thaumaturgi in Chariſteriâ ὁμοῦ ὅτε ἀνθρώπινος καὶ ὁ θεῖος ἤρχετο λόγος. ὁ μὲν βοηθῶν τῇ ἀλέκτῳ μὲν ἐμοί, οἰκείᾳ δ' αὐτῷ δυνάμει· ὁ δὲ βοηθούμενος. *Simul in me incepit humana & diuina ratio. Hæc quidem virtute mihi inexplicabili, ipſi vero propriâ adiuuans: illa vero adiuta.* Sermo eſt autem de auxilio ſupernaturali in hac quæſtione, quam cum Magiſtro ſententiarum & S. Thomâ Theologi pertractant: quorum aſſertiones ex ipſis ἰσαγγέλου Doctoris qui S. Auguſtini familiaris ac perſtudioſus lector fuit, verbis propoſitas cum B. Auguſtino eumque cum Ss. Patribus Græcis conſentire oſtendimus.

II.

Altiora id eſt ordinis ſupernaturalis obiecta abſque gratia ſpeciali cognoſci non poſſunt. S. Tho. verba 1. 2. q. 109. ar. 1. in c.

Prima igitur aſſertio eſt. ALTIORA INTELLIGIBILIA *intellectus humanus cognoſcere non poteſt, niſi fortiori lumine perficiatur, ſicut lumine fidei vel Prophetiæ; quod dicitur lumen gratiæ, in quantum eſt naturæ ſuperadditum.* B. AVGVSTINVS lib. XIV. de Trinit. c. VII. id quod eſt verum in quocumque naturæ ſtatu, de eo potiſſimum explicat in quo homo *magnâ cæcitate*

cordis, tenebris ignorantiæ demerſus altiùs MIRABILIORE DIVINA OPE *indiget*
Concil. Arauſic. c. ix. Diuini muneris eſt cognoſcere veritatem. Hu-
ius veritatis locupletiſſima teſtificatione Græcorum omnium Patrum
volumina redundant: qui & lumen illud ſupernaturale quaſi ex indu-
ſtriâ gratiam quoque diuinam eſſe docent. Dum lucem habemus,
credimus in lucem vt filij lucis ſimus Ioan. Totus in id incumbit Cle- Clemens Alex. li. 2
mens Alexandrinus inuehens in Baſilidis ſectatores & Valentini φυσι- Strom. & 5.
κὴν ἡγουμένοις τὴν πίστιν *qui naturalem opinantur eſſe fidem:* vrget contra
& conuincit eſſe ὑπερφυῆ θεωρίαν & illius ex meditatione ſcientiam
naſci, quod pulcherrimum eſt pro Theologiæ ſcientiâ fidei principiis
innixâ teſtimonium. Μελέτη τῆς πίστεως, ἐπιστήμη γὰρ *meditatio fidei ſit ſcien-* Nota pro Theologica ſcientia.
tia. Vide reliqua ibidem. Rurſus lib v. ex verbis Apoſtolicis *ſecundum*
diſpenſationem quæ data eſt mihi vt impleam Verbum Dei myſterium quod fuit Ad Coloſſ. cap. 1.
abſconditum à ſeculis & à generationibus, quod nunc manifeſtatum eſt ſanctis
eius quibus voluit Deus notum facere quæ ſint diuitiæ gloriæ myſterij huius in
gentibus. Atque ita ex eo concludit, οὐ πάντων ἡ γνῶσις· μήτε διδακτὸν
πρὸς ἄνθρωπον μήτε ῥητὸν θεός· ἀλλ᾽ ἡ μόνη τῇ παρ᾽ αὐτοῦ δυνάμει γνωστόν ἡ
μὲν γὰρ ζήτησις ἀειδὴς καὶ ἀόρατος· ἡ ΧΑΡΙΣ δὲ τῆς γνώσεως παρ᾽ αὐτοῦ διὰ τοῦ
υἱοῦ· σαφέστατα δὲ ὁ Σολομῶν μαρτυρήσει ἡμῖν ὧδέ πως λέγων φρόνησις ἀνθρώ-
που οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί θεὸς δὲ δίδωσί μοι σοφίαν, *non omnium eſt cognitio Deus ab*
ab homine nec diſci nec dici poteſt: ſed ſola quæ ab ipſo manat virtute, poteſt co-
gnoſci. Inueſtigatio enim Dei forma aſpectuque caret. GRATIA *vero cognitionis*
eſt ab ipſo filio. Clariſſimè verò Salomon id nobis teſtabitur, vbi dicit: Prudentia Gratia cognitionis.
hominis non eſt in me. Deus autem mihi dat ſapientiam. GREGORIVS Neocæ-
ſar. Orat. Panegyr. notitiam iſtam δῶρον μέγιστον τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν μοῖραν Greg. Thaumat. orat. Panegyr.
παγκάλην τὴν οὐρανόθεν. *Donum maximum à Deo, & ſortem præclaram, e* ad Origen.
cælo. S. ATHANASIVS or. 1. in Arianos initio μαθήματα πνεύματος καὶ
χαρίσματα, &c. EVSEBIVS contra Marcellum Ancyræ Epiſcopum Euſeb lib. 1. contra
ΧΑΡΙΝ τοῦ σωτῆρος Gratiam Saluatoris appellat. B. CYRILLVS Hiero- Marc. to. 2.
ſol. Πνευματικῆς ἀληθῶς χρεία τῆς χάριτος *Spirituali verè opus eſt Gratiâ, &c.* S. Cyril. Catech 16
S. GREGORIVS Nyſſenus Apoſtolos μαθητευθέντας τῇ χάριτι GRATIA
edoctos vocat ho. 1. in Cant. & in Eunom. φωτίζειν τὰς ψυχὰς τῷ φωτὶ Gregor. Nyſſ. 2. in Eunom.
τῆς γνώσεως ταύτην ΧΑΡΙΝ πατρί τε καὶ υἱῷ καὶ πνεύματι ἁγίῳ ὁ τῆς εὐσεβείας
ἀνατίθησι λόγος *illuſtrare animas luce cognitionis: hanc* GRATIAM *Patri &*
Filio & Spiritui Sancto, pietatis ſermo refert acceptam. Hoc multis illuſtrat
S. Gregor. Naz. orat. xxxiv. & xlv. οὐκ οἶόν τε ἄλλως ἐν περιουσίᾳ θεοῦ σώ-
ματος ὑλικοῦ καὶ δεσμίου νοῦ πάχος μὴ βοηθούμενον, *non aliter terreni corporis ac*
victæ mentis craſſities Deum concipere poteſt ni adiuuetur. S. Chryſoſto- S. Chryſoſt. ho. 5.
mus, gratiam illam διδασκαλικὴν, καταυγάζουσαν τὴν διάνοιαν, τὴν ἄνωθεν in Gen. & 14. 21. &
χάριν, οὐ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, δῶρον χάριτος θεοῦ, docentem, illuſtran- 36. & hom. 27. ad pop. Ant.
tem intellectum, Gratiam deſuper, non ab humanæ naturæ cenſu,
donum Gratiæ Dei paſſim vocat ad myſteria concipienda neceſſariæ.
THEODORETVS in Pſ. 63. ἐκεῖθεν τὴν ἀγαθῶν δογμάτων τὴν διδασκαλίαν δε-
χόμεθα, καὶ ΧΑΡΙΝ δὲ θείαν ἐκ τῶν τοῦ πνεύματος κρουνῶν ἀρυόμε-
θα, *illinc bonorum dogmatum doctrinam accipimus & diuinam* GRATIAM *è*
Spiritus ſancti fontibus haurimus. Diadochus lib. de perfect. ſpirit. *Cogni-*
tiones affert & quies, ſcripturarum exercitatis & in primis Gratia largientis Dei.

Legatur S. Cyrillus Alex. lib. xi. in Ioan. in illud: ſerua eos in veritate. Pluribus in re confeſſâ non eſt dimicandum: ſed hæc teſtimonia collegi vt non tantum rem ſed etiam nomen Gratiæ à Græcis Patribus ad myſteriorum cognitionẽ & neceſſarium auxilium vt plurimum translatum & accommodatum demonſtrarem.

III.

Veritates ordinis naturalis omnes collectiuè, abſque gratiâ cognoſci no poſſunt.
S.Tho. ibid. 1. 2. q. 109. ar. 1.

Andreas Duuallius Sorbonæ Regius Profeſſor. tr. de grat. qu. 1. ar. 1. ita & Philip. Gamach. alter Sorbonæ oculus de grat. cap. 111.
S. Aug. l. 15. de ciu. c. 28. fin.

Aſſertio ſec. ex verbis S. Thomæ, *Ad cognitionem cuiuſcumque Veri, homo indiget auxilio diuino, vt intellectus à Deo moueatur ad actum ſuum.* Hanc propoſitionem, licet de concurſu etiam naturali exponi queat, Poſterioris æui Theologi apud Sorbonam, de gratiâ propriè dicta exponunt hoc ferè modo. *Homo non poteſt in vllo ſtatu ſiue purorum naturalium, ſiue naturæ integræ, ſiue lapſæ, ſiue per Baptiſmum reparatæ: omnes veritates ſpeculatiuas aut practicas collectiuè ſumptas naturaliter cognoſcere: ſed ad id ſpeciali Gratiæ auxilio indiget.* S. Auguſtinus lib. xv. Sapiens quidam inquit, cum de te loqueretur in libro ſuo qui Eccleſiaſticus proprio nomine iam vocatur, *multa, inquit, dicimus & non peruenimus, & conſummatio ſermonum eſt ipſe:* quæ verba ſcripturæ adduntur poſt recenſita inſigniora Dei opera, rerum naturam componentia. Sic etiam Græci Patres, ſimili loco eamdem veritatem comprobant, Eccleſ. viii. *Intellexi quod omnium operum Dei nullam homo poſſit inuenire rationem, eorum quæ fiunt ſub Sole.* Quem locum etſi cum Vniuerſali termino non exprimat Græcus Codex nec Gregor. Neocæſar. in Metaphraſi, Hebræus tamen habet כל מעשה האלהים Et Chaldæus Paraphr. Auſterior eſt autem Symmachi interpretatio, καὶ κατέμαθον ὅτι πάντων τῶν ἔργων τοῦ θεοῦ ὁ ἄνθρωπος ἐξευρεῖν οὐδὲ ἓν ἔργον περαιούμενον. *Et didici quod omnium operum Dei, ne vnum quidem opus quod perficitur, inuenire poſſit homo.* Vt enim collectiuè de omnibus Dei operibus, non tamen de ſingulis diſtributim id intelligendum, niſi fortean quoad comprehenſionem, quæ minimæ etiam rei impoſſibilis eſt, quæque verbo ἐξευρεῖν deſignari videtur: vel quoad occulta Dei conſilia, vt S. Hieronymus in Commentario explicat. Bene verò doctè Olympiodor. Commentar. in Eccleſ. ad eundem locum, ἡμεῖς δὲ κἂν τι γράφωμεν, ἐκ μέρους γινώσκομεν, ὑπὸ τῆς αὐτοῦ ΧΑΡΙΤΟΣ σοφιζόμενοι. οὐδεὶς οὖν σοφὸς οὔτε τῶν ἔξωθεν, οὔτε τῶν ἐν τῇ ἀληθινῇ σοφίᾳ ἀρξαμένων, τελείως δύναται παντὸς τοῦ ποιήματος τὴν γνῶσιν ἔχειν. οὔτε γὰρ τὰς οὐσίας, οὔτε τὰ μέτρα οὐρανοῦ τυχὸν ἢ γῆς ἢ θαλάττης ἢ πῶς πεπήγασιν ἢ ἐπὶ τίνων ἵστανται, εὑρεῖν δυνατόν, ἀλλὰ κἂν εἴπῃ σοφὸς λόγους πιθανούς, ἵνα ἀλήθειαν παντελῶς ἀδυνατεῖ εὑρεῖν. *Nos autem mortales quicquid ſcribimus, ex parte cognoſcimus, à* GRATIA *ipſius inſtructi. Nullus itaque ſapiens ſiue ſæcularis ſiue in vera Sapientiâ initiatus, perfectè poteſt Vniuerſi cognitionem aſſequi: neque ſubſtantias, neque cæli terræque menſuras, vel quomodo ea coaluerint, quibuſue innixa ſint, comprehendere. Verum etſi ſapiens aliquis probabiles ſermones proferat, veritatem tamen ipſam inuenire non poteſt.* Res clarior quàm vt probatione indigeat, quæ ex multitudine infinitâ veritatum naturalium, ex cauſſarum obſcuritate, ex tarditate ingenij noſtri atque caligine ad apertiſſima etiam naturæ, vt ipſemet fatetur Philoſophorum princeps, hallucinantis, ex organorum fati-

Olympiador. to. 2. Bibl. PP. Gr. in c. 8. Eccleſ.

gatione, vitæ breuitate innumeriſque incommodis, arceſſitur à S. Gregorio Nazianzeno & Syneſio Epiſcopo.

S. Irenæo lib. 2. in hær. cap. xlvii.
S. Greg. Nazian. orat. 1. de Theolog. & Syneſius in Dione.

VI.

Aſſertio 3. ex verbis eiuſdem S. Doctoris. *Intelligibile lumen ſufficiens eſt ad quædam intelligibilia cognoſcenda, ad ea ſcilicet in quorum notitiam per ſenſibilia poſſumus deuenire: non autem indiget ad cognoſcendam veritatem in omnibus, nouâ illuſtratione ſuperadditâ naturali illuſtrationi.* Theologi noſtri ita exponunt. Homo in quocumque ſtatu, etiam naturæ lapſæ poteſt veritates quaſdam naturales ſeorſim ac diſtributim ſumptas, quæ ex rerum ſenſibilium notitiâ deduci poſſunt, ſolo Dei concurſu naturali & ordinario mouente ac dirigente, cognoſcere. Talis eſt in ſpeculatiuis ſupremæ cauſſæ notitia quam ideo αὐτοδίδακτον γνῶσιν vocat B. Cyrillus: animæ immortalitas: naturalium rerum plurimarum vera ſcientia quam contra Academicos confirmat B. Auguſt. Sunt enim obiecta cum intellectus facultate, proportione ſummâ conſtantia & accommodata. Quorum tamen omnium notitiâ Dei beneficio, tanquam primæ cauſſæ naturalis prouidentiæ tribuunt Græci Patres, & ad Chriſtianam Philoſophiam ſummo iure pertinere ſtatuũt. S. Iuſtinus Martyr ὅσα παρὰ πᾶσι καλῶς εἴρηται, ἡμῶν τῶν χριστιανῶν ἐστι. *Quæcumque præclarè à quibuſcumque dicta ſunt, noſtrum eſt, Chriſtianorum.* Idque ſublimi ratione à Dei Verbo petitâ probat B. Auguſtinus: quam antea Clemens Alexandrinus propoſuerat in protreptico & S. Athanaſ lib. de Incarnat. Verbi. Et hæc quantum ad veritates Theoreticas attinet.

Veritates quædam diſtributim ſumptę abſque Gratiæ ſpeciali auxilio cognoſci poſſunt.
S. Thom. 16. qu. 109. ar. 1. & in 2. d. 28. qu. 1. ar. 5.
v. Philipp. Gamachæum tract. de Gr. qu. 109. cap. 1. Eſtium in 2. ſent. d.
Tertull. Apolog. 17. & l. de teſtimon. Animæ naturaliter Chriſtianæ.
S. Cyrill Glaphyr. 1
S. Aug. l. 3. in Academ. lib. 2. de ciu. c. 25. & lib. de docta Chr paſſim & l. 2. qu. ad ſimpl. c. 9. 2. ſio.
Iuſtio. Mart. Apolog. 1.
S. Auguſt. l. 2. de doctr. Chriſti. c. 40
Clem. Alex in protrept. & l. 1. Strom. ac 6.

V.

De practicis autem moralis veritatis luminibus, quæ iudicio mentis ac imperio voluntatem ad bene ſtudioſeque agendum illuſtrant ac inclinant, decernendum idem eſt. *Doctrinas honeſtas ac vtiles ante gratiæ vocationem*, vt ait S. Auguſtinus, in pleriſque hominibus agnoſcendas, queis ad virtutem capeſſendam erudiri, ac informari poſſint. B. Baſilius ἐγκατεσπαρμένας κατὰ τὰς ἐννοίας σωτηρίους ἀφορμὰς proſeminatas cogitationibus ſalutares occaſiones vocat. Ratio ſancti Auguſtini. *Quicquid enim prudenter fortiter temperanter & iuſtè agimus non ad ſapientiam, ſed ad eã pertinet ſcientiam ſiue diſciplinam, quâ in euitandis malis boniſque appetendis actio noſtra verſatur, & quicquid propter exempla vel cauenda vel imitanda, & propter quarumque rerum quæ noſtris accommodatæ ſunt vſibus neceſſaria documenta, hiſtoricâ cognitione collegimus.* Vnde omnia ſicut ad fidei aut ſapientiæ diuinæ habitum, ita neque ad altioris ordinis id eſt Gratiæ lumen propriè reuocantur. Quod ſanè liquidum eſt in propoſitionibus quæ principiorum locum in moralibus obtinent, aut ad ea proximè cum accedant, à nemine eas ignorari natura ſinit. *Naturæ docentis* meminit B. Paulus, B. Auguſtin. apud Bedam. *Anima rationalis etiam cupiditate cæcata, tamen cum cogitat & ratiocinatur: quicquid in eâ ratiocinatione verum eſt, non ei tribuendum eſt ſed Lumini veritatis à quo vel tenuiter pro ſui capacitate illuſtratur vt verum aliquid in ratiocinando ſentiat. Manu formatoris no-*

Veritates practicæ quædam cognoſci abſque gratiâ poſſunt.
S. Aug. qu. 2. ad ſimplic.
S. Aug. l. 1 de Trinit. c. 13.
1. Cor. 2.
S. Aug. apud Bed. in c. 1. ad Rom. ex l. 2. ſer. do. in monte pluta in Pſal. 57. vide.

ſtri in ipſis cordibus noſtris veritas ſcripſit. Quod tibi non vis fieri, ne facis alteri, &c. Vnde retractat id quod in aliquâ oratione dixerat, *Deus qui nonniſi mundos verum ſine voluiſti.* Cùm veritates practicæ morales, vniuerſales à nullo prorſus, niſi qui rationis ignoret vſum, ignorentur. Græcorum Patrum hac in re conſenſus collatione vix indiget. φύσις διδάσκαλος *natura Magiſtra* CLEMENTI Alexandrino, Chryſoſtomo ἔμφυτος διδάσκαλος eadem quæ Tertulliano *natura legalis lex naturalis: natura prima omnium diſciplina.* B. BASILIVS ἡ κατὰ ψυχὴν ἀρετὴ καὶ εὐεξία ἀδίδακτος, ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως ἐνυπάρχει. *Virtus & bona animæ habitudo non docetur, ſed à natura ineſt.* Quæ verba de principiis primis ac elementis Ethicæ virtutis S. Gregor. Theologus legem hanc, etiam verbum ſeu rationem vocat ſed nobis inſitam ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος καὶ πᾶσι σύμφυτος, καὶ πρῶτος ἐν ἡμῖν νόμος, καὶ πᾶσι συνημμένος ἐπὶ Θεὸν ἡμᾶς ἀνήγαγεν ἐκ τῶν ὁρωμένων, *Dei Verbum ſeu ratio omnibus congenita, & quæ prima eſt in nobis lex omnibus coniuncta, nos a rebus quæ oculis patent ad Deum ſubuehit:* Theodoretus in Therapeutice pleraque Ethica Philoſophorum dogmata laudat impensè, vt illud Socratis apud Platonem κακουργεῖν ἢ ἀντικακουργεῖν κακῶς πάσχοντα, οὐδὲ ἀδικεῖν οὐδὲ ἀδικούμενον ἀνταδικεῖν οὐδαμῶς δεῖ. ἀξιέπαινος ἀληθῶς καὶ λογικὴ διδασκαλία καὶ τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ ξυμβαίνουσα. Τὰ γὰρ ἠθικὰ μαθήματα πάντας ἀνθρώπους ἡ φύσις ἐπαίδευσε. *Nullo modo oportet quemquam afficere aut par pari referre, neque iniuriam facere, neque referre: laude reuera digna & rationalis doctrina & humano ingenio conſentanea: Morali ſiquidem diſciplina natura ipſa mortales omnes erudiit, &c.* Ariſtotelis libri talibus abundant effatis, quæ cum Chriſtianæ & Euangelicæ Philoſophiæ præceptis egregiè concordant adeo vt S. Thomas ne latum quidem vnguem ab illius placitis Theologo recedendum paucis exceptis duxerit, idque facto præſtiterit in omnibus præſertim moralibus controuerſiis finiendis.

Lib. 1. retract. c. 4.

Clem. Alex. lib. 1. Pædagog. Chryſ. to. 5. ad Tertull. de ſcandalizatos corum Mil.

S. Baſil. hom. 9. in hexaem.

Gregor. Naz. or. 34

Theodoret. Græcar. affect. lib. 12.

Lege Athenagoram legat. pro Chriſti pag. 2.

VI.

Veritates quædam arduæ gratiam ad ſui notitiam & fidẽ poſtulare videntur.

Tametſi nullus diffiteor viſum quibuſdam Theologis, profanorum etiam Sapientum mentibus, cùm ad ſubtiles & arduos tractatus, quos præter ipſorum animum Eccleſiæ aliquãdo profuturos Deus prouidit, operam conferebant ſuam, diuinæ gratiæ lumen affulſiſſe, quæ quidem inſtar gratiæ gratis datæ ſeſe habuit, eorum ingenio & labore ad fidelium vtilitatem vtentis. Theodoretus in Pſ. CIII. ἡ τοῦ παναγίου πνεύματος χάρις ἠθικήν τε καὶ δογματικὴν διδασκαλίαν ἀνθρώποις προσφέρει, *Sancti Spiritus Gratia tam moralem quam dogmaticam doctrinam hominibus confert.* Vbi enim deſinit natura, incipit Gratia, quod iiſdem penè verbis S. Athanaſius ἐλεγχέσθω φύσις ἵνα φανῇ ἡ χάρις. *Arguatur natura ſeu defectus naturæ vt gratia appareat.* S. CYRILLVS Hieroſolym, χρεία τοίνυν θείας ἡμῖν χάριτος καὶ νηφαλίου διανοίας, καὶ βλεπόντων ὀφθαλμῶν ἵνα μὴ ἐκ ἀγνοίας βλαβῶμεν. *Opus itaque eſt nobis diuinâ gratia & mente ſobriâ, & oculis perſpicacibus vt ne ab ignorantiâ lædamur.* Non eſt autem veriſimile iis hâc humani vim ingenij eò vſque laboris & cõtemplationis progredi potuiſſe vt principio tam multa ex quibus cum fidei propoſitione copulatis tot veritates Theologicæ ſolidè cõcludi tandem, elicique

S. Athan. hom. in ter. v.

S. Cyrill. Catech. 4

poſſent inoffenſo pede decurrens, tot arcana penetrare potuerit abſque auſpicio ductuque luminis ſupernaturalis. Quod ratione conſimili ſentiendum arbitror de propoſitionibus ad fidem accedētibus, qualis ille ex Platonis Phædro apud Clementem Alex. τὴν ψυχὴν καθ' αὑτὴν γενομένην μόνην δύνασθαι τῆς ἀληθινῆς σοφίας καὶ κρείττονος τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεως μεταλαβεῖν. ὅτ' ἂν αὐτὴν ὁ ἐνθένδε ἔρως εἰς οὐρανὸν πτερώσῃ διὰ τῆς φιλοσόφου ἀγάπης εἰς τὸ ἐλπίδος τέλος ἀφικομένην ἄλλου βίου ἀρχὴν λαμβάνειν. *Animam cum ſola per ſe fuerit, poſſe veræ ſapientiæ & humanam facultatem excedentis participem fieri, quando ipſam qui hinc cœperit, amor ſuſtulerit in cœlum, per Philoſophicam charitatem ad ſpei finem peruenientem, accipere initium alterius vitæ æternæ.* Nonne iſta Chriſtianiſmum redolent? quis talia venire cuiquam in mentem poſſe abſque gratiæ adoperatione confidat? De Ariſtotelico vero acroamate ad beatitudinem etiam pertinente quid dicemus? τελεία εὐδαιμονία θεωρητική. θεωρία γὰρ τοῦ νοῦ τοῦ ἐν ἡμῖν θειοτάτου ἐνέργεια, συνεχεστάτη, καθαρωτάτη, βεβαιοτάτη, αὐταρκεστάτη. τοιοῦτος δ' ἂν εἴη κρείττων βίος ἢ κατ' ἄνθρωπον. οὐ γὰρ ᾗ ἄνθρωπός ἐστιν, οὕτως βιώσεται, ἀλλ' ᾗ θεῖόν τι ἐν αὐτῷ ὑπάρχει. χρὴ δὲ οὐ κατὰ τοὺς παραινοῦντας, ἀνθρώπινα φρονεῖν ἄνθρωπον ὄντα, οὐδὲ θνητὰ τὸν θνητόν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἀπαθανατίζειν, καὶ ἅπαντα ποιεῖν πρὸς τὸ ζῆν κατὰ τὸ κράτιστον τῶν ἐν αὐτῷ. *Vera beatitudo contemplatiua eſt; contemplatio enim mentis quæ omnium in nobis diuiniſſimum, operatio eſt conſtantiſſima, puriſſima, firmiſſima & ſufficientiſſima ſibi eſt. Vita igitur huiuſmodi ſupra hominem eſt: non enim, quatenus homo eſt, ita viuetur, ſed quatenus diuinum aliquid ipſi ineſt. Oportet autem eos non ſequendo qui hortantur hominem humana ſapere, neque qui mortalia mortalem, quin potiùs, quâ datur ſeipſum immortalitati vindicare, omniaque præſtare ad vitam ſecundū quod præſtantius ineſt, ducendam.* Mitto quæ in veterum Stoicorum ac Pythagoricorum Eclogis ante Chriſti ortum (nam Senecas, Epictetos, Photinos, Iamblichos, Themiſtios qui poſt Euangelium ſcripſere meritò quis excipiat, Chriſtianam quandam ideam præ ſe ferentia toties occurrunt: de quibus fortaſſe nimis liberaliter dixit Lactantius. *Factum eſſe à Deo mundum dixit Plato, idem & Prophetæ loquuntur. Hominum cauſſa mundum & omnia quæ in eo ſunt, facta eſſe Stoici loquuntur, idem nos diuinæ litteræ docent. Ad virtutem capeſſendam naſci homines Ariſtoteles diſſeruit. Idem nos monemur ac diſcimus à Prophetis. Eſſe inferos Zenon Stoicus docuit, & ſedes piorum ab impiis diſcretas. Idem nobis Prophetæ fidem faciunt. Totam igitur veritatem & omne Religionis diuinæ arcanum Philoſophi attigerunt*: niſi mentem ſuam antea aperuiſſet quæ nobis vehementer arridet, *facile eſt*, inquit, *docere penè vniuerſam veritatem per Philoſophorum ſectas eſſe diuiſam: docemus nullam fuiſſe ſectam tam deuiam nec Philoſophorum quemquam tam inanem qui non videret aliquid ex vero. Quod ſi exſtitiſſet aliquis qui veritatem ſparſam per ſingulos per ſectaſque diffuſam colligeret in vnum ac redigeret in corpus: profectò non diſſentiret à nobis. Sed hoc nemo facere niſi Veri peritus ac ſciens poteſt. Verum autem ſcire nonniſi eius eſt qui ſit Doctus à Deo.* Simile quid B. Auguſtin. lib XVIII. de Ciu. c. XLI. Gratiam igitur ad omnium veritatum capita, non verò ad ſingula neceſſariam putat: è quibus nonnulla ſiue caſu, ſiue imitatione, ſiue humani indole ingenij, ſiue ſtudio, vera cogitentur aut dicantur, vix tamen aut vnquam pura, limpida,

Clem. Alex. lib. 4. Strom.

Ariſtotel. lib. 10. Ethic. cap. 7.

Lactant. lib. 7. inſtit.

ac ſane mixturâ aut viciniâ erroris. Quæ omnia pluribus exſequitur B. Iuſtinus Parænetico ad Græc. & dial. cum Tryphone, vbi concludit Chriſtianam ſolam philoſophiam *ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον ab errore immunem ac fructuoſam eſſe*, Quocirca quùm iſtas veritates ſigillatim conſideratas ordinis naturalis ambitu contineri liquidum ſit, vnde nobis cum Ethnicis communes ſunt, licet apud nos multò fortiores vt ait Origenes lib. VI. contra Celſum, vix eſt vt ad ſui notitiam, alium motum atque concurſum quam prouidentiæ naturalis ſpecialem exigant, qui hoc ſolo nomine quod gratuitum ſit, gratia dici poſſit *Dei enim donum eſt ſcire quid facere debeamus* ait Concil. Mileuit. cap. IV. à Græcis recepto inter Canones Carthaginenſes. Iſido. Peluſ. eo ſenſu ad Hermogenem *εἴ τι ἐπιστέλλεται παρ' ἡμῶν δεξιὸν τοῦτο τῆς ἄνωθεν εἶναι νόμιζε χάριτος τῆς καὶ ἰδιώτας σοφιζούσης. Si quid à nobis commodi ſcribitur, id gratiæ diuinæ eſſe puta quæ vel idiotas ſapientes reddit.*

Iuſtin. Mart. Paræn. 1. ad Græc.

Iſid. Pel. 6. 2. ep. 2. 18.

VII.

Gratia quæcúnque ad veritatis notitiam neceſſaria nõ ſolum Dei, ſed Chriſti eſt.

At quicquid id eſt, nobis indubitatum eſt penitùs, ſicubi vel ad vniuerſas, aut multas, aut præ cæteris quaſdã valde arduas, tã ſpeculatiuas quàm practicas veritates gratia propriè dicta & ſupernaturalis neceſſaria ſtatuetur: eam, vt quidam fruſtra diſtinguunt, non ſolùm eſſe gratiam Dei auctoris, ſed etiam gratiam Chriſti, ſeu per Chriſtum: hoc eſt per eum & meritis ipſius impetratam. Iam enim capite V. demonſtrauimus ex doctrinâ Ss. Patrum omnem omnino gratiam propriè dictam Angelis hominibuſque collatam ex vi præſentis decreti & ordinis rerum à Deo conſtituti, à Chriſto tanquam fonte & capite promanare. Vnde gratia ſi qua datur ſupernaturalis ad veritates arduas diſciplinarum cognoſcendas, ea non minus aſcribenda Chriſto eſt, vt omnium fini & capiti, quam donum Prophetiæ quibuſdam infidelium collatum vt Balaamo, Sibyllis, quas *Veri veras vates ante omnem literaturam appellat* Tertull. lib. 2. ad Nationes quæ omnia ſuo modo Deus ab æterno decreuit ad Chriſtum & ad Eccleſiam occultâ vel manifeſtâ ratione pertinere, vt docet S. Auguſtinus, poſt Iuſtinum Martyrem parænetico ad Græcos, & Clemens Alex. Stromat. lib. VI. ſaltem pro teſtimonio aduerſus Ethnicos, *ſi non ad amplectendam eorum auctoritatem ſaltem ad reuincendam Paganorum veritatem.* Vt ſcripſerit Iuſtinus earum proinde oracula eſſe *ἐγγὺς τῆς προφητείας proxima Prophetiæ.* Vt abſoluamus, ſi ſit vera myſteriorum prædictio, Prophetia eſt: ſi Prophetia, gratia eſt gratis data: ſi gratia, à Deo & propter Chriſtum eſt, in iis præſertim quæ de Chriſto vaticinantur.

S. Aug. lib. 18. de ciu. c. 23.
S. Thom. 22. q. 172. ar. 6. Toſtat. 7. 14. in c. 13. Ioſue.
S. Aug. l. 13. contra Fauſtum 1. 14 & 15.
Iuſtin. Mart. Parænet. 1. in fine.

Quod autem ex S. Ambroſio ſibi objicit S. Thomas, *omne verum à quocumque dicatur, à Spiritu Sancto eſt* ſoluitque hoc modo omne verum à quocumque dicatur à Spiritu Sancto eſt, *infundente naturale lumen, & mouente ad intelligendum & loquendum veritatem: non verò ſicut ab inhabitante per gratiam, vel largiendum aliquod donum naturæ ſuperadditum.* Is inquam locus, tanto ſolutionis apparatu non indiget, quùm Ambroſij non ſit, ſed Hilarij Diaconi Luciferiani, eodem ſenſu, ſed his verbis, *Quicquid verum dicitur, à quocumque dicatur, à Spiritu S. dicitur.* Quæ ſententia

S. Tho. 12. q. 109. ar. 1.

Hilar. Lucif. Commentar. in c. 12. 1. Cor.

tentia vt à Thoma explicatur, ſpernenda tamen non eſt; etſi feratur vltra ſenſum loci Apoſtolici quem enarrat: *Nemo poteſt dicere, Dominus Jeſus niſi in Spiritu Sancto*, vbi agitur de agnitione & confeſſione ſupernaturali Chriſti & ab habitu fidei, Spiritu Prophetiæ, auxilioque gratiæ elicitâ, vt recte habet Theodoritus καὶ οὐχ οἷόν τε τὸν ὑπὸ τοῦ θείου πνεύματος ἐνεργούμενον, ἀλλότριον τῆς θείας φύσεως τὸν χριστὸν ἀποφῆναι· οὐδ᾽ αὖ πάλιν αὐτὸν εἰλικρινῶς ὁμολογῆσαι θεὸν, μὴ ὑπ᾽ ἐκείνης τῆς χάριτος φωτιζόμενον. *Fieri non poteſt vt qui diuino Spiritu agitur, Chriſtum à naturâ diuinâ extraneum pronuntiet: nec rurſus vt ipſum Deum ſincere profiteatur, niſi ab illâ Gratiâ illuſtretur.* Theodoret. in cap. ex ep. ad Cor.

CAPVT OCTAVVM.

Gratiæ ad actum credendi et initium fidei, ſummaq; neceſſitas, ex mente perpetua Græcorum Patrum.

SVMMA CAPITIS.

I.

Error præcedens, vera deinde S. Auguſtini ſententia à Concilijs firmata exponitur.

II.

Græcorum Patrum ſententia perpetua, de neceſſitate Gratiæ ad actum credendi & initium fidei, contra mentem Pelagianorum & Semipelagianorum.

III.

Chryſoſtomi aduerſariis iniquè ſuſpecti vera ſententia S. Paulum explicans.

IV.

Affectus & motus ad credendum à gratiâ.

V.

Difficultas de ortu gratiæ poſt fidem ex Chryſoſt. Nyſſ. & Cyrillo ſoluitur.

VI.

Veritates quædam naturales etiam fide cognoſcuntur, vt animæ immortalitas ex Nemeſio.

I.

AVdiendus in primis S. Auguſtinus tractans illum diuini Apoſtoli locum: Quid autem habes quod non accepiſti: ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? *Hoc, inquit, teſtimonio etiam conuictus ſum cum ſimiliter errarem, putans fidem quâ in Deum credimus, non eſſe donum Dei, ſed à nobis eſſe in nobis, & per illam nos impetrare Dei dona, quibus temperanter, & iuſtè & piè viuamus in hoc ſæculo. Neque enim fidem putabam gratiâ Dei præueniri, vt per illam nobis daretur quod poſceremus vtiliter, niſi quia credere non poſſemus, ſi non præcederet præconium veritatis. Vt autem prædicato nobis Euangelio conſentiremus, noſtrûm eſſe proprium, & nobis ex nobis eſſe arbitrabar. Quem errorem meum nonnulla opuſcula mea ſatis indicant*, &c. Quem ſcilicet Retractat. lib. 1. retractat fun-

Error S. Aug. deinde vera mens de initio fidei à gratiâ.

S. Aug. lib. de prædeſtin. Ss. cap. 3.

L. 1. retract. c. 23.

F

Digitized by Google

Idem lib. de bono perſener. primis Capp. & ep. 105. & ſeq. Proſper contra Collat. c. 36. & 37. & ad excerpta. Genneus. Concil. Arauſic. an. 15. 529.

dituſque delet lib. I. de prædeſtinat. Ss. oſtendens *fidei initium à Gratiâ* eſſe quam poſtea doctrinam B. Proſper libris contra Semipelagianos, præcipue libro contra Collatorem: S. Fulgentius lib. de Incarnat. ac demùm Concilium Arauſicanum II. ita ſanxit cap. ſec. *Si quis ſicut augmentum, ita etiam* INITIVM FIDEI, *ipſum* CREDVLITATIS AFFECTVM *quo in eum credimus qui iuſtificat impium, & ad regenerationem baptiſmatis peruenimus, non per* GRATIÆ DONVM *id eſt per inſpirationem Spiritus Sancti, corrigentem voluntatem noſtram ab infidelitate ad fidem ab impietate ad pietatem, & naturaliter nobis ineſſe dicit, Apoſtolicis dogmatibus aduerſarius approbatur. B. Paulo dicente.* Confidimus quia qui cæpit in nobis bonum

Philip. 1. 6.

opus, perficiet vſque in diem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et illud: vo-

16. 29.

bis datum eſt pro Chriſto non ſolum vt in eum credatis, ſed etiam vt

Epheſ. 2.

pro illo patiamini. Et, Gratiâ ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt. *Qui enim fidem quâ in Deum credimus, dicunt eſſe naturalem, omnes eos qui ab Eccleſiâ Chriſti alieni ſunt, quodammodo fideles eſſe definiunt:* idem & cap. ſequ. atque ex eo Concilium Tridentinum ſeſſ. VI. can. VII. Theologi noſtri tractatu de fide & de Gratiâ.

II.

Græcorum Patrum perpetua mens: de neceſſitate Gratiæ ad initium & actû fidei, contra Pelagianorum & Semipelag. ſenſum.

Ego verò audens aſſero conſtantem atque perpetuam fuiſſe Græcorum Patrum ſententiam huiuſmodi: *initium fidei ſicut & omnem credendi aſſenſum eſſe à Gratiâ Chriſti.* Reducenda ſunt in memoriam teſtimonia quibus cap. VII demonſtrauimus obiectorum ſeu veritatum ordinis ſupernaturalis notitiam quæ abſque fide non eſt, verùm & ratiocinatrix eſſe præterea poteſt, Gratiæ deberi ex Clemen. Alexandrin. vtroque Gregorio, Chryſoſtomo, Cyrillo & aliis. Nunc de fide & aſſenſu eius, actuque credendi eiuſque initio nominatim contendimus. S. Iuſtinus Philoſopho-Martyr hoc adeo certum arbitratur, vt initium fidei cùm initio creationis, quod à Deo ſolo auctore eſt, conferre non

Iuſtin. Mart. Apolog. 2.

dubitet. τὸ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι, οὐχ ἡμέτερον ἦν. τὸ δ' ἐξακολουθῆσαι οἷς φίλον αὐτῷ αἱρουμένους δι' ὧν αὐτὸς ἐδωρήσατο λογικῶν δυνάμεων, πείθει τε καὶ εἰς πίστιν ἄγει ἡμᾶς. *Etenim vt ab initio exiſteremus noſtrum id non fuit. Itidem verò vt electione adhibita, ea ſectemur quæ illi grata ſunt per conceſſas ab eo nobis rationales vires, id ipſe perſuadet atque ad fidem nos adducit.* Eo loco clariſſimè & aſſenſus fidei, & actus comprehenditur, à gratiâ Dei mouentis

Clem. Alex. li. 2. Stromat.

vterque initium ducens. CLEMENS ALEXANDRIN. lib. Strom. multis probat contra hæreticos fidem non eſſe τῆς προαιρέσεως κατόρθωμα, μήτε φύσεως πλεονέκτημα *non eſſe electionis bonum opus, neque naturæ prærogatiuam, ſed eſſe aſſenſum valido alicui præſtitum, quis autem potentior Deo?* συγκατάθεσιν ἰσχυρῷ τινι. τίς δ' ἂν εἴη δυνατώτερος θεοῦ; S. Irenæus lib. IV. in hæreſ. c. IX. *Impoſſibile ſine Deo diſcere Deum, &c.* & cap. XIV. *Edocuit Dominus quoniam Deum ſcire nemo poſſit niſi Deo docente hoc eſt ſine Deo non*

Origenes contra Celſ. lib. 3.

cognoſci Deum, &c. ORIGENES ipſe cui vix iuranti fortaſſe credent veteratores, apertè tamen in ea ſententia eſt contra Celſum qui cum obieciſſet anticipatam & præiudicatam nos habere ſententiam de Chriſto, refert Origenes ἀληθῶς ἡ πίστις ἡμῖν ποιεῖ τὴν τοιαύτην συγκατάθεσιν. ὅρα δὲ εἰ μὴ αὐτόθεν ἡ πίστις αὐτὴ τὸ ἐπαινετὸν παρίστησιν, ὅτι πιστεύομεν

ἐαυτοὺς τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ, χάριν ὁμολογοῦντες τῷ εἰς πιστότην πίστιν ὁδηγῷ. *Et reuera fides talem aſſenſum efficit. Vide autem an laudabile non ſit, quod noſmet-ipſos Deo credamus rerum omnium præſidi, Gratias agentes ei qui ad fidem huiuſmodi nobis dux viæ eſt, &c.* Gregor. Thaumaturg in Anathematiſmis c. 1. θεοῦ χάριτι πῶς δεῖ πιστεύειν περὶ τῆς σαρκώσεως *Dei Gratiâ quomodo credere oportet incarnationem.* S. Athanaſius ep. ad Antiochenſ. τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι τὴν βελτίονα καὶ ἀκριβεστέραν πίστιν ὁμολογεῖν *quod ibi eſt approbare meliorem & exactiſſimam fidem per Dei Gratiam.* S. Baſilius in Pſ. πίστις ἡ ὑπὲρ τὰς λογικὰς μεθόδους τὴν ψυχὴν εἰς συγκατάθεσιν ἕλκουσα. πίστις οὐχ ἡ γεωμετρικαῖς ἀνάγκαις, ἀλλ᾽ ἡ ταῖς τοῦ πνεύματος ἐνεργείαις ἐγγινομένη. *Fides multò ſuperior rationalibus methodis animam ad aſſenſum trahendo. Fides non Geometricis neceſſariis principiis, ſed quæ Sancti Spiritus operationibus in nobis efficitur.* B. Gregor. Naz. οὐκ οἷόντε ἄλλως ἐν περινοίᾳ θεοῦ γενέσθαι σώματος ὑλικοῦ καὶ διανοίας τοῦ πάχους μὴ βοηθουμένων. *Non enim aliter poſſibile eſt terreni corporis ac mentis captiuæ craſſitiem Deum concipere, niſi auxilio confortatam.* Clariùs autem orat. xxxiv. εἴ τις ἔγνω θεὸν ποσοῦτον ἔγνω ὅσον ἄλλου μὴ ὅσον ἐλλαμφθῆναι, φαίνεσθαι φωτισθεὶς. *Si quis Deum cognouit, eatenus cognouiſſe cenſendus eſt, quatenus vberioris luminis particeps factus ſit, quam qui minus luminis accepit.* Loquitur autem ibi de lumine fidei infuſo, & de reuelatione à Deo factâ. Legenda eſt Catena Græcorum Patrum ad illum locum Ioannis. *Hoc eſt opus Dei vt credatis in eum quem miſit ille.* ὅ ἔργον θεοῦ ὅ εἰς θεὸν ἀνάγει. ἱερόν τε καὶ τέλειον καὶ αὐτὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων εἰκότως δικαιοῦντε καὶ ἁγιάζει ὅτι καλλίστην ἐνέργειαν ἔχει τῆς ψυχῆς. *Opus Dei ad Deum erigens, ſacrum ac perfectum, abſque humanis etiam operibus hominem iuſtificat ac ſanctificat, quia optimam animi functionem complectitur.* S. Baſilius lib. 4. in Eunomium ἡ πίστις ἡμῶν ἡ εἰς τὸν υἱὸν ἔργον ἐστὶ τοῦ θεοῦ, τοῦτο γάρ φησιν ὁ κ. τὰ ἑξ. S. Ephrem. ho. *de diuinâ Gratiâ. Multi per fidem Gratiæ filij ſunt appellati. Sed non multi propter negligentiam illâ potiuntur.* Vbi & S. Cyrillus Alexand. hoc ipſum opus Dei quo in ipſum credimus, vocat, τὴν δικαιοῦσαν χάριν *Gratiam iuſtificantem.* S. Gregor Nyſſen. orat. Catecheticâ facile quidem eſſe credere, ſed hoc præſuppoſito ἴδιον τῆς θείας ἐνεργείας ἡ τῶν δεομένων σωτηρία. *Propriè eſt à diuinâ operatione indigentium ſalus.*

S. Baſil. in Pſ. 115.

Greg. Naz. or. 42.

Ioan. cap 6.

S. Cyril. l. 3 in Ioan.

S. Greg. Nyſſ. or. Catechet.

III.

S. Chryſoſtomus fidei propagationem τῇ τοῦ πνεύματος χάριτι meritò tribuit hom. vi. in pr. ad Corinth. Idem fortaſſe titulum *doni Dei* primus fidei vindicauit interpretatione iſtius loci epiſt. ad Epheſios *Gratiâ ſalui eſtis per fidem, &c.* ἵνα μὴ ὁ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν ἐπάρῃ σε, ὅρα πῶς σε καταστέλλει· χάριτι φησὶ διὰ πίστεως. εἶτα ἵνα μὴ πάλιν ὁ αὐτεξούσιον λυμήνηται, ἔθηκε καὶ τὰ ἡμῶν, καὶ πάλιν αὐτὸ ἀνεῖλε, καὶ φησί. καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ἡμῶν. οὐδὲ ἡ πίστις φησὶν, ἐξ ἡμῶν. εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν εἰ γὰρ μὴ ἐκάλεσε πῶς ἠδυνάμεθα πιστεῦσαι; ὥστε οὐδὲ ὅ τῆς πίστεως ἡμέτερον. θεοῦ, φησὶ δῶρον. τοῦτο αὐτὸ θεοῦ δῶρόν ἐστι, ἵνα μή τις καυχήσηται, ἵνα εὐγνώμονας περὶ τὴν χάριν ποιήσῃ. *Ne beneficiorum magnitudo extollat te, vide quomodo te reprimit: Gratiâ, inquit, per fidem. Deinde ne rurſus liberum arbitrium perimeretur, noſtra etiam adhibuit, atque iterum illud idem ſuſtulit, dicens, & hoc non ex nobis. Non enim fides, inquit, ex nobis. Niſi enim veniſſet, niſi vocaſſet,*

Sententia eadem S. Chryſoſtomi eiuſque imitatorum.

S. Chryſoſt. ho. 4. in cap. 2. ad Epheſ.

CAPVT SEPTIMVM.

Neceſſitas Gratiæ auxiliantis ad notitiam Veri ex Græcis Patribus aſſerta.

SVMMA CAPITIS.

I.

Agitur hic de gratiâ propriè dictâ & concurſu ac auxilio ſupernaturalis ordinis ex Gregor. Thaumat.

II.

Obiecta ſupernat. ordinis abſque gratiâ cognoſci nequeunt.

III.

Veritates ordinis naturalis omnes collectiuè abſque gratiâ cognoſci non poſſunt.

IV.

Veritates quædam naturales ſpeculatiuæ abſque gratiâ cognoſci poſſunt.

V.

Veritates practicæ ſimiliter.

VI.

Veritates arduæ gratiam an poſtulent.

XII.

Ad veritatem ſupernaturalem gratia requiritur eadem à Deo & per Chriſtum.

I.

Gratia pro auxilio ſupernaturalis ordinis ac ſpeciali.

S. Cyril. to. 4.

S. Gregor. Neocæſar. Chariſter, & Origen.

Terum fortaſſe monendum eſt, vti ne ampliùs moneri neceſſe ſit, Gratiam hic non ſumi pro concurſu ordinario, & pro motione ordinis naturalis, quomodo à Ss. vtriuſque linguæ Patribus aliquando ſumi, iam monuimus, ac rurſum monemus ex S. Cyrillo lib. x. in Ioannem. Sic enim dubium nemini, auxilium illud eſſe abſolutè cuicumque ad verum conatui pernecesſarium, cùm ſit influxus primæ cauſſæ generalis quo adempto, nulla creatura quidquam operari poteſt. De eo aptiſſimè intelligas id Gregorij Thaumaturgi in Chariſteriâ ὁμοῦ ὅτε ἀνθρώπινος καὶ ὁ θεῖος ἤρχετο λόγος. ὁ μὲν βοηθῶν τῇ ἀλέκτῳ μὲν ἐμοί, οἰκείᾳ δ᾽ αὐτῷ δυνάμει· ὁ δὲ βοηθούμενος. *Simul in me incepit humana & diuina ratio. Hæc quidem virtute mihi inexplicabili, ipſi verò propriâ adiuuans: illa vero adiuta.* Sermo eſt autem de auxilio ſupernaturali in hac quæſtione, quam cum Magiſtro ſententiarum & S. Thomâ Theologi pertractant: quorum aſſertiones ex ipſis *ἰσαγγέλου* Doctoris qui S. Auguſtini familiaris ac perſtudioſus lector fuit, verbis propoſitas cum B. Auguſtino eumque cum Ss. Patribus Græcis conſentire oſtendimus.

II.

Altiora id eſt ordinis ſupernaturalis obiecta abſque gratia ſpeciali cognoſci non poſſunt. S. Tho. verba 1. 2. q. 109. ar. 1. in c.

Prima igitur aſſertio eſt. ALTIORA INTELLIGIBILIA *intellectus humanus cognoſcere non poteſt, niſi fortiori lumine perficiatur, ſicut lumine fidei vel Prophetiæ; quod dicitur lumen gratiæ, in quantum eſt naturæ ſuperadditum.* B. AVGVSTINVS lib. XIV. de Trinit. c. VII. id quod eſt verum in quocumque naturæ ſtatu, de eo potiſſimum explicat in quo homo *magnâ cæcitate*

cordis, tenebris ignorantiæ demerſus altiùs MIRABILIORE DIVINA OPE *indiget* Concil. Arauſic. c. ix. Diuini muneris eſt cognoſcere veritatem. Huius veritatis locupletiſſima teſtificatione Græcorum omnium Patrum volumina redundant: qui & lumen illud ſupernaturale quaſi ex induſtriâ gratiam quoque diuinam eſſe docent. Dum lucem habemus, credimus in lucem vt filij lucis ſimus Ioan. Totus in id incumbit Clemens Alexandrinus inuehens in Baſilidis ſectatores & Valentini φυσικὴν ἡγουμένοις τὴν πίστιν *qui naturalem opinantur eſſe fidem :* vrget contra & conuincit eſſe ὑπερφυῆ θείαν & illius ex meditatione ſcientiam naſci, quod pulcherrimum eſt pro Theologiæ ſcientiâ fidei principiis innixâ teſtimonium. Μελέτη τῆς πίστεως, ἐπιστήμη γίνεται *meditatio fidei fit ſcientia.* Vide reliqua ibidem. Rurſus lib v. ex verbis Apoſtolicis *ſecundum diſpenſationem quæ data eſt mihi vt impleam Verbum Dei myſterium quod fuit abſconditum à ſeculis & à generationibus, quod nunc manifeſtatum eſt ſanctis eius quibus voluit Deus notum facere quæ ſint diuitiæ gloriæ myſterij huius in gentibus.* Atque ita ex eo concludit, οὐ πάντων ἡ γνῶσις· μήτε διδακτὸν ὡς ἐξ ἀνθρώπων μήτε ῥητὸν πρὸς ἀλλ' ἡ μόνη τῇ παρ' αὐτῷ δυνάμει γνωστόν· ἡ μὲν γὰρ ζήτησις ἀειδὴς καὶ ἀόρατος· ἡ ΧΑΡΙΣ δὲ τῆς γνώσεως παρ' αὐτοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ. σαφέστατα δὲ ὁ Σολομῶν μαρτυρήσει ἡμῖν ὧδέ πως λέγων φρόνησις ἀνθρώπου οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί θεὸς δὲ δίδωσί μοι σοφίαν, *non omnium eſt cognitio Deus ab ab homine nec diſci nec dici poteſt : ſed ſola quæ ab ipſo manat virtute, poteſt cognoſci. Inueſtigatio enim Dei forma aſpectuque caret.* GRATIA *vero cognitionis eſt ab ipſo filio. Clariſſimè verò Salomon id nobis teſtabitur, vbi dicit : Prudentia hominis non eſt in me. Deus autem mihi dat ſapientiam.* GREGORIVS Neocæſar. Orat. Panegyr. notitiam iſtam δῶρον μέγιστον ἐκ θεοῦ, καὶ τὴν μοῖραν παγκάλην τὴν οὐρανόθεν. *Donum maximum à Deo, & ſortem præclaram, e cælo.* S. ATHANASIVS or. I. in Arianos initio μαθήματα πνεύματος καὶ χαρίσματα, &c. EVSEBIVS contra Marcellum Ancyræ Epiſcopum ΧΑΡΙΝ τοῦ σωτῆρος Gratiam Saluatoris appellat. B. CYRILLVS Hieroſol. Πνευματικῆς ἀληθῶς χρεία τῆς χάριτος *Spirituali verè opus eſt Gratiâ, &c.* S. GREGORIVS Nyſſenus Apoſtolos μαθητευθέντας τῇ χάριτι GRATIA edoctos vocat ho. I. in Cant. & in Eunom. φωτίζειν τὰς ψυχὰς τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως ταύτην ΧΑΡΙΝ πατρί τε καὶ υἱῷ καὶ πνεύματι ἁγίῳ ὁ τῆς εὐσεβείας ἀνατίθησι λόγος *illuſtrare animas luce cognitionis : hanc* GRATIAM *Patri & Filio & Spiritui Sancto, pietatis ſermo refert acceptam.* Hoc multis illuſtrat S. Gregor. Naz. orat. xxxiv. & xlv. οὐκ οἷόν τε ἄλλως ἐν παχύτητι σώματος ὑλικοῦ καὶ δεσμοῦ τὸ πάχος μὴ βοηθούμενον, *non aliter terreni corporis ac victina mentis craſſities Deum concipere poteſt ni adiuuetur.* S. Chryſoſtomus, gratiam illam διδασκαλὴν, καταυγάζουσαν τὴν διάνοιαν, τὴν ἄνωθεν χάριν, οὐ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, δῶρον χάριτος θεοῦ, docentem, illuſtrantem intellectum, Gratiam deſuper, non ab humanæ naturæ cenſu, donum Gratiæ Dei paſſim vocat ad myſteria concipienda neceſſariæ. THEODORETVS in Pſ. 63. ἐκεῖθεν τῶν ἀγαθῶν δογμάτων τὴν διδασκαλίαν δεχόμεθα, καὶ ΧΑΡΙΝ θείαν ἐκ τῶν τοῦ παναγίου πνεύματος κρουνῶν ἀρυόμεθα, *illinc bonorum dogmatum doctrinam accipimus & diuinam* GRATIAM *è Spiritus ſancti fontibus haurimus.* Diadochus lib. de perfect. ſpirit. *Cognitiones affert & quies, ſcripturarum exercitatis & in primis Gratia largientis Dei.*

Clemens Alex. li. 1 Strom. & 5.

Nota pro Theologica ſcientia.

Ad Coloſſ. cap. 1.

Gratia cognitionis.

Greg. Thaumat. orat. Panegyr. ad Origen.

Euſeb lib. 1. contra Marc. to. 2.

S. Cyril. Catech 16

Gregor. Nyſſ. 2. in Eunom.

S. Chryſoſt. ho. 5. in Gen. & 14. 21. & 36. & hom. 17. ad pop. Ant.

Legatur S. Cyrillus Alex. lib. xi. in Ioan. in illud: ſerua eos in veritate. Pluribus in re confeſſâ non eſt dimicandum: ſed hæc teſtimonia collegi vt non tantum rem ſed etiam nomen Gratiæ à Græcis Patribus ad myſteriorum cognitionē & neceſſarium auxilium vt plurimum tranſlatum & accommodatum demonſtrarem.

III.

Veritates ordinis naturalis omnes collectiuè, abſque gratiâ cognoſci no poſſunt.
S. Tho. ibid. 1. 2. q. 109. ar. 1.

Aſſertio ſec. ex verbis S. Thomæ, *Ad cognitionem cuiuſcumque Veri, homo indiget auxilio diuino, vt intellectus à Deo moueatur ad actum ſuum.* Hanc propoſitionem, licet de concurſu etiam naturali exponi queat, Poſterioris æui Theologi apud Sorbonam, de gratiâ propriè dicta exponunt hoc ferè modo. *Homo non poteſt in vllo ſtatu ſiue purorum naturalium, ſiue naturæ integræ, ſiue lapſæ, ſiue per Baptiſmum reparatæ: omnes veritates ſpeculatiuas aut practicas collectiuè ſumptas naturaliter cognoſcere: ſed ad id ſpeciali Gratiæ auxilio indiget.* S. Auguſtinus lib. xv. Sapiens quidam inquit, cum de te loqueretur in libro ſuo qui Eccleſiaſticus proprio nomine iam vocatur, *multa, inquit, dicimus & non peruenimus, & conſummatio ſermonum eſt ipſe:* quæ verba ſcripturæ adduntur poſt recenſita inſigniora Dei opera, rerum naturam componentia. Sic etiam Græci Patres, ſimili loco eamdem veritatem comprobant, Eccleſ. viii. *Intellexi quod omnium operum Dei nullam homo poſſit inuenire rationem, eorum quæ fiunt ſub Sole.* Quem locum etſi cum Vniuerſali termino non exprimat Græcus Codex nec Gregor. Neocæſar. in Metaphraſi, Hebræus tamen habet כל־מעשה האלהים Et Chaldæus Paraphr. Auſterior eſt autem Symmachi interpretatio, *ἐ κατέμαθον ὅτι πάντων τῶν ἔργων τοῦ θεοῦ ὁ ἄνθρωπος ἐξευρεῖν οὐδὲ ἓν ἔργον πραττόμενον. Et didici quod omnium operum Dei, ne vnum quidem opus quod perficitur, inuenire poſſit homo.* Vt enim collectiuè de omnibus Dei operibus, non tamen de ſingulis diſtributim id intelligendum, niſi fortean quoad comprehenſionem, quæ minimæ etiam rei impoſſibilis eſt, quæque verbo ἐξευρεῖν deſignari videtur: vel quoad occulta Dei conſilia, vt S. Hieronymus in Commentario explicat. Bene verò doctè Olympiodor. Comment. ir. in Eccleſ. ad eundem locum, ἡμεῖς δὲ κἂν τι γράφωμεν, ἐκ μέρους γινώσκομεν, ὑπὸ τῆς αὐτοῦ ΧΑΡΙΤΟΣ σοφιζόμενοι. οὐδεὶς οὕτω σοφὸς οὔτε τὴν ἔξωθεν, οὔτε τὴν ἐν τῇ ἀληθινῇ σοφίᾳ ἀρξάμενος, τελείως δύναται παντὸς τοῦ ποιήματος τὴν γνῶσιν ἔχειν. οὔτε γὰρ τὰς οὐσίας, οὔτε τὰ μέτρα οὐρανοῦ τυχὸν ἢ γῆς ἢ θαλάττης ἢ πῶς πεπήγασιν ἢ ἐπὶ τίνων ἵστανται, εὑρεῖν δυνατόν, ἀλλὰ κἂν εἴπῃ σοφὸς λόγους πιθανούς, τὴν ἀλήθειαν παντελῶς ἀδυνατεῖ εὑρεῖν. *Nos autem mortales quicquid ſcribimus, ex parte cognoſcimus, à* **GRATIA** *ipſius inſtructi. Nullus itaque ſapiens ſiue ſæcularis ſiue in vera Sapientiâ initiatus, perfectè poteſt Vniuerſi cognitionem aſſequi: neque ſubſtantias, neque cæli terræque menſuras, vel quomodo ea coaluerint, quibuſue innixa ſint, comprehendere. Verum etſi ſapiens aliquis probabiles ſermones proferat, veritatem tamen ipſam inuenire non poteſt.* Res clarior quàm vt probatione indigeat, quæ ex multitudine infinitâ veritatum naturalium, ex cauſſarum obſcuritate, ex tarditate ingenij noſtri atque caligine ad apertiſſima etiam naturæ, vt ipſemet fatetur Philoſophorum princeps, hallucinantis, ex organorum fati-

Andreas Duuallius Sorbonæ Regius Profeſſor. tr. de grat. qu. 1. ar. 1. ita & Philip. Gamach. alter Sorbonæ oculus de grat. cap. iii.
S. Aug. l. 15. de can. c. 28. fin.

Olympiador. to. 3. Bibl. PP. Gr. in c. 8. Eccleſ.

gatione, vitæ breuitate innumeriſque incommodis, arceſſitur à S. Gregorio Nazianzeno & Syneſio Epiſcopo.

S. Irenæo lib. 1. in hær. cap. xlvii.
S. Greg. Nazian. orat. 1. de Theolog. & Syneſius in Dione.

VI.

Aſſertio 3. ex verbis eiuſdem S. Doctoris. *Intelligibile lumen ſufficiens eſt ad quædam intelligibilia cognoſcenda, ad ea ſcilicet in quorum notitiam per ſenſibilia poſſumus deuenire: non autem indiget ad cognoſcendam veritatem in omnibus, nouâ illuſtratione ſuperadditâ naturali illuſtrationi.* Theologi noſtri ita exponunt. Homo in quocumque ſtatu, etiam naturæ lapſæ poteſt veritates quaſdam naturales ſeorſim ac diſtributim ſumptas, quæ ex rerum ſenſibilium notitiâ deduci poſſunt, ſolo Dei concurſu naturali & ordinario mouente ac dirigente, cognoſcere. Talis eſt in ſpeculatiuis ſupremæ cauſſæ notitia quam ideo αὐτοδίδακτον γνῶσιν vocat B. Cyrillus: animæ immortalitas: naturalium rerum plurimarum vera ſcientia quam contra Academicos confirmat B. Auguſt. Sunt enim obiecta cum intellectus facultate, proportione ſummâ conſtantia & accommodata. Quorum tamen omnium notitiâ Dei beneficio, tanquam primæ cauſſæ naturalis prouidentiæ tribuunt Græci Patres, & ad Chriſtianam Philoſophiam ſummo iure pertinere ſtatuût. S. Iuſtinus Martyr ὅσα οὖν παρὰ πᾶσι καλῶς εἴρηται ἡμῶν τῶν χριστιανῶν ἐστι. *Quæcumque præclarè à quibuſcumque dicta ſunt, noſtrum eſt, Chriſtianorum.* Id que ſublimi ratione à Dei Verbo petitâ probat B. Auguſtinus: quam antea Clemens Alexandrinus propoſuerat in protreptico & S. Athanaſ lib. de Incarnat Verbi. Et hæc quantum ad veritates Theoreticas attinet.

Veritates quædam diſtributim ſumptæ abſque Gratiæ ſpeciali auxilio cognoſci poſſunt.
S. Thom. 16. qu. 109. ar. 1. & in 2. d. 28. qu. 1. ar. 5.
v. Philipp. Gamachæum tract. de Gr. qu. 109. cap. 1.
Eſtium in 2. ſent. d.
Tertull. Apolog. 17. & l. de teſtimon. Animæ naturaliter Chriſtianæ.
S. Cyrill Glaphyr. 1
S. Aug. l. 3. in Academ. lib. 2. de ciu. c. 25. & lib. de docta Chr paſſim & l. 1. qu. ad ſimpl. c. 9. 2. fin.
Iuſtin. Mart. Apolog. 1.
S. Auguſt. l. 2. de doctr. Chriſti. c. 40
Clem. Alex in protrept. & l. 1. Strom. ac 6.

V.

De practicis autem moralis veritatis luminibus, quæ iudicio mentis ac imperio voluntatem ad bene ſtudioſeque agendum illuſtrant ac inclinant, decernendum idem eſt. *Doctrinas honeſtas ac vtiles ante gratiæ vocationem*, vt ait S. Auguſtinus, in pleriſque hominibus agnoſcendas, queis ad virtutem capeſſendam erudiri, ac informari poſſint. B. Baſilius εἰσκατεσπαρμένας κατὰ τὰς ἐννοίας σωτηρίους ἀφορμάς proſeminatas cogitationibus ſalutares occaſiones vocat. Ratio ſancti Auguſtini. *Quicquid enim prudenter fortiter temperanter & iuſtè agimus non ad ſapientiam, ſed ad eâ pertinet ſcientiam ſiue diſciplinam, quâ in euitandis malis boniſque appetendis actio noſtra verſatur, & quicquid propter exempla vel cauenda vel imitanda, & propter quarumque rerum quæ noſtris accommodatæ ſunt vſibus neceſſaria documenta, hiſtoricâ cognitione collegimus.* Vnde omnia ſicut ad fidei aut ſapientiæ diuinæ habitum, ita neque ad altioris ordinis id eſt Gratiæ lumen propriè reuocantur. Quod ſanè liquidum eſt in propoſitionibus quæ principiorum locum in moralibus obtinent, aut ad ea proximè accedant, à nemine eas ignorari natura ſinit. *Naturæ docentis* meminit B. Paulus, B. Auguſtin. apud Bedam. *Anima rationalis etiam cupiditate cæcata, tamen cum cogitat & ratiocinatur: quicquid in eâ ratiocinatione verum eſt, non ei tribuendum eſt ſed Lumini veritatis à quo vel tenuiter pro ſui capacitate illuſtratur vt verum aliquid in ratiocinando ſentiat. Manu formatoris no-*

Veritates practicæ quædam cognoſci abſque gratiâ poſſunt.
S. Aug. qu. 2. ad ſimplic.
S. Aug. l. 1 de Trinit. c. 13.
1. Cor. 2.
S. Aug. apud Bed. in c. 2. ad Rom. ex l. 2. ſer. do. in monte plura in Pſal. 57. vide.

ſtri in ipſis cordibus noſtris veritas ſcripſit. Quod tibi non vis fieri, ne facis alteri, &c. Vnde retractat id quod in aliquâ oratione dixerat, *Deus qui nonniſi mundos verum ſine voluiſti.* Cùm veritates practicæ morales, vniuerſales à nullo prorſus, niſi qui rationis ignoret vſum, ignorentur. Græcorum Patrum hac in re conſenſus collatione vix indiget. φύσις διδάσκαλος *natura Magiſtra* CLEMENTI Alexandrino, Chryſoſtomo ἔμφυτος διδάσκαλος eadem quæ Tertulliano *natura legalis lex naturalis: natura prima omnium diſciplina.* B. BASILIVS ἡ κατὰ ψυχὴν ἀρετὴ καὶ ἡ εὐεξία ἀδίδακτος, ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως ἐνυπάρχει. *Virtus & bona animæ habitudo non docetur, ſed à natura ineſt.* Quæ verba de principiis primis ac elementis Ethicæ virtutis S. Gregor. Theologus legem hanc, etiam verbum ſeu rationem vocat ſed nobis inſitam ὁ ἐκ θεοῦ λόγος καὶ πᾶσι σύμφυτος, καὶ πρῶτος ἐν ἡμῖν νόμος, καὶ πᾶσι συνημμένος ἐπὶ θεὸν ἡμᾶς ἀνήγαγεν ἐκ τῶν ὁρωμένων, *Dei Verbum ſeu ratio omnibus congenita, & quæ prima eſt in nobis lex omnibus coniuncta, nos a rebus quæ oculis patent ad Deum ſubuehit:* Theodoretus in Therapeutice pleraque Ethica Philoſophorum dogmata laudat impenſè, vt illud Socratis apud Platonem κακουργεῖν ἢ ἀντικακουργεῖν κακῶς πάσχοντα, οὐδὲ ἀδικεῖν οὐδὲ ἀδικούμενον ἀνταδικεῖν οὐδαμῶς δεῖ. ἀξιέπαινος ἀληθῶς καὶ λογικὴ διδασκαλία καὶ τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ ξυμβαίνουσα. τὰ γὰρ ἠθικὰ μαθήματα πάντας ἀνθρώπους ἡ φύσις ἐπαίδευσε. *Nullo modo oportet quemquam afficere aut par pari referre, neque iniuriam facere, neque referre: laude reuera digna & rationalis doctrina & humano ingenio conſentanea: Morali ſiquidem diſciplina natura ipſa mortales omnes erudiit, &c.* Ariſtotelis libri talibus abundant effatis, quæ cum Chriſtianæ & Euangelicæ Philoſophiæ præceptis egregiè concordant adeo vt S. Thomas ne latum quidem vnguem ab illius placitis Theologo recedendum paucis exceptis duxerit, idque facto præſtiterit in omnibus præſertim moralibus controuerſiis finiendis.

Lib. 1. retract. c. 4.

Clem. Alex. lib. 2. Pædagog. Chryſ. to. 6. ad Tertull. de ſcandalizatos eorum Mil.

S. Baſil. hom. 9. in hexaem.

Gregor. Naz. or. 34

Theodoret. Græcar. affect. lib. 12.

Lege Athenagoram legat. pro Chriſti pag. 2.

VI.

Veritates quædam arduæ gratiam ad ſui notitiam & fidẽ poſtulare videntur.

Tametſi nullus diffiteor viſum quibuſdam Theologis, profanorum etiam Sapientum mentibus, cùm ad ſubtiles & arduos tractatus, quos præter ipſorum animum Eccleſiæ aliquãdo profuturos Deus prouidit, operam conferebant ſuam, diuinæ gratiæ lumen affulſiſſe, quæ quidem inſtar gratiæ gratis datæ ſeſe habuit, eorum ingenio & labore ad fidelium vtilitatem vtentis. Theodoretus in Pſ. CIII. ἡ τοῦ παναγίου πνεύματος χάρις ἠθικὴν, τε καὶ δογματικὴν διδασκαλίαν ἀνθρώποις προσφέρει, *Sancti Spiritus Gratia tam moralem quam dogmaticam doctrinam hominibus confert.* Vbi enim deſinit natura, incipit Gratia, quod iiſdem penè verbis S. Athanaſius ἐλεγχέσθω φύσις ἵνα φανῇ ἡ χάρις. *Arguatur natura ſeu defectus naturæ vt gratia appareat.* S. CYRILLVS Hieroſolym, χρεία τοίνυν θείας ἡμῖν χάριτος καὶ νηφαλίου διανοίας, καὶ βλεπόντων ὀφθαλμῶν ἵνα μὴ ἐξ ἀγνοίας βλαβῶμεν. *Opus itaque eſt nobis diuinâ gratia & mente ſobriâ, & oculis perſpicacibus vt ne ab ignorantiâ lædamur.* Non eſt autem veriſimile iis hâc humani vim ingenij eò vſque laboris & cõtemplationis progredi potuiſſe vt principio tam multa ex quibus cum fidei propoſitione copulatis tot veritates Theologicæ ſolidè cõcludi tandem, elicique

S. Athan. hom. in ter. v.

S. Cyrill. Catech. 4.

poſſent inoffenſo pede decurrens, tot arcana penetrare potuerit abſque auſpicio ductuque luminis ſupernaturalis. Quod ratione conſimili ſentiendum arbitror de propoſitionibus ad fidem accedẽtibus, qualis ille ex Platonis Phædro apud Clementem Alex. τὴν ψυχὴν καθ' αὑτὴν γενομένην μόνην δύνασθαι τῆς ἀληθινῆς σοφίας καὶ κρείττονος τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεως μεταλαβεῖν. ὅτ' ἂν αὐτὴν ὁ ἐνθένδε ἔρως εἰς οὐρανὸν πτερώσῃ διὰ τῆς φιλοσόφου ἀγάπης εἰς τὸ ἐλπίδος τέλος ἀφικομένην ἄλλου βίου ἀρχὴν λαμβάνειν. *Animam cum ſola per ſe fuerit, poſſe veræ ſapientiæ & humanam facultatem excedentis participem fieri, quando ipſam qui hinc cœperit, amor ſuſtulerit in cœlum, per Philoſophicam charitatem ad ſpei finem peruenientem, accipere initium alterius vitæ æternæ.* Nonne iſta Chriſtianiſmum redolent? quis talia venire cuiquam in mentem poſſe abſque gratiæ adoperatione confidat? De Ariſtotelico vero acroamate ad beatitudinem etiam pertinente quid dicemus? τελεία εὐδαιμονία θεωρητική. θεωρία γὰρ τοῦ νοῦ τῶν ἐν ἡμῖν θειοτάτου ἐνέργεια, συνεχεστάτη, καθαρωτάτη, βεβαιοτάτη, αὐταρκεστάτη· τοιοῦτος δ' ἂν εἴη κρείττων βίος ἢ κατ' ἄνθρωπον. οὐ γὰρ ᾗ ἄνθρωπός ἐστιν, οὕτως βιώσεται, ἀλλ' ᾗ θεῖόν τι ἐν αὐτῷ ὑπάρχει. χρὴ δὲ οὐ κατὰ τοὺς παραινοῦντας, ἀνθρώπινα φρονεῖν ἄνθρωπον ὄντα, οὐδὲ θνητὰ τὸν θνητόν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἀπαθανατίζειν, καὶ ἅπαντα ποιεῖν πρὸς τὸ ζῆν κατὰ τὸ κράτιστον τῶν ἐν αὐτῷ. *Vera beatitudo contemplatiua eſt; contemplatio enim mentis quæ omnium in nobis diuiniſſimum, operatio eſt conſtantiſſima, puriſſima, firmiſſima & ſufficientiſſima ſibi eſt. Vita igitur huiuſmodi ſupra hominem eſt: non enim, quatenus homo eſt, ita viuetur, ſed quatenus diuinum aliquid ipſi ineſt. Oportet autem eos non ſequendo qui hortantur hominem humana ſapere, neque qui mortalia mortalem, quin potiùs, quâ datur ſeipſum immortalitati vindicare, omniaque præſtare ad vitam ſecundũ quod præſtantius ineſt, ducendam.* Mitto quæ in veterum Stoicorum ac Pythagoricorum Eclogis ante Chriſti ortum (nam Senecas, Epictetos, Photinos, Iamblichos, Themiſtios qui poſt Euangelium ſcripſere meritò quis excipiat, Chriſtianam quandam ideam præ ſe ferentia toties occurrunt: de quibus fortaſſe nimis liberaliter dixit Lactantius. *Factum eſſe à Deo mundum dixit Plato, idem & Prophetæ loquuntur. Hominum cauſſa mundum & omnia quæ in eo ſunt, facta eſſe Stoici loquuntur, idem nos diuinæ litteræ docent. Ad virtutem capeſſendam naſci homines Ariſtoteles diſſeruit. Idem nos monemur ac diſcimus à Prophetis. Eſſe inferos Zenon Stoicus docuit, & ſedes piorum ab impiis diſcretas. Idem nobis Prophetæ fidem faciunt. Totam igitur veritatem & omne Religionis diuinæ arcanum Philoſophi attigerunt*: niſi mentem ſuam antea aperuiſſet quæ nobis vehementer arridet, *facile eſt*, inquit, *docere penè vniuerſam veritatem per Philoſophorum ſectas eſſe diuiſam: docemus nullam fuiſſe ſectam tam deuiam nec Philoſophorum quemquam tam inanem qui non videret aliquid ex vero. Quod ſi exſtitiſſet aliquis qui veritatem ſparſam per ſingulos per ſectaſque diffuſam colligeret in vnum ac redigeret in corpus: profectò non diſſentiret à nobis. Sed hoc nemo facere niſi Veri peritus ac ſciens poteſt. Verum autem ſcire nonniſi eius eſt qui ſit* Doctus à *Deo.* Simile quid B. Auguſtin. lib XVIII. de Ciu. c. XLI. Gratiam igitur ad omnium veritatum capita, non verò ad ſingula neceſſariam putat: è quibus nonnulla ſiue caſu, ſiue imitatione, ſiue humani indole ingenij, ſiue ſtudio, vera cogitentur aut dicantur, vix tamen aut vnquam pura, limpida,

Clem. Alex. lib. 4. Strom.

Ariſtotel. lib. 10. Ethic. cap. 7.

Lactant. lib. 7. inſtit.

ac ſane mixturâ aut viciniâ erroris. Quæ omnia pluribus exſequitur B. Iuſtinus Parænetico ad Græc. & dial. cum Tryphone, vbi concludit Chriſtianam ſolam philoſophiam *ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον ab errore immunem ac fructuoſam eſſe,* Quocirca quùm iſtas veritates ſigillatim conſideratas ordinis naturalis ambitu contineri liquidum ſit, vnde nobis cum Ethnicis communes ſunt, licet apud nos multò fortiores vt ait Origenes lib. VI. contra Celſum, vix eſt vt ad ſui notitiam, alium motum atque concurſum quam prouidentiæ naturalis ſpecialem exigant, qui hoc ſolo nomine quod gratuitum ſit, gratia dici poſſit *Dei enim donum eſt ſcire quid facere debeamus* ait Concil. Mileuit. cap. IV. à Græcis recepto inter Canones Carthaginenſes. Iſido. Peluſ. eo ſenſu ad Hermogenem *εἴ τι ἐπιστέλλεται παρ' ἡμῶν ἄξιον τοῦτο τῆς ἀκοῆς θεῖον νόμιζε χάριτος τῆς καὶ ἰδιώτας σοφιζούσης. Si quid à nobis commodi ſcribitur, id gratiæ diuinæ eſſe puta quæ vel idiotas ſapientes reddit.*

Iuſtin. Mart. Parænet. 1. ad Græc.

Iſid. Pel. 6. 2. ep. 2. 18.

VII.

Gratia quæcũque ad veritatis notitiam neceſſaria nõ ſolum Dei, ſed Chriſti eſt.

At quicquid id eſt, nobis indubitatum eſt penitùs, ſicubi vel ad vniuerſas, aut multas, aut præ cæteris quaſdã valde arduas, tã ſpeculatiuas quàm practicas veritates gratia propriè dicta & ſupernaturalis neceſſaria ſtatuetur: eam, vt quidam fruſtra diſtinguunt, non ſolùm eſſe gratiam Dei auctoris, ſed etiam gratiam Chriſti, ſeu per Chriſtum: hoc eſt per eum & meritis ipſius impetratam. Iam enim capite V. demonſtrauimus ex doctrinâ Ss. Patrum omnem omnino gratiam propriè dictam Angelis hominibuſque collatam ex vi præſentis decreti & ordinis rerum à Deo conſtituti, à Chriſto tanquam fonte & capite promanare. Vnde gratia ſi qua datur ſupernaturalis ad veritates arduas diſciplinarum cognoſcendas, ea non minus aſcribenda Chriſto eſt, vt omnium fini & capiti, quam donum Prophetiæ quibuſdam infidelium collatum vt Balaamo, Sibyllis, quas *Veri veras vates ante omnem literaturam appellat* Tertull. lib. 2. ad Nationes quæ omnia ſuo modo Deus ab æterno decreuit ad Chriſtum & ad Eccleſiam occultâ vel manifeſtâ ratione pertinere, vt docet S. Auguſtinus, poſt Iuſtinum Martyrem parænetico ad Græcos, & Clemens Alex. Stromat. lib. VI. ſaltem pro teſtimonio aduerſus Ethnicos, *ſi non ad amplectendam eorum auctoritatem ſaltem ad reuincendam Paganorum veritatem.* Vt ſcripſerit Iuſtinus earum proinde oracula eſſe *ἐγγὺς τῆς προφητείας proxima Prophetiæ.* Vt abſoluamus, ſi ſit vera myſteriorum prædictio, Prophetia eſt: ſi Prophetia, graria eſt gratis data: ſi gratia, à Deo & propter Chriſtum eſt, in iis præſertim quæ de Chriſto vaticinantur.

S. Aug. lib. 18. de ciu, c. 23.
S. Thom. 22. q. 172. ar. 6. Toſtat. 7. 14. in c. 13. Ioſue.
S. Aug. l. 13. contra Fauſtum 1. 14. & 15.
Iuſtin. Mart. Parænet. 1. in fine.

Quod autem ex S. Ambroſio ſibi obijcit S. Thomas, *omne verum à quocumque dicatur, à Spiritu Sancto eſt* ſoluitque hoc modo omne verum à quocumque dicatur à Spiritu Sancto eſt, *infundente naturale lumen, & mouente ad intelligendum & loquendum veritatem: non verò ſicut ab inhabitante per gratiam, vel largiendum aliquod donum naturæ ſuperadditum.* Is inquam locus, tanto ſolutionis apparatu non indiget, quùm Ambroſij non ſit, ſed Hilarij Diaconi Luciferiani, eodem ſenſu, ſed his verbis, *Quicquid verum dicitur, à quocumque dicatur, à Spiritu S. dicitur.* Quæ ſententia

S. Tho. 12. q. 119. ar. 1.

Hilar. Lucif. Commentar. in c. 12. 1. Cor.

tentia vt à S. Thoma explicatur, ſpernenda tamen non eſt; etſi feratur vltra ſenſum loci Apoſtolici quem enarrat: *Nemo poteſt dicere, Dominus Jeſus niſi in Spiritu Sancto*, vbi agitur de agnitione & confeſſione ſupernaturali Chriſti & ab habitu fidei, Spiritu Prophetiæ, auxilioque gratiæ elicitâ, vt rectè habet Theodoritus καὶ οὐχ οἷόν τε τὸν ὑπὸ τοῦ θείου πνεύματος ἐνεργούμενον, ἀλλότριον τῆς θείας φύσεως τὸν χριστὸν ἀποφῆναι· οὐδ' αὖ πάλιν αὐτὸν εἰλικρινῶς ὁμολογῆσαι θεὸν, μὴ ὑπ' ἐκείνης τῆς χάριτος φωτιζόμενον. *Fieri non poteſt vt qui diuino Spiritu agitur, Chriſtum à naturâ diuinâ extraneum pronuntiet: nec rurſus vt ipſum Deum ſincere profiteatur, niſi ab illâ Gratiâ illuſtretur.* Theodoret. in cap. ex ep. ad Cor.

CAPVT OCTAVVM.

Gratiæ ad actum credendi et initium fidei, ſummaque neceſſitas, ex mente perpetua Græcorum Patrum.

SVMMA CAPITIS.

I.

ERror præcedens, vera deinde S. Auguſtini ſententia à Concilijs firmata exponitur.

II.

Græcorum Patrum ſententia perpetua, de neceſſitate Gratiæ ad actum credendi & initium fidei, contra mentem Pelagianorum & Semipelagianorum.

III.

Chryſoſtomi aduerſariis iniquè ſuſpecti vera ſententia S. Paulum explicans.

IV.

Affectus & motus ad credendum à gratiâ.

V.

Difficultas de ortu gratiæ poſt fidem ex Chryſoſt. Nyſſ. & Cyrillo ſoluitur.

VI.

Veritates quædam naturales etiam fide cognoſcuntur, vt animæ immortalitas ex Nemeſio.

I.

AVdiendus in primis S. Auguſtinus tractans illum diuini Apoſtoli locum: Quid autem habes quod non accepiſti: ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? *Hoc, inquit, teſtimonio etiam conuictus ſum cum ſimiliter errarem, putans fidem quâ in Deum credimus, non eſſe donum Dei, ſed à nobis eſſe in nobis, & per illam nos impetrare Dei dona, quibus temperanter, & iuſtè & piè viuamus in hoc ſæculo. Neque enim fidem putabam gratiâ Dei præueniri, vt per illam nobis daretur quod poſceremus vtiliter, niſi quia credere non poſſemus, ſi non præcederet præconium veritatis. Vt autem prædicato nobis Euangelio conſentiremus, noſtrûm eſſe proprium, & nobis ex nobis eſſe arbitrabar. Quem errorem meum nonnulla opuſcula mea ſatis indicant*, &c. Quem ſcilicet Retractat. lib. 1. retractat fun- L. 1. retract. c. 23.

Error S. Aug. deinde vera mens de initio fidei à gratiâ.

S. Aug. lib. de præ deſtin. Ss. cap. 3.

ἑαυτοὺς τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ, χάριν ὁμολογοῦντες τῷ εἰς τοιαύτην πίστιν ὁδηγῷ. *Et reuera fides talem aſſenſum efficit. Vide autem an laudabile non ſit, quod noſmetipſos Deo credamus rerum omnium præſidi, Gratias agentes ei qui ad fidem huiuſmodi nobis dux viæ eſt, &c.* Gregor. Thaumaturg in Anathematiſmis c.1. θεοῦ χάριτι πῶς δεῖ πιστεύειν περὶ τῆς σαρκώσεως *Dei Gratiâ quomodo credere oportet incarnationem.* S. Athanaſius ep. ad Antiochenſ. τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι τὴν βελτίονα καὶ ἀκριβεστέραν πίστιν ὁμολογεῖν *quod ibi eſt approbare meliorem & exactiſſimam fidem per Dei Gratiam.* S. Baſilius in Pſ. πίστις ἡ ὑπὲρ τὰς λογικὰς μεθόδους τὴν ψυχὴν εἰς συγκατάθεσιν ἕλκουσα. πίστις οὐχ ἡ γεωμετρικαῖς ἀνάγκαις, ἀλλ' ἡ ταῖς τοῦ πνεύματος ἐνεργείαις ἐγγινομένη. *Fides multò ſuperior rationalibus methodis animam ad aſſenſum trahendo. Fides non Geometricis neceſſariis principiis, ſed quæ Sancti Spiritus operationibus in nobis efficitur.* B. Gregor. Naz. οὐχ οἷόν τε ἄλλως ἐν περινοίᾳ θεοῦ γενέσθαι σώματος ὑλικοῦ καὶ δεσμίου νοῦ πάχος μὴ βοηθούμενον. *Non enim aliter poſſibile eſt terreni corporis ac mentis captiuæ craſſitiem Deum concipere, niſi auxilio confortatam.* Clariùs autem orat. XXXIV. εἴ τις, ἔγνω θεὸν τοσοῦτον ἔγνω ὅσον ἄλλου μὴ τὸ ἴσον ἐλλαμφθέντος, φανείη φωτοειδέστερος. *Si quis Deum cognouit, eatenus cognouiſſe cenſendus eſt, quatenus vberioris luminis particeps factus ſit, quam qui minus luminis accepit.* Loquitur autem ibi de lumine fidei infuſo, & de reuelatione à Deo facta. Legenda eſt Catena Græcorum Patrum ad illum locum Ioannis. *Hoc eſt opus Dei vt credatis in eum quem miſit ille.* τὸ ἔργον θεοῦ τὸ εἰς θεὸν ἀνῆκον, ἱερόν τε καὶ τέλειον καὶ αὐτὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων εἰκότως δικαιοῖ τε καὶ ἁγιάζει ὅτι καλλίστην ἐνέργειαν ἔχει τῆς ψυχῆς. *Opus Dei ad Deum erigens, ſacrum ac perfectum, abſque humanis etiam operibus hominem iuſtificat ac ſanctificat, quia optimam animi functionem complectitur.* S. Baſilius lib. 4. in Eunomium ἡ πίστις ἡμῶν ἡ εἰς τὸν υἱὸν ἔργον ἐστὶ τοῦ θεοῦ, τοῦτο γάρ φησιν ὁ Κύριος. S. Ephrem. ho. *de diuinâ Gratiâ. Multi per fidem Gratiæ filij ſunt appellati. Sed non multi propter negligentiam illâ potientur.* Vbi & S. Cyrillus Alexand. hoc ipſum opus Dei quo in ipſum credimus, vocat, τὴν δικαιοῦσαν χάριν *Gratiam iuſtificantem.* S. Gregor Nyſſen. orat. Catecheticâ facile quidem eſſe credere, ſed hoc præſuppoſito ἴδιον τῆς θείας ἐνεργείας ἡ τῶν δεομένων σωτηρία. *Propriè eſt à diuinâ operatione indigentium ſalus.*

S. Baſil. in Pſ. 115.

Greg. Naz. or. 42.

Ioan. cap 6.

S. Cyril. l. 3 in Ioan.

S. Greg. Nyſſ. or. Catechet.

III.

S. Chryſoſtomus fidei propagationem τῇ τοῦ πνεύματος χάριτι meritò tribuit hom. VI. in pr. ad Corinth. Idem fortaſſe titulum *doni Dei* primus fidei vindicauit interpretatione iſtius loci epiſt. ad Epheſios *Gratiâ ſalui eſtis per fidem, &c.* ἵνα μὴ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν ἐπάρῃ σε, ὅρα πῶς σε καταστέλλει· χάριτι φησί, διὰ πίστεως. εἶτα ἵνα μὴ πάλιν τὸ αὐτεξούσιον λυμήνηται, ἔθηκε καὶ τὰ ἡμῶν, καὶ πάλιν αὐτὸ ἀνεῖλε, καὶ φησί. καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ἡμῶν. οὐδὲ ἡ πίστις φησίν, ἐξ ἡμῶν. εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν, εἰ γὰρ μὴ ἐκάλεσε, πῶς ἠδυνάμεθα πιστεῦσαι; ὥστε οὐδὲ τὸ τῆς πίστεως ἡμέτερον. θεοῦ, φησι, τὸ δῶρον. τοῦτο αὐτὸ θεοῦ δῶρόν ἐστι, ἵνα μή τις καυχήσηται, ἵνα εὐγνώμονας περὶ τὴν χάριν ποιήσῃ. *Ne beneficiorum magnitudo extollat te, vide quomodo te reprimit: Gratiâ, inquit, per fidem. Deinde ne rurſus liberum arbitrium perimeretur, noſtra etiam adhibuit, atque iterum illud idem ſuſtulit, dicens, & hoc non ex nobis. Non enim fides, inquit, ex nobis. Niſi enim veniſſet, niſi vocaſſet,*

Sententia eadem S. Chryſoſtomi eiuſque imitatorum.

S. Chryſoſt. ho. 4. in cap. 2. ad Epheſ.

quomodo credere potuiſſemus? Quare nec fidei noſtrum eſt ſed Dei. Illud ipſum donum Dei eſt, ne quis glorietur, vt nos erga GRATIAM *gratos reddat.* Ecquis vnquam Patrum neruoſius atque luculentius de fidei per gratiam initio philoſophatus eſt? Vbi illa in Chryſoſtomum tanquam gratiæ ad fidem initiantis aut ignarum aut inimicum inuidioſa criminatio? Certè tanquam ſpuma in ſcopulum illiſa concidit ac euaneſcit. Atque à Chryſoſtomo cæteri Apoſtoli interpretes ac tractatores ita didicerunt. Theodoretus Cyrenſis μόνην τὴν πίστιν προσενηνόχαμεν, ἀλλὰ καὶ ταύτης θεία χάρις τῆς πίστεως γεγένηται συνεργός. οὐ γὰρ αὐτόματοι πεπιστεύκαμεν, ἀλλὰ κληθέντες προσεληλύθαμεν. *Solam fidem contulimus, ſed & illius adiutrix Gratia diuina extitit. Non enim vltronei credidimus ſed vocati acceſſimus.* Reliqui adiri poſſunt, in eumdem locum & ad Philippenſ. cap. 1. *Et hoc à Deo, quia vobis datum eſt hoc à Chriſto non ſolùm vt in eum credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini.* Quem non alio ſenſu exponunt quam Synodus Arauſicana.

IV.

Affectus & motus credendi, ſeu volũtas à Gratia. Illa autem Synodus non ſolum ad actum fidei, ſed etiam ad voluntatem & affectum credendi, neceſſitatem gratiæ declarat, quandoquidem prima eſt ad ſalutem inclinatio. *Si quis ſicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipſumque* CREDVLITATIS AFFECTVM *non per gratiæ donum id eſt Spiritus Sancti inſpirationem, ſed naturaliter nobis ineſſe dicit, Apoſtolicis dogmatibus aduerſarius approbatur,* &c Quo planè modo dicitur Deus Act. XVI. διανοίγειν τὴν καρδίαν προσέχειν τοῖς λαλουμένοις, *aperire cor ad intendendum iis quæ dicuntur*, de veritate Euangelij nimirum. Chryſoſt. homil. ad eum locum de Lydia purpuratiâ, τὸ μὲν οὖν διανοῖξαι τοῦ θεοῦ. τὸ δὲ προσέχειν αὐτῆς. ὥστε καὶ θεῖον καὶ ἀνθρώπινον ἦν. *Aperire quidem, Dei erat: intendere autem, ipſius, atque ita diuinum & humanum erat.* Huc pertinet oratio illa Gregentij Archiſcopi Tephrenſis pro Iudæis Chriſtum videre cupientibus ἄνοιξον τοὺς ζοφεροὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν οὓς ὁ διάβολος ἐτύφλωσε, &c. *aperi tenebroſos eorum oculos quos diabolus excæcauit, &c.* THALASSIVS Centur. IV. Νοῦς ἀρχόμενος τὰ θεῖα φιλοσοφεῖν, ἀπὸ πίστεως ἄρχεται καὶ δι' αὐτῶν ἐν μέσῳ ὁδεύων εἰς τὴν πίστιν πάλιν καταλήγει τὴν ἀνωτάτην. *Animus inchoans de rebus diuinis philoſophari à fide incipit & per ea in medio viam faciens in fidem ſummam rurſus deſinit.*

To.2. Bibl. PP. Gr. S. MAXIMVS in expoſitione Myſtagogiæ τὸ συνάψαι τῇ γνώσει τὴν πίστιν διὰ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος. *Cognitioni fidem adiungere fit per gratiam Spiritûs.*

Antioc. ho. 1. de fide. B. ANTIOCHVS in Pandecte ἡ πίστις ἀρχὴ τῆς κλήσεως τοῦ θεοῦ. *Fides eſt initium vocationis Dei.*

Greg. Nyſſ. to. 2. B. GREGORIVS Nyſſenus orat. de occurſu lumen Gratiæ pro fide vſurpans, illud à diuini auxilij virtute manare docet. ἀλλ' ἡμεῖς τῷ φωτὶ καταλαμπόμενοι τῆς χάριτος, καὶ τῇ σαφεῖ τε καὶ ἐκτυπωτέρᾳ τῆς ἐλπίδος βοηθούμενοι, καὶ τῇ κραταιότητι τοῦ πνεύματος δυναμούμενοι, μὴ χωρισθῶμεν τῶν ἱερῶν διδαγμάτων ἐξ ὧν ἡ σωτήριος ἕξις ταῖς ψυχαῖς ἐντίκτεσθαι εἴωθεν. *Verum nos qui lumine Gratiæ illuſtramur, qui vera & manifeſta ſpe adiuuamur, qui virtute Spiritûs confortamur, ne diſcedamus à ſacris doctrinis quibus ſalutaris in animis noſtris habitus ingenerari conſueuit.* Pleniſſimè B. Baſilius conſtit. Monaſtic. cap. XV. Vide locum.

V.

Si qua vero poſſet è ſcriptis Græcorum Patrum, hinc ſanè difficultas emergeret, quod aliquando gratiam è fide veluti præuia ſuccedere ac exoriri cenſeant. S. Athanaſius opuſc. quod duæ naturæ in Chriſto. Chrysostomvs in Matthæum τοῦ πνεύματος χάριν ἀπὸ τῆς πίστεως ἐπισπᾶν. *Spiritus Gratiam fide attrahere.* S. Cyrillvs creberrimè habet χάρις διὰ πίστεως *Gratiam per fidem* & diſertè in Aggæum. Sed hoc ipſo loco huius obiectionis ſolutio continetur. Enimuerò non de primâ gratiâ actuali præueniente loquitur, quæ ad omnem prorſus actum credendi neceſſario præmouet, ſed de Gratiâ ſanctificante loquitur quá actus credendi à Gratiâ excitante productus antecedit. ἕκαστος ἡμῶν οἰκοδομείτω τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν διὰ πίστεως ὀρθῆς. προσεπιπηγνύτω δὲ τὴν ὕλην ἑτέραν, τὴν ὑπακοὴν δὴ λέγω *Vnuſquiſque cor ſuum primo per fidem rectam ædificet. Deinde materiam aliam addat, obedientiam dico, &c.* Sed hæc omnia non ſine Dei gratiâ, quæ verbis Apoſtoli adiectis ſignificatur, συναρμολογούμενοι διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας εἰς ναὸν ἅγιον ἀναβησόμεθα, καὶ εἰς κατοικητήριον τοῦ θεοῦ ἐν πνεύματι, vox enim ἐπιχορηγία gratiarum omnium ſuppeditationem ſignificat, & τὸ πνεῦμα ſpiritualium gratiarum influxum vt infra ex Ss. Patribus oſtendemus. Quod attinet autem ad S. Chryſoſtom. eadem eſt ſententia illius, vt ex commentario in Ioannem hom. xliv. dilucidè patet. Vbi explicat hæc verba, *nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum,* diuinæ gratiæ cum humano aſſenſu conſortium aſſerit, illius quidem primo mouentis & trahentis, huius vero cedentis & ſequentis. Ait itaque hunc ſenſum verborum Chriſti eſſe, οὐ τὸ τυχὸν πρᾶγμα, φησὶν, ἡ πίστις εἰς ἐμὲ, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν δεῖται ῥοπῆς. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις. Εἰ πᾶν ὃ δίδωσι πατὴρ, ἔρχεται πρὸς σὲ, καὶ οὓς ἂν ἑλκύσῃ, καὶ οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρὸς σὲ ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἄνωθεν, πάσης αἰτίας καὶ ἐγκλημάτων ἀπηλλαγμένοι οἷς οὐ δίδωσιν ὁ πατήρ. λῆροι ταῦτα ψιλοὶ καὶ πρόφασις. δεόμεθα γὰρ καὶ τῆς οἴκοθεν προαιρέσεως· τὸ γὰρ διδάσκεσθαι προαιρέσεώς ἐστι καὶ τὸ πιστεῦσαι. ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐμφαίνει διὰ τοῦ, ὁ δίδωσί μοι ὁ πατὴρ, ἀλλ' ἢ ὅτι οὐ τὸ τυχὸν πρᾶγμά ἐστι τὸ πιστεῦσαι, οὐδὲ λογισμοῦ ἀνθρωπίνου, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄνωθεν ἀποκαλύψεως καὶ ψυχῆς εὐγνωμόνως δεχομένης τὴν ἀποκάλυψιν. καὶ τὸ ὁ ἐρχόμενος δὲ πρὸς με σωθήσεται, τοῦτο δηλοῖ, ἐπιμελείας ἀπολαύσεται πολλῆς. *Hoc ſignificat* non exiguum quid eſſe fidem in me, ſed opus eſt cælitus immiſſo motu. At dicet fortaſſe quiſpiam: ſi omne quod dat mihi Pater venit ad me, & quoſcumque traxerit, & nemo poteſt venire ad me niſi datum ſit ei deſuper quibus Pater non dat, hi à culpa ſunt immunes. Hæc verba ſunt & prætextus, doceri enim & credere electionis eſt. Hic autē nil aliud oſtēdit his verbis, quod dat mihi Pater, quam non eſſe rem paruam, credere, & humanā cogitationem indigere diuinâ reuelatione & animâ quæ fideliter eam accipiat. Et hoc, qui venit ad me ſaluus fiet, id eſt multam adhibebit diligentiam.]

Difficultas de orta gratiæ poſt fidem.

S. Athanaſ. to. 2.

S. Chryſ. ho. 17. in Matth.

Cyrill in Eſ. li. 5. & hom. 30 Paſch. in Agg. to. 4. & Greg. Nyſſen.

Epheſ. 2.

VI.

Quia etiam pleraque ſunt in philoſophia ad Chriſtianas Scholas

Philoſophica multa dogmata de fide.

admiſſa quæ multo certiùs fide tenentur, quatenus in ſcripturis & Conciliis communique Patrum conſenſu reperiuntur aſſerta, quam philoſophicis demonſtrationibus, quæ vt plurimùm obſcuritate vel dubio laborant, enucleatè proponantur. Teſtis vel vnica de anima-

Nemeſ. lib. de nat. hom. c. 1.

rum immortalitate ſententia de quâ ita Nemeſius lib. de natura homin. πολλαὶ μὲν εἰσι τῆς ἀθανασίας ἀποδείξεις, παρά τε Πλάτωνι καὶ τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ἐκεῖναι μὲν περισκελεῖς καὶ δυσκατανόητοι, καὶ μόλις τοῖς ἐντεθραμμένοις ἐκείναις ταῖς ἐπιστήμαις γνώριμοι· ἡμῖν δὲ ἀρκεῖ πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀθανασίας ἡ τῶν θείων λόγων διδασκαλία, ἣ τὸ πιστὸν ἐξ ἑαυτῆς ἔχουσα διὰ τὸ θεόπνευστον εἶναι. *Multa quidem ſunt immortalitatis demonſtrationes & apud Platonem & apud alios. Sed illa obliqua & intellectu difficiles vixque ipſis qui ſcientiis innutriti ſunt, nota. Nobis verò ad demonſtrationem ſufficit diuinorum ſermonum doctrina, quæ fidem ex ſeipſa habet, eo quod ſit diuinitùs inſpirata.*

CAPVT NONVM.

De Gratiæ ad volendum efficiendumque bonum Neceſſitate.

SVMMA CAPITIS.

I.
Aſſertiones ea de re Theologicæ. Prima.

II.
Secunda de neceſſitate Gratiæ in ſtatu naturæ integræ, ad bonum ſupernaturale ex S. Aug. & Patr. Gr.

III.
Gratiæ ſanantis neceſſitas ex PP. *Gr. & S. Aug.*

IV.
Auxilij Gratiæ ad actus ſupernaturales excitantis & corroborantis neceſſitas ex iiſdem.

I.

Aſſertio 1.
S. Thom. 12. q. 109 art. 2.

PERVVLGATA in Scholis Theologorum aſſertio S. Thomæ verbis exprimenda: *In ſtatu naturæ integræ, quantum ad ſufficientiam operatiuæ Virtutis poterat homo per ſua naturalia* VELLE ET OPERARI *bonum ſuæ naturæ proportionatum: quale eſt bonum virtutis acquiſitæ.* Quod de omni etiam bono generatim & collectiuè intelligere videtur, ex oppoſitione cum ſtatu natutæ corruptæ, in quo *totum huiuſmodi bonum* implere hominem poſſe perne-

S. Aug. lib. de nat. & grat. & de peccat. mer.

gat. Aperta mens eſt S. Auguſtini cuius illa crebra ſunt verba, *homo ſanus & inculpabilis factus, libero arbitrio, ac libera ad rectè viuendum poteſtate, conſtitutus eſt.* Quamquam ex profeſſo tractatam ab eodem eximio Doctore quæſtionem nullibi legi.

Ita quoque ſparſim Græci Patres. CLEMENS Alexand. lib. VI. fatetur Adam habuiſſe generalem ἐπιτηδειότητα καὶ φορὰν πρὸς ἀρετὴν *aptitudinem & motum ad virtutem.* EVSEBIVS lib. Euangel. præpar. in primo

Euſeb. Eu. præp. lib. 7.

Digitized by Google

parente, cũi integræ ius naturæ prærogatum eſt, fuiſſe τὰς τῆς σοφίας καὶ τῆς δικαιοσύνης, καὶ πάσης ἀρετῆς αὐτολήψεις *anticipatas rationes Sapientiæ, Iuſtitiæ, omniſque virtutis docet.* S. CHRYSOSTOMVS in Geneſ. imaginem Dei in homine primitiuam in eo conſtituit quod ſit λογικὸς καὶ ἐνάρετος *rationalis & virtutes colat*, & eas quidem quæ Iuſtitiam legalem ſeu vniuerſalem componant. B. CYRILLVS Alexandrin. contra Antropomorphitas γέγονε κατ' εἰκόνα τὴν πρὸς αὐτὸν ἐν ἀρχαῖς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἡ φύσις ἦν ἔχουσα ἐπιτηδείως πρὸς ἀνάληψιν παντὸς ἀγαθοῦ καὶ εἰς κατόρθωσιν ἀρετῆς. *Factus eſt à primordio ad ipſius imaginem homo, naturaque habuit aptitudinem ad omnis boni ſuſceptionem virtutemque rectè exercendam.* Plures aduocare non eſt neceſſe, quum hæc non ſit capitalis ac præcipua pars huiuſce quæſtionis.

S.Chryſoſt. ho. 23. in Geneſ.

S. Cyrill. to. vlt. l. c. in Antrop. cap. 10.

II.

Altera ſancti Doctoris Aſſertio hæc eſt. *Virtute gratuitâ ſuperadditâ virtuti naturæ homo indiget in ſtatu naturæ integræ quantùm ad vnum, id eſt ad volendum & operandum bonum ſuperexcedens ſiue ſupernaturale virtutis infuſæ.* Enimvero tametſi dotibus animi iuxta corporiſque vniuerſis inſtructiſſimus à Deo creatus homo fuerit, Gratiâ etiam habituali iis pro coronide adiectâ nobilitatus, actuali tamen Dei mouentis & cooperantis auxilio opus eum habuiſſe, clariſſima eſt ſententia B. Auguſtini pleriſque locis. In Enchiridio. *Etſi peccatum in ſolo libero arbitrio erat conſtitutum non tamen iuſtitiæ retinendæ ſufficiebat liberum arbitrium, niſi participatione immutabilis boni diuinum adiutorium præberetur.* Et lib. de corrept. & Grat. *Vt reciperet bonum, Gratiâ non egebat, quia nondum perdiderat: vt autem in eo permaneret, egebat adiutorio Gratiæ ſine qua id omnino non poſſet, & acceperat poſſe ſi vellet: ſed non habuit velle quod poſſet: nam ſi habuiſſet perſeueraſſet.* Supponit omnino hæc doctrina primum parentem, diuina reuelatione finem ſupernaturalem agnouiſſe, atque ad eum animi vires actuſque voluntatis dirigendi legem accepiſſe: quæ tamen fruſtra fuiſſent, niſi ſupernaturale quoque auxiliũ ad vtriuſque facultatis eleuandos, vt vulgo loquuntur, ſeu promouendos conatus, ex parte non ſolum principij, ſed etiam obiecti ac motiui planè neceſſarium, à Deo ſimul obtineret, quod eodem libro B. Auguſtinus disertè profitetur.

Aſſertio ſec. de neceſſitate Gratiæ in ſtatu naturæ etiam integræ ad bonum ſupernaturale.

S. Aug. Enchirid. c. 106. & 107. de correpr. & grat. c. 11. & 12.

S. Aug. de corrept. & grat. cap. 12.

Nec obſcuriùs hac in re Græci Patres locuti ſunt. B. Athanaſius τὴν ἐξ ἀρχῆς παρὰ θεοῦ δύναμιν vocat *vim ab initio à Deo communicatam* quâ rebus ſupra ſenſum conditionemque naturæ poſitis ac myſteriis tum cognoſcẽndis tum colẽdis vacarunt, ac perpetuo vacare Deoque adhærere potuerunt primi generis Auctores: Eamque vim, ibidem & Gratiam vocat, vt antea animaduertimus. B. IRENÆVS docet Deum *homini præſtitiſſe magnanimitatem quam cognoſcens bonũ obedientiæ & malum inobedientiæ, electionem meliorũ cum iudicio faceret.* CLEMENS Alex. in Pædagogo inditum à Deo homini primo τὸ ἐμφύσημα θεοῦ καὶ τὸ φίλτρον τὸ ἔνδον *inſpirationem Dei & Philtrum* interius interpretatur τῶν θείων λόγων τὸ διδασκαλικὸν ἰσχὺν ἢ πνευματικὸν, *diuinorum ſermonum vim doctricem, ſubtilem ac ſpiritalem* quâ ſcilicet docemur αὐταγαπᾶν τὸ κατηγορούμενον ἀγα-

S. Athanaſ. or. contra Gentes.

S. Iren. lib. 6. contra Hæreſ. c. 76.

Clem. Alex. l. 1. pæd. c. 3.

πνευματικῶς τοῦ ἀρίστου βίου, *redamant eum qui nobis pro amore ſuo dux eſt vitæ optime degendæ*, idque πρὸς σωτηρίαν *ad ſalutem.* Quæ omnia Grariam periphraſi quadam complectunrur. Ex his aliiſque facillimo negorio apud Patres Græcos occurrentibus, liquet quam abſurde & falſo Paradogmatica dicant *voluntatem ſanam ita robuſtam fuiſſe per inſtitutionem primæuæ ſuæ libertatis, qua primus homo creatus eſt rectus vt ſeipſa nutu ſuo ad bonum volendum non à Gratia flecteretur.* Longè aliud S. Gregorius Nyſſenus orat. in Chriſti reſurrectionem, πολλῇ ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς τὸν ἄνθρωπον σοφὸν ἀπηρτίσας καὶ θεοειδῆ, καὶ πολλῇ κατακοσμήσας τῇ χάριτι. *Omnium rerum Creator, qui hominem ſapientem Deoque ſimilem perfecit, multaque Gratia adornauit.* Vide Rel.

1. de Gr Ch.c.3.

Tom. 2 ora. 3. in Reſurr. Chr.

III.

Gratiæ ſanantis neceſſitas ex S. Auguſt. & Græcis PP.

Lege vel vnum librum de nat. & grat. variis locis.

Tertia ἰουδαΐζου Doctoris aſſertio ita ſe habet *in ſtatu naturæ corruptæ poſt peccatum primi parentis homo indiget gratiâ quantùm ad duo: primùm vt ſanetur: alterum vt bonum ſupernaturalis virtutis operetur.* Quod primam cauſſam ſpectar, nihil frequenrius apud S. Auguſtinum quam *Gratiæ ſanantis, & Medicinalis auxilij neceſſitas.* Neque antea ſanè ignota erat Græcis Patribus, qui id Euangelicum ignorare non poruerunt; *non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus: Venit filius hominis ſaluum facere quod perierat.* Baſilius Seleucienſis elegantiſſimè ἰατρὸς ἀφαρμάκευτος ὁ δεσπότης Χριστὸς τοῖς ἀνθρώπων νοσοῦσιν ἐπιδήμησε φύσιν, ὅσῳ βιαιότερα τὰ τῆς ψυχῆς νοσήματα, τοσούτῳ μείζονα τὴν φροντίδα τῆς θεραπείας εἰσφέρων. *Medicus abſque Pharmacis Chriſtus Dominus ad homines ægros diuerſatus, quo vehementiores ſunt animæ morbi, eo maiorem adhibens curationis ſollicitudinem.* Hæc de medico Ieſu, diuinæque ipſius Therapeæ ſubiecto nempe animæ ægritudine. De Grariâ verò Sanatrice Gregorius Theologus ἡμῖν περὶ τὸν κρυπτὸν τῆς καρδίας ἄνθρωπον ἡ πᾶσα θεραπεία τε καὶ σπουδὴ πρὸς ὃν ταῦτα πολλῆς μὲν καὶ παντελοῦς τῆς πίστεως, μείζονος δὲ τῆς παρὰ θεοῦ συνεργίας, οὐκ ὀλίγης δὲ τῆς ἡμετέρας ἀντιτεχνήσεως χρεία. *Nobis vero circa occultum cordis hominem cuncta curatio ſtudiumque verſatur, &c. Ergo aduerſus iſta tum magnâ perfectáque fide opus eſt, tum maiori Dei* Avxilio, *nec exiguâ quoque cooperatione noſtra*, &c. Ita S. Gregor. Nyſſenus orat. in eos qui alios acerbè iudicant, omnium animæ morborum curarionem Grariæ attribuir. S. Chryſoſtomus omnium copioſiſſimè in epiſt. ad Philippenſes πρῶτον καθάπερ ἀντίδοτόν τι φάρμακον ἔδωκε τὸ λουτρόν· καὶ οὕτως πᾶσαν ἠμέσαμεν κακίαν· καὶ πάντα ἐφυγαδεύθη ἀθρόον, καὶ ἡ φλεγμονὴ ἐπαύσατο, καὶ πυρετὸς ἐσβέσθη καὶ αἱ σηπεδόνες ἐκαύθησαν, ἔλαβεν ἰσχὺν ἡ ψυχή, ἔλαβε κάλλος καὶ ἄνθος οἷον εἰκὸς ἀπὸ τῆς τοῦ πνεύματος ΧΑΡΙΤΟΣ, *Dedit nobis pro primo veluti Pharmaco, lauacrum, atque ita omnem malitiam euomuimus. Et omnia expulſa ſunt vitia ſimul, & inflammatio finem cepit, & febris extincta eſt, & ſanies exuſta, robur accepit anima & florem & pulchritudinem qualem à Gratia ſpiritus accipere decebat, &c.* Vide cætera quæ contraximus.

Baſil. Sel. ho 35.

Greg. Nazianz. in Apologet.

Greg. Nyſſ. to. 1.

S. Chryſ. ho. 2. ad Philipp.

IV.

IV.

In eadem aſſertione meminit Doctor eximius Auxilij neceſſarij *ad bonum ſupernaturalis virtutis exequendum*, idque in ſtatu naturæ lapſæ quod ſanè luce ipsâ clarius eſt. Concil. Mileuitan. ſeu Carthag. cap. v. S. Auguſtinus vbique librorum. Græcorum verò doctrina interim dum reliquo huius libri decurſu penitus eluceſcat, loquatur B. Gregor. Nyſſenus orat. de ſcopo ſecundum Deum. ἡ τῆς τοῦ ἀνθρώπου ἀρετῆς δύναμις οὐκ ἐξαρκεῖ καθ' ἑαυτὴν πρὸς τὸ τῆς ζωῆς εἶδος ἀναβιβάσαι ψυχὰς ἀμοιρούσας τῆς χάριτος. *Vis humanæ virtutis per ſe non ſufficit ad animas gratiæ expertes ad vitæ formam attollendas, Niſi Dominus ædificauerit domum*, &c. Opera autem illa ſupernaturalia ea quidem omnia ſunt quæ ad iuſtificationem à peccato, Gratiæ ſanctificantis adeptionem & incrementum, meritum, perſeuerantiam, virtutum infuſarum exercitamenta & gloriæ tandem immortalis aſſecutionem per ſe tendunt, illa ſcilicet *quæ ad pietatem veramque iuſtitiam pertinent*, vt ait B. Auguſt. de grat. Ch. cap xxvi. Quomodo explicat illud Chriſti, *ſine me nihil poteſtis facere* ſer. xiii. de Verb. Apoſt. de Spir. & lit. c xix. *Quæ ſunt veræ ſanctæque pietatis* vt definit Proſper ad Capitula Gallor. c. viii. *quæ pertinent* ad vitam æternam Petr. Diacon. de Incarn. c. vi. Concil. Arauſic. c. vii. quæ omnia ac ſingula citra Gratiæ auxiliatricis motum & concurſum fruſtra ſperes, cum ſupra naturæ, ingenij, animique captum immenſo poſita ſint interuallo. Frequentiſſimum iſtud in ore Chryſoſtomi, licet apud Caluinomanitas hæreſim parturientis, τὸ πᾶν τῇ χάριτι λογιζόμεθα. TOTVM GRATIÆ IMPVTEMVS. O linguam & animam auream! Et hæc de bono ſupernaturalis ordinis.

Auxilii Gratiæ ad bonum ſupernaturale excitantis & corroborãtis ſumma neceſſitas.

Greg. Nyſſ. or. de ſcopo Chriſtiani to. 2.

Et epiſt. 107.

Chryſoſt in iam ad Corinth ho. 18. & alibi ſæpiſſime infra.

CAPVT DECIMVM.

SVMMA CAPITIS.

De neceſſitate Gratiæ ad bonum morale.

I.

Hæretica opinio de malis operibus quibuſcumque remouetur. Ex Gr. PP. & Auguſt.

II.

De Cornelij Centurionis operibus pauca ex iiſdem.

III.

Omne bonum morale collectiuè, abſque gratiâ exerceri non poteſt.

IV.

Item nec arduum.

V.

Facile verò, diſtributiuè ſumptum poteſt.

I.

Luther. in aſſert. ar. 936. Caluinus ex Antidoto Concil. Trid. & 2. Iuſt. c. 3.

COntrouerſiæ ſeu quæſtionis ſtatus: vtrum adultus homo lapſus in peccatum etiam actuale, neque dum per gratiam Chriſti reparatus, ſpeciali Gratiæ auxilio indigeat ad bonum morale ordinis naturalis exſequendum. Circa quæſtionem illam remouenda primùm eſt Hæreticorum opinio, Lutheri Caluini aliorumque ſectariorum, omnia iniuſtorum opera, quod etiam de iuſtorum operibus ſentiunt, peccata eſſe: quæ Canone VII. Seſſionis VI. Tridentinæ Synodi his verbis damnatur, *Si quis dixerit, opera omnia quæ ante iuſtificationem fiunt, quacumque ratione facta ſint, verè eſſe peccata vel odium Dei mereri: aut quantò vehementiùs quis nititur ſe ad gratiam diſponere tantò eum grauiùs peccare, Anathema ſit.* Atque antea damnatum hoc fuerat inter Huſſij articulos à Concilio Conſtantienſi *omnia peccatoris opera peccata eſſe.* Art. XVI. A Michaële Bajo exſuſcitatus idem error, his verbis, *Omne quod agit peccator aut ſeruus peccati, peccatum eſt.* Damnatus eſt à tribus Pontificibus Pio V. Gregorio XIII. Vrbano VIII. in Bullâ contra librum Ianſenij.

Concil. Conſtant. ſeſſ 15.

S. Aug. retract. c. 15.

Apud S. Auguſtinum loci quidam non deſunt, quibus in ſpeciem error iſte ſibi patrocinetur, vt illud, *Quantum eſt quod valet voluntas ſub dominante cupiditate, niſi fortè ſi pia eſt, vt oret auxilium:* quod tamen non vrget quàm, *pietatis eſſe auxilium petere* ſignificet, & voluntatem id *valere* quoque teſtetur, item illud, Virtutem nihil aliud eſſe quàm *ſummum amorem Dei* lib. de morib. Eccleſ c 15. quod nec aliud ſonat quàm omnes Virtutes Charitati velut imperanti & applicanti Virtuti ſubiicei, vt exponit S. Thomas. Item quicquid, *ſi putauerit homo facere bene ſi fiat ſine Charitate, nullo modo fiet benè*, loquitur enim de bono quod

S. Thom. 22. q. 23. ar. 4.

De Grat. & lib. art. c. 18 & 1. de Grat. Chr. c. 26.

ordinatur ad finem ſupernaturalem *hic confiteatur gratiam qui vult illam veraciter confiteri vt omnino nihil boni ſine Charitate quod ad pietatem pertinet veramque Iuſtitiam, fieri poſſe non dubitet.*

Sic etiam neque deſunt apud Patres Græcos loci perſimiles. S. Baſilius lib. de Baptiſmo ſcribit impoſſibile eſſe eum qui peccato ſeruit iuſtitiam facere τὸν ἁμαρτίᾳ δουλεύοντα ποιεῖν δικαίωμα: ſed explicat mentem ſuam verbis quæ attexit, nempe ita vt hoc ſit εὐάρεστον ἢ εὐπρόσδεκτον θεῷ καὶ κατὰ τὸν τῆς εὐσεβείας τῶν ἁγίων κανόνα. *Gratum & acceptum Deo & ſecundum regulam pietatis ſanctorum* quibus quidem verbis ſe de actu Religionis meritorio loqui reſtatur. Enimuero & Baſilius ipſe & Græci Patres haud ſecus ac Auguſtinus, hominibus in ſtatu peccati ſordeſcentibus vt ab eo emergant, opera quædam moraliter bona frequentiſſimè conſulunt, quibus non Gratiam ſtatim recuperare, per ſe enim non iuſtificant, ſed ad eam Dei gratia accedente paulatim diſponi queant? Illa autem ieiunia, illæ Eleemoſynæ, illæ orationes ad quas adhortantur, peccata dici niſi cum iniuriâ non poſſunt, aliàs ad malè agendum adhortarentur.

S. Baſil. lib. 2. baptiſ. quæſt. 7.

Baſil. or. 1. de ieiun. Gregor. Nazian. περὶ φιλοπτωχίας orat. 16. ſub fine Chryſoſt. ho. 9. de Pœnit. S. Aug. ſer. 5. de verb. dom. ſec. Matth.

II.

Quod afferri ſolet de Cornelio Cēturione cui Angelus teſtificatus eſt his verbis *orationes tuæ & Eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu* Dei, inferiùs diſcutiendum eſt. Interim B. Auguſtinus Ep. LVII. docet in Cornelio tunc fuiſſe fidem aliquam (licet non ſufficientem ad regnum cœlorum vt idem docet qu. ſec. ad Simplicianum & de Prædeſtin. Ss. cap. VII.) nondum tamen fuiſſe iuſtificatum. In quo conſentit aliquatenus cum B. Chryſoſtomo (ſi tamen Chryſoſtomi homilia eſt, de fide & lege naturæ, Vetuſti tamen auctoris) hic enim mortua etiam illa opera putat, ſed altero, nimirum fidei defectu, ſic enim habet ἔργα μὲν καλὰ καὶ θαυμαστά. ἤρεσκε μὲν τῷ τῶν ἀγαθῶν βραβευτῇ καὶ ἐραστῇ θεῷ. ἀλλ' ἐπεὶ εἶδεν ὁ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀληθείας μέγας ὀφθαλμὸς ὁ ἀπροσωπόληπτος καὶ δίκαιος κριτὴς, ὅτι καλὰ μὲν τὰ ἔργα νεκρὰ δὲ ἐστιν οὐκ ἔχοντα πίστιν, ἀποστέλλει ἄγγελον. *Opera erant bona & mira. Placebant quidem bonorum remuneratori & amatori Deo. Verum quandoquidem vidit ille Iuſtitiæ & Veritatis ingens oculus, ac perſonarum minimè acceptor iuſtus iudex quod opera bona quidem erant, ſed mortua quod carerent fide, miſit Angelum,* &c. Sed hac de re infra enucleatius.

De Cornelij Centurionis operibus pauca ex iiſdem.

S. Aug. ep. 57. qu. 2.

To. 6. oper. Græcol. Chryſoſt.

III.

Si verò hæc quæſtio intra limites ac ſpeciem boni moralis, cuius rectitudo in cōformitate cum rectâ ratione poſita eſt reuocetur, bonum morale tripliciter ſpectari poteſt primò quidem extenſiuè & in totâ ſuâ collectione: ſecundò intenſiuè, quatenus bonum arduum ac difficile eſt: Tertio diſtributiuè in particulari in quantum occurrit ſine vllâ aut ſaltē graui difficultate peragendum. Aſſertio SORBONICÆ SCHOLÆ perpetua eſt, Bonum morale collectiuè ſumptum, in totâ ſeu magnâ ſui latitudine quolibet in ſtatu, non poſſe abſque ſpeciali Gratiâ ſupernaturali à quoquam mortalium præſtari. Quod ex Ana-

Omne bonum morale collectiuè abſque gratia ſpeciali exerceri non poteſt.

Lege Duuallium qu. 2. de grat. ar. 5. Gamach. ad q. 109. cap. 4.

logiâ cum omni Veritate collectiuè ſumpta probari ſolet: deinde ex ipsâ experientiâ quâ nil certius docetur quam hominem prudentiæ ſuæ ac libertati relictum ſexcentis erratis obnoxium eſſe: Vnde & Philoſophorum præſtantiſſimi inſigni lapſu corruerunt, & in via morum quam aliis aperiebant ac ſternebant, frequenter errarunt, quod ipſis improperant Ss Patres, Tertullian. in Apologetico, & B. Auguſtinus lib. de vera Religione, Græci quoque, Iuſtinus in parænesi, Clemens Alexand. in admonitione ad Gentes, Theodorit. de Græc. affectionibus. Quin ipſi etiam huc teſtes aduocari poſſunt qui neminem omnes virtutis numeros explere, virtutum omnium generibus præcellere, peccatique expertem vitam ducere vnquam poſſe peringenuè faſſi ſunt: Virtutem proinde perfectam nemini niſi à Deo contingere θείᾳ μοίρᾳ apud Clementem Alex. Plato rectè Philoſophatur apud ſanctum Hieronymum Dial 1. contra Pelagianos, cum virtutes omnes ab eodem haberi poſſe dixiſſet, eſſe ſententiam Philoſophorum, reſpondet Catholicas partes agens Atticus, ſed non Apoſtolorum. Quod eo certius eſt, quo veritas vniuerſa naturalis ordinis ab homine citra ſpeciale gratiæ auxilium cognoſci nequit: multo minus vniuerſa virtus exerceri, *quia natura humana magis corrupta eſt quantum ad appetitum boni, quàm ad cognitionem veri*, vt ait S. Thomas. Quod præclarè amplificat S. Chryſoſtomus ad Pop. Antiochen. ὅτι μὲν καλὸν τὸ σωφρονεῖν μηδὲν καμόντες ἐπιστάμεθα· τῆς γὰρ φύσεως ἡ γνῶσις· σωφροσύνην δὲ οὐκ ἂν δυνηθείημεν κατορθῶσαι μὴ κάμνοντες. *Quod temperantia bonum ſit, abſque labore nouimus; naturalis enim ſcientia eſt: temperantiæ vero actiones rectas exercere non poſſumus ſine labore*, &c.

> S. Tho. 12. qu. 136. ar. 3. de bono etiam politicæ virtutis.
>
> Lege Theodoret. ſer. 12. de virtute actiua & S. Chryſoſtom in Matth. hom. 54.
>
> Greg. Naz. or. 5. in Iulian.
>
> Clem Alexand. 5. Strom. ex Menon.
>
> S. Tho. qu. 109. ar. 2. ad 3.
>
> Chryſoſt. ho. 13. ad Pop. Antioch.

IV.

Plus dico. Bonum quodcumque morale, genere ſuo vel circumſtantiis quibuſdam adhibitis arduum ac difficile, in ſtatu naturæ lapſæ ſuperat captum humanæ voluntatis & veræ gratiæ auxilium depoſcit. Talem actum duco ex genere ſuo, propoſitis immenſis præmijs vel intentato grauium tormentorum ac mortis etiam periculo, nec Patriæ nec amico fidem frangere, pudicitiam illæſam tueri, honeſti ſolius cauſſâ inimicis ignoſcere, voluptates aut dolores quæ communia ſunt Paſſionum elementa, præſentes vrgenteſque ſuperare: his omnibus certe natura ſuo lapſu fracta ac debilitata non ſufficit, niſi ope diuinâ, peculiari fulciatur atque inualeſcat: quam etſi quidam Theologi intra concurſus Dei naturalis fines coarctent, non video tamen quomodo naturam planè deficientem, aliud, præterquam ſupernaturale præſidium erigere, concitare atque ſupra ipſammet collocare poſſit: aliàs omnia auxilia, quæ ad virtutum moralium exercendas actiones vt iuſtitiæ, temperantiæ, fortitudinis nobis immittuntur, ratione obiecti ſpecificatiue virtutum iſtarum, intra naturalis concurſus limites anguſtè coerceremus: quod contra ſcripturæ mentem eſſe, vel id vnum ſapientiæ teſtatur, *vbi Salomon, ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens niſi Deus det: & hoc ipſum erat Sapientiæ, ſcire cuius eſſet hoc donum.* Græca ſic habent; γνοὺς δὲ ὅτι οὐκ ἄλλως ἔσομαι ἐγκρατὴς, ἐὰν μὴ ὁ

> Bonum morale arduum Gratiam depoſcit.
>
> S. Tho. in 2. ſent. d. 28. ar. 1. & ar. 3.

λὸς δῶ, καὶ τῦτο δ' ἦν φρονήσεως τὸ εἰδέναι τίνος ἡ χάρις. Quem locum interpretes nonnulli ſic exponunt, ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe ἐγκρατὴς, id eſt compos ſapientiæ, tenere ſapientiam. Verum de continentiâ ſeu temperantiâ abſolutè interpretari multò præſtat, quamuis enim ἐγκρατὴς aliquando ſignificet idem quod compos, nonniſi tamen cum Addito, vt Eccleſiaſtici cap. vi. *continens Sapientiæ.* id eſt Sapientiæ, compos effectus, & cap. xvi. *Qui continens eſt iuſtitiæ*, id eſt compos & retinens iuſtitiæ; ſic apud auctores externos ἐγκρατὴς γενόμενος τῶν πραγμάτων. Hic autem ἐγκρατὴς aut abſolutè ponitur & *continentem* etiam abſolutè ſignificat: aut refertur ad id quod antecedit nempe, corpus ἀμίαντον σῶμα *corpus incoinquinatum* & adhuc *continentem* ſignificat, *caſtratus & temperantiæ compotem.* Atque ita exponit S. Auguſtinus quamplurimis locis, præſertim in materiâ Gratiæ lib. ſec. de peccatorum meritis: & lib. iv. contra Iulianum: Et Epiſtolâ ad Hilarium: *Nunquid dixit & cum ſcirem quia nemo poteſt eſſe continens, niſi per liberum arbitrium & hoc erat Sapientiæ, ſcire à meipſo eſſe hoc bonum. Non planè hoc dixit quod quidam in vanitate ſuâ dicunt, ſed quod fuit in ſanctæ Scripturæ veritate dicendum. Cum ſcirem, inquit, quia nemo eſſe poteſt continens, niſi Deus det. Iubet ergo Deus continentiam & dat continentiam: iubet per legem: dat per* GRATIAM, &c. Continentia verò virtus moralis eſt, & obiecti quod propriè pertinet πρὸς τὸ ἦθος: ſed quia propter innatæ libidinis ſeu cõcupiſcentiæ inteſtina prælia, difficultati ſummæ obnoxia eſt, præcipuè vt in habitum adoleſcat, Deus dare per gratiam debet, quam natura negat per infirmitatem. S. Greg. Naz. In Apologet. δυσάλωτον ἀρετὴ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, ὥσπερ καὶ πῦρ ὕλῃ τῇ ὑγροτέρᾳ. *Virtus ab humanâ naturâ difficile capitur, ſicut ignis ab humida materia* quod exponit poſtea περὶ τῆς βαθείας ἀρετῆς *de profunda virtute* quæ κατὰ μικρὸν percipitur.

S. Aug. l. 6. Conſt. c. 11. & lib 10 c. 29 & 31. & lib de continent. cap 1. ep. 89 q. 2 epi. 150. 143. 2. de pecc. mer. c. 5. 4. in Iul. c. 3.

Ita profectò ſentiendum de arduis boni Ethici ſpeciebus & habitibus præſertim diuturnis virtutum; vt enim aiunt Philoſophi apud Platonem ἀγαθὸν ἄνδρα γενέσθαι χαλεπὸν, καὶ τὸ ἐμμεῖναι. *Virum bonum fieri difficile eſt, & manere.* Quod à Deo tantum precari ac ſperare ſe profitentem Socratem laudat Clem. Alexandr. Certè multò magis Chriſtiani. S. Baſilius in Conſtit. Monaſt. τὰ κατορθώματα τῆς ἀρετῆς virtutis bonas actiones à Deo multa cum perſeuerantiâ poſcendas aſſerit. Lege & Gregor. Nyſſen orat. vi. S. Chryſoſtom. οὐχ οἷόν τε ἦν χρηστὸν ἡμᾶς ποτε κατορθῶσαι μὴ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύοντας. *Poſſibile non eſt nos quidquam boni agere, cœleſti gratia deſtitutos.* Ibi tamen loquitur de bono πρὸς τὸ τέλος ad ſalutem æternam ſpectante.

Plato in Prataгora.

Clem. Alex. lib. 5. Strom.

To. 2. Conſt. Mon. c. 1.

Chryſoſt. in cap. 8. Geneſ. hom. 25.

V.

Supereſt igitur dicendum de bono morali ſigillatim ſpectato: de quo hanc olim ego aſſertionem Sorbonæ excepi. *Poteſt homo in ſtatu naturæ lapſæ exequi aliquod opus moraliter bonum, tam ex obiecto quàm ex circumſtantiis per proprias naturæ vires, & generalem Dei concurſum: abſque vllo adminiculo gratiæ ſpecialis: ſi actio ſit facilior, neque grauis tentatio occurrat.* Ratio ſuadet, obiectum enim, naturæ cancellis circumſcriptum eſt: Potentia in proximo eſt, nihil medium quod eam pulſet ac perturbet, interpo-

Philip. Gamach. ad qu. 109. de Grat. cap. 4.

nitur: Ecquid igitut actum prohibeat? Intellectus bonum cognoſcit, ad illud iudicio ſuo practico inclinat ac determinat: Voluntas libera eſt, Deum mouentem & ad concurrendum promptum in procinctu habet: nihil arduum eſt, obex nullus, nullum diſcrimen, vt ſupponitur. At ægra debiliſque voluntas eſt: Eſto, inquit S. Thomas, *non eſt totaliter corrupta vt ſcilicet toto bono naturæ priuetur: vnde poteſt homo etiam in ſtatu naturæ corruptæ aliquod bonum particulare agere, non tamen totum bonum ſibi connaturale ita vt in nullo deficiat: ſicut homo infirmus poteſt per ſeipſum aliquem motum habere, non tamen perfectè moueri motu hominis ſani.* Addit ſanctus Doctor alteram rationem petitam ab eo quod homo poteſt cognoſcere aliquam veritatem ordinis naturalis ſine auxilio gratiæ ſpecialis, ergo & partem virtutis aliquam ſequi, abſque eodem. Verùm eam fateor exiguam, & breui circa multa fatiſcentem, neque propriæ imbecillitati ſuſtentandæ, aut ingruenti extrinſecus impedimentorum turbæ amoliendæ parem. GVLIELMVS Aruernus Epiſcopus Pariſienſis virtutes *naturales & conſuetudinales præter gratiam agnoſcit quæ ſtabiliuntur neceſſitate honeſtatis & bonæ vitæ, ad quam nos eſſe natos natura humana vniuerſaliter confitetur atque teſtatur. Difficile eſt autem vel impoſſibile omnes animarum noſtrarum læſiones & occaſiones huiuſmodi virtutibus adiuuari propter multitudinem & temporis & aſſuefactionis, quam requirunt.* Quò ſane adduci poſſet illud Philoſophi ἡ φύσις φαύλη μὲν πάντα ποιεῖ καὶ πλείους καὶ πλείω, σπουδαῖα δὲ ἐλάττω καὶ οὐ πάντα δύναται, *natura praua omnia facit, & plura praua quam proba. Proba vero pauciora præſtare poteſt, & non omnia.* Quod equidem in rebus ad natutalem ſecundum virtutem agendi modum applicari veriùs poteſt. Accedit etiam quod ea quæ à voluntatis arbitrio ſunt, infitma multò nutantiaque ſunt, atque ex inſperatò imo & ſponte mutationem ſubeunt. S. CYRILLI Alexandrini ea tatio eſt, τὰ μὲν φύσει προσόντα τισὶν ἐρριζωμένην ἔχει τὴν φύσιν· τὰ δὲ αἱρετὰ κατὰ θέλησιν οὐ τοιαύτην ἔχει τὴν στάσιν. οἷον φέρε εἰπεῖν. οὐκ ἐκ βουλήσεως τῆς ἰδίας τὸ ἄνθρωπος εἶναι λογικὸς κεκτήσεταί τις. ἔχει γὰρ αὐτὸ παρὰ τῆς φύσεως· ἕξει δ' οὖν ὅμως κατὰ θέλησιν τὴν ἑαυτοῦ, τὸ εἶναι πονηρὸς ἢ ἀγαθός. *Nam quæ naturâ nonnullis inſunt, naturam radicitus infixam habent: quæ autem à voluntate proficiſcuntur, non ita ſtabilia ſunt. Exempli cauſſâ. Nemo habet à voluntate vt ſit homo rationalis, id enim à naturâ. Habet tamen à voluntate quod ſit bonus aut malus, &c.*

S.Tho.12. qu. 109 ar.2.

Guliel. Pariſ. lib. de virtutib. c.10. & 11.

Ariſt. in problem. ſec.10. Prob. 45.

S.Cyrill. lib.1. in Ioan.

CAPVT VNDECIMVM.

De infidelium actionibus et virtutibus, fide ſecluſa conſideratis. Mens Græcorum PP. cum S. Auguſtini opinione comparata.

SVMMA CAPITIS.

I.

PRima Auguſtini de operibus infidelium propoſitio Græco Auctori veteri comparata.

II.

Altera de eorumdem virtutibus cum S. Chryſoſtomo.

III.

Opera infidelium rarò bona ſed aliquando tamen ex S. Aug. & Chryſ.

IV.

Virtutes quomodo veræ aut falſæ in infidelibus ex S. Auguſtin. & Patrib. Græc.

EX quo inter propoſitiones *Michaëlis Baij* Doctoris ac Decani Louanienſis à Pio V. & Gregorio XIII atque Ianſenij multas earum innouantis occaſione ab Vrbano VIII. & Innocentio X. damnatas, locum habuere propoſitiones iſtæ XVI. *Omnia opera infidelium ſunt peccata: & philoſophorum virtutes ſunt vitia:* Ex quo pariter Schola Sorbonica docuit hæreticũ eſſe dicere, *infideles nullum opus bonum moraliter præſtare, ſed omnia eorum opera ante iuſtificationem eſſe peccata, & damnatum anathemate*, à Concilio Trident. *ſeſſ.* VI. *can.* VII. abſit vt eaſdem propoſitiones eodem ſenſu à S. Auguſtino Doctorum poſt Apoſtolos Principe, doceri, quorumdam inofficioſo mote tueamur. Quin potius difficiliores locos aliis eiuſdem locis collatos æquabili interpretatione conciliare adnitimur, ac tum demum ſi quid ab aliorum Patrum ſenſu diſſentaneum ſuperſit, id ſummâ cum reuerentiâ Lectori æqui bonique conſulendum in medio relinquimus. Ne quid igitur caliginis aut nebulæ doctrinæ ipſius offundatur, nudas illius propoſitiones in vtramque partem collectas & propoſitionibus Græcorum Patrum comparatas, oculis & iudicio Lectoris exponimus.

Kal. oct. An. 1567. Kal. oct. Incarn. dom. 1579. Apud Non. Mart. Incarn. Do. 1641.

Philipp. Gamach. q. 109. de grat. c. 4.

I.

S. AVGVSTINVS ſtatum quæſtionis à Iuliano indicatum clarè & dilucidè retexens, ſic habet. *Si Gentilis qui non viuit ex fide nudum operuerit, periclitantem liberauerit, ægri vulnera fouerit, diuitias honeſtæ amicitiæ impenderit, ad teſtimonium falſum nec tormentis potuerit impelli; quæro ex te vtrum hæc opera bona bene faciat an malè? Si enim quamuis bona malè tamen facit, negare non potes eum peccare, qui malè quodlibet facit: ſed quia eum non*

Prima S. Auguſtini de infidelium operibus propoſitio, Græcis Patribus collata.

S. Aug. 4. in Iulian. cap. 3.

Digitized by Google

Matth.c.7. *vis, cum facit iſta, peccare, profectò dicturus eſt: & bona facit & bene. Fructus ergo bonos facit arbor mala, quod fieri non poſſe veritas dicit, &c. Arbor mala non vt homo ſed vt infidelis: non naturâ ſed voluntate, &c.*

Chryſo.ho. de fide to. 6. oper. Chryſ. ho. 17. Nihil omnino abſimile vetus Auctor homiliæ de fide & lege naturæ, quæ S. Chryſoſtomo tribui ſolet οὐδὲν ἔξω πίστεως ἀγαθόν, *nihil extra fidem bonum eſt.* Quod autem intelligat de operibus bonis non ſolâ bonitate morali ſed & ſupernaturali, & de operibus ad vitam æternam vtilibus & fructuoſis non ſecus ac Sanctus Auguſtinus, verba ſequentia declarant, quibus explicat id Hier. VIII. Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei. εὑρήσεις γοῦν πολλοὺς καὶ ἐκτὸς τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, ἔργοις ἀγαθοῖς, κατὰ τὸ φαινόμενον διαλάμποντας· εὑρήσεις ἄνδρας συμπαθεῖς, ἐλεήμονας, δικαιοσύνῃ προσέχοντας· ἀλλ' οὐδεὶς καρπὸς τοῖς ἔργοις. ἐπειδὴ ἠγνόησαν τὸ ἔργον τῆς ἀληθείας· καλὰ μὲν γὰρ καὶ τὰ ἔργα, ἀλλὰ δεῖ προηγεῖσθαι τὸ ἔργον τὸ ἀνώτατον. *Inuenies quidem permultos, qui etſi ſermonem veritatis non acceperint, bonis tamen operibus conſpicui ſunt, vt apparet. Inuenies viros miſericordes, humanos, Iuſtitiæ deditos: ſed nullus eſt operibus fructus: quia opus veritatis ignorant.* BONA *quidem ſunt opera: verum præcedere oportet ſummum opus de quo Chriſtus reſpondit Iudæis hoc eſt opus Dei vt credatis, &c.* Ac

S.Aug. ib.l.4 in Iulian.c.3. reuera S. Auguſtinum ita in mente habere facilè aſſererem, cũ præfat in Pſal. XXXI. *Ea opera,* inquit, *quæ dicuntur bona ante fidem, quamuis videantur hominibus laudabilia, inania ſunt, ita mihi videntur eſſe vt magnæ vires & celerrimus curſus extra viam* Hoc, inquam, aſſererem niſi poſtea rideret Iulianum, qui iſtas arbores ſteriles eo ſenſu vocauerat. *Fieri non poteſt vt ſteriliter boni ſimus. Sed boni non ſumus quicquid ſteriliter ſumus. Arbor enim bona bonos fructus facit:* deinde inferius. *Quomodo nõ aut iocaris aut deliras qui ſterilium fructus arborum laudas? qui vtique aut nulli ſunt, aut ſi mali ſunt, laudandi non ſunt: aut ſi fructus boni ſunt, profectò ſteriles arbores non ſunt, & debent Deo placere, cui bonæ arbores non poſſunt niſi placere, falſumque erit quod ſcriptum eſt, ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Sed reſponſurus es, quid niſi vana? Ego, inquis, ſteriliter bonos dixi homines, qui non propter Deum faciendo bona quæ faciunt, non ab eo vitam conſequuntur æternam. Iuſtus ergo Deus & bonus, bonos in mortem miſſurus eſt æternam?* Verùm huius ſolutio difficultatis pendere videtur ab intelligentiâ quæſtionis quæ eo loci, inferiùs circa veritatem virtutum vertitur.

II.

S. Auguſtini ſententia de virtutibus infidelium apud Proſperum in ſentent. n. 106. S. AVGVSTINVS. *Omnis infidelium vita peccatum eſt, & nihil eſt bonum ſine ſummo bono. Vbi enim deeſt agnitio æternæ & incommutabilis veritatis, falſa virtus eſt etiam in optimis moribus.* Hanc ex profeſſo tractat controuerſiam Sanctus Auguſtinus prolixo illo capite 3. lib. IV. in Iulianum, ortam quidem illam ex comparatione virtutum quæ Iuſtitiam Chriſtianam componunt & fidem ducem habent, cum virtutibus infidelium, quia Iulianus & Pelagiani cæteri *vt illas negarent Dei dona eſſe & eas naturæ voluntatique humanæ non gratiæ Dei tribuerent, hoc vtebantur argumento quod eas nonnunquam habeant infideles.* Inſurgit autem cõtra S. Auguſtinus oſtenditque infideles, tales virtutes nec habere, nec

exercere,

exercere, primò quia non habent iuſtitiam nec vitam ex fide. *Abſit vt ſit in aliquo vera virtus, niſi fuerit iuſtus. Abſit autem vt ſit iuſtus verè niſi viuat ex fide. Iuſtus enim ex fide viuit. Quis porro eorum, qui ſe Chriſtianos haberi volunt, niſi ſoli Pelagiani, aut in ipſis etiam fortè tu ſolus, iuſtum dixerit infidelem, iuſtum impium, iuſtum dixerit diabolo mancipatum? ſit licet ille Fabricius, ſit licet Fabius, ſit licet Scipio, ſit licet Regulus, quorum nominibus, tanquam in antiquâ Romanâ Curiâ loqueremur, putaſti me eſſe terrendum. Verùm tu in hac cauſſâ etſi ad Scholam Pythagoræ prouoces aut Platonis, vbi eruditiſſimi atque doctiſſimi viri multo excellentiore cæteris Philoſophiâ nobilitati, veras virtutes non eſſe dicebant, niſi quæ menti quodammodo imprimuntur à formâ illius æternæ immutabiliſque ſubſtantiæ, quod eſt Deus; Etiam illic, aduerſus te, quantum donat qui nos vocauit, pietatis libertate clamabo. Nec in iſtis eſt vera Iuſtitia, quia Iuſtus ex fide viuit*, &c. Non parum accedit huic ſententiæ S. Gregorius Nazianzen. orat. 3. in Iulian. Ταῦτα Πλάτωνες, καὶ Χρύσιπποι, καὶ ὁ σεμνὸς περίπατος, καὶ ἡ στοὰ καὶ οἱ τὰ κομψὰ λαρυγγίζοντες· ἡ ἀρετὴ δὲ αὐτοῖς, ἄλλως ὄνομα εὐπρεπὲς, καὶ οὐδὲν τοῦ παρόντος βίου μακρότερον. *Hæc Platones, & Chryſippi & veneranda Peripatus & Porticus & qui ſecta illa pleno gutture perſonant, virtus autem illis ſpecioſum duntaxat nomen eſt, & nihil hac vitâ diuturnius*, &c. Nec infacundior hac in re B. CHRYSOSTOMVS com. in Ioannem. τί οὖν, οὐκ εἰσί φησί, καὶ Χριστιανοὶ φαῦλα πράττοντες, καὶ Ἕλληνες ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶντες. Χριστιανοὺς μὲν ὅτι φαῦλα πράττοντές εἰσιν, οἶδα κἀγώ. εἰ δὲ καὶ Ἕλληνες ὀρθῶς βιοῦντες, τοῦτο οὐκέτι οἶδα σαφῶς. μὴ γάρ μοι τοὺς ἀπὸ φύσεως εἴπῃς ἐπιεικεῖς καὶ κοσμίους, οὐ γάρ ἐστι τοῦτο ἀρετή, ἀλλ' εἰπὲ τοὺς πολλὴν ἀπὸ τῶν παθῶν ὑπομένοντας βίαν, καὶ φιλοσοφοῦντας. ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις. εἰ γὰρ βασιλείας ἐπαγγελία, καὶ γεέννης ἀπειλὴ, καὶ ἄλλη ἐπιμέλεια τοσαύτη, μόλις κατέχουσι τοὺς ἀνθρώπους ἐν ἀρετῇ, σχολῇ γ' ἂν οἱ περὶ μηδενὸς πεπεισμένοι τούτων μετέλθοιεν ἀρετήν. εἰ δέ τινες καὶ ὑποκρίνονται, δόξης ἕνεκεν τοῦτο ποιοῦσιν. *Quid igitur? nonne & Chriſtiani malè agentes, & Gentiles viuentes philoſophicè reperiuntur? Noui quidem ego Chriſtianos malè agentes: Quod autem Gentes bene viuant, nondum mihi conſtat. Neque tu dixeris aliquos eſſe naturâ ipsâ æquos & modeſtos, non enim id virtus eſt, ſed loquere de ijs qui multam ſuſtinentes paſſionum vim, tamen philoſophantur. Tales tamen non habes. Si enim regni ſpes & gehennæ comminatio, & alia eiuſmodi ſollicitudo (vel* διδασκαλία *in al. exempl.* DOCTRINA) *vix homines in virtute continent, ij qui nihil horum perſuaſum habent, minime virtutem amplectentur. Quod ſi quidam id ſimulent, gloriæ cupiditate hoc faciunt, &c.* Ecquid iam ad hæc dicturi ſumus? Quod ad opera quidem attinet, an eos loqui abſolutè de eo quod ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ vt plurimùm accidit?

S.Chryſoſt.ho. 27. in Ioan.edit. Angl. tom 2.hom.x.1. in Io.

III.

Et reuera S. Auguſtinus non infitiatur aliquando bona opera ab infidelibus fieri poſſe, bona, inquam, moraliter, & quæ laudem à Chriſtianis etiam mereantur: is enim libro de Spiritu, & literâ, *Impiorum nec Deum verum piè veraciterque colentium quædam tamen facta vel legimus, vel nouimus, vel audiuimus, quæ ſecundum* IVSTITIÆ *regulam non ſolùm* VITVPERARE *non poſſumus: ſed etiam meritò rectéque laudamus: quanquam ſi diſcutiatur*

Infidelium opera bona omni ex parte rara ſūt, ſed quædam tamē aliquādo ſunt ex S. Aug. & S. Chryſoſt.

S. Aug. l. de Spir. & litt. c. 27.

quo FINE *fiant*, V*IX inueniuntur quæ iuſtitiæ debitam laudem defenſionemue mereantur.* Atque ſic antea S. Chryſoſtomus, paulò poſt ea verba quæ Homil. 27. vel 28. in Ioan. ſupra ex commentariis in Ioannem. πλὴν ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωμεν εἶναι φιλόνεικοι, συγχωρήσωμεν ὀρθῶς βιοῦντας εἶναι ἐν τοῖς Ἕλλησιν· οὐδὲ ποτε γὰρ τοῦτο ἐναντιοῦται τῷ λόγῳ· ὃ γὰρ ἐπὶ πολὺ συμβαῖνον εἶπεν, οὐ ὃ σπανιάκις γινόμενον. *Verùm ne cuipiam contentioſi videamur, concedamus apud Gentiles eſſe qui rectè viuant; neque hoc orationi noſtræ aduerſatur. Sermo enim erat de eo quod vt plurimùm, non de eo quod raro contingit.* Iterum S. Auguſtinus eodem libro: De Spir. & litt. c. 28 *Sine bonis operibus* DIFFICILLIME *vita cuiuslibet peſſimi hominis inuenitur.* S. Aug. 5. de Ciu. c. 12. & epiſt. 5. ad Marcellin. Alioquin & ipſe bona quædam infidelium opera agnoſcit & laudat, vt *Magnas Cæſaris & Catonis virtutes* lib. v. de Ciuit. Philoſophi illius continentiam; quam *& donum ex Deo Creatore & perfectore naturæ vocat ad honeſtatem præſentis vitæ valuiſſe* ſcribit, licet non ad *futuræ immortalitatem,* Aug. epiſt. 130. & de prædeſt. SS. *nec humani operi, ſed diuino tribuit.* Miris encomiis extollit Alipij adhuc infidelis *continentiam mirabilem & iuſtitiæ integritatem* tentatione S. Aug l. 6. Confeſſ. c. 10. & 12. etiamnum probatam lib. VI. Confeſſ. & alibi charitatem humanam Idem ſer. 52. de temp. Paganorum in filios non ſolùm licitam ſed præceptam dicit, *ita vt ſi fuerit reprehendatur*: ac proinde ſi adſit, bonam & laudabilem: cùm in doctrinâ S. Auguſtini non detur actus indifferens in indiuiduo. Mitto quæ de *laudanda* etiam patientia Schiſmaticorum in confeſſione vel Lib. de pat c 16 L. de gr. Chr. c. 24. Martyrio alij afferunt ex lib. de patient. & de Aſſueri lenitate lib. de grat. Chriſti. Quæ tamen omnia, qui Auguſtinum in erroris paS. Aug. 4. cont. Iul. c. 3. cinium trahere malunt quam vindicare, exponunt de bonitate ratione officij, non verò ratione finis, ex iis verbis contra Iulian. *Quicquid boni fit ab homine, & non propter hoc fit propter quod fieri debere vera Sapientia præcipit, etſi officio videatur bonum, ipſo non recto fine peccatum eſt.* Infideles autem ad rectum finem, nempe Deum quem non norunt, cum fide ſolâ noſcatur quam non habent, actiones ſuas intendere ac dirigere non poſſunt: nunquam igitur benè agunt. Verùm hæc ratio leuis eſt armaturæ in Theologorum Scholis, & quamuis ad bonitatem Theologicè non moraliter ſumptam, id eſt ad bonitatem ſupernaturalem, meritoriam actionibus iſtis abiudicandam optima ſit, quæ mens & ſcopus eſt S. Auguſtini: non tamen ad bonitatem moralem eis detrahendam: quũ hæc bonitas non exigat aliud explicitè quã Actionis in Vide S. Tho. 12. q. 1. ar. 6 & qu. 12. ar. 2. & 3. honeſtum finem intrinſecum & proximum, intentionẽ ac directionẽ. Relatio vero ad remotum hoc eſt ad Deum non quidem vt finem ſupremum ſupernaturalem quod non neceſſe eſt, ſed naturalis beatitudinis: ſatis eſt vt implicitè ſolum & δυνάμει *Virtute* in actione honeſta & ſtudioſâ per ſe conſideratâ includatur. Tametſi non infitior S. Auguſtinum vt opera illa honeſta ex obiecto ſuo, deprimeret tanquam ad beatitudinem ſupernaturalem inutilia, multa adhibuiſſe exempla eorumdem operum ex circumſtantiis malis vitiatorum, non quod ſemper, ſed quod frequentiſſimè id iis ab auctorum ſuorum vanitate vel malitiâ accedat: quod loco proximè allato clarum eſt: continenter 4. in Iul. c. 24. enim addit: *Poſſunt ergo aliqua bona* (nempe ex obiecto) *fieri non benefacientibus à quibus fiunt: bonum eſt enim vt ſubueniatur homini periclitanti*

Digitized by Google

præſertim innocenti: ſed ille qui hoc facit ſi amando gloriam hominum magis quàm Dei, facit, non bene bonum facit. Sic etiam eodem capite nunc teſtatur ſe loqui de *iuſtitia & temperantia quæ eſt propter auaritiam*: nunc de *patientia* ambitionis cauſſa ſuſceptâ, *qualis erat Catilinæ*: nunc de *Miſericordia vitioſa*: nunc denique de iis quæ *infideles bona malè vtentes non fideli, ſed infideli hoc eſt ſtulta & noxia faciunt voluntate.* Quæ omnia ſic ſpectata, ſic intellecta extra quæſtionis noſtræ ſtatum peregrinantur. Non enim de operibus ex malâ circumſtantiâ vitioſis, ſed de integre honeſtis tam ex genere, obiecto, fine proximo quâ circumſtantiis, controuerſia eſt.

Atqui dices, nihil contra Iulianum: ergo Auguſt. & aerem planè verberat, ſi extra Theſim ita feratur. Imò verò Iulianus enim impensè nimium & liberaliter, Paganos laudauerat, *tanquam Solis libertatis ingenitæ viribus & miſericordes crebrò*, nota, verba eius ipſiſſima ſunt, *& modeſtos, & caſtos & ſobrios ſine adiutorio Gratiæ & virtutibus abundantes*, aduerſus quæ verba pompâ & ambitione, faſtuque turgentia, B. Auguſtinus non ſolùm fidei defectu, ſed & vitioſarum circumſtantiarum labe infectas eorumdem actiones frequentiſſimas opponit: quod fecerant Græci Patres, Gregorius Thaumaturg. orat. in Origenem. Chryſoſtom. orat. de S. Babyla Theodorit. in Therapeutic. B. Cyrill. lib. iv. in Ioan. Mitto quod vera etiam bona, imò & merita, diuinæ iuſtitiæ comparata vitia vocare non eſt inſolens Patribus. Occurrit illud B. Gregorij Papæ. *Omne virtutis noſtræ meritum, vitium eſſe conſpicitur, ſi ab interno arbitro diſtrictè iudicetur.*

Verba Iuliani.

Chryſ. or. de S. Bab. to. 1. ad Pop. Ant. Theodorit. lib. 1. in Græc. aff. &c. S. Gregor. 9. mor. c. 2.

IV.

Quod ad VIRTVTES iam attinet, quæ opera ipſa progenerant, eadem ferè contemplatio eſt: nonnihil tamen peculiaris habent cauſſæ, ob quam eas VERAS eſſe penès infideles non vno loco pernegat B. Auguſtinus ſed duobus præſertim ex modis, quibus omnem ἀμφιβολίαν cum noſtrâ & communi Theologorum doctrinâ anſam auelli exiſtimamus.

Virtutes infidelium quomodo falſæ, quomodo veræ, ex S. Aug. ex Patrib. Græc.

Primo itaque modo B. Auguſtinus lib. iv. in Iulian. veras infidelium negat eſſe virtutes, de iis loquens virtutibus quæ etiam ethicè ſeu moraliter conſideratæ falſæ ſunt, adumbratæ, & adulteratæ vitioſi cuiuſdam finis aut medij externi adhibitâ mixturâ vt Auaritiæ, ambitionis, vanæ gloriæ vel libidinis cauſſâ, *Virtutes quæ carnalibus delectationibus vel quibuſque commodis & emolumentis temporalibus ſeruiunt, veræ prorſus eſſe non poſſunt*: quales eorum extitere, *qui exhibuerunt terrenæ Patriæ Babyloniam dilectionem & VIRTVTE CIVILI NON VERA SED VERISIMILI Dæmonibus vel humanæ gloriæ ſeruierunt Fabricij, Reguli, Fabij, Scipiones & Camilli*, &c. Eodem modo pronuntiat ſententiam aduerſus fucatas eiuſmodi virtutes, ventoſæ ſolùm ac inanis gloriæ tumore diſtentas, merito veras negat eſſe virtutes, vt quæ in κενοδοξίαν quæ verum vitium eſt, degenerent. Certiſſimum verò eſt de iis ita conſideratis eum pleriſque locis argumentari in Iulianum. At fruſtra in eum ita diſputaſſet, aiunt quidam: imo non fruſtra, nec incerto aut imbecillo ictu:

S. Aug. lib. 4. in Iulian. c. 3.

lib. 19. de Ciu. 16. & lib. 21. c. 25. & ep. 52. & 107.

Iulian apud. S. Auguſt. li.4.c.3. init.

Iulianus enim obiecerat, *impios & alienos à fide Abundare Virtutibus ſine adiutorio gratiæ.* Appoſitè itaque, primo hoc telo vtitur B. Auguſtinus, corruptas oſtendens prauas, obliquas & adulterinas plerumque Virtutes infidelium fuiſſe, *finitimas & propinquas virtutibus, quarum veriſimilitudine fallebatur: cùm abeſſent ab eis, quantum à virtutibus vitia.* Quod manifeſtius elucet ex lib. de Contin. cap. XII. vbi exempla affert infidelium qui ſe ab vxorum conſortio continent ob cultum dæmonum, vel vt magicis artibus ad vxores alienas moliantur. De his autem non eſt inſtituta præſens controuerſia: neque dubitamus enim, hominum fide & Gratiâ vacuorum fucatas fuiſſe vt plurimùm virtutes & ad vitioſum ſcopum traductas: ſed vtrum nullæ vnquam veræ exſtiterint, aliter ſanè docuit nos antea S. Auguſtinus: Aliter quoque Patres Græci, præter Philonem Hebræum, Iuſtinus Martyr, Gregorius Nazianz. & alij inferiùs aduocandi.

Philo. Heb. lib. quod omnis probus liber.
Iuſtin. Apolog. 2. pro Chriſt.

V.

Virtutes infideliũ non ſunt veræ, collatæ Iuſtitiæ & Virtutibus Christianis ex S. Aug. & Clem. Alex.

Altero verò modo S. Auguſtinus veras negat infidelium eſſe virtutes, etiam eas quæ Ethicè veræ ſunt, non quidem abſolutè, ſed σχετικῶς & comparatè, ſi conferantur cum Iuſtitia Vniuerſali, & cum virtutibus Chriſtianorum quæ propter connexionem maiorem inter ſe, propter ſtabilitatem & perfectionem habitualem, propter eleuationem, vt inquiunt in Scholis, ad concurſum gratiæ, propter confœderationem & conſenſum cum virtutibus Theologicis & donis ſupernaturalibus, à quibus applicantur ad opera meritoria, Deo in hac vitâ per gratiam, in futura per gloriam, tanquam vltimo fini ſupernaturali coniungi poſſunt. Neque profectò ſenſus iſte denegari poteſt S. Auguſtino, lib. XIII. de Trinit. *Virtutes ipſæ quibus prudenter, fortiter, temperanter, iuſtéque viuitur, omnes ad eamdem referuntur fidem. Non enim aliter poterunt veræ eſſe virtutes.* Virtus enim eſt diſpoſitio perfecti ad optimum Optimum autem noſtrum ſimpliciter & abſolutè, Dei poſſeſſio eſt, primò in fide, deinde in re, in beatitudine ſupernaturali, ad quam comparandam cum omnis virtus Ethica nullius planè ſit virtutis, ſecluſâ fide & gratiâ, hoc ſenſu merito minimè vera cenſetur. Vnde S. Auguſtinus clariſſimè lib. IV. in Iulian. ita controuerſiam concludit. *Aut certè quoniam concedis opera infidelium, quæ tibi eorum videntur bona, non tamen eos ad ſalutem ſempiternam regnumque perducere:* SCITO *nos illud bonum hominum dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum ſine Dei gratiâ quæ datur per vnum Mediatorem Dei & hominum, nemini poſſe conferri, per quod ſolum homo poteſt* AD ÆTERNVM DEI DONVM REGNVMQVE perduci. BONVM BEATIFICVM poſtea vocat.

S. Auguſt. l. 13. de Trin. c. vlt.

S. Tho. 2.2. qu. 23. art. 7.

Quemadmodum autem veræ negantur illæ virtutes quia nihil per ſe virtutis habent ad FINEM SVPERNATVRALEM: ſic etiam quia nihil virtutis habent ad media finis illius aſſequendi: quæ omnia reducuntur ad IVSTITIAM ſupernaturalem, quæ præter cœtum moralium virtutum etiam infuſarum, primò ac per ſe fidem & alias Theologicas comprehendit, quæ perfectè animam à peccato expurgant & ſancti-

ficant. Talem iuſtitiam legalem propriè & vniuerſalem, quicquid Ariſtoteles & alij de ea diſſeruerint, infideles non habent, vt multis diſceptat S. Auguſtin. lib. IX. in Iul. c. 3. *Si veram iuſtitiam non habent impij, profectò nec alias virtutes comites eius & ſocias, &c.* Atque ſic antea philoſophatus fuerat Clemens Alexandrinus verbis diſertis, καίτοι καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐδικαίου ποτὲ, καὶ ἡ φιλοσοφία τοὺς Ἕλληνας, οὐκ εἰς τὴν καθόλου δὲ δικαιοσύνην, *Quanquam per ſe quoque Græcos aliquando Philoſophia iuſtificabat, ſed non ad iuſtitiam vniuerſalem.* Ariſt. lib. 5. Ethic. Clem. Alex. li. 1. Strom.

CAPVT DVODECIMVM.

De infidelium operibus, Scripturæ loci difficiles ex S. Auguſtini et SS. Patrum Græcorum collatâ expoſitione declarantur.

SVMMA CAPITIS.

I.

Locus ex Matth. cap. 7. non poteſt arbor mala bonos fructus facere.

II.

Alter locus ad Hebr. 2. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo.

III.

Tertius ad Rom. 14. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt.

IV.

Iterum de mente S. Auguſtini circa opera infidelium, indicia varia.

V.

Græcorum PP. certa conſtanſque ſententia.

I.

CHRISTVS loquitur, Matth. cap. VII. *Non poteſt arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.* Ex hoc ferè nemini ignotum eſt quas inſidias hæretici ſtruant, vt omnia infidelium & omnium etiam peccatorum opera, peccata eſſe cauſſari poſſint, qui quidem error anathemate deletur à Concilio Tridentino ſeſſ. VI. Sed, malum, Auguſtino ſeſe auctore & interprete tueri non deſinit, qui lib. IV in Iulian. *Voluntas*, inquit, *infidelis nullo Chriſtiano dubitante arbor eſt mala, quæ facere non poteſt niſi fructus malos, id eſt ſola peccata.* Attigimus quidem ſuperiùs hunc locum, ſed quaſi prætercurrendo, eoque vti S. Auguſtinum ſignificauimus, vt voluntatem non ſolùm infidelem, ſed ex infidelitate, ſeu infidelitatis motiuo agentem culparet, de quâ idcirco eodem capite, & eodem contextu ſic loquitur, *bono male vtitur qui infideliter vtitur, & hoc bonum malè facit qui infideliter facit, qui autem malè facit aliquid, profectò peccat. Ex quo colligitur, etiam ipſa* BONA OPERA *quæ faciunt* Concil. Trident. ſeſſ. VI. can. 7. S. Aug. l. 4. in Iul. cap. 3.

infideles, non ipſorum eſſe, ſed illius qui benè vtitur malis. Ipſorum autem eſſe peccata, quibus & bona malè faciunt, quia ea nonfideli, SED INFIDELI, *hoc eſt ſtultâ & noxiâ faciunt voluntate. Qualis voluntas, nullo Chriſtiano dubitante arbor eſt mala, quæ facere non poteſt niſi fructus malos, id eſt ſola peccata.*

S. Aug. ſer. 12. de verb. Dom. — Hanc explicationem indicat ipſe B. Auguſtinus alio loco explicans illud Matth XII. *Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, &c. Prius mutandus eſt homo vt opera mutentur: ſi manet homo in eo quod malus eſt, bona opera habere non poteſt: ſi manet in eo quod bonus eſt, mala opera habere non poteſt.* Aperta eſt Græcorum Patrum doctrina, Iſidorus Peluſiota epiſt. ad Strategium Monachum ὃ μὲν τὸν ἐνεστῶτα μηνύει χρόνον καθ' ὃν ὁ ῥάθυμος ῥάθυμος, *hoc ſignificat præſens* tempus ſecundum quod qui ignauus eſt, ignauus eſt, &c.

Edit. Angl. — Reliqua ſumpſit ex præceptore Chryſoſtomo qui hom XXIV. in Matth. ἕως ἂν ἐν πονηρίᾳ συζῇ *quandiu in malitiâ degit* &c. Agit enim ibi Chriſtus de hypocrita qui quamdiu vitium virtutis vmbrâ celat, eſt arbor putris καὶ ἐν ὅσῳ ἐστὶ σαπρὸν δένδρον καλὰ οὐ φέρει, ait ib Theophylactus *& quatenus eſt arbor putris, bona non parit.*

Theophyl. com. in Matth. 7. — Cum autem Arbori conditione ſolâ naturali & neceſſariâ pollenti in eo præſtet, quod libertate vti poſſit & bonitatem voluntariam induere, idcirco inquit, δύναται ἐγκεντρισθῆναι ἀπὸ τῆς ἀκάρπου ἁμαρτίας εἰς ἀρετὴν *poteſt à ſterili peccato in virtutem inſeri* quapropter cap. XII. dixit Chriſtus, *facite Arborem bonam & fructum eius bonum.*

S. Hier. in Matth. v. 7. ad Eſai. cap 55 — *S. Hieronym. ex hoc*, inquit, *perſpicuum eſt vnumquemque propriâ voluntate facere animæ ſuæ arborem bonam vel malam*, &c. Quæ omnia nec ordinarium Dei concurſum ad naturales & morales actiones, nec ſupernaturale auxilium ad ſupernaturales excludunt, vt iidem Patres fatentur & diſertè Iſidor. Peluſ. epiſtolâ illâ ad Strategium. Illuſtrari poteſt equidem res tota eodem exemplo. Arbor quadam ſui parte ſterilis aut corrupta, parte altera fertilis, bonos quoſdam, ſimul quoſdam malos vel nullos fructus vt edat, fieri quotidie cernimus: ſic etiam vt idem homo in ſpecie aliquâ virtutis ſaltem imperfectæ, opera quædam producat bona & laudabilia, licet altero vitio eidem virtuti minimè oppoſito labefactus ſit, nihil eſt ſanè abſurdi: Infidelitas enim eſt vitium ſpeciale, vt S.

S. Thom. — Thomas oſtendit; & nemo Theologorum eſt aliter qui ſentiat: Igitur virtutes ſibi minimè oppoſitas, vt temperantiæ, fortitudinis earumque opera ſubmouere ac excludere per ſe non poteſt. Eundem locum de operibus ad vitam æternam infructuoſis & mortuis expoſuerat

To. 17. oper. Pariſ. S. Chryſoſt. ho. 17 — nobis vetus auctor homiliæ de fide & lege naturæ καλὰ μὲν ἐστι τὰ ἔργα, ἀλλ' οὐδεὶς καρπὸς τοῖς ἔργοις *bona quidem opera, ſed nullus operum fructus.* Et poſtea: καλὰ μὲν τὰ ἔργα, νεκρὰ δὲ οὐκ ἔχοντα τὴν πίστιν, *bona quidem opera, mortua vero, cum fidem non habeant.* Sed hæc explicatio quanquam vera, aptari vix tamen poteſt loco B. Auguſtini in Iulianum.

Caten. Græc. PP. in Lucæ c. 6. — Alij ex Græcis Arborem bonam de Spiritu ſancto, arborem malam de ſpiritu malo interpretantur, vt Geometrâ Catenâ in lucem.

II.

Alter ex ſacris paginis locus depromptus, Auguſtino frequens,

Locus ſer. ex Heb. cap. 11. S. Aug l. 1. de rupt. & corrupt. c. 3. & c.

eſt diuini Apoſtoli, *ſine fide impoſſibile eſt placere*, vt citat Auguſtin. ſupple, *Deo*, vt additur in vulgat. & quamuis non adderetur, facile tamen ex præcedenti verſu colligitur, de Enoch, *ante tranſlationem teſtimonium habuit placuiſſe* Deo ex Geneſ. v. & *ambulauit Enoch cum Deo* vbi lxx. ad ſenſum reſpicienres, habent εὐηρέστησε δὲ Ἐνὼχ τῷ θεῷ *beneplacuit Enoch Deo*. Ex hoc autem loco S. Auguſt. veras negat eſſe infidelium virtutes aduerſus Iulianum *Non inueniſti*, inquit, *quomodo in tuam poſſes detorquere ſententiam quod ad Hebræos ſcriptum eſt: ſine fide enim impoſſibile eſt Deo placere. Nempe vt hoc diceretur, de totâ vitâ hominis agebatur, in quâ iuſtus ex fide viuit: Et tamen cum ſine fide impoſſibile ſit Deo placere, tibi virtutes ſine fide ſic placent, vt eas veras eſſe prædices, eiſque bonos eſſe homines; & rurſus, quaſi te pœnituerit laudis earum, ſteriles pronuntiare non dubites. Iſti ergo qui naturali lege ſunt iuſti, aut placent Deo, & ex fide placent, quia ſine fide impoſſibile eſt placere, & ex quâ fide placent, niſi ex fide Chriſti? aut ſi fidem non habent Chriſti, profectò nec iuſti ſunt, nec Deo placent, cui ſine fide placere impoſſibile ſit.*

S. Aug. lib. 4. in Iulian. c. 3.

Reſponderi poſſet S. Auguſtinum negare ex hoc loco virtutes morales infidelium veras eſſe, hoc eſt verè efficaces ad iuſtitiam illam ὁλόκληρον καὶ τὴν τέλειον vt Græci Patres vocant *integram & perfectam* obtinendam & componendam, quâ ex omni parte & perfectè Chriſtiani Deo placent: cuius iuſtitiæ perfectæ fundamentum eſt fides, ſine quâ virrutes illæ eleuari, vt Scholaſtici dicunt, ſeu prouehi ad ſtatum ordinemque ſupernaturalem non poſſunt; nec proinde in eo, placere Deo, perfecto ſcilicet illo placendi modo, quo Deus bona inuiſibilia præparauit diligentibus ſe. Alioquin imperfecto & ignobiliori placendi genere, multa in reproborum perſonâ, Deo placent, natura, ſubſtantia, facultates, ingenium, indoles, animus, voluntas, quorum ipſe auctor ſeruatorque eſt in ordine rerum naturali, quidni boni ac honeſti voluntaris ad virtutem conatus, actus, habituſque eodem in ordine placeanr, prout eodem S. Auguſtino probante, *Virtus eſt habitus animi naturæ modo atque rationi conſentaneus. Non tamen liberandæ atque beatificandæ mortalium naturæ, quod ſummum bonum præſtari hominibus non poteſt niſi per Chriſtum: ideoque iuſtus ex fide Chriſti viuit. Ex hac enim fide prudenter, fortiter, temperanter & iuſtè, ac per hoc his omnibus veris virtutibus rectè ſapienterque viuit quia fideliter viuit. Si ergo ad conſequendam veram beatitudinem, quam nobis immortalem fides quæ in Chriſto eſt vera, promittit, nihil proſunt homini virtutes: nullo modo poſſunt veræ eſſe virtutes.*

S. Aug cap. 3. 4. in Iulian.

Nempe in eodem ordine vitæ ſupernaturalis & ad beatitudinem ſupernaturalem collimantis, cuius initium fides, finis Charitas, vtraque hominis perfectio, S. Ignatius epiſt. Germana ἀρχὴ ζωῆς πίστις τέλος ἀγάπη· τὰ δὲ δύο ἐν ἑνότητι γενόμενα θεοῦ ἄνθρωπον ἀποτελεῖ. Ex aduerſo B. Cyrillus teſtatur actiones infidelium quaſdam licet bonas nimirum moraliter, mercede carere. ἄμισθος παντελῶς ἡ ὁ σπουδαῖος ἐν τοῖς λυποῦσι θεὸν καὶ τῆς ἐπιεικείας οἱ τρόποι πάντοτε καὶ πάντως διαβεβλήσονται παρ' αὐτῷ τοῦ ἀγαθοῦ διεκπίπτοντες ἀεὶ, *Caret omni mercede probitas in his quos Deus odit & boni mores ad verum bonum non enitentes ſemper ab eo reprehendentur.*

S. Ignat. epiſt. Eph. & ad Rom.

Cyrill. in Oſee num. xxcix. explicans illud; qui corrupta vento ſeminant v. & in Zachar. num. 44.

III.

Tertius locus ex ep. ad Rom cap. 14

S. Aug. l. 1. de nupt. & Conc. c. 3. & l. 3. ad Bonif. cap. 5. ep. 105. ad Sixt. Lib. de geſtis Pelag. c. 14. Lib. de grat. Chr. c. 19. de adulterin. coniug. c. 18. Proſper contra Collator. c. 12. & 28. Fulgent. lib. 2. de remiſſ. peccat.

Tertius tandem locus omnium difficillimus iuxta ſenſum B Auguſtini, eſt locus Pauli ad Roman *Omne autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* B. Auguſtinus ad Bonifacium Papam. *Sine fide etiam quæ videntur bona opera vertuntur in peccata. Omne enim quod non eſt ex fide peccatum eſt.* Ac rurſus libro de Geſtis Pelagij. *Quantumlibet opera prædicentur infidelium, eiuſdem Apoſtoli ſententiam verum nouimus & inuictam: Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt*, & lib. IV. in Iulian. *Voluntas infidelis nullo Chriſtiano dubitante arbor eſt mala, quæ facere non poteſt niſi fructus malos, id eſt ſola peccata. Omne enim, velit, nolit, quod non eſt ex fide peccatum eſt.* Quibus omnibus locis fidem ſumit B. Auguſtinus pro qualitate & dono ſupernaturali ad credendum, quo carent infideles tam poſitiui quam puræ negationis.

Græcorum Patrum interpretatio.

Origen. li. 9. expoſit. ep. ad Rom.

Verùm hunc Apoſtoli locum cæteri Patres non ita exponunt, præſertim Græci. Quanquam doctiſſimus Eſtius Origenem ita explicaſſe contendit. Secus tamen eſt, ac ille putat. Origenes enim Commentar. ad hunc locum ex verſione Rufini, fidem non pro habitu credendi, ſed pro bonâ fide & intentione ſumit, eodem modo nihil ſine fide agendum dictitans, quomodo alibi Apoſtolus, ſiue bibatur, ſiue edatur omnia in gloriam Dei facienda dixit: quod ad rectam intentionem pertinet. Quod autem ad hypotheſim loci Apoſtolici ſpectat, quùm agat ibi Apoſtolus de iis qui infirmâ, ſcrupuloſâ ac dubiâ conſcientiâ, hoc eſt exiſtimantes ſe male agere, nihilo tamen minus Idolothytis veſci non deſinunt, *Qui hoc modo diſcernit*, inquit Origenes, *qui dubitat vtrum verè mundum ſit an immundum, quod ſumit: iſte ex ea animi ſui dubitatione, conſcientiâ vrgente damnatur. Cauſſam vero huius damnationis exponit dicens, quoniam non ex fide ducitur ſed dubitatione. Et poſt hæc generalem ſuper omnia ſententiam exponit dicens, Omne autem quod non eſt ex fide peccatum eſt.* Atque ita fidem hoc loco pro bonâ fide & conſcientiâ ac intentione quâ quis ex eo vult aliquid quod id ſibi licitum putet, non aliàs facturus: Ita, inquam fidem ſumunt Græci interpretes S. Chryſoſtomus

S. Chryſoſt. ho. 26. ad Rom.

in epiſt. ad Rom. ad locum integrum Pauli. *Tu fidem habes? penes temetipſum habe coram* Deo. Beatus qui non iudicat, (id eſt condemnat) *ſemetipſum in eo quod probat. Qui autem diſcernit* (id eſt qui immundum cibum putat) *ſi manducauerit, damnatus eſt, quia non ex fide. Omne enim quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* Ille, inquit, ſanctus interpres non peccat (modo ſolus coram Deo & non coram infirmo fratre, quem ſcandalizaturus ſit, manducet) quare? quia *μὴ μετ᾽ ἀμφιβολίας ἀλλὰ καθαρῷ συνειδότι quia non cum dubitatione* ſed ſincerâ conſcientiâ. Hic vero peccat, quid ita? οὐκ ἐπειδὴ ἀκάθαρτον, ἀλλ᾽ ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως· οὐ γὰρ ἐπίστευσεν ὅτι καθαρόν ἐστιν. ἀλλ᾽ ὡς ἀκαθάρτου ἥψατο. *Non quod cibus immundus, ſed quia non ex fide; non enim credidit quod mundus eſſet: ſed tanquam immundum attigit.*

Theodoret. in 14. ad Rom.

Theodoretus Cyrenſis in eumdem locum ita explicat πιστεύειν, μὴ μετά τινος διακρίσεως ὡς ἀκαθάρτου μεταλαμβάνειν, *fidem habere, id eſt ſumere, nullo facto diſcrimine rei tanquam immunda ſit.*

Oecumenius

Oecumenius clariſſimè πίστις οὐ περὶ δογμάτων ἀλλὰ περὶ βρωμάτων, καὶ ἁπλῶς ἐν παντὶ πράγματι ὃ ἂν διαδοκιμάσας ἀκριβῶς καταγνώσῃ, ὅτι ἀγαθὸν ἐστιν, ἔπειτα πράττῃ αὐτὸ, τὴν συνείδησιν ἔχων μαρτυροῦσαν. *Fides non circa dogmata, ſed circa cibos, & ſimpliciter circa rem omnem quam diligenti examine quis bonam cum perſpexerit, tum demum eam faciat, teſtimonio conſcientiæ fruens.* Theophylactus tandem *quod non eſt ex fide* interpretatur τὸ μετὰ πονηροῦ συνειδότος quod fit cum prauâ conſcientiâ. Nihil igitur ad *fidem credendi* quæ fideles facit, ſed ad *fidem agendi* hæc attinent, quam bonam fidem, Philoſophi & Iuriſconſulti vocant: atque ita Innocentius III. Pontifex Maximus explicat. *Quoniam omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt: Synodali iudicio definimus vt nulla valeat abſque* BONA FIDE *præſcriptio.* Accuratiſſimè. In Concil. Later. can. 41.

IV.

Reuertamur à Græcis ad S. Auguſtinum. Quid ergo ſibi voluit S. Auguſtinus cum fidem ibi pro fide Theologicâ & infusâ accepit? Certè bona fide egit. Enimuero & ſenſum illum aliquando non ita mordicus tenuit. Quum enim interpretationem communem illi Iulianus obtruſiſſet, locum illum ſtatim dimiſit atque ex alio ad alium deſiluit, *Teſtimonium illud quod ex Apoſtolo poſui*, inquit ad Iulianum, *Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt: ſicut tibi viſum eſt, accepiſti, & expoſuiſti non vt ſapit, ſed vt ſapis.* Sed vt *hoc tibi de cibis tantum intelligendum eſſe concedam* (ſupra Oecumen. dixit eſſe πίστιν οὐ δογμάτων ἀλλὰ βρωμάτων) *quid de alio dicturus es teſtimonio quod identidem poſui, nec inde aliquid diſputaſti, quia non inueniſti quomodo in tuam poſſes detorquere ſententiam, quod ad Hebræos ſcriptum eſt: ſine fide impoſſibile eſt placere Deo?*

De mente S. Auguſtini iterum.

Nota.

Lib. 4. in Iul. c. 3.

Quod autem ad eiuſdem Eximij Doctoris circa infidelium opera & virtutes, ſententiam generatim ſpectat, etſi non defuere qui eamdem illi, cum ea quæ in Synodo Tridentinâ ſeſſ. VI. can VII. & à Summis Pontificibus damnata eſt, tribuant: maluimus tamen eum benigniùs & reuerentiùs interpretari, id nempe meditati cum peritiſſimis ipſius Doctrinæ ſcriptoribus. Vnus inſtar omnium S Thomas, qui propoſitiones B. Auguſtini explicat de virtute quam infideles ſæpe falſam, aliquando tamen *veram, ſed imperfectam habent & ad bonum tantum particulare tendentem*: item de operibus infidelium, quando ad finem malum ordinantur. *Dicendum*, inquit, *quod actus alicuius Charitate carentis poteſt eſſe duplex vnus quidem ſecundum hoc quod Charitate caret, vtpote cum facit aliquid in ordine ad id, per quod caret charitate. Et talis actus ſemper eſt malus. Sicut* AVGVSTINVS *dicit in quarto contra Iulianum, quod actus infidelis, in quantum eſt infidelis, ſemper eſt peccatum, etiamſi nudum operiat, vel quicquam aliud faciat, ordinans ad finem ſuæ infidelitatis. Alius autem poteſt eſſe actus charitate carentis non ſecundum id quod Charitate (eodem modo dicas fide) caret, ſed ſecundum quod habet aliquod aliud donum Dei, vel fidem vel ſpem, vel etiam naturæ bonum, quod non totum per peccatum tollitur, vt ſupra dictum eſt. Et ſecundum hoc ſine Charitate poteſt eſſe aliquis actus bonus ex ſuo genere: non tamen perfectè bonus: quia deeſt debita ordinatio ad vltimum finem.* Idem S. Doctor

v. Maldonatum in cap. 7. Matth.

S. Thomas 22. qu. 23. art. 7.

Lege Gulielm. Eſtium doctrinæ S. Auguſtini periſſimum li 2. ſent. ad diſt. 41. & in Pauli cap. 14. ad Rom.

Qu. 10. art. 4. & 12. q 8, ar 1. & 2. vide & 65. ar. 2.

In ſentent. apud Proſper. 106. S Tho. 22. q. 10. ar. 4.

Ibid ad 1.

Ex ſentent. proſperi 106.

exponens dictum B. Auguſtini, *fides intentionem dirigit*, vnde concludebatur opera infidelium, vt quæ fide, proindeque intentione rectâ carerent, peccata eſſe, ſic Auguſtinum explicat, *dicendum quod fides dirigit intentionem reſpectu finis vltimi ſupernaturalis: ſed lumen etiam naturalis rationis poteſt dirigere intentionem reſpectu alicuius boni connaturalis.* Tandem ad locum Apoſtoli, *Omne quod non ex fide peccatum*, gloſſam ex S. Auguſtino, *Omnis infidelium vita eſt peccatum* ſic exponit, *Verbum illud eſt* intelligendum, vel *quia vita infidelium non poteſt eſſe ſine peccato, cum peccata ſine fide non tollantur: vel quia quicquid agunt ex infidelitate peccatum eſt, Vnde ibidem ſubditur infideliter viuens vel agens, vehementer peccat.* Quæ omnia cum Auguſtino conſentiunt de infidelibus ad Euodium ſcribente. *Multorum eorum litteris didicimus ſecundum quendam modum laudabiles vitas, vt excepto Dei cultu in quo errauerunt, colentes vana quæ publicè colenda fuerant inſtituta, & creaturæ potiùs quam Creatori ſeruientes: in cæteris moribus parſimoniæ, continentiæ, caſtitatis, ſobrietatis, mortis pro patria ſalute contemptu, ſeruatæque fidei non ſolùm ciuibus, verùm & hoſtibus imitandi publicè proponantur. Quæ quidem omnia quando non referuntur ad finem rectæ vereque pietatis, ſed ad faſtum inanem humanæ laudis & gloriæ, etiam ipſa inaneſcunt quodammodo ſteriliaque redduntur.* Eant nunc vani illi doctrinæ Auguſtinianæ oſtentatores, & ſe meliùs B. Auguſtinum intelligere, quam intellexerit B. Thomas, ludibundè iactent, ſed non ego credulus illis.

S. Aug. ep. 99

V.

Græcorum PP. ſententia de operibus infidelium ſtudioſis.

Iuſtin. Mart. Apolog. ſec.

Greg. Naz. or. 19.

Vltimùm ſupereſt, Græcorum Patrum ſententia: quam, infra locupletiùs enarraturi, vbi de operibus legis quæſtio vertitur, vno interim vel altero auctore fulciemus. Audiatur in primis S. Iuſtinus Philoſophomartyr Apolog. οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες Χριστιανοί, εἰσὶ κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν. οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς. *Qui cum ratione vixere, quamuis nullius numinis cultores habiti, Chriſtiani tamen habendi ſunt: quales inter Græcos, Socrates, Heraclitus, ipſiſque ſimiles.* Quod explanat luculentiùs Sanctus Gregorius Theologus orat. de Patre ſuo adhuc infideli. ἐκεῖνος πρὸ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, ἦν ἡμέτερος. εἰσεποίει γὰρ αὐτὸν ἡμῖν ὁ τρόπος. ὥσπερ γὰρ πολλοὶ τῶν ἡμετέρων οὐ μεθ᾽ ἡμῶν εἰσιν, οὓς ὁ βίος ἀλλοτριοῖ τοῦ κοινοῦ σώματος. οὕτω πολλοὶ τῶν ἔξωθεν πρὸς ἡμῶν, ὅσοι τῷ τρόπῳ τὴν πίστιν φθάνουσι, καὶ δέονται τοῦ ὀνόματος τὸ ἔργον ἔχοντες *Ille etiam antequam ad caulam noſtram accederet, noſter erat. Mores quippe illum nobis adſciſcebant. Sicut enim multi ex noſtris nobiſcum non ſunt, quos ſcilicet à communi corpore vita ſemouet: ſic etiam multi exterorum ad nos ſpectant, quotquot nempe fidem moribus anteuertunt, ac ſolo nomine carent, cum rem ipſam teneant.* Plura inferiùs.

CAPVT XIII.

Actus dilectionis Dei ſuper omnia Gratiam requirit.

SVMMA CAPITIS.

I.

DEus omnia ad ſui amorem conuertit S. Thom. & S. Dionyſ.

II.

Deus amore ſupernaturali ſuper omnia citra gratiam diligi non poteſt in quocumque ſtatu.

III.

Amore ſiue amicitiæ ſiue concupiſcentiæ &c.

IV.

Amor naturalis Dei ſuper omniâ in ſtatu naturæ integræ citra gratiam.

V.

In ſtatu naturæ corruptæ Amor Dei naturalis ſuper omnia, Gratiam vt plurimum poſtulat.

I.

QVam appoſitè ſanctus Thomas, cuius ordinem ac Methodum in hoc de Gratiâ, Patrum Græcorum tractatu conſultò ſequimur, huius quæſtionis ſtatum fulciuerit Axiomate B. Dionyſij *Deus ad amorem ſuipſius omnia conuertit*; nonniſi ex integro eiuſdem Dionyſij loco intelligi poteſt. Habetur lib. de diuinis nominibus cap. de bono, πάντα πρὸς ἑαυτὴν ἡ ἀγαθότης ἐπιστρέφει. τ᾽ἀγαθόν ἐστιν εἰς ὃ τὰ πάντα ἐπιστρέφεται, καθάπερ εἰς οἰκεῖον ἑκάστῳ πέρας. καὶ οὗ ἐφίεται πάντα τὰ μὲν νοερὰ λογικὰ, γνωστικῶς. τὰ δὲ αἰσθητικὰ αἰσθητικῶς. τὰ δὲ αἰσθήσεως ἄμοιρα τῇ ἐμφύτῳ κινήσει τῆς ζωτικῆς ἐφέσεως· τὰ δὲ ἄζωα καὶ μόνον ὄντα, τῇ πρὸς μόνην τὴν οὐσιώδη μέθεξιν ἐπιτηδειότητι. *Bonitas omnia ad ſe conuertit. Bonum ipſum, eſt illud ad quod omnia conuertuntur, tanquam ad proprium cuiuſque finem præſtitutum: & id quod omnia appetunt, intelligentiæ quidem, & rationis capacia, per cognitionem: quæ ſenſu prædita, per ſenſum: quæ ſenſu carent, inſito motu vitalis appetentiæ: Quæ vitæ ſunt expertia, & gradum entis ſolum tenent, vt quadam quâ ad ſolam eſſentiæ participationem apta exiſtunt.* Succinit B. Baſilius ἀδίδακτος ἡ πρὸς θεὸν ἀγάπη. εἰς ὃ ἀγαπᾷν τὸν θεὸν τὴν ἀγαπητικὴν δύναμιν εὐθὺς τῇ πρώτῃ κατασκευῇ συγκαταβληθεῖσαν κεκτήμεθα. *Præceptis non obtingit nobis Charitas erga Deum ad quem diligendum virtutem dilectiuam ſtatim à primo ortu, innatam accepimus*, plura ibidem lectu digniſſima. Vnde fit rerum eſſe quaſdam quæ vt Theologici ſubſellij verbis vtar, ſolo amore & appetitu innato ad Deum tendant: alias appetitu elicito, id eſt notitiam aliquam conſequente, ſed neceſſario; alias demum intelligendi virtute nobilitatæ, Gnoſtice, id eſt rationali & libero more, qui mentis

Deus omnia ad amorem ſui conuertit ex S. Dionyſ.

S. Tho. 12. qu. 109. art. 3.

S. Dionyſ. de diu. nom. cap. 4.

S. Baſil. in ep. regulis fuſ. iut. 2.

actum ac impreſſionem admittit, poſtulat: quales procul dubio ſunt humanæ voluntatis erga Deum motûs ac inclinationes, quæ amoris functiones ſunt: Amor enim boni præſertim ſummi, Amor finis eſt, præſertim ſupremi, quem propter formaliter operari, ſolius eſt facultatis rationis auſpicia & ductum ſequentis. Ex quo concludit S. Thomas. *Diligere Deum ſuper omne eſt quiddam connaturale homini. Vnde homo in ſtatu naturæ integræ dilectionem ſui ipſius referebat ad amorem Dei ſicut ad finem, ſimiliter & dilectionem omnium aliarum rerum, & ita Deum diligebat plus quam ſeipſum & ſuper omnia, nempe vt bonum non ſolum proprium, ſed totius vniuerſi.* Sed quibus viribus, quibus auxiliis?

II.

Deus Amore ſupernaturali ſuper omnia in quocumque ſtatu abſque gratia diligi non poteſt.

Conſtat igitur primò Deum vt principium & Auctorem bonorum ſupernaturalium ſiue ad gratiam ſiue ad gloriam pertinentium, diligi non poſſe abſque gratiæ propriè dictæ Auxilio: quod verum eſt in quocumque hominis ſiue alterius creaturæ rationalis ſtatu: Et quamuis hæretici nonnullique alij hanc diuiſionem Amoris in naturalem & ſupernaturalem carpant, quàm iniquè tamen ac inſcitè, ex ſequentibus Ss. Patrum & Doctorum ſententiis patebit. Imo inter propoſitiones à Pio V. Gregor. XIII. Vrbano VIII. & Innocentio X. damnatas hæc eſt num. xxxiv. *Diſtinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet quo Deus amatur vt auctor naturæ: & gratuiti quo Deus amatur vt beatificator eſt, vana eſt & commentitia & ad illudendum ſacris literis & plurimis veterum teſtimonijs excogitata.*

S. Tho. 1. 2. qu. 109. ar. 3. ad. 1.

Ratio S. Thomæ conuincit: *Charitas diligit Deum eminentiùs quam natura: Natura enim diligit Deum ſuper omnia, prout eſt principium & finis naturalis boni: Charitas autem, ſecundum quod eſt obiectum beatitudinis, & ſecundum quod homo habet ſocietatem ſpiritualem cum Deo: addit etiam promptitudinem quamdam & delectationem ſupra naturalem dilectionem, &c.* Doctrina conſtans B. Auguſtini, lib. de Gratia Chriſti, contra Iulianum, commentar. in Ioannem. *Prorſus donum Dei eſt diligere Deum. Amorem itaque noſtrum* PIVM *quo colimus Deum, fecit Deus, & vidit quia bonum eſt: ideo quippe amauit ipſe quod fecit: ſed in nobis non faceret quod amaret, niſi antequam id faceret, nos amaret.* Alibi non ſemel, *Deus non amatur niſi de Deo.* Quod adhuc breuius Apoſt. *fructus Spiritûs* Charitas Gal. 5. & clarius Ioan. 4. *Charitas ex Deo eſt.* S. Auguſt. docet Angelis caſtum Dei amorem in creatione infuſum & donatum 12. de ciu. c. 9. Ab hac ſententiâ nunquam abfuerunt Græci Patres. B. Baſilius mutationem hanc eſſe hominis interioris à dexterâ excelſi confeſſus, hunc amorem iuſtificationis perfectæ quæ à Gratiâ pendet, omnino eſſe docet, οὐ τοῦ τυχόντος δέ ἐστιν εἰς τὸ πλέον χωρῆσαι ἀγάπης, καὶ τὴν ὄντως ἀγαπητὴν ἐπιγράφεσθαι, ἀλλὰ τοῦ ἐκδυσαμένου ἤδη τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης καὶ ἐνδυσαμένου τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν καθ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος. *Non eſt cuiuſuis ad Charitatis perfectionem* (quam poſtea poſitam oſtendit in dilectione Dei ſuper omnia) *progredi, ſed eius qui iam veterem exuerit hominem circa cupiditates erroris corruptum, quique nouum induerit*

S. Auguſt. de grat. Chr. contr. Pelag. c. 26. 4. in Iul. c. 3. in Ioan. tract.

Ser. 15. de verb. Apoſt.

S. Baſil in Pſ. 46. in finem pro iis qui immutabūtur, canticum pro dilecto.

eum qui renouatur ad agnitionem ſecundum imaginem Creatoris. Vnde & quidam Scholaſtici Deum in quocumque ſtatu amari non poſſe ſupernaturali amore efficaci abſque Gratiâ etiam habituali *& diffuſâ in nobis per Spiritum Sanctum nobis datum Ro. 5.* dixere. Quod etſi forſan haud neceſſarium, certe gratia ſaltem actualis perneceſſaria eſt. Gratia ſiquidem ſupernaturalis reuelationis abſolutè requiritur ad Deum vt auctorem gratiæ & gloriæ cognoſcendum, igitur & amandum; non enim ſumus in vtroque genere *ſufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt* 2. Cor. 3. vt rectè applicat Synodus Arauſic. ſec. can. VII. & XXV.

Apud ſolum lib. 1. de nat. & Gr. c. 21.

III.

Amor ſupernaturalis ſeu Amicitiæ ſeu concupiſcentiæ, gratia indiget.

Neque diſcrimen in præſenti negotio inducimus inter amorem amicitiæ ſeu beneuolenriæ quo Deus ptopter ſe vt bonum amandum diligitur ex infinitâ appretiatione, vt inquiunt, ſeu æſtimatione bonitatis ipſius abſolutæ, & ſine vlla relatione ad illius participationem conſideratæ, quamuis ab eo nulla vnquam beatitudinis merces aut pœnæ inflictio ſperaretur: & inter amorem concupiſcentiæ, quo eum vt bonum Amantis, & ad ipſum tendentis, & ipſi adhærentis, bonorum ſupernaturalium gratiæ & gloriæ pollicitatorem ac remuneratorem noſtrum diligimus: item nec Amoris inefficacis ſeu ſimplicis complacentiæ, & amoris efficacis atque ad actualem præceptorum propter ipſum executionem inclinantis: Omnes enim illæ amoris ſpecies ſunt ſupernaturales atque ex motiuo ſupetnaturali ac proinde omnes gratiâ indigent ad ſui excitationem. Tantum enim abeſt vt amor hic non ſit caſtus quo Deus amatur vt aliquando poſſidendus, ſperatur & optatur, quin potius diuinus eſt, & à Spiritu ſancto infuſus, ſicut & iuſſus S. Auguſtin ſer. VII. de verb. Apoſtoli. *Cogitare Deum* amare Deum, & gratis amare ipſum Deum adiutorem, ipſum expectatorem, ipſum coronatorem, ipſum præmij largitorem, poſtremo ipſum præmium deputare, non aliud ab ipſo quam ipſum expectare. Si amas, gratis ama: ſi verè amas, ipſe ſit merces quem amas.] *Credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt, & quia inquirentibus ſe remunerator ſit.* Amor enim ille reſpondet gaudio fruitionis Dei in patriâ vt oſtendit S. Aug. 1. doctr. Ch. c. XXII. à cuius ſpe & voto, vt perfectus amor qui ad vnioné tédit cum ſit ex ſe ἐκστατικὸς ait Dionyſius, abalienari non poteſt Deo autem perfectè vniri, Deo potiri eſt, vt obiecto beante. S. Auguſt. lib. 8, de Trin. c. 10. pulchrè, *tria ſunt, amans, quod amatur & amor: amor vita quædam copulans aut copulare appetens amantem & quod amatur*: nec amor tamen mercenarius eſt aut ſordidus, aut cum amore erga Principem conferendus, qui mercedem niſi ſeipſo & nobis ignobiliorem largiri nequit: Deus enim ipſe merces noſtra eſt multa nimis. *Orthodoxæ*, inquit Tridentina Synodus, *Religionis doctrinæ aduerſantur qui ſtatuunt iuſtos in omnibus operibus peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitando, & ſeſe ad currendum in ſtadio cohortando, cum hoc in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam, cum ſcriptum ſit: inclinaui cor meum ad faciendas in-*

Ad Heb. cap. 11.

S. Dionyſ. diu. no. c. 4. ἑνωτικὸς καὶ συνδετικὸς τῶν συγκρατικῆς. *Vnicus colligens & commiſcens.*

S. Aug. in Pſ. 72.

Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 2. & can. 31.

ſtificationes tuas propter retributionem, & de Moſe dicat Apoſtolus quod reſpiciebat in remunerationem, Quod in cauſſa eſt cur Deus vt ſummum bonum ne quidem abſque σχέσει & relatione ad habentem definiatur.

S. Baſil. comm. in pſal. 1.

S. Baſilius μακάριον τῷ ὄντι τὸ αὐτόκαλον, πρὸς ὃ πάντα ἀποβλέπει, οὗ πάντα ἐφίεται, *Beatum reuera eſt bonum ipſum ideale (Deus) id quod omnia reſpiciũt, quod vniuerſa cupidè expetunt.* Perſpectiſſima eſt S. Auguſtini mens, pleriſque locis, tum lib. VIII de Geneſi ad literam,

S Augu de Geneſ. ad litt lib, 8 c. 11 & in pſal. 134. & li. 14. de ciu c. 4.

Nos Deo ad vtilitatem noſtram ſalutemque ſeruimus non tanquam aliud aliquid ab eo expectemus, quam eum ipſum qui ſumma vtilitas & ſalus noſtra eſt. Sic enim eum gratis ſecundum illam vocem diligimus: mihi autem adhærere Deo bonum eſt, &c. Idem in Pſal. XLIII

Pſal. 72.

Quid non ab eo gratis accepiſti? Meritò & gratia nominatur quia gratis datur. Exigitur ergo à te vt & tu gratis eum colas non quia dat temporalia, ſed quia præſtat æterna. Antea GREGORIVS Nyſſenus non ignobiliori modo philoſophatus fuerat,

Greg. Nyſſ. orat. 8. de beatit.

πρὸς τὸ βραβεῖον ἡμῖν τῆς ἄνω κλήσεως ὁ δρόμος ἔστω. τί τὸ βραβεῖον; τίς ὁ στέφανος; οὔ μοι δοκεῖ ἄλλο τι εἶναι παρ' αὐτὸν τὸν κύριον ἑκάστου τῶν ἐλπιζομένων· αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ ἀγωνοθέτης τῶν ἀθλούντων, καὶ στέφανος τῶν νικώντων. ἐκεῖνος ὁ διανέμων τὸν κλῆρον. ἐκεῖνος ὁ ἀγαθὸς κλῆρος. ἐκεῖνος ἡ ἀγαθὴ μερίς. ἐκεῖνος ὁ τὴν μερίδα σοι χαριζόμενος. ἐκεῖνος ὁ πλουτίζων. ἐκεῖνος ὁ πλοῦτος. ὁ δεικνύς σοι τὸν θησαυρόν, καὶ θησαυρός σοι γινόμενος ἵνα οὖν ἐκείνου κτησώμεθα οὗ καὶ τὰ ἑξ. *Curſus noſter ad cæleſte noſtrum ſupernæ vocationis præmium dirigatur. Quodnam præmium? quæ corona eſt? non aliud mihi quippiam videtur quodlibet eorum quæ ſperantur, præterquam ipſe Dominus. Ipſe enim eſt Agonotheta, ipſe corona vincentium. Ipſe diuidit ſortem. Ipſe bona ſors eorum eſt: Ipſe bona portio, ipſe bonam portionem largiens gratis. Ipſe ditans, ipſe diuitiæ. Ipſe theſaurum oſtendens, ipſe tibi ſit theſaurus. Vt igitur eo potiamur,* &c. Quod tamen fieri tandem concludit χάριτι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

S. Aug. de grat. & lib. arb. c 17. & 18.

De amore etiam imperfecto, modo intra eumdem ordinem ac ſpeciem ſiue ſupernaturali idem ſentias licet: S. AVGVSTINVS hoc docet *de initio* Charitatis *ex gratia* ho. lib. ſec. contra duas ep. Pelagianor. c. IX. & alibi docens hominem admoueri vt *perfecte diligat ita vt prius acceperit aliquid dilectionis, vt addi ſibi quæreret, vnde quod iubebatur impleret.*

IV.

Amor naturalis Dei in ſtatu naturæ integræ, citra gratiam.

Qua vero ratione intelligendum eſt quod in Scholis poſt S. Thomam tanto ſtrepitu circumfertur? *Homo*, inquiunt *in ſtatu naturæ integræ non indigebat dono gratiæ ſuperadditæ, naturalibus bonis ad diligēdum Deum naturaliter ſuper omnia, licet indigeret auxilio Dei ad hoc eum mouentis.*

S. Th. 12. q. 109. ar. 3

Id procul dubio ſonat, homini non fuiſſe in ſtatu naturæ integræ neceſſariam gratiam inhærentem habitualem ad eliciendum actum amoris Dei, ſuper omnia naturæ opera, tanquam Creatoris & conſeruatoris ſui lumine naturali ſibi noti, ſed abunde fuiſſe ad id, auxilium concurſus ordinarij quo Deus rem vnamquamque ad operationem ſibi connaturalem mouet & applicat in ſententia eiuſdem B. Doctoris: cuius etiam hæc verba ſunt, *Natura diligit Deum ſuper omnia prout eſt principium & finis naturalis boni.* Rationes quamplurimæ duci poſſunt ex iis quæ habet

Hic & 1. p. q. 60. 5. vbi oſtendit Angelum naturaliter plus amare Deum quam ſeipſum, vt

S. Auguſtin. lib. lxxxiii. quæſtionum. Legat & ſtudium adhibeat lector. B. Baſilio ignotæ duæ potiſſimum ex iis non erant, prima quæ ad amorem amicitiæ pertinet, & quam hic attexuit S. Thomas, ἡ τοῦ δοξάζειν τὸν Θεὸν ἐπιθυμία πᾶσι τοῖς λογικοῖς κατὰ φύσιν ἐγκατέσπαρται. Cupiditas Deum magnificandi (quoad ad vim amoris optimam nempe æſtimatiuam pertinet) omnibus creaturis rationalibus à natura inſita eſt. Altera S. Baſilij ratio ad amorem concupiſcentiæ ſpectans hæc eſt, εἰ διὰ τὴν πρὸς τοὺς εὐεργέτας εὔνοιαν καὶ τὸ φίλτρον φυσικῶς ἀγόμεθα, καὶ πάντα πόνον εἰς ἀνταπόδοσιν τῶν προεσχημένων ἡμῖν καλῶν ὑπομένομεν, τίς λόγος ἄξιος ἐφικέσθαι τῶν δωρεῶν τοῦ Θεοῦ δύναται; αἳ τοσαῦται μέν εἰσι πλῆθος ὡς τὸν ἀριθμὸν διαφεύγειν. τηλικαῦται δὲ τὸ μέγεθος καὶ τοιαῦται, ὥστε ἐξαρκεῖν καὶ μίαν ὑπευθύνους ἡμᾶς εἰς πᾶσαν χάριν τῷ δεδωκότι ποιῆσαι· ὁ δὴ οὕτως ἐστὶν ἀγαθὸς ὥστε οὔτε ἀντίδοσιν ἀπαιτεῖ, ἀλλ᾽ ἀρκεῖται μόνον ἀγαπώμενον ἐφ᾽ οἷς ἔδωκεν. Id eſt; Quod ſi propter beneuolétiã & amorẽ erga benefactores naturâ duce ſic affecti ſumus vt nullum non laborem ſubeamus quo par pari referre poſſimus: quis quæſo ſermo Dei erga nos munera æquare poſſit? quæ quidem adeo multa ſunt vt numerum fugiant: tantã vero ſunt magnitudine ac talia, vt vel vnum eorum nos ad gratitudinem omnẽ Auctori rependendam obſtringat. Tam bonus verò ipſe eſt, vt nec retributionem exigat, hoc vno contentus vt ametur ob ea quæ largitus eſt.] Ratio Scholæ eſt. Homo in illo ſtatu naturæ integræ Deum vt auctorem naturæ cognoſcens tanquam ens entium perfectiſſimum, poteſt ac tenetur illum, ſub ea ratione diligere appretiatiue ſeu æſtimatiuè, ſupra ſeipſum atque adeo ſuper omnia creata: ſic enim recta ratio lumenque naturæ docet: Nec amore, vt inquiunt, tantùm affectiuo ſeu velleïtatis ac ſimplicis complacentiæ, ſed etiam efficaci & obediẽtiali hoc eſt inclinante voluntatem ad Dei naturalem legem & præcepta ſingula ex amoris iſtius motiuo obſeruanda, vitandáque omnia obiecto amato contraria: idque cum generali tantummodo Dei concurſu, vnamquamque creaturam ad operationes ſibi conuenientes & proportione reſpondentes, mouente ac adiuuante; Hic autem amoris actus, ſi quis alius, naturæ hominis integræ conuenientiſſimus, & maximâ proportione coæquatus eſt, atque eſſentialem ipſius ad finem ſuum conuerſionem atque appetitum conſequitur: Ergo nullum gratiæ propriè dictæ auxilium prærequirit: Cum in eo præſertim ſtatu, nullam concupiſcentiæ luctam aut infirmitatis remoram, nullum planè obicem experiatur. Niti poſſunt hæc omnia effato S. Cyrilli Alex. νόμος φύσεως βραβευτής τις ἀγάπης. *Lex naturæ, arbitra quædam eſt Charitatis.* Talem puerorum ſine Baptiſmi beneficio decedentium, amorem erga Deum ex naturali ipſius cognitione fluentem ſignificat S. Thomas in ſec. ſentent.

S. Aug. to. 2. l. 83. q. qu. 35.

S. Baſil. hom. 15. de fulc.

Apud Simeonem Logothetam Eclog. 3.

S. Cyrill. lib 8. de ador.

S. Tho. in 2. d. 33. q. 1. ar. 2.

V.

In ſtatu naturæ corruptæ amor Dei ſu•et omnia etiam naturalis, gratiam vt plurimùm exigit ſanantem, quænam ea ſit.

Pergit ſanctus Thomas, *in ſtatu naturæ corruptæ indiget homo auxilio* GRATIÆ *ſanantis, ad Deum naturaliter ſuper omnia diligendum.* Hæc aſſertio ita in Scholis noſtris amplificari ſolet. *Homo ſolo naturæ impulſu ac vigore*

Philipp Gamachæus qu. 119. de grat. cap. 5 & Duuallius qu. 1. de grat. c. 3.

non poteſt Deum ſuper omnia diligere, firmâ ſtabili, conſtanti dilectione quæ per longum tempus perſeueret, explicandum autem videtur quid nomine GRATIÆ SANANTIS hic intelligat S. Doctor. Accepit à B. Auguſtino lib. de naturâ & gratia & aliis contra Pelagianos: eaque non ſemper habitualem gratiam ſed etiam actualem perſæpe ſignificat, prout in efficiendâ ſanitate animæ, facto ipſo incumbit. Agnouerant eam priùs Græci vt antea obſeruauimus: addimus Gregorium Theologum in Apologetico ita vſurpare τῆς ἀσθενείας ἰατρεία τῆς ἡμετέρας τὸν παλαιὸν Ἀδὰμ ὅθεν ἐξέπεσεν ἐπανάγουσα καὶ τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς προσάγουσα. *Curatio noſtræ infirmitatis, veterem Adamum, vnde excedit, reducens & ad lignum vitæ adducens* Eodem quoque ſenſu B. Ephrem ſer. 3. de compunctione, *Gratiam idemtidem venientem & occulta vulnera ſanantem, bonitatis diuinæ curationes lachrymarum pretio comparare ſe profitetur.* Lege Chryſoſtomum ad Pſal. VI.

Greg. Naz. in Apologet.

S. Ephrem. edit. colon. p. 138.

Arauſic. Conc. cap. 25. S. Aug. to. 10. in Ioan. Trident. ſeſſ. 6. can 3.

Plerique Theologorum ad faciendam huic aſſertioni ſic explicatæ fidem, adducunt generale placitum Arauſicanæ Synodi ex S. Auguſtino depromptum, & à Concilio Tridentino repetitum, *Prorſus donum Dei eſt diligere Deum. Ac ſic ſecundum ſacrarum ſcripturarum ſententias, vel antiquorum Patrum definitiones, hoc Deo propitiante & prædicare debemus & credere, quod per peccatum primi hominis, ita inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, vt nullus poſtea aut* DILIGERE DEVM SICVT OPORTVIT, *aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum eſt poſſit, niſi* GRATIA *eum & miſericordia diuina præuenerit.* Quæ quidem verba licet quis ad actum Charitatis ſupernaturalis coarctare poſſet, vt & declarat Concil. Trident. ſeſſ. per illa verba, *Si quis dixerit poſſe hominem abſque auxilio diuino diligere* SICVT OPORTET *vt iuſtificationis gratia ei conferatur, Anathema ſit.* Nihilominus tamen de amore etiam Dei ſuper omnia, naturali, modò tamen ſtabili atque diuturno, interpretari operæ pretium eſt. Quandoquidem & id Græcis Patribus acceptiſſimum. Mirificè B. BASILIVS in Pſal. CXIV. Explicans illud, *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus.* οὐ παντός ἐστιν, εἰπεῖν τό: ἠγάπησα, ἀλλὰ τοῦ τελειουμένου ἤδη καὶ ὑπερβαίνοντος τὸν τῆς δουλείας φόβον, καὶ ἐν τῷ πνεύματι γενομένου τῆς υἱοθεσίας· οὐ προσέθηκε μὲν οὖν, τῷ ἠγάπησα, τὸ τίνα. προσυπακούεται δὲ παρ' ἡμῶν ὅτι τὸν θεὸν τῶν ὅλων. τὸ γὰρ κυρίως ἀγαπητὸν ὁ θεός. ἐπειδὴ τὸ ἀγαπητὸν ὁρίζονται εἶναι οὗ πάντα ἐφίεται· ἀγαθὸν δὲ ὁ θεὸς καὶ τελειότατον τῶν ἀγαθῶν, id eſt. Non cuiuſuis eſt dicere dilexi: ſed perfecti tantùm, ac eius qui ſeruitutis timorem prætergrediens, in adoptionis ſpiritu conſtitutus eſt. Non apponit, quem diligat, quod is vel indictus à nobis ante intelligitur, nempe Deus vniuerſorum. Quod enim propriè amabile, Deus eſt. Quandoquidem bonum definiunt id quod omnia appetunt. Bonum vero Deus eſt & bonorum optimum, &c] Addit poſteà cum Propheta, id ab eo pendere, quia Deus inclinauit aurem ſuam mihi, ſicut ægrotanti, inquit, medicus, & hoc ad gratiam illam ſanantem, de quâ iam loquebamur, attinet. Theodoritus Cyrenſis Epiſcopus in Pſal. animaduertit idcirco Dauidem cum dixiſſet *diligam te Domine*, addidiſſe τὰς τῆς θείας εὐεργεσίας προσηγορίας, *diuinarum gratiarum ſeu beneficiorum appellationes*,

S. Baſil. in pſ. 134. to. 1.

Theodorit. in pſ. 17 to. 1.

appellationes, nempe *fortitudo mea, firmamentum meum refugium meum*, *liberator meus*, *protector meus*, *cornu ſalutis meæ & ſuſceptor meus* quæ omnia ſunt vocabula τῆς θείας ῥοπῆς gratiæ diuinæ quæ hoc nomine à Patribus Græcis dicitur. S. Dionyſius lib. de diuinis nominibus, amotis Dei cuius exempla etiam naturalia induxit, Deum ipſum cauſſam vult eſſe, ὁ θεὸς τοῦ ἔρωτος αἴτιος, προβολεὺς καὶ ἀπογεννήτωρ *Deus amoris cauſſa, productor ac generator eſt.* Poſtea ex S. Hierotheo: quod etſi ad prouidentiam Dei concurſumque naturalem in ordine naturæ integrá referri poſſet, lapſæ tamen, corruptæ, ſuique velut ordinis ac originis oblitæ, neceſſariam eſſe ſpecialem quandam opem indicat, quâ ad amplexum reuocetur τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ ὑπεριδρυμένου *boni ſupra ſe poſiti*: malumque contractum reſarciatur, quod aliud nihil eſt quàm ἀσθένεια καὶ ἔλλειψις τοῦ ἀγαθοῦ *infirmitas & boni defectus.*

Dionyſ. de diu. no. c. 4. n. 14.

Ratio porrò ſcholarum optima eſt: Nimirum amor Dei ſuper omnia, tanquam auctoris naturæ, amor inquam non ſolùm affectiuus, ſed etiam actuoſus & efficax, complectitur propoſitum ſaltem virtuale obſequendi perpetuò diuinis omnibus naturalis legis præceptis, boniſque potiùs cæteris quam ipſius amicitiæ obnuntiandi, ac iis carendi. Non eſt autem dubium hunc amoris actum arduum eſſe atque operoſiſſimum imminenti tentationum intus ac foris vrgentium certamine & conflictu: quod diuturno temporis interuallo ac vt plurimùm occurrit. Tunc igitur, *vtrumque eſt donum Dei*, vt inquit Cócilium Mileuitanum ſeu Carthaginenſe, & *ſcire quid agere debeamus*, & *diligere vt faciamus*; quæ verba ita Græci reddiderunt ac inter Canonas ſuos retulerunt, ἑκάτερον δῶρόν ἐστι τοῦ θεοῦ καὶ τὸ εἰδέναι τί ποιεῖν δεῖ, καὶ τὸ ἀγαπᾷν ὃ δεῖ ποιεῖν. Illuſtrat. Balſamon καὶ ἄλλως δὲ ἀσεβές ἐστι τὸ λέγειν ὅτι γινώσκειν μὲν τὸ καλὸν δίδωσιν ἡμῖν ἡ θεία χάρις, ἀγάπην δὲ αὐτοῦ οὐκ ἐντίθησιν, οὐδὲ ἐνδυναμοῖ ἡμᾶς εἰς τὸ ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθὸν ἐν ἀγάπῃ αὐτοῦ. Alioquin impium eſt dicere, gratiam Dei nobis quidem notitiam præbere, Charitatem vero non immittere, neque corroborare nos ad bonum in eius dilectione operandum.]

Concil Mileuit. ſeu Carthag. can. IV

Balſamon comm. in can. 113. Carth.

Quin tamen natura velut auſpice, ſimilem amoris Dei actum producere nobis ſit liberum, gratiâ etiam abſente, per aliquod ſaltem téporis interuallum perturbationum motu vacuum, nó diffitetur B. Baſilius in regulis fuſiùs diſputatis: quod hac ratione conficit. Ἐπιθυμητικοὶ φυσικῶς τῶν καλῶν οἱ ἄνθρωποι· κυρίως δὲ καλὸν καὶ ἀγαπητὸν τὸ ἀγαθόν. ἀγαθὸς δὲ ὁ θεός, θεοῦ ἄρα πάντα ἐφίεται· ἀναγκαῖον οὖν ὄφλημα τὴν εἰς θεὸν ἀγάπην ἀπαιτούμεθα. *Homines naturæ inſtinctu pulchrorum cupidi ſunt. Pulchrum verò propriè & amabile bonum eſt. Bonus autem Deus qui ideo ab omnibus expetitur: neceſſarium igitur à nobis debitum repoſcitur, Charitas erga Deum.* Ex quâ conſideratione Bernard. l. de diligendo Deo & Scholæ Theologi Deo: præceptum cum ſit naturale diligendi Deum, nec is legitimè diligi poſſit niſi amore creaturis ſuperiori: In quocumque ſtatu etiam gratiæ experti, Deum ſuper omnia diligi poſſe ac debere contendunt: In ſtatu vero naturæ lapſæ, impleri poſſe citra gratiam, niſi tentatio ſupra quam poſſimus, ingruens Gratiam à Deo exigat,

S. Baſil. reg. fuſ. diſp. to. 2. inter. ſec.

Bern. lib. de dil. & ex toto illum diligere debet cui ſe totum debet.

qui nos non patitur ſupra id quod poſſumus tentari, vt loquitur Apoſtolus.

CAPVT XIV.

Ad martyrium faciendum Gratia neceſſaria.

SVMMA CAPITIS.

I.	II.
Martyrium facere vel pati actus heroicæ fortitudinis.	*Cauſſa veritatis aut virtutis defenſio cum fide.*
	III. *Neque verò ſine gratiâ.*

I.

Martyrium facere ſeu pati, actus heroicæ fortitudinis.

S. Ambroſ. lib. de Virginit.

INIICIVNT huc aliquam de Martyrio mentionem Theologi propterea quod amoris Dei procul dubio actus eſt ac teſtificatio: de quâ vt non omnino ſileamus, ordiri lubet ab eo quod S. Ambroſius MARTYRIVM FACERE dixit quòd in hoc virtutis heroicæ diſcrimine, agere patique fortia idem eſt aut certe coniunctiſſimum. Græci vero Patres cum dicunt δρᾶν τοὺς μαρτυρικοὺς ἀγῶνας *facere ſeu inſtituere Martyrica certamina*, de tyrannis loquuntur, cum verò de martyribus, ὑπομένειν, *ſuſtinere*. B. Chryſoſtomus verò aut vetus author Chryſoſtomo adiunctus, μαρτύριον πρᾶγμα τῶν μαρτύρων καὶ μέγιστον κατόρθωμα *Martyrium, actionem Martyrum & maximum virtutis opus ſiue munus* quo funguntur, appellat Ipſiſſimus CHRYSOSTOMVS orat. ad eos qui ſcandalizati ſunt, Martyribus tribuit ὃ πάντα ποιῆσαι καὶ παθεῖν, δεικνῦντας ὅσον ἐστὶν ἀρετή, *omnia facere, & pati quò demonſtrent quanta res ſit virtus.* Eſt enim apex ſummuſque fortitudinis gradus, extremum τῶν φοβερῶν hoc eſt dolorem ad mortem vſque intrepide & conſtanter pro tuenda honeſtate paciſci, ſubire, tolerare: ac ne quid contra Dei legem rectæque normam rationis committatur aut admittatur, bonorum vtilium ac iucundorum, quorum ſumma in lucis vſura poſita eſt, iacturam ſtrenuè perferre.

Iuſtin Mart. ſeu quis aliud in Reſp. ad Græc. qu. 10.

S. Chryſ. in pſ. ho.

Chryſoſt. or. in eos qui ſcandal.

v. S. Thom. 22. q. 124. art. 3.

II.

Cauſſa Martyrij, veritatis aut virtutis vt ad Deum refertur, defenſio: non ſine Dei amore S. Aug. contra Ep. Parmen. lib. 1. in pſ. 30. &c.

Attenditur autem cauſſa potiſſimùm in Martyrio faciendo vt multoties docet B. Auguſtinus. Cauſſa illa ſingularis propriè primò ac per ſe Veritas eſt, teſtimonium enim omne ad veritatem, cuius teſtificandæ ſuſcipitur cauſa, referri neceſſe eſt, quod tamen virtutem ab eiuſdem obiecti conſortio non excludit: *omnium enim virtutum opera,*

ait S. Doctor, *ſecundum quod referuntur in Deum, ſunt quædam proteſtationes* S. Tho. 22. q 125. ar. 5. in c. & ad 1. *veritatis & fidei, per quam nobis innoteſcit quod Deus huiuſmodi opera à nobis requirit, & nos pro ijs remunerat. Vnde patitur vt Chriſtianus non ſolùm qui patitur pro fidei confeſſione, quæ fit per verba, ſed etiam quicumque patitur pro quocumque bono faciendo,* vt S. *Ioannes pro reprehenſione adultery: vel pro quocumque peccato vitando propter Chriſtum, quia hoc totum pertinet ad fidei proteſtationem.* Hinc certum eſt Martyrium propter nullam aliam veritatem fieri poſſe quá propter veritatem fidei, vel in ſe vel in actu virtutis ad fidelem vitam idoneæ, relucentem: non propter veritatem itaque Phyſicam vel Geometricam, vel moralem tantùm, ſed etiam religioſam & ad fidem aliquâ ratione pertinentem. Vnde ab æuo neminem proprie Martyré fuiſſe abſq; fide veriſimile eſt: quod impulit Apoſtolū vt de Abele Hebr. 2. ita ſcriberet, FIDE *plurimam hoſtiam Abel quàm Cain obtulit Deo, per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus: teſtimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur.* Quo enim modo Abel Martyr aliàs cenſeretur qui in lege naturæ mortem oppetiit, & pro cauſsâ, vt præ ſe res ferebat, communi, inuidiæ nimirum fraternæ? Negotium verò prætereà Religionis vertebatur quod & Sacrificium ipſum teſtatur: imo & Targum ſeu Paraphraſis Hieroſolymitana veritatem prouidentiæ Dei, quam Caïn negabat, Abel verò ſanctiſſimè tuebatur, huius Targ. hier. in cap 5 Geneſ. ſanguine veluti ſancitam declarat. S. Chryſoſtom. hom XXII. ad Hebr. ἀπὸ πίστεως μόνης τὴν ἀρετὴν εἵλετο. *Abel ex fide ſolâ virtutem amplexus eſt.* Diſertè hanc de antiquorum in lege tā naturæ quā ſcriptâ, Martyrum fide, ſententiam profitetur S. Gregorius Theologus orat. in Maccabæos, Greg. Naz orat. 22 cum aliis quos capite ſequenti proferemus. Nec fidei nomine, vnius aut alterius fidei veritatis perſuaſionem intelligas velim, ſed ὁλόκληρον πίστιν, integram fidem, neque vel in vno peccantem aut deficientem Vnde, qui ex hæreticis propter Chriſtiani ritus profeſſionem, interfecti, Martyres habere detrectauit Eccleſia. De Nouatiano Pacianus Epiſcopus *occiſus non tamen coronatus.* Pacian. ep. 2. De Aſclepione Marcionita Euſebius lib. VIII. Euſeb. lib. 8. hiſt. Eccl. c. 21. De Donatiſtis S. Auguſt. contra Gaudentium libb. 2. & ep. ad Bonifacium. De omnibus Laodicena Synodus can. XXXIV. ὅτι οὐ δεῖ πάντα χριστιανὸν ἐγκαταλείπειν μάρτυρας Χριστοῦ, καὶ ἀπιέναι πρὸς τοὺς ψευδομάρτυρας τουτέστιν αἱρετικῶν, ἢ αὐτοὺς πρὸς vel εἰς τοὺς προειρημένους αἱρετικοὺς γενομένους. οὗτοι γὰρ ἀλλότριοι τοῦ θεοῦ τυγχάνουσιν. ἔστωσαν οὖν ἀνάθεμα, οἱ ἀπερχόμενοι πρὸς αὐτούς. v. Cyprian. ep. 57 Quod non oportet vllum Chriſtianum Martyres Chriſti relinquere, & ad falſos Martyres abſcedere, hoc eſt Hæreticorum aut qui ipſi hæretici extiterint. (Meliùs: aut qui ipſi prædictis hæreticis adhæſerint aut ad eos migrarint) hi enim à Deo alieni ſunt. Sint ergo Anathema qui ad eos abſcedunt.]

III.

Quo vero titulo fides, eodem & Charitas ad verum Martyrium requiritur. Martyrium ſummum Dei amorem ac proinde gratiam requirit. Chriſti Doctrinam abiuret, quiſquis hoc negat, neceſſe eſt. Maiorem charitatem habere, animam ponere eſt, Ioan. XV. Conteſtatur Paulus: *Si trad. dero,* inquit, *corpus meum ita vt ardeam, charitatem au-* Ad Cor. ep. 1. c. 13

V de Tertul. Apologet. fine: tantum pro patriâ, pro imperio, pro amicitia pati permiſſum eſt, quanta pro Deo non licet.
Et apud Bedam in c.13.1. ad Cor. & in pſ.43.

tem non habuero, nihil mihi prodeſt: quod quantò faciliusapud Ethnicos & hæreticos reperiri poſſe quis dubitet, quùm & apud Catholicos reperiri dicat S. Auguſtinus ad eum locum. *Nonne & hæretici nomen Chriſti confitentur? ſed tamen propter ipſum non moriuntur. Prorſus in ipsâ Eccleſiâ dicam Catholicâ putatis defuiſſe, aut deeſſe poſſe qui cauſsâ vanæ gloriæ paterentur? Sed ſi non eſſent huiuſmodi homines, non diceret Apoſtolus: ſi tradidero &c. ſciebat ergo poſſe eſſe quoſdam qui hoc iactatione facerent non dilectione.* Debēt igitur Martyres mortificari torâ die propter Deum, vt rectè applicat B. Auguſt. in Pſal. xliii. vt & Matth. v. idem, *propter me, propter iuſtitiam.* At quid illud eſt propter Deum, niſi propter Deum dilectum? & quid propter Deum dilectum, niſi ſummè dilectum? quum diligere Deum alio quàm amore ſummo, negligere ſit? Quis autem Deum ſūmè diligere, ſine charitate, aut charitatem ſine gratiâ conſequi, in vehementiſſimis tentationum anguſtiis, abſque gratiæ poſſit auxilio? Quæ autem vehementior quam ipſius morris imagine præſente, tentatio poſſit imminere? in quâ Martyres cum torâ æternirate certant.

S. Aug. to. 4. l. de patient. c. 25. 26. 27. 28. hoc paſſim.

Grariæ igitur præſidiis opus ad Martyrium faciendum. *Vnde & patientia hominis Schiſmatici non habentis charitatem quâ non pro errore qui eum ab Eccleſia ſeparauit, ſed pro veritate Sacramenti ſeu Verbi quæ apud eum remanſit, timore pœnarum temporalium pœnas patitur temporales: laudanda ſit non culpanda: ſitque donum Dei, quale tamen filij concubinarum exhæredati Iudæi, non vt filij hæredes filij Hieruſalem quæ ſurſum eſt liberæ matris noſtræ accipiunt: nihil tamen prodeſt ad regnum cœlorum obtinendum. Quid ita? quia deeſt ijs ſpiritus adoptionis filiorum: nempe charitatis & gratiæ. Charitas enim ſanctè amantium, & patientia piè tolerantium Dei donum eſt. Quia vobis datum eſt non ſolum vt credatis in eum, ſed etiam vt patiamini pro eo. Non ergo quaſi de proprio faciat animum elatum, quod ſibi audit eſſe donatum.* Eadem planè, cum iſtis quæ attulimus, huius veritatis argumenta ex iiſdem pluribuſque aliis ſcripturæ locis, habes apud Clem. Alex. toto libro iv. Stromat. qui de Martyrij Chatitate, Gratiâ, & gloriâ nihil ferè ignorare re ſinet: Sed præcipuè Deum ἀνίκητον βοηθὸν *inuictum adiutorem* implorandum docet, & propter ipſius amorem depugnandum: quo deficiente, Gentilium tormenta pro dijs ſuis, pro Philoſophiæ & virturis ſuæ oſtentatione, pro ſuâ erga Patriam & amicos fide, negat comparanda Chriſtiano Deum ſic alloquenti ὦ κύριε, δός περίστασιν, καὶ λάβε ἐπίδειξιν. ἴτω δὲ δεινόν τι. κινδύνων καταφρονῶ διὰ τὴν σὴν ἀγάπην. *O Domine, da afflictionem, & accipe probationem. Accedat hoc quod graue eſt, pericula propter tuam charitatem contemno.* Ita quidem eſt, ſed hæc verba fiduciæ plena, Chriſtianum pronuntiare ait, non quandiu nudus eſt, ſed πάσαις ὅπλοις κορυσσάμενος poſtquam induit *arma militiæ noſtræ non carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munimentorum, &c.*

Clem. Alex. lib. 4. Strom.

Ita & Tertull. exhortat. ad Martyres, & S. Aug. de Patient. c. 17. & 4. in Iul. c. 3.

CAPVT XV.

De gratiæ neceſſitate ad præcepta exſequenda. Primum præcepta non eſſe impoſſibilia.

SVMMA CAPITIS.

I.

DOctrina Catholica ex Concilio Trident. & S. Aug. nec non Scholæ Theologicæ conſenſu proponitur.

II.

Ex loco Deuteronom. 2. à Græcis Patribus expoſito ſecundum lxx.

III.

Poſſibilitatis defectum & naturæ ἀδυναμίαν Gratiâ ſuppleri.

IV.

Difficilia præcepta aliquando dixere Ss. Patres Græci, numquam verò impoſſibilia.

V.

Facilia iidem PP. dixerunt.

VI.

Sed facilia ob præſens Gratiæ auxilium precibus impetrandum.

VII.

Gratiæ quippe auxilium, præceptis exequendis, quoties vrgent, ſemper præſto eſt.

I.

Lutherus in art. Caluinus, a Inſtit. c 7. & in Antidoto Concil. Trident.

FRVSTRA præceptis exſequendis gratiam eſſe neceſſariam oſtenderemus, ſi vera eſſet Lutheri Caluini aliorumque Sectariorum ſententia, præcepta poſſe imponi à Deo quæ impoſſibilia cum ſint, nec obſtringere deſinant, vt ne poſſibilia reddantur, Deus ſufficientem iis peragendis gratiam eat denegatum. Incumbendum itaque eſt in id vt probetur, præceptum nullum à Deo impoſitum eſſe impoſſibile: quod licet ipſa luce ſit dilucidius, propter abruptam tamen hæreſim priſcam inſtaurantium contumaciam, quo minus id accuratè fiat non eſt committendum. De hoc autem capite in primis id aſſerimus de fide eſſe, ita vt in illud quadret ea formula proſphonematis Conciliorum εἶπεν ἡ πίστις FIDES LOCVTA EST.

In aeclamat. Synodi Epheſin.

Conc. Triden. ſeſſ. 6. c. 2.

S. Auguſt. de nat. & grat.

Teſtatur Concilium Tridentinum hanc eſſe veterem Eccleſiæ fidem & traditionem: NEMO temerariâ *illa & à Patribus* SVB ANATHEMATE *prohibitâ voce vti debet: Præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia.* & can. XVIII. *Si quis dixerit, Dei præcepta homini etiam iuſtificato & ſub gratiâ conſtituto, eſſe ad obſeruandum impoſſibilia: anathema ſit.* S. Auguſtinus cum pleriſque locis, tum lib. de naturâ & gratiâ, Concilio Trident. cap. XI. deſcriptus eſt, his verbis *Deus enim* IMPOSSIBILIA *non iubet, ſed iubendo monet & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis:* Cui

ſententiæ luculentiſſimæ ne quid deeſſet, Concilium addidit: *& adiuuat vt poſſis.* Vniuerſæ Theologorum ſcholæ huic decreto ſubſcribunt tanto conſenſu vt Theologiæ ne quidem nomen, qui hoc ignoret, audiiſſe videatur.

Theologi in lib. 3. ſent ad Diſt. xxvi. v. Eſtium 96.

II.

Ex ſcriptura Ss. per Græcos Patres expoſita.

Recepiſſe videtur in ſe veritatis huius certiſſimam demonſtrationem Scriptura, quam ex Græcis Patribus S. Auguſtino coniunctis expoſitam dabimus. Nullibi clarior locus quàm Deuteronomij xxx. *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi non ſupra te eſt, neque procul poſitum: vt poſſis dicere, quis noſtrum valet ad cælum aſcendere, vt deferat illud ad nos, & audiamus atque opere compleamus neque trans mare poſitum, vt cauſeris & dicas: Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſque deferre, vt poſſimus audire & facere quod præceptum eſt. Sed iuxta te eſt ſermo valdè, in ore tuo, & in corde tuo vt facias illum, &c.* B. Paulus locum illum Paraphraſi ad ſcopum ſuum de præcepto credendi, accommodatâ traduxit, & hæc verba, quod valde notandum eſt, EI QVÆ IN FIDE EST IVSTITIÆ, attribuit dicens. *Quæ autem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit: Ne dixeris in corde tuo: quis aſcendet in cælum? id eſt Chriſtum deducere*: hoc eſt impoſſibile opinari, Chriſtum deſcendiſſe de cælis atque carnem aſſumpſiſſe, *aut quis deſcendet in abyſſum* (mare in Deut. hic verò terræ interiora) *hoc eſt Chriſtū* à mortuis reuocare, id eſt, impoſſibile ſibi perſuadere Chriſtum à mortuis exſuſcitatum eſſe, *ſed quid dicit ſcriptura? Prope eſt verbum in ore tuo & in corde tuo: hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus*, hæc & quæ ſequuntur ad credendi præceptum per Dei gratiam non ſolum poſſibile, ſed etiam facile ſpectant, vt exponit etiam S. Gregor. Naz. orat. xxvi. ab illis verbis οὐδὲν τῆς χάριτος πλουσιώτερον. *Nihil eſt Gratiâ opulentius*, &c. lxx. Interpretes, verbis, *in ore tuo & in corde tuo*, addunt καὶ ἐν χερσί σου *& in manibus tuis*, de quo addito B. Auguſtinus. *Meritò quod ex Hebræo translatum eſt, quantùm a nobis inſpici potuit, non habet.* In manibus tuis. *Nec fruſtra tamen hoc à Septuaginta interpretibus additum exiſtimo, quia intelligi voluerunt etiam ipſas manus quibus ſignificantur opera, in corde accipi debere, vbi eſt fides quæ per dilectionem operatur.* Theodoritus, his omnibus magnam præcepta diuina perficiendi, partam ac paratam facilitatem, ſignificari contendit. ἐπέδειξε δὲ τὴν τῆς νόμων φυλακῆς εὐκολίαν. οὔτε πτερῶν σοι φησὶ χρεία εἰς πτῆσιν. οὔτε πλοίων εἰς ἀποδημίας, ἵνα διδαχθῇς τὸ πρακτέον. δηλοῖ δὲ διὰ μὲν τοῦ στόματος τὴν τῶν θείων λογίων μελέτην· διὰ δὲ τῆς καρδίας τὴν τῆς ψυχῆς προθυμίαν. διὰ δὲ τῶν χειρῶν τὴν πρᾶξιν τῶν ἐντολῶν. *Oſtendit & cuſtodiendarum legum facilitatem. Neque alis, inquit, opus tibi eſt ad volandum, neque nauigijs ad peregrinandum vt quod agendum ſit, diſcas. Indicat autem per os quidem, eloquiorum diuinorum meditationem, per cor verò, animi promptitudinem: per manus, executionem mandatorum.*

S. Paul. ad Rom. c. 10. v. 7.

Greg. Naz. ora. 26 περὶ τῆς ἐν διαλέξεσιν εὐταξίας.

S. Aug. in Deuter, 54. vide & lib. de nat. & grat. c. 69.

Theodorit. in Deuter. ad interrog. 38.

Sic etiam Procopius in Commentar. in *Manibus* tamen legiſſe non videtur. Alluſit S. Gregor Nyſſenus orat. vi. de beatit. διὸ οὐκ ἔξω τῆς φύσεως ἡμῶν ὁ κύριος ἐξεκάλεσεν, καὶ ὑπερβῇ τὰ μέτρα τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεως τῇ μεγαλειότητι τοῦ ἐπιτάγματος, οὐκ ἔστι ταῦτα. οὔτε γὰρ πτεροὺς ἠμφιέσθαι

S. Greg. Nyſſ. to. 1. or. 6. de beat.

κελεύῃ, εἰς ὃ πτερὸν οὐκ ἐνέφυσεν· οὐδὲ ὑπὸ ὕδωρ ζῆν οἷς τὸν χερσαῖον ἀπεκλήρωσε βίον. εἰ οὖν ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις πρόσφορός ἐστι τῇ δυνάμει τῶν δεχομένων ὁ νόμος, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τὴν φύσιν βιάζεται· καὶ τοῦτο πάντως ἐκ τοῦ ἀκολούθου νοήσομεν, μὴ ἀπ' ἐλπίδος εἶναι τὸ διὰ τοῦ μακαρισμοῦ προδεικνύμενον. Nunquid igitur ad id quod naturam noſtram excedit, Dominus inuitat, facultatiſque modum humanæ ſuperat, magnitudine præcepti? Non ita res habet: neque enim volucres fieri iubet, quibus alas non deditâ naturâ; neque ſub aquis degere, quibus terreſtrem vitam dedit. Si igitur lex in aliis omnibus accipientium poteſtati conuenit, nihilque ſupra naturam cogit: etiam ex eo quod congruum eſt, intelligimus, non eſſe ſpem abijciendam eius quod per beatitudinem præmonſtratur.]

III.

Non quod ineſſe vim naturæ præſertim corruptæ tam validam ac perfectam quis exiſtimet, vt ſola ſecluſo ſpecialis gratiæ præſidio ad omnium præceptorum opera peragenda poſſit ſatisfacere, ſed, vt antea diximus, quòd vbi naturæ deſinit facultas, ibi gratiæ neceſſariæ non deſit à Deo liberalitas: id rudioribus forſan verbis ſed ſenſus iudicijque pleniſſimis S. Thomas, cum ſibi obieciſſet illud S. Hieronymi epiſt. ad Damaſum in Expoſit. Symboli maledicendos eos eſſe qui Deum præcepiſſe aliquid homini impoſſibile dicunt, Reſpondet: *quod illud quod poſſumus cum auxilio diuino non eſt nobis omnino impoſſibile, ſecundum illud Philoſophi, quæ per amicos poſſumus, aliqualiter ipſi poſſumus. Vnde B. Hieronymus ibidem confitetur, ſic noſtrum eſſe liberum arbitrium, vt dicamus nos ſemper indigere* Dei *auxilio.* B. Auguſtinus inde conuincit præter eam quæ ineſt *naturalem poſſibilitatem liberi arbitrij ſibi minimè ſufficientis, neceſſarium eſſe Euangelium Chriſti quo diſcamus quemadmodum viuere debeamus, & gratiam adiuuantem quâ bene viuamus.* Rationem adhibet ac auctoritatem libro de Gratiâ Chriſti cōtra Pelagium. *Nec enim dicere poſſe noſtrum Deus ſolùm donauit & adiuuat, ſed etiam velle & operari operatur in nobis. Non quia nos non volumus aut nos non agimus, ſed quia ſine ipſius adiutorio nec volumus aliquid boni, nec agimus,* &c. B. Ioannes Chryſoſtomus antea dixerat οὐκ ἔστι γάρ· εἰπεῖν οὐ δύναμαι, οὐδὲ κατηγορῆσαι τοῦ δημιουργοῦ. εἰ γὰρ ἀδυνάτους ἡμᾶς ἐποίησεν εἶτα ἐπιτάττει, κατηγορία αὐτοῦ ἐστι. πῶς οὖν φησιν ἔλεγεν, ὅτι τὸ θέλειν ἀρκεῖ. τὸ θέλειν μετὰ τῶν ἔργων, τὸ ἀντιλαμβανόμενον τοῦ πράγματος, τὸν πονοῦντα. ἔχομεν γὰρ συνεργοῦντα καὶ συμπράττοντα τὸν θεόν. *Non enim eſt quod dicas, non poſſum, neque quod Creatorem accuſes. Si enim nos impotentes conſtituiſſet, ac poſtea præciperet, ipſe accuſandus eſſet.* Ac poſtea. *Quomodo igitur dicebat, velle ſufficit? Velle quidem, ſed cum operibus: quod, laboranti fert opem ad rem gerendam. Deum enim adiuuantem, & cooperantem habemus.* Legatur, iterum moneo, B. Auguſtinus ſub finem libri de naturâ & gratiâ contra Pelagianos. Vbi rationem affert, *firmiſſimè creditur Deum iuſtum & bonum impoſſibilia non potuiſſe præcipere. Hinc admonemur & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus,* &c. Vide B. Chryſoſtomum rurſus homil. XXIII. in Acta ναὶ φησι. ἀλλ' οὐ

Poſſibilitatis defectum ſeu ἀδυναμίαν naturæ, ſupplet gratia.

S. Thom. 12. q. 109 ar. 4. ad 2.

Ariſt. 3. Ethic. c. 3.

S. Auguſt. lib. de nat. & grat. contra Pelagian.

S. Aug. l. 1. contra Pelag. & Cel.

Lib. de Grat. Chr.

Chryſoſt. ho. 16. in Heb. edit. Anglic. to. 4.

S. Aug. cap. 67. 68. 69. to. 7.

δυνάμαι φυλάξαι. οὐκ οὖν τὰ ἀδύνατα ἐπέταξεν ὁ θεός; *Ita inquit, ſed non poſſum obſeruare* (Catechumenus ait baptizari renuens, ne præceptis obſtringatur arctius) *An igitur impoſſibilia præcepit Deus, &c.* Sic & homil.

Idem hom.8.de Pœnit.

quadam de Pœnitentia, ὅσα ἂν εἴπῃς φησὶν, ἐπίπονος ὁ νόμος· τί οὖν ἀδύνατα ἡμῖν ὁ θεὸς προσέταξε; ἐπιστόμιζε, μὴ κατηγόρει τοῦ δεσπότου. οὐ γάρ ἐστιν ἀπολογίας εἶδος, ἀλλὰ ἁμαρτίας προσθήκη τῆς προτέρας χαλεπωτέρα. Quæcumque dixeris, inquit, lex difficilis eſt. Quid, num igitur impoſſibilia nobis præcepit Deus? Obmuteſce, ne accuſes Dominū. Nō enim defenſionis id genus eſt, ſed peccati incrementum priori deterius.

S.Aug.in Pſ 56.

Vide ſimilia in 1. ad Cor. hom. ſec. quæ reſpondent B. Auguſtini ſententiæ in Pſal. *Non imperaret Deus vt faceremus, ſi impoſſibile eſſe iudicaret, vt hoc ab homine fieret.*

IV.

Præcepta difficilia eſſe aliquando dicunt Græci Patres.

Hoc in cauſſa eſt, vt de præceptis ad ſolius vires conatuſque voluntatis humanæ collatis, aliquando dicant Ss Patres, ea non mediocri difficultate implicari. Chriſtiani quidem inſtituti duram ac auſteram diſciplinam hunc in modum proponit B. Baſilius in exhortatione ad Baptiſmum ita Baptiſmi candidatum alloquens.

S. Baſil. to. 1. hor;.

μάθε διδάχθητι τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν, ὀφθαλμῶν ἀκρίβειαν, γλώσσης ἐγκράτειαν, σώματος δουλαγωγίαν, φρόνημα ταπεινὸν, ἐννοίας καθαρότητα, ὀργῆς ἀφανισμόν. ἀγγαρευόμενος προστίθει, ἀποστερούμενος μὴ δικάζου, μισούμενος ἀγάπα, διωκόμενος ἀνέχου, βλασφημούμενος παρακάλει. νεκρώθητι τῇ ἁμαρτίᾳ, συσταυρώθητι τῷ Χριστῷ. ὅλην τὴν ἀγάπην μετάθες ἐπὶ τὸν κύριον. ἀλλὰ ΧΑΛΕΠΑ ταῦτα. τί δὲ τῶν ἀγαθῶν εὔκολον; τίς καθεύδων τρόπαιον ἔστησε; καὶ τὰ ἑξ. Id eſt. Diſce, diſce Euangelicam conuerſationem, oculorum diligentem cuſtodiam, linguæ temperantiam, corporis caſtigationem, ſenſûs humilitatem, cogitationis puritatem, iræ vacuitatem. Vexatus adde ſupra quod exigitur, ſpoliatus ne litiga, odio habitus ama, perſecutionem paſſus ſuſtine, blaſphemiis impetitus obſerua, morere peccato, Chriſto cruci configere, dilectionem omnem in Dominum transfer. Verum hæc DIFFICILIA, inquis. Quid vero bonarum rerum facile eſt? quis dormiens trophæum erexit? &c. Paria cum fratre philoſophatur S. Gregorius Nyſſenus orat. VI. de beatitudinibus.

Greg.Nyſſ.to.1. orat. 6. de beat.

δυσεπίτευκτον ἡμῖν τὴν ἀρετὴν μυρίοις ἱδρῶσι καὶ πόνοις σπουδῇ καὶ καμάτῳ μόγις κατορθουμένην πολλαχῇ παρὰ τῆς θείας γραφῆς ἐδιδάχθημεν, οὐ μὴν καθόλου ἀμήχανον τὴν ὑψηλὴν ζωὴν ἡ γραφὴ διωρίσατο, ἡ τοσούτων ἀνδρῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐκθεμένη τὰ θαύματα. Id eſt, Aſſecutione difficilem eſſe virtutem, immenſis ſudoribus ac laboribus, ſtudio atque defatigatione vix parabilem, ſcriptura nos docuit, non tamen ſublimem illam vitam vniuerſim impoſſibilem ſcriptura definiit, quæ tantorum virorum mira geſta in ſacris libris narrauit, &c. B. Chryſoſtom. in Matth cap. vocat ele-

Chryſo.ho.77. to.

gantet ὑπέρογκον τῶν ἐπιταγμάτων, καὶ ἀφόρητον τὸ φορτίον. Sed ex mente loquitur aliorum, & πρόφασιν ψυχρὰν demum vocat *frigidam excuſationem.* Vide B. Auguſtin. Commentar. ad illa verba Pſal. XC. III. *Nunquid* (ô Deus) *adhæret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis* (formas, facis) *laborem in præcepto?*

V.

V.

Præcepta facilia iiſdem nempe per gratiam.

S. Baſil. mor. reg. 43

Greg. Nyſſ. orat. 1. de paup. to. 1.

E diametro verò præcepta Dei in hac potiſſimum lege maximæ facilitatis eſſe, habitâ nimirum gratiæ ratione non obſcura ex ſcripturis ſacris iidem ſancti Patres perſpicuum faciunt. S. Baſilius in Ethicis ex illo Chriſti dicto *Iugum meum ſuaue.* Matth. 2. Sanctus Gregorius Nyſſenus orat. de pauperibus amandis ζυγὸν λέγει τὴν τῶν ἐντολῶν ἐργασίαν. ὑπακούσωμεν τῷ κελεύοντι. γενώμεθα τοῦ χριστοῦ ὑποζύγιον, τοῖς ζεύγλαις τῆς ἀγάπης ἑαυτοὺς ἐνδήσαντες· μὴ ἀποσεισώμεθα τὸν τοιοῦτον ζυγόν. χρηστός ἐστιν, ἐλαφρός ἐστιν. οὐ τρίβει τὸν αὐχένα τοῦ ὑπελθόντος, ἀλλὰ λεαίνει. Iugum appellat id eſt præceptorũ exſequutionem. Obaudiamus imperãti. Efficiamur Chriſti iumentum vinculis iugalibus Charitatis nos ipſos innectentes. Ne iugum iſtud excutiamus; ſuaue quippe eſt, leue eſt: nec ceruicem ſubeuntis atterit, ſed demulcet. S. Chryſoſtomus his concinit hom. xxiv. in Matth. & hom. ix. in primam Ep. ad Corinth. alludẽs ad id primæ Ioan. ep. c. v. *Mandata eius grauia non ſunt*: εἰ μὲν φορτικὰ ἅττα ἐπέταξε καὶ ἀδύνατα, ἴσως ἂν τις εἶχε προβαλέσθαι τὴν δυσκολίαν τῶν νόμων. εἰ δὲ σφόδρα ῥᾷστα, τί ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν μηδὲ τούτων ποιούμενοι λόγον; *Si oneroſa quædam præcepiſſet ac impoſſibilia, fortaſſe quis obijcere poſſet legum auſteritatem. Cum verò valdè facilia, quid dicendum habere queamus, cum nec eorum vllam habeamus rationem?* &c. Idem hom. xiv. in eamdem ep. multò pluribus ea de facilitate diſſerit, & alibi paſſim. Quod autem illam fidelium tribuat alacritati & ſtudio, προθυμίᾳ καὶ σπουδῇ, id profectò inculcat non vt gratiæ Dei eam detrahat, quum ipſam quoque ſtudij promptitudinem vel maximè, vt par eſt, Gratiæ Dei tribuat. Diſerte ſtatim hoc oſtendemus ex eodem Chryſoſtomo. Accedat modo S. Cyrillus qui lib. 3. in Eſaiam to. iv. vocat λείαν καὶ εὐδρομωτάτην τὴν εἰς εὐσέβειαν ὁδὸν οὐδὲν ἔχουσαν τὸ ἄναντες viam ad pietatem *læuem & ad decurrendum facilem, nihil habentem,* accliue Plura in id Eſaiæ *erunt aſpera in vias planas, &c.*

Et Pſal. 118. in latitudine.

S. Cyrill. lib. 3. in Eſ. to. 101.

VI.

Sed facilia ob præſens Dei auxilium precibus impetrandum.

S. Chryſ. orat. 8. de Pœnit. ho. 56. ad pop. Ant.

S. Auguſt. in lib. de nat. & grat. fin. & de grat. & liber. arb. c. 17.

Hanc igitur facilitatem non humanæ induſtriæ, labori, contentioni ſolùm, imò vel minimùm, ſed diuinæ potius Gratiæ tribuunt Græci Patres. Dixit quidem S. Chryſoſtomus orat. de Pœnitentiâ. δύσκολον τὸ ἐπίταγμα οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἀλλὰ παρὰ τὴν ῥαθυμίαν τῶν ἀκουόντων. πολλὰ γὰρ μὴ φύσει δύσκολα ὄντα δυσκατόρθωτα γίνεται ὅταν ῥαθυμῶμεν. ὥσπερ οὖν καὶ δύσκολα ὄντα κοῦφα καὶ ῥᾷστα γίνεται σπουδαζόντων ἡμῶν. οὐ γὰρ ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἡ δυσκολία, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει τῶν μετιόντων. Id eſt. Difficile præceptum eſt, non ex propria naturâ, ſed ex deſidiâ audientium. Multa enim natura facilia, difficilia redduntur, quum oſcitamus: ſicut difficilia quæ ſunt, leuia fiunt vbi ſtudium adhibemus. Non enim in rerum ipſarum naturâ difficultas poſita eſt, ſed in voluntate eorum qui ipſas aggrediuntur. &c. At ſimile quiddam & S. Auguſtinus lib. de grat. & liber. arbitr. *Qui vult facere Dei mandatum & non poteſt, iam quidem habet voluntatem bonam, ſed paruam & inualidam: pote-*

rit autem cùm magnam habuerit & robuſtam. Neuter tamen horum admirandorum Patrum Gratiam abdicat. aut minimè neceſſariam cenſet: ſicut enim ibidem B Auguſtinus, Deum orandum addit (quod dupl.ci præcedenti capite latius præſtiterat) *vt cooperando perficiat quod operando inceperat*: Sic etiam B. Chryſoſtomus antea ſcripſerat in Matthæum, εἰ δὲ βούλει καὶ τὸν τρόπον μαθεῖν, καὶ πῶς αὐτὸ ἀδύνατον γένοιτο δυνατόν, ἄκουε. οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτο εἶπε τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα, δυνατὰ παρὰ θεῷ, ἵνα ἀναπέσῃς, καὶ ὡς ἀδυνάτων ἀπόσχῃ· ἀλλ' ἵνα τὸ μέγεθος τοῦ κατορθώματος ἐννοήσας, ἐπιπηδήσῃς ῥᾳδίως, καὶ τὸν θεὸν παρακαλέσας συνεφάψασθαί σοι τῶν τοιούτων ἄθλων. Id eſt. Si velis autem & modum diſcere, quo impoſſibile, poſſibile reddatur audi. Non enim quæ apud homines impoſſibilia ſunt, apud Deum poſſibilia dixit, vt animo concidas, & tanquam ab impoſſibilibus deterrearis: verùm vt magnitudinem rei bene gerendæ intellexeris, faciliùs eam aggrediaris, DEVMQVE EXORES vt eius ope tanta præmia percipias.

S.Chryſoſt. ho. 64. in Matth vel 63 in Cod Angl.

VII.

Præceptis exequẽdis quoties vrgent, gratia ſemper præſtò eſt.

Præſens autem eſt illud gratiæ auxilium non quaſi creaturæ debitum, alioqui gratia non eſſet ſi deberetur: verum quia præceptum aliter ſtatui imponique non poteſt, ſtatui ſiquidem imponique non poteſt vllum à Deo præceptum quod non poſſibile ſiet: *Deus enim impoſſibilia non iubet*, ex S Auguſtino, *ſed iubendo monet & facere quod poſſis & petere quod non poſſi*: quibus verbis Synodus Tridentina ſoletter adiecit, *& adiuuat vt poſſis.* Conuenientiſſimè igitur Deus gratiam ſufficiẽtem præbet, quâ præcepta, vbi opus eſt, poſſibilia reddantur: idque debere dicendus eſt, non creaturæ quæ pœnam potius meretur quàm gratiam: ſed iuſtitiæ ſuæ: fidelitati quoque ac veracitati, ratione cuius dixit Apoſtolus *fidelis eſt Dominus, qui ſeruabit vos & cuſtodiet à malo*, quo loco vtitur S Hieron l 2. in Pelag: & addit, *ergo non liberi arbitrij poteſtate, ſed Dei clementiâ conſeruamur.* Deus ipſe apud Prophetam *quid debui vltra facere vineæ meæ & non fec.?* Hoc itaque ex hypotheſi præcepti à Deo impoſiti, neceſſariò cooritur: præclarè S. Leo. *Ideo dat præceptum Deu, vt excitet deſiderium, & præſtet auxilium.*

S.Hier. 2 in Pelag.

S.Leo ſer. 5. quadrag.

Theodorit in Eſ. 118.

CAPVT XVI.

Neceſſitas Gratiæ ad præcepta exſequenda in LEGE NATVRÆ ſtatuitur, ac primum in ſtatu naturæ integræ.

SVMMA CAPITIS.

I.

IN omni lege, arcana Gratiæ opera non ſecus ac externa potentiæ miracula exſtiterunt.

II.

In ſtatu naturæ integræ Adam Gratia opus habuit ad iuſtitiam ſupernaturalem retinendam, & ad illius actus exercendos.

III.

Præcepta merè naturalia quoad ſubſtantiam operis, in ſtatu naturæ integræ, abſque gratiâ propriè dictâ ſeruari potuerunt.

IV.

Præceptum Adæ datum quo modo ſupernaturale fuit.

I.

PLACVIT admodum illa mihi ſemper ſententia, in omni lege, ſub quâ homines eſſe, viuere, ac militare Deus iuſſit: Gratiam quoque diuinam affulſiſſe, ſed diſpari quidem illuſtratione; adeo vt in primâ rariùs atq; parciùs: in ſecundâ crebriùs eruperit: in tertiâ perpetuo veluti fluxu per omnia meare ac diffundi viſa ſit. Cuius hæc rei ratio eſt: quia Deus legum omnium auctor eſt, adeoque principis inſtar, præter ac ſupra legem ipſam agendi poteſtatem ſibi retinuit: vnde & omnem legem quibuſdam ſemper operibus ſibi propriis admirandis exorſus eſt, vt notat S. Chryſoſtomus homilia quadã in Matthæum καὶ γὰρ πανταχοῦ εἴ που τι ξένον γίνεται καὶ παράδοξον καὶ πολιτείας τινὸς εἰσαγωγή, σημεῖα ποιεῖν εἴωθεν ὁ θεός, ENEXYPA τῆς αὐτοῦ δυνάμεως παρέχων τοῖς τοὺς νόμους δέχεσθαι μέλλουσιν. οὕτω γοῦν ὅτε τὸν ἄνθρωπον ποιεῖν ἔμελλε, τὸν κόσμον ἔκτισεν ἅπαντα, καὶ τότε αὐτῷ τὸν νόμον ἐκεῖνον ἔδωκε τὸν ἐν τῷ παραδείσῳ. καὶ ὅτε τῷ Νῶε νομοθετεῖν ἔμελλε, πάλιν μεγάλα ἐπεδείξατο θαύματα, δι' ὧν ἅπασαν ἀνεστοιχείου τὴν κτίσιν, καὶ τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο πέλαγος ἐπ' ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον ἐποίει κρατεῖν, καὶ δι' ὧν ἐν τοσαύτῃ ζάλῃ τὸν δίκαιον ἐκεῖνον διέσωσε καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ δὲ πολλὰ σημεῖα παρέσχετο· οἷον τὴν νίκην ἐν τῷ πολέμῳ, τὴν πληγὴν τὴν κατὰ τοῦ Φαραώ, τὴν ἐκ τῶν κινδύνων ἀπαλλαγήν. καὶ Ἰουδαίοις νομοθετεῖν μέλλων, τὰ θαύματα ἐκεῖνα καὶ μεγάλα τεράστια, καὶ τότε τὸν νόμον ἔδωκεν, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα μέλλων ὑψηλήν τινα εἰσάγειν πολιτείαν. καὶ ἃ μηδέ ποτε ἤκουσαν λέγειν αὐτοῖς τῇ τῶν θαυμάτων ἐπιδείξει βεβαιοῖ τὰ λεγόμενα. Id eſt. Vetuſtiſſimo interprete Aniano: Quando nouum aliquid ac inopinatum fit, ac politiæ cuiuſdam introductio: Deus ſigna facere conſueuit, tanquam PIGNORA SVÆ POTENTIÆ præbens iis qui leges accepturi ſunt. Sic igitur cùm hominem facturus

In omni lege arcanæ gratiæ opera non ſecus ac externa potentiæ miracula exſtiterunt.

Chryſoſt. hom. 14. in Matth. 4. Edit. Anglic. to. 2.

Digitized by Google

eſſet, prius mundum creauit vniuerſum, ac tum demum facto homini legem in paradiſo dedit. Cum ſancto etiam Noë legem poſiturus eſſet, magna vtique mirabilia monſtrauit, per quæ inſtaurauit omnino creaturam, ac terribile illud Pelagus per annum certè integrum toto fecit orbe diffundi, iuſtumque illum in tantâ totius mundi tempeſtate ſeruauit. Abrahæ quoque multa ſigna legitur præſtitiſſe, vt claram illam de regum bello victoriam, vt inſignem quoque aduerſus Pharaonem plagam, vt cum variis illum periculis liberauit. Sed & Iudæis quidem quum legem daturus eſſet, priùs mirabilia illa & prodigia magna oſtẽdit ac tum demum iis præcepta legis impoſuit. Ita hîc quoque quum ſublimem quamdam viuendi introducturus eſſet diſciplinam, & quæ nunquam ab illis fuiſſent audita: auctoritatem præſtruxit claritate ſignorum. *Obtulerunt*, inquit, *et omnes male habentes*, &c. Appoſitè miracula illa legum inſtitutionem ac promulgationem antecedentia, facundus Doctor ἐνέχυρα τῆς δυνάμεως *potentiæ diuinæ pignora* vocauit, pignora nimirum non tam conſignata quam exteriùs edita & reſignata, potentiæ interiùs in animis hominum per arcana gratiæ miracula exercendæ.

II.

Lex autem naturæ prima orbem occupauit, & homini propoſita fuit ab ipsâ ſtatim creatione vt quæ cæteris congenita, hominum primo parenti concreata videretur: ea tamen propterea quod ſupernaturalem quoque hominis in gratiâ creati ſtatum ſibi coæuum experta eſt, legem quoque ad eumdem ſtatum pertinentem, quam TERTVLLIANVS LEGEM PRIMORDIALEM appellat, *In principio mundi Deus ipſi Adæ & Euæ legem dedit, ne de fructu arboris plantatæ in medio paradiſi ederent: quod ſi contra feciſſent morte morerentur. Quæ lex eis ſufficeret, ſi eſſet cuſtodita. In hac enim lege Adæ datâ, omnia præcepta condita recognoſcimus, quæ poſtea pullulauerant data per Moyſen: id eſt, diliges* Dominum *Deum tuum de toto corde tuo, & ex totâ animâ tuâ: &, Diliges proximum tibi tanquam te &, Non occides, non mæchaberis, falſum nõ teſtimoniũ dices. Honora Patrem tuum & Matrem, & alienum non concupiſces.* PRIMORDIALIS *enim lex data eſt Adæ & Euæ in Paradiſo quaſi* MATRIX *omnium præceptorum Dei*. Dixit quoque ad hunc ſenſum S. Gregor. Theologus Ἀδὰμ ἠξιώθη θεοῦ χειρὸς, καὶ παραδείσου τρυφῆς, καὶ πρώτης νομοθεσίας *Adam beneficè exceptus eſt Dei manu, Paradiſi deliciis & primæuâ legiſlatione*. Illa tamen præcepra nonniſi inuolutè, diſertè vero nequaquam in lege huiuſmodi contineri quum eo tempore neceſſaria non eſſent, monet BASILIVS Seleucienſis hom. de Adam. Ἀπὸ παντὸς ξύλου ἀκόλουθος ὁ νόμος τῷ χρόνῳ. πρόσφορα τῷ καιρῷ τὰ ἐντάλματα. ποῖον γὰρ ἂν νόμον ἥρμοσε, οὐ μὴ φονεύσεις, τίνα; καὶ διὰ τί; μὴ κλέψῃς, τὰ τίνος; οὐ μὴ μοιχεύσεις τὴν, τίνος; *De omni ligno &c. Conueniens lex tempori fuit: conuenientia tempori præcepta. Qualem enim legem accommodaret? Non occides quem, & cur? Non furaberis: cuiuſnam bona? Non mæchaberis: cum quâ aut cuius vxore?* Cum nempe ſoli mundum tenerent duo. Perſimilia Theodoritus habet lib. x. de prouidentiâ. Lex autem illa quanquam

Tertull. lib. contr. Iudæos init.

Greg. Naz. or 20

Baſil. Seleuc. ho. 3.

nihil aliud quam naturalis ac corporei cibi prohibiti ſpeciem præ ſe ferat, pomi, fructus, arboris; nihilominus tamen aliquid ſupernaturale in eâ reluxiſſe Theologi tenent, nomine ſcientiæ boni & mali deſignatum, tanquam proprij attributi diuini cuius curioſâ & ſuperbâ appetitione peccarit.

Certiſſimum denique eſt, in illo ſtatu quo Adam Gratiæ habitualis dono ornatus, fidei lumine illuſtratus, imo ſecundum Thomam in raptu ſeu exſtaſi ſaporis illius à Deo immiſſi, verbi reuelatione & fide potitus, ad extremum illectu artibuſque dæmonis tentatus eſt, gratiæ actualis auxiliis adiutum & opus habuiſſe reapſe. S. Auguſtinus in Enchiridio. *Iuſtitia retinendæ non ſufficiebat liberum arbitrium, niſi participatione immutabilis boni diuinum adiutorium præberetur.* Vererer tamen vt ne quis hæc verba de habituali gratiâ quam nonnulli loco cuiuſcumque auxilij in eo ſtatu ponũt explicaret. Clarius itaque ſeipſum exponit egregius Doctor, paulo poſt: *Vt ab eo teneretur via iuſtitiæ, parum erat velle, niſi ille, qui eum fecerat, adiuuaret.* Clariſſimè vero capite ſequenti Sic factus eſt homo rectus, vt & manere in eâ rectitudine poſſet, non ſine ADIVTORIO DIVINO. Similia ſcribit aliis locis ex quîs neceſſitas gratiæ auxiliatricis in eo ſtatu Innocentiæ naturæque integræ non obſcurè colligitur; *voluntatem rectam diuinitus adiuuari* debere teſtantibus, vt in Angelis ſic in homine etiam cum gratiâ creato.

V. S Chryſoſt. ho. 1. de prouid. — S. Tho. 2. 2. q. 2 a. 7. — S. Aug. Enchir. ca. 106. — Ib. cap. 107. — Lib. 11. de Gen. ad litt. c 4. lib 14 de ciu cap & de corrept & Grat. ca. 11. & Fulgent. de Angelis 2. ad Trasim.

At etiam Græcis Patribus eadem gratiæ ad id neceſſitas haud intacta: S. ATHANASIVS prolixo verborum contextu, quo primi felicitatem hominis deſcribit, cuius hæc ſumma eſt: Adamum habuiſſe τὴν τοῦ θεοῦ δεδωκότος χάριν καὶ τὴν ἐκ τοῦ πατρικοῦ λόγου δύναμιν *Gratiam à Deo largitore:* & potentiam à Verbo Patris, per quam ὑπεράνω τῶν αἰσθητῶν καὶ πάσης σωματικῆς φαντασίας γινόμενος, &c. τοῖς ἐν οὐρανοῖς θεία καὶ νοητὰ τῇ δυνάμει τοῦ νοῦ συνάπτεσθαι. *Supra ſenſibilia, ſupraque omnem corpoream ſimilitudinem euectus, ad ea quæ in cælo ſunt diuina & intelligibilia vi mentis adiungebatur.* Hæc omnia indicant profectò auxilium, quo primi parentes ſupra ſeipſos ac proinde ſupernaturalem in ſtatum cogitatione ac voluntate ſubuecti ſunt: atque ab eo defecerunt ſpontaneâ quadam ad inferiora & corporea deflexione, πλέον ἐπελάθοντο τῆς ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν παρὰ θεοῦ δυνάμεως *Demum obliti ſunt virium ſibi diuinitus ab initio conceſſarum:* locus integer perlegendus ac ſedulò recolendus. S. IOANNES Damaſcenus ex Theophili ad Autolycum lib ſec. & aliorum PP. doctrinâ, hominũ auctorem affirmat, τὴν ἐξουσίαν μένειν καὶ προκόπτειν ἐν τῷ ἀγαθῷ, τῇ θείᾳ συνεργουμένον χάριτι *habuiſſe poteſtatem permanendi & proficiendi in bono, modò gratia diuina cooperaretur.*

S. Athanaſ. orat. contr. Gent. — Damaſc. l. 2. de fi. de c. 12.

Quod intelligendum venit non ſolùm de præceptis ſupernaturalibus quoad ſubſtantiam: ſed etiam de naturalibus quoad ſubſtantiam & ſupernaturalibus quoad modum. S. THOMAS: *Mandata legis quoad modum agendi, vt ſcilicet ex charitate fiant, neque in ſtatu naturæ integræ, neque in ſtatu naturæ corruptæ poteſt homo abſque gratiâ implere: vnde Auguſtinus in lib. de corrept. & Gratiâ: cum dixiſſet quod ſine gratiâ nullum prorſus bonum homines faciunt, ſubdit: non ſolùm vt monſtrante ipſâ, quid faciendum ſit, ſciant: verùm*

S. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 4.

etiam vt præſtante ipſâ faciant cum dilectione quod ſciunt, indigent inſuper in vtroque ſtatu auxilio Dei mouentis ad præſtanda mandata.

III.

Præcepta naturalia in eo ſtatu naturæ integræ ſine gratia impleri poſſe.

Philipp. Gamacl. ad qu.109.cap.

Præcepta vero naturalia quoad ſubſtantiam operum & rectitudinem moralem in ſtatu naturæ integræ, multoque magis iuſtitiæ originalis abſque vlla gratiâ ſupernaturali propriéque dictâ, homo ſeruare potuit. Diſertè aſſerit S. Thomas: *homo*, inquit, *in ſtatu naturæ integræ potuit omnia præcepta legis implere, quantùm ad ſubſtantiam operum, alioquin homo non potuiſſet in ſtatu illo non peccare: cùm nihil aliud ſit peccare, quàm tranſgredi præcepta diuina.* Tota ratio petitur ab accuratâ proportione facultatis humanæ in illo ſtatu non ſolum cum vno vel altero virtutis actu, ſed etiam cum omnibus & cum perſeuerantiâ in iuſtitia morali. In illo quippe intellectus nulla ignoranriæ labe infuſcatus, nullâ perturbationum caligine obductus: liberum arbitrium ſanum atque validum: partis inferioris ſeu concupiſcentiæ nulla aduerſus ſuperiorem rebellio, nulli tentationum tumultus, ſeditio, motuſve: nullum animi vitium, nulla corporis infirmitas; vniuerſâ demum natura valens, vegeta, tranquilla, ſui compos, ſuique ſemper ſimilis: vt quid obiecto virtutis naturalis attingendo, actumque moralium in dies exercendorum functioni, vna cum ordinario Dei concurſu ad hominum prouidentiam ſpectante ſufficere minimè potuiſſet? Hæc omnia citra gratiam in primæuo hominis ſtatu aliquando agnoſcũt ac deſcribũt Græci Patres, tanquam ad ſtatum naturæ puræ, ſed integræ pertinentia. Clemens Alexandr. lib. IV. & VI. Stromatum, loco ſatis periculoſo de quo poſtea dicturi ſumus. B Gregorius Nyſſenus primi hominis dotes ad duas redigit, ad *imaginem* ἐν τῷ λογικῷ in ratione conſiſtentem: & *ad ſimilitudinem* ex virtutis exercitatione comparandam, ἐκ τῆς χρηστότητος ἀναλαβεῖν quanquam paulo poſt ſimilitudinem per Euangelium requirit: ſed in primo homine ſolius conſtitutionis naturalis meminit, quâ Deus per liberum arbitrium fecit nos δυνάμει ὁμοιωτικοὺς θεοῦ καὶ ἐργάτας τῆς πρὸς θεὸν ὁμοιώσεως poteſtatem habentes qui ſimiles Deo fieremus, eſſemuſque iſtius ſimilitudinis effectores: cuius rei rationem per virtutum & præceptorum moralium exempla illuſtrat.

S. Aug. 14. de ciuit. cap.10.

Clem. Alex. li.4. & lib.6. S. rom.

Greg. Nyſſ. orat 1. in faciam. hom.

IV.

Peccatum Adæ circa præceptum ſupernaturale.

S. Iren. l.3. cap.23

S. Aug. 14. de ciu. c.12.

Obiectio; quî factum igitur vt tam breui tempore primus Adam de terrâ terrenus, in præcepti impoſiti obſeruatione innoxius ſteterit? Alij enim Patrum, tres duntaxat horas Adamum peccati expertem vixiſſe: alij ſex ad ſummum volunt apud Cedrenum in compendio hiſtoriæ. Si minus ergo neceſſaria fuit ad commune & facile præceptum gratia, quale præ cæteris videtur à pomo abſtinendi, vt quid tam cito violatum? fuit autem præceptum iſtud, *breue ad memoria retinendum, leue ad obſeruandum*, ait S. Auguſtinus, vbi præſertim voluntati cupiditas non reſiſtebat, tanto maiori iniuſtitiâ violatum, quanto *faciliori poterat* obſeruantiâ cuſtodiri. Reſponderi forſan poſſet per plures etiam

annos vixiſſe Adamum in Paradiſo antequam peccatum illud maximum, quo ſumus omnes mortui, peccaret. Variis varia coniectatio eſt. Quidam enim ſeptem annos, alij Ss Patrum triginta & amplius quot in terris Chriſtus egit, alij quadraginta, alij vero centum annos Adamum à peccato immunem in Paradiſo vixiſſe putant apud eumdẽ Cedrenum ibidem, apud Cæſarium lib. 3. Dialogor. qu. cxxii. apud Moſem Barcepha lib. de Paradiſo parte 3. Verùm eſto eadem die peccarit: præceptum ab eo violatum non fuit plane naturale, ſed poſitiuũ: nec poſitiuum duntaxat in ordine naturæ & in ſerie moralium præceptorum, ſed adnexam habuit rationem aliquam præcepti ſupernaturalis, in ordine ad beatitudinem ſupernaturalem (quanquam id non placeat Procopio com ad cap. 2. Gen.) præcepti inquam, impoſiti, à Deo, tanquam ab auctore bonorum ſupernaturalium, per fidem cognito per ſpem amplectendo, per Charitatem diligendo: cuius triplicis virtutis Theologicæ & ſupernaturalis, cibus circa fructus vetiti abſtinentiam, per obedientiam virtutum matrem exhibendus eſſet. S. Aug. lib. 14. de ciu. c. 14. & lib. de Gen. ad lit. 8 c. 7. & 8.
B. AVGVSTINVS *Spontaneus fuit iſte defectus, quoniam ſi voluntas in amore ſuperioris immutabilis boni, à quo illuſtrabatur, vt videret: & accendebatur vt amaret, ſtabilis permaneret; non inde ad ſibi placendum auerteretur, & ex hoc tenebreſceret, & ex hoc frigeſceret, vt vel illa crederet verum dixiſſe ſerpentem, vel ille Dei mandato, vxoris præponeret voluntatem.* Theodoritus orat. περὶ ἀγάπης, exiſtimat Adæ præceptum adnexam Charitatis legem habuiſſe, erga Deum perfectiſſimæ, quâ eſſet φιλόθεος τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑπερφρονῶν, καὶ τὸ ἐρώμενον μόνον ὁρῶν, πάντων ὁμοῦ τὴν ἐκείνου προτιθέμενος θεραπείαν. ἐκεῖνα μόνα καὶ λέγων καὶ πράττων καὶ λογιζόμενος ἃ τῷ ἀγαπωμένῳ ἀρέσκει καὶ θεραπεύει, καὶ μυσαττόμενος ἅπαντα, ὅσα ἐκεῖνος ἀπαγορεύει. Ταύτης Ἀδὰμ τῆς ἀγάπης ὀλιγωρήσας καὶ περὶ τὸν εὐεργέτην ἀγνώμων γενόμενος, ἀκάνθας καὶ πόνους καὶ ταλαιπωρίας ἐδρέψατο τῆς ἀχαριστίας μισθόν. Dei amator, cætera omnia contemnens, ſolum quem amat intuens, eius cultum omnibus pariter anteponens; ea tantum agens, dicens ac cogitans, quæ dilecto placeant ac ſeruiant, multaque ab eo prohibita deteſtans Hanc charitatem cum Adam inſuper habuiſſet, erga benefactorem ingratus ſpinas, labores, calamitateſque pro ingratitudinis mercede retulit. Hæc ille Virtus autem Charitatis qualem Theodoritus deſcribit, omnibus numeris abſolutiſſimæ, procul dubio ſupernaturalis eſt: vnde patet præceptum illud ſaltem quoad modum operis fuiſſe ſupernaturale. Quapropter & S. Auguſtinus gratiæ adiutorium *ad retinendam iuſtitiam* Adæ neceſſarium fuiſſe docet in Enchiridio.

Theodor. to. 4. fin.

S. Aug. in Enchir. cap. 106. & 14. de ciu. c. 27.

CAPVT XVII.

Neceſſitas auxiliorum Gratiæ ad præcepta naturalia in lege ac ſtatu naturæ corruptæ exſequenda: Ex mente Græcorum PP. S. Auguſtini, S. Thom. ac Theologiæ Sorbonicæ.

SVMMA CAPITIS.

I.

PRæcepta legis omnia coniunctim, atque etiam difficilia ſeiunctim, Gratiam poſtulant.

II.

Gratia non ſolum ad omnes, ſed etiam ad ſingulos præceptorum difficiles actus neceſſaria ex Ezechielis loco tam à Græcis quam à Latinis PP. expoſito.

III.

Idem ex Pſalm. 118. vt exponitur à Theodorito & S. Auguſt.

IV.

Idem ex Euangelio, vt exponitur à S. Chryſoſt.

V.

Idem ex Apoſtoli doctrinâ iuxta S. Auguſt. & Chryſoſt.

I.

Scotus, Durandus, Gabriel.

S. Thom 1. 2. qu. 109 art. 4.

Philipp. Gamach. ad qu. 109. ca. 6.

TAMETSI veteres nonnulli Scholaſtici, humanam voluntatem tanquam peccato duntaxat extrinſece læſam ac debilitatem cauſſati, præceptis naturæ adhuc vt per ſe auût obsequi, liberum ac integrum habere opinati ſint; obtinuit nihilominus S. Thomæ ſententia. *In ſtatu naturæ corruptæ non poteſt homo implere omnia mandata diuina ſine gratiâ ſanante.* Quod eximij Doctoris acroama huncin modum Sorbonica Schola declarar. *Homo in ſtatu naturæ lapſæ poſt Adæ peccatum, in decliui naturæ corruptæ, non poteſt propriis viribus ſeruare præcepta omnia moralia abſque auxilio Gratiæ.* Quod contra Pelagij & Celeſtij errorem Ss Hieronymus & Auguſtinus ex ſacroſanctis ſcripturis luculentiſſimè demonſtrarunt. S. HIERONYMVS lib 1 & 2. contra Pelagianos. S. AVGVSTINVS lib. de Gratiâ & libero arbitrio. Quorum reſponſa Conciliorum etiam auctoritate ſancita ſunt. CARTHAGINENSE tertiũ canone v. fugæ Pelagianorum viam præcludens. *Quicumque dixerit gratiam ideo nobis dari, vt quod per liberum arbitrium facere iubemur, faciliùs implere poſſimus per gratiam, tanquam etiamſi gratia non daretur, non quidem facilè, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa implere diuina mandata, anathema ſit: de fructibus enim mandatorum Dominus, vbi non ait, ſine me difficiliùs poteſtis facere: ſed ait: ſine me nihil poteſtis facere.* Canonem hunc Græci linguâ ſuâ ornarunt, ac ſuum fecerunt in collectione illa numeroſâ Canonum cui Synodi Carthaginenſis titulum poſuerunt.

S. Hieron. 1. & 2. dialog. Critobul. & Att.

v. & Celeſtin. ep. ad ep. Gall.

Io. 15.

ἐν

ὅτι ἄνευ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, οὐδὲν δυνάμεθα πληρῶσαι. ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὅστις-δήποτε εἴποι, διὰ τοῦτο τὴν χάριν ἡμῖν τῆς δικαιοσύνης δίδοσθαι, ἵνα ὅπερ ποιεῖν διὰ τοῦ αὐτεξουσίου δυνάμεθα, εὐχερεστέρως πληρώσωμεν διὰ τῆς χάριτος· ὡς ἂν εἰ καὶ ἡ χάρις μὴ ἐδίδοτο, οὐκ εὐχερῶς μὲν ἀλλ' ὅμως καὶ δυνάμεθα ἄνευ ἐκείνης ἔτι μὴν πληρῶσαι τὰς θείας ἐντολάς· ἀνάθεμα εἴη. περὶ γὰρ τῶν καρπῶν τῶν ἐντολῶν ὁ κύριος ἐλάλει, ὅπου οὐκ εἶπε, χωρὶς ἐμοῦ δυσχερῶς δύνασθε ποιεῖν ἀλλ' εἶπε χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν. Accedit Concilium Tridentinum iiſdem ferè verbis ſeſſ. vi.

Synod Carthagin. Græc. can. 117. apud Zonar. apud Balſ. 114.

v. Epiſt. Concil. Carthag. ad Innoc. epiſt. 91. in epiſt. Aug. Concil. 6. ſeſſ. 6. can. 2.

II.

Quibus autem ſcripturæ teſtimoniis hanc gratiæ ad omnia coniunctim legis præcepta, atque etiam ſigillatim ad difficilia neceſſitatem comprobarunt, iiſdem & Græci. Agitur enim hîc non de vno vel altero, ſed de *omnibus iuſtitiæ præceptis*, vt ait B. AVGVST. l. de nat. & grat. cap. 16. & l. de Grat. Chriſti cap. 25. *deſinat Pelagius dicere, quod poſſumus* OMNE BONVM *facere dicere cogitare, illius eſt qui hoc poſſe donauit, quod verò bene vel agimus vel loquimur vel cogitamus noſtrum eſt.* B. Hieronymus ſolertiſſimè detexit ac refutauit cauillationem Pelagianam, quùm gratiam non ſolùm *ad omnes*, ſed etiam *ad ſingulos actus* neceſſariam conuicit, euicitque confertiſſimis ſcripturæ teſtimoniis: B. Auguſtinus ea pro ingenij ſui acumine ac ſolertiâ certiùs intorquet: Ex iis vnum aut alterum proponemus. Ezechielis cap. XXXVI. *Spiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam vt in iuſtificationibus meis ambuletis & iudicia mea obſeruetis.* Certum eſt, inquit S. Auguſtinus, *nos mandata ſeruare ſi volumus, Eccli. 15.* ſed quia præparatur voluntas à Domino ab illo petendum eſt vt tantùm velimus, quantum ſufficit vt volendo faciamus. Certum eſt nos velle cum volumus, ſed ille facit bonum de quo dictum eſt quod præparatur voluntas à Domino: de quo dictum eſt, A Domino greſſus hominis dirigentur & viam eius volet: de quo dictum eſt, Deus eſt qui operatur in vobis velle & operari. Certum eſt nos facere cùm facimus, ſed ille facit vt faciamus, præbendo vires efficaciſſimas voluntati, qui dixit, *faciam vt in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis & faciatis.*]

Gratia ad omnes & ſingulos præceptorum actus difficiles neceſſaria.

S. Hier. dial. 1. & 2. contra Pelag.

S. Aug. l. de grat. & lib. arb. ca. 16.

Pſal. 36.

Ezechiel. 36.

Eumdem Prophetæ locum, ποιήσω ἵνα ἐν τοῖς δικαιώμασί μου πορεύησθε, καὶ τὰ κρίματά μου φυλάξησθε καὶ ποιῆτε αὐτὰ *faciam vt in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & faciatis ea* ſic exponunt in diuini auxilij Gratiam, Patres, Græci. B. Chryſoſtomus, Iſidorus Peluſiota; THEODORITVS. καὶ ποιήσω ἵνα ἐν τοῖς δικαιώμασί μου πορεύησθε καὶ τὰ κρίματά μου φυλάσσησθε καὶ ποιῆτε αὐτά. τοῦτο δὲ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος ἴδιον· αὐτὴ γὰρ συνεργοῦσα τῷ ἡμετέρῳ αὐτεξουσίῳ κατορθοῦσθαι παρασκευάζει τὰ εἰρημένα. *Faciam vt faciatis ea*, &c. Hoc autem Spiritûs Gratiæ proprium eſt, quæ liberum arbitrium noſtrum adiuuans efficit vt rectè gerantur ea de quibus Propheta locutus eſt.] Simillimè. B. AVGVSTINVS de grat. & lib. arbitr. *Ne putentur nihil facere homines per liberum arbitrium ideo per ipſum Ezechielem dicitur: facite vobis cor nouum & ſpiritum nouū & facite omnia mandata mea. Meminerimus & ipſum dicere: dabo vobis cor nouum. Quomodo ergo quod dicit, facite vobis, hoc dicit dabo vobis? quare*

Theodorit. in cap. 36. Ezechiel. lib. 14

S. Auguſtin. lib. de Gr. & lib. arb. c. 15. Ezech. 18.

M

iubet, ſi ipſe daturus eſt? Quare dat ſi homo facturus eſt? niſi quia dat quod iubet, & adiuuat vt faciat cui iubet. Deinde adducit locum eiuſdem Prophetæ *faciamus vt faciatis.* Atque vt hoſce duos præclaros Auctores alternis audiamus, THEODORITVS ibidem. τὸ δώσω οὐδαμῶς τοῦ αὐτεξουσίου λυμαίνεται· θεὸς γὰρ οὐκ ἀναγκάσας ἀλλὰ πείσας δίδωσι ταῖς ψυχαῖς τὴν ἐπὶ κρείττω ῥοπὴν, ὡς αὐτὸς αἴτιος τούτου, δι' ὧν εἶπέ τε καὶ ἔδρασε, γεγονώς. Id eſt. Vox illa, dabo, nihil efficit libero arbitrio. Deus enim non inferens neceſſitatem, ſed perſuadens, dat animis inclinationem ſeu impetum ad meliora; quippe auctor huius rei, tùm iis quæ dixit, cùm iis quæ fecit, effectus.

Theodorit. lib. 14. in Ezech.

III.

ALTER SCRIPTVRÆ LOCVS, non tam locus eſt quam plurium congeries locorum Pſalmo CXVIII. qui totus eſt de obſeruatione legis diuinæ per Gratiam Dei. Vix eſt vt quocumque oculos in eum conijcias, vtrumque tibi non occurrat: *Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui: Inclina cor meum in teſtimonia tua.* B. AVGVSTINVS in enarratione. *Parum eſt, inquit, mihi voluntas mea, niſi in eo quod volui me ipſe deducas. Et certè ipſa eſt ſemita hæc eſt via mandatorum Dei, quam ſe dilatato ab illo corde ſuo iam cucurriſſe dixerat. Ideo diuinum auxilium, quo deducatur, inquirit, quia neque volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Denique quia & ipſum velle Deus operatur in omnibus bonis: præparatur enim voluntas à Domino: ſequitur & dicit, inclina cor meum in teſtimonia tua: quid eſt inclinatum cor ad aliquid habere niſi hoc velle?* Poſtea explicans alium verſum: *inclinaui cor meum: Ipſe iam dixerat,* inquit, *inclina cor meum in teſtimonia tua: vt intelligamus ſimul hoc eſſe & diuini muneris & propriæ voluntatis.*

Pſal. 118.

Rom. 9.

Sic etiam Theodoritus exponens ſuperiorem verſum, viam mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum. ἀμφοτέρων χρεία, καὶ τῆς ἡμετέρας προθυμίας καὶ τῆς τοῦ θεοῦ προμηθείας. οὔτε γὰρ ἡ θεία χάρις δίδοται τοῖς τὴν ἀγαθὴν οὐκ ἔχουσι προθυμίαν. οὔτε ἡ ἀνθρωπεία φύσις ἀρετὴν δύναται κατορθῶσαι δίχα τῆς ἄνωθεν βοηθείας. Id eſt. Vtroque opus eſt & noſtrâ alacritate & Dei præuio auxilio. Neque enim diuina gratia illam non habentibus bonam alacritatem datur: neque humana natura virtutem rectè exſequi poteſt abſque cæleſti auxilio.] Idem exponens verſum 113. *Legem tuam dilexi, adiutor & ſuſceptor meus es tu:* οὐ δίχα δὲ τοῦτο τῆς σῆς βοηθείας κατώρθωσα, ἀλλὰ τῆς σῆς ἀπολαύσας ῥοπῆς. Id eſt. Non abſque auxilio tuo hoc perfeci, ſed tuâ impulſione adiutus.]

Theodor. in Pſal. 118. v. 32.

IV.

TERTIVS SCRIPTVRÆ LOCVS, Matth. cap. XIX. cum dixiſſet Chriſtus, *difficilè diues intrabit in regnum cælorum. Iterum & dico vobis facilius eſt camelum per foramen acus tranſire quam diuitem in regnum cælorum intrare.* Diſcipuli mirantes dixerunt. *Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Accipiens autem Ieſus dixit illis. Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.* Agitur autem ibi de præcepto legis naturæ nempe diuitiis Dei gloriæ cum neceſſe eſt poſtponendis. Quanquam enim

Matth. 19. Mar. 10. & Lu. 18.

ibi primum eſſet ſermo de vocatione ad perfectionem Euangelicam ad quam Chriſtus hortabatur Adoleſcentem opulentum : attamen poſtea Chriſtus occaſione ab illius receſſu ſumptâ, loquitur de diuitum ſocordiâ quâ opibus per fas & nefas inhiant & ſalutis etiam oblatæ nullam rationem habent, legis præceptum aſſiduè violantes, *non concupiſces*, τὰ ἑτέρων λαμβάνοντες, *aliena bona capientes* vt notat S. Chryſoſtomus hom. lxiv. à quo auaritiæ vitio nemo præcipuè diuitum immunis eſſe poteſt abſque auxilio gratiæ diuinæ: quapropter ſubiungit B. Chryſoſtomus, οὐ διὰ τοῦτο εἶπε τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα δυνατὰ παρὰ θεῷ, ἵνα ἀναπέσῃς καὶ ὡς ἀδυνάτων ἀπόσχῃ. ἀλλ᾽ ἵνα τὸ μέγεθος τοῦ κατορθώματος ἐννοήσας ἐπιπηδήσῃς ῥᾳδίως καὶ τὸν θεὸν παρακαλέσῃς συνεφάψασθαί σοι τῶν τοιούτων ἄθλων καὶ τῆς ζωῆς ἐπιτύχῃς. *Non idcirco dicit, quæ apud Deum impoſſibilia ſunt, apud Deum eſſe poſſibilia vt tu excidas, & quaſi ab impoſſibilibus deterrearis: verum vt magnitudine Dei cognitâ, faciliùs aggrediaris, Deumque inuoces vt eius ope hæc præmia vitæ conſequaris.* Plura ibidem, quibus expoſitionem hanc confirmat.

Chryſoſt. ho. 6. vel 64. in Matth.

V.

Accedamus ad Apoſtolum, *magnum illum gratiæ* confeſſorem, præceptorem, prædicatorem vt vocat B. Auguſtinus. Is ergo locis pluri-mis quibus ſpiritum viuificantem opponit literæ occidenti 2. Cor 3. vetuſtati literæ ſpiritus nouitatem ib. c. 4. legi factorum legem fidei, Ro 3 & Gr. 3. iuſtitiæ quæ ex lege eſt, iuſtitia quæ eſt ex fide Phil. 3. declarat infirmitatem legis gratiâ minimè corroboratæ ad præceptorum ſuorum exſequutionem, non ſolum omnium, ſed etiam ſingulorum, quotieſcumque cum difficultate occurrunt, quâ de re præſertim intelligenda veniunt, quæ cap. vii. Epiſt. conqueritur ac ingemiſcit de quibus dicturi ſumus inferiùs, vbi de victoriâ tentationum cum S. Auguſtino aduerſus Pelagium. Idem agnoſcit atque profitetur S. Chryſoſtomus homil. xvi. ὁ νόμος τοῦτο ἐσπούδαζε δίκαιον ποιῆσαι τὸν ἄνθρωπον, ἠτόνει δὲ καὶ τὰ δέ. *Studebat lex hominem iuſtum reddere, ad hoc verò deficiebat, &c.*

S. Aug. de geſt. contra Pelag. c. 12.

S. Aug. ep. 89. & 106.

S. Chryſoſt. ho. 16. in Matth. cap. 5. Edit. Aug. to. 1.

CAPVT XVIII.

Gratia in legis naturæ ſtatu corrupto, reuera exhibita.

SVMMA CAPITIS.

I.

Gratiæ conceſſio ex præceptis impoſitis oſtenditur.

II.

Dupliciter gratia in lege naturæ data.

III.

Exemplo Niniuitarum barbarorum confirmatur ex S. Chryſoſtom. & Baſil. Seleuc.

I.

Antiphon. apud Ariſtot. cap. 1. Mechanic.

QVOD ille de arte apud philoſophum laudantem τέχνῃ κρατοῦμεν ὧν φύσει νικώμεθα, hoc multo potiori iure de gratiâ vſurpare poſſumus, gratiâ ſolâ ſuperamus ea quibus naturâ vincimur. Quamobrem ego certo certius id ſemper duxi, in quacumque lege nos ad aliqua præcepta Deus adegit, quæ ad executionem ſui gratiam omninò poſtularent, Deum nemini, quem iis obſtringi & parere voluerit, gratiam denegaſſe *Deus enim bonus & iuſtus eſt*: quæ ratio ſancti eſt Auguſtini; Deus in neceſſariis non deeſt, qui vt cum ſcripturâ loquamur, dat laſſo virtutem, manum ſuam ſupponit, magnificat facere nobiſcum, facere nos facit, aut certè vt faciamus non cogit, quia ipſe cognouit figmentum noſtrum & adiuuat infirmitatem noſtram. Sic igitur dico. Omnia Decalogi ſeu legis naturalis præcepta homines adultos in lege naturæ viuentes tanquam poſſibilia & iuſta ſemper obſtrinxerunt: atqui omnia illa præcepta coniunctim, adeoque vbi cum difficultate occurrũt, ſigillatim, poſſibilia non ſunt eo ſtatu citra gratiam, vt præcedenti capite oſtendimus: ergo gratia hominibus adultis ſub lege naturæ viuẽtibus ad præcepta illius implenda à Deo reuera conceſſa eſt Neque enim vitiatæ attritæque naturæ conditio aliter ad bonum arduum aſſurgere, mandatiſue vllis arctari aliter poteſt, vbi κακία τῆς φύσεως ἐπιχῆν νόμους *malitia naturæ leges profligauit*, vt ait B CHRYSOSTOMVS. Quamuis enim faciles & procliues actus ipſo naturæ velut genio motuque peragi poſſint vt oſtendit B. Baſilius, ita vt illud ὃ ἐκ φύσεως κατορθούμενον ἐκ φυσικῶν συντρέχει vocitet: nihilominus tamen difficilia in eodem ſtatu ſingulis pene momentis occurrunt quæ fruſtra ſine gratiâ vel tẽtes, vel ad vmbilicum ſperes perducere. De his ergo ſermo eſt, de his certa conſtanſque ſententia, cum in eo ſtatu innumera exſtiterint, gratiam queis fieri poſſent, cum ipsâ faciendi obligatione, non defuiſſe.

S. Auguſt. lib. de nat. & grat.

S. Chryſ. in Matth. hom. 87.

S Baſil in regul. fuſior. interr. 2.

II.

Quod vt pleniùs ac dilucidiùs intelligatur, duplicem hominum, qui in lege naturæ ſiue in Barbariſmo, vt vocat S. Epiphan. vixerunt, claſſem diſtinguimus: Primam eximiam, eorum ſcilicet, quibus aliqua Chriſti data notitia, ac proinde fidei copia facta eſt: aliam communem queis nulla præterquam legis naturalis, lux infulſit. Illis gratiam fidei comitem nemo vel ampliſſimam denegarit; quales ſcilicet commemorat S. ATHANASIVS hom. εἰς τοὺς ἁγίους πατέρας S. CHRYSOSTOMVS in Epiſt. ad Roman. & Concilium Arauſicanum *Abel iuſto, & Noë, & Abrahæ, & Iſaac, & Iacob & omni antiquorum Patrum multitudini, illam præclaram fidem, quam in ipſorum laude prædicat Apoſtolus Paulus, non per bonum naturæ, quod priùs in Adam datum fuerat, ſed per gratiam Dei credimus fuiſſe collatam*, aliorumque ſimilium vt Melchiſedecis, Iobi habitâ ratione. Theodoritus vocat gratiam lege antiquiorêm commentar. Ep. ad Rom. χάρις πρεσβυτέρα τοῦ νόμου. Qua ratione B. Chryſoſtomus homil. lxii. in Geneſ. Eccleſiam lege antiquiorem Zaræ comparat ante Phares manu protensâ Orienti, & reuera Zara oriens eſt: additque ἤρξαντο καθάπερ ὁ Ζαρὰ τὴν χεῖρα προτείνειν, ὁ Νῶε καὶ ὁ Ἀβραάμ, μᾶλλον δὲ πρὸ τοῦ Νῶε ὁ Ἄβελ καὶ ὁ Ἐνώχ, τῆς πρὸς τὸν θεὸν εὐαρεστήσεως πολλὴν ποιεῖσθαι λόγον. *Sicut Zara manum protulit, ſic Noë & Abraham, & ante Noë, Abel & Enoch cœperunt gratiæ Dei magnam habere rationem.*

Duplicitèr gratia in lege naturæ data.
S.Epiph. præfat. in hær.
Athan. to 2. ho. 4.
Chryſoſt. ho. 27. in ep. ad Rom.
Concil. Arauſic. ſec. can. 25.
Heb. 2.
Theodorit. in ep. ad Ro. to. 3.

His autem quos ad claſſem communem reducimus, gratiam quoque pro modulo ſufficientem, quoties ac quantùm occurrentis naturæ præcepti grauitas difficultaſque poſtulare viſa eſt, conceſſam arbitramur: nec enim aliàs præcepti exoluendi vim ac vinculum agnoſcere eſt, niſi quum, propter difficultates inſitas vel incidentes, gratiam exigit, ea parata ſit. Hoc iam antea ex Chryſoſtomo comprobauimus: Integer locus excerpendus ab initio homiliæ: Βασκανίᾳ κινηθεὶς ὁ Κάϊν ἐπὶ τὸν τοῦ ἀδελφοῦ φόνον ὥρμησε, καὶ μετὰ τὴν ἀνοσίαν ταύτην πρᾶξιν βουλομένου τοῦ θεοῦ ἐκκαλέσασθαι αὐτὸν εἰς ἐξομολόγησιν τῶν ἡμαρτημένων, οὐδὲ οὕτω τὸ φάρμακον τῆς ἰατρείας ἐδέξατο. ἀλλὰ τῷ μυσαρῷ ἐκείνῳ φόνῳ τὸ ψεῦδος συνάψας τὴν χαλεπὴν ἐκείνην τιμωρίαν ἐπεσπάσατο, καὶ γυμνὸν καὶ ἔρημον ἑαυτὸν κατέστησε τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς. Id eſt. Inuidia percitus Caïn fratris necem aggreſſus eſt, cumque poſt illam impiam actionem Deus illum prouocare vellet ad peccatorum confeſſionem, neque tamen is hoc pacto poculum ſalutare accepit, ſed huic cædi infandæ mendacium adiungens, grauem illam vltionem in ſe contraxit, ſeque nudum ac exortem gratiæ cæleſtis effecit.] τὴν ἄνωθεν ῥοπὴν more ſuo gratiam vocat quam paucis pòſt lineis τὴν παρὰ θεοῦ προστασίαν Dei præſidium appellat. Simile quid de incredulis ante diluuiũ hom. xxv quibus contrarium Noemi exemplum proponit ἡ τοῦ θεοῦ ῥοπὴ συνεφαπτομένη ἐνεύρου αὐτοῦ τὴν προθυμίαν. Id eſt. Gratia Dei adiuncta alacritatem ipſius corroborabat.

S.Chryſoſt. ho. 20. in Geneſ.

III.

Exemplo Niniuitarum confirmatur & Chryſoſt. & Baſil. Seleuc.

Vtramque hic implere paginam poſſet Niniuitarum exemplum quos in ſtatu naturæ corruptiſſimo vixiſſe quis negabit? præſertim vbi S. Chryſoſtomum de iis audierit hoc modo diſſerentem. τί τῶν Νινευιτῶν ἀλογώτερον, τί δὲ ἀνοητότερον; ἀλλ' ὅμως οὗτοι οἱ βάρβαροι καὶ ἀνόητοι, οἱ μηδενὸς μηδέποτε ἀκούσαντες φιλοσοφοῦντος, οἱ μηδέποτε παραγγέλματα τοιαῦτα λαβόντες, ἀκούσαντες, τοῦ Προφήτου λέγοντος, ἔτι τρεῖς ἡμέραι καὶ Νινευὶ καταστραφήσεται. Quid Niniuitis magis irrationabile, quid ſtultius? attamen iſti ſtulti, nullo vnquam Philoſopho audito, nullis imbuti præceptis intellectis Prophetæ verbis. Adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur, intra tres dies vitioſam conſuetudinem depoſuerunt, &c.] Quãtam vero gratiam à Deo perceperint, ex Pœnitentiæ ipſorum perfectione conijci poteſt, quam BASILIVS vulgò Seleucienſis, poſt Chryſoſtomum ſexcentis locis, mirifice extollit, hæc verba conſiderans, *& operiebantur ſaccis & fortiter* ἐκτενῶς *vel aſſiduè clamabant ad Deum, & conuerſus eſt vnuſquiſque à viâ ſuâ malâ.* ταῦτα τῆς ἀληθοῦς μετανοίας γνωρίσματα, πενθοῦσα ψυχὴ, δακρύοντες ὀφθαλμοὶ, μεταβολὴ πονηρίας, ἀσεβείας φυγὴ, σαρκὸς συντριβὴ, ψυχῆς συστολή, ἀδικίας ἀπαλλαγή. τούτοις ἁμαρτία καθαίρεται. τούτοις ἡ θεία ψῆφος παραχωρεῖν οὐκ αἰσχύνεται, καὶ λύει θεὸς τὴν ἀπόφασιν, καὶ μεταγράφει τὸν κίνδυνον. *Hæc veræ ſunt Pœnitentiæ argumenta, lugens anima, lacrymantes oculi, improbitatis mutatio, fuga impietatis, carnis contritio iniuſtitiæ derelictio. Hæc ſunt quibus expurgatur iniquitas, diuina ſententia retrocedere non erubeſcit: Deus ſoluit decretum, & periculum delet, &c.* Nec abſcedit S. AVGVSTINVS. Niniuitæ in hac vitâ egerunt pœnitentiam, & ideo fructuoſam velut in hoc agro ſeminantes, in quo Deus voluit cum lacrymis ſeminari, quod poſteà cum lætitia meteretur. Et tamen quis negabit quod Dominus prædixit in eis fuiſſe completum, niſi parum aduertat quemadmodum peccatores Deus non ſolùm iratus, verum etiam miſeratus euertat? Euertuntur enim peccatores duobus modis. aut ſicut Sodomitæ vt pro peccatis ſuis ipſi homines puniantur: aut ſicut Niniuitæ vt ipſa hominum peccata pœnitendo deſtruantur. Factum eſt ergo quod prædixit Deus. Euerſa eſt enim Niniue quæ mala erat, & bona ædificata eſt quæ non erat.] Hactenus S. Auguſtinus qui non obſcurè mutationem hanc, dexteræ excelſi, id eſt diuinæ gratiæ acceptam refert.

S.Chryſoſt.ho.5. & 22 ad pop. Antiochen.

Ioan. 3.

Baſil.Seleuc.ho.12.

S. Aug. 21. de Ciu. c.24.

CAPVT XIX.

In lege Moſaïcâ nihil Gratiæ repugnans à Deo datum factumve eſſe.

SVMMA CAPITIS.

I.

DVæ leges magnæ: Lex Moſis legem naturæ complectitur.

II.

Remouetur error de legis Moſaïcæ ad peccatum prouocandum inſtitutione.

III.

Lex non eſt data ad ruinam, ſed ad ſalutem, inquiunt SS. Patres.

IV.

Lex in auxilium data, ex ſcript. aiunt SS. Patres.

V.

Exponitur ab ijs locus Pauli: Lex ſubintrauit vt abundaret delictum.

I.

DVÆ mundi mutationes magnæ, inquit S. Gregorius, duæ leges nimirum poſitiuæ, duo Teſtamenta. δύο γεγόνασι μεταθέσεις βίου ἐπιφανεῖς ἐν τῷ παντὸς αἰῶνος, αἳ καὶ δύο διαθῆκαι καλοῦνται, καὶ σεισμοὶ γῆς διὰ τὸ τοῦ γράμματος περιβόητον· ἡ μὲν ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἐπὶ τὸν νόμον· ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ νόμου πρὸς τὸ εὐαγγέλιον. *Duæ ex omni æuo inſignes vitæ mutationes quæ & ob rei celebritatem, terræ motus appellantur: altera ab idololatria ad legem: altera à lege ad Euangelium.* Atque appoſitè quidem Theologus, mutationem priorem ab Idololatriæ ſtatu non verò à lege naturæ tanquam termino à quo factam docet: ſiquidem naturæ lex tantum abeſt vt per Moſaïcam legem abrogata ſit, quin potius in hanc tranſiit, tanquam anima & pars ipſius immortalis: vnde & digito Dei in tabulis exarata lapideis: duæ aliæ partes iudicialis & Cerimonialis in libro tantum legis ſcriptæ. Quum igitur ad legem naturalem obſeruandam gratiæ à Deo impertitum hominibus auxilium ſuperius oſtenderimus: legi ſanè Moſaïcæ præter ſimplicia & pauca illius præcepta, iudicialium & cerimonialium innumera capita complectenti multò magis idem gratiæ præſidium comparatum inde cuiuis innoteſcat. Verumtamen vt id liquidiùs conſtet auellendus imprimis ex animis quorumdam error, quo legem Moſaïcam à Deo impoſitam aſſerunt, ad peccata prouocanda & multiplicanda; atque ad eo ad homines perdendos, quò iuſtitiam ſuam exerceret ac manifeſtiùs exerceret, erga ſubditos huic legi, qui ea ſemel poſita à peccato abſtinere nulla ratione poſſent. Quibus ne accedant, videant, qui ſcribunt

Duæ mundi mutationes, duo fœdera.

S. Greg. Naz. orat. 37.

Heb. 12.

Ianſen. lib. 3. de grat. Chr. cap. 5. 7. & 8.

fuiſſe in lege veteri *Gratiam impedientem ſalutem & gratiam ſufficientem ad ſalutem lationi legis & ſcopo Dei capitaliter repugnaſſe.*

II.

Lex ad hoc per ſe data vt homines à peccato abſtinerét & deterrerentur.

Ertor quidem iſte diuinæ bonitatis & iuſtitiæ ſola cogitatione ſtrenuè refellitur; vt quod inſtituti tamen eſt noſtri perſequamur, quaſdam Ss. Patrum præſertim Græcorum propoſitiones huic è diametro repugnantes lectori ob oculos ponimus. *Prima hac eſto*: LEGIS DIVINÆ VETERIS SEV MOSAÏCÆ VERVS SCOPVS FVIT PECCATORVM PROHIBITIO ET SVPPRESSIO: id eſt lex data eſt à Deo ad hoc vt obſeruaretur, atque adeò vt eius obſeruatione, homines à malo declinarent, & ad bonum faciendum ſeſe applicarent. Hanc primam & legiſlatoris & legis intentionem haurire potuerunt ſancti Patres ex Moſis ipſius verbis; *Ponite corda veſtra in omnia verba quæ ego teſtificor vobis hodie: vt mandetis ea filijs veſtris cuſtodire & facere & implere vniuerſa quæ ſcripta ſunt legis huius: quia* NON INCASSVM *præcepta ſunt vobis, ſed vt ſinguli in eis viuerent.* Heb. quia ipſum vita veſtra lxx. ὅτι αὕτη ἡ ζωὴ ὑμῶν.

Deuter. c. 32.

S. Baſil. comm. in

S. BASILIVS in Pſalmos de veteri lege cum nouâ collatâ verba faciens Πανταχοῦ τοῦ αὐτοῦ σκοποῦ ἔχεται ὁ κύριος, προλαμβάνων τῶν ἁμαρτημάτων τὰ ἀποτελέσματα, καὶ ἐκ τῆς πρώτης ἀρχῆς ἐκτέμνων τὴν πονηρίαν· ὡς μὲν γὰρ ὁ μὲν παλαιὸς ἔλεγε νόμος οὐ μοιχεύσεις, ὁ δὲ κύριος οὐδὲ ἐπιθυμήσεις. Vbique Dominus eumdem habet SCOPVM: peccatorum effectus præcedens atque ab ipſo primum initio malitiam exſcindens. Vt enim vetus lex dixit: non mœchaberis, Dominus dixit ne concupiſces quidem. Multa hanc in rem S. AVGVSTINVS ad Simplicianum Epiſcopum Mediolanenſem, exponens illud Apoſtoli ad Rom. VII. *Lex ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum. Intelligendum eſt legem* AD HOC *datam eſſe non vt peccatum infereretur atque ſtirparetur, ſed tantum vt demonſtraretur, quo animam humanam quaſi de innocentiâ ſecuram ipſâ peccati demonſtratione ream faceret, vt quia peccatum ſine gratiâ Dei vinci non poſſet, ipſâ reatus ſollicitudine ad* PERCIPIENDAM GRATIAM *conuerteretur.* Hic ergo legis Scopus, peccati extinctio, non vero peccati multiplicatio. Plura in rem adeò claram ac diſtinctam cumulare omnino ſuperuacuum foret.

S. Auguſt. to. 4. q. 1. ad Simplic.

III.

Altera propoſitio Ss. Patrum, prædicto errori infenſa hæc eſt. LEX NON EST DATA AD NOXAM SEV RVINAM SED AD SALVTEM. Diſertiſſimè S. METHODIVS Origeniani dogmatis debellator acerrimus: apud Photium, in libro quodam expoſitionis locorum S. Pauli, ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ τοῦ θεοῦ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή· ὅτι μὴ ἐπὶ τὸ βλάψαι ἀλλ' ἐπὶ τὸ σῶσαι ἐδόθη· μὴ γὰρ οἰώμεθα ἀνωφελές τι ἢ βλαβερὸν ποιεῖν τὸν θεόν. Lex quidem ſancta & mandatum Dei ſanctum & iuſtum & bonum: non enim ad nocendum, ſed ad ſaluandum datum eſt. Nihil quippe inutile vel noxium à Deo proficiſci cenſemus.] Legendus S. Chryſoſtomus integrâ homiliâ in hæc verba Pauli, alterius ad Corinthios cap. IV.

In Biblioth. Photij Cod. 224.

To. 5. edit. Ducæi hom. 13.

Habentes

Habentes itaque eumdem ſpiritum fidei , &c. οὐ τυχὼν ἔπαινος τοῦ νόμου ὅτι τοὺς πρὸς κακίαν κατενεχθέντας ἠδυνήθη διὰ τῆς οἰκείας σφοδρότητος ἀπαλλάξαι τῆς πονηρίας, μαλάξαι τε καὶ ποιῆσαι καταπειθεῖς τῇ χάριτι καὶ πρὸς τὴν τῆς καινῆς ὁδηγῆσαι φιλοσοφίαν. Laus eſt legis minimè quidem vulgaris quod eos qui malitiâ premebantur auſteritate ſua ab improbitate liberare potuerit, eoſque emollire & gratiæ obſequentes reddere & ad Noui Teſtamenti Philoſophiam deducere]

IV.

Quin & alia præcedentem continuo aſſequitur propoſitio Ss. Patri Eſai. cap. 8. A. 10.
bus Græcis frequens ex Scripturæ verbis. LEX IN AVXILIVM DATA EST.
Vbi apud Eſaiam legimus *Ad legem* magis & ad teſtimonium , idque
propriùs ad Hebraïcam γλτνίασιν. lxx. legunt apud Patres Græcos νόμον
γὰρ εἰς βοήθειαν ἔδωκεν *legem enim in adiutorium dedit*. Quem locum ita le-
ctum de lege Euangelica interpretatur B. Cyrillus. Alex. nihilominus S. Cyril lib. 1. or. 5. in Eſ.
ipſe tamen , haud ſemel de lege veteri exponit vt infra poſt alios anti-
quiores videbimus. Præeat itaque B. Baſilius ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατα- S. Baſil. in Regul. fuſior. inter.
σοφισθέντα διὰ τοῦ ὄφεως καὶ καταπεσόντα εἰς τὴν ἁμαρτίαν καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας
εἰς τὸν θάνατον, καὶ τὰ τούτου ἄξια οὐ περιεῖδεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρῶτα νόμον ἔδω-
κεν εἰς βοήθειαν; Hominem à ſerpente deceptum atque in peccatum
prolapſum , & per peccatum in mortem & cætera quæ peccatum me-
rebatur, Deus non deſpexit: ſed ei primùm legem in auxilium dedit,
&c. S. Gregorius Theologus orat. ſec. in Paſcha de lege eadem anti- Greg. Naz. or. 42.
qui fœderis ſermonem habens δίδοται νόμος εἰς βοήθειαν οἷόν τι διάφραγμα χ-
σμα μέσον θεοῦ καὶ εἰδώλων, τῶν μὲν ἀπάγων ἡμᾶς, πρὸς δὲ τὸν ἐπανάγων. Lex
datur in auxilium, tanquam paries quidam intergerrinus inter Deum
& Idola, ab his quidem nos abducens, ad illum vero nos reuocans.]
S Chryſoſtomus hom. quadam ep. ad Epheſios. Φραγμὸς ὁ νόμος , ἀσ- Chryſoſt. ho. 5. ad Eph.
φαλείας ἕνεκεν, ἵνα περιφράττῃ νόμον εἰς βοήθειαν ἔδωκε *Lex eſt ſepes , ſecurita-
tis cauſſa , vt ſepiat , legem dedit in auxilium*. Nemo verò expreſſius idem
aſſeruit S. Cyrillo Alexandrino pleriſque locis : maximè verò de ado-
ratione. καταπλαγείη γὰρ ἄν τις τῆς εἰσάπαν ἀμαθίας τὸν Ἰσραήλ, οἳ συλλή- S. Cyril. li. de adorat. & hom. Paſch. 19.
πτορά τε καὶ ἀρωγὸν τὸν παρὰ θεοῦ δεξάμενοι νόμον καὶ τὸν δι᾽ αὐτοῦ φωτισμὸν πλου-
τήσαντες, εἶτα λόγου μηδενὸς ἀξιοῦντες τὸ χρῆμα, μήτε μὴν εἰς νοῦν καὶ καρ-
δίαν εἰσοικισάμενοι τὸ δοθὲν ἀνωφέλητοι μεμενήκασι. Summum Iſraëlis ſtu-
porem admirari licet, qui cum fautricem adiutricémque à Deo legem
accepiſſent, ac per eandem ampliſſimè illuſtrati eſſent, rem tantam
nullo loco habuerunt ; neque donum hoc in mentis & cordis domici-
lio collocauerunt, atque nullam ab ea vtilitatem perceperunt.] Idem
Commentario in Zachariam παρὰ τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτη τις ἦν ἠθῶν τε καὶ τρόπων
ἐξιτηλία, ὡς ὀλίγου μὲν ἀξιοῦσθαι λόγου καίτοι πρὸς ἐπικουρίαν αὐτοῖς δοθέντα S. Cyrill. in cap. 13. Zachar.
τὸν νόμον καὶ οὐκ αὐταρκῶς ἔχοντα πρὸς παιδαγωγίαν τὴν ἐπὶ τῷ χρῆναι βιοῦν
ὀρθῶς. Id eſt. Erat in Iſraele tanta morum fatuitas vt legem quamuis ad
auxilium ſibi datam nec ad inſtitutionem vitæ rectè ducendæ inſuffi-
cientem exigui ducerent] Vitanda eſt Pariſienſis etiam editionis ver
ſio ibidem, *Legem ad inſtitutionem vitæ in Chriſto probatæ non inſufficientem* Nota.

Pelagio enim fauet nec verbis Cyrilli apta eſt. Idem quippe Cyrillus in opere de adorat. & alibi oſtendit, quod veriſſimum, legem ſolam ſaluti pariendæ idoneam non fuiſſe. Sed hæc ſtatim: nunc admone-

S. Auguſt. lib. 3. ad Boniſac. c. 4.

mus S. Auguſtinum ab hoc in lege dato per Gratiam auxilio non diſſentire, imo & excandeſcere ob illatam à Pelagianis calumniam: *Quis Catholicus dicat quod nos dicere iactitant Spiritum Sanctum adiutorem virtutis in veteri teſtamento non fuiſſe?* &c.

V.

Exponitur duplex Apoſtoli locus contra legem ſpecie tenus militans. Com. c. 5. v. 20. Gal. 3.

Vt Fauſtus apud Auguſt. l. 15. cap. 8.

S. Auguſtin. in expoſit. propoſit. ad Rom. prop. 30. S. Chryſoſt. ho. 10. in Epiſt. ad Rom.

Contra hanc verò legis cum gratiâ in iuuando homine concordiam non deſunt qui beati locum Apoſtoli detorqueant ad Romanos ſcribentis *Lex autem ſubintrauit vt abundaret delictum.* Cui & ſimilis videtur alter eiuſdem ad Galatas *Lex propter tranſgreſſiones poſita eſt.* Accipit hoſce locos auidiſſime Geneuenſis Paradogmatiſtes & ſi quis cum eo ſentit: vt legem Gratiæ inimicam & peccati progenerandi cauſſam poſitam ſtatuat. Abſurdum & impium prorſus commentum: id enim de oſtenſione peccati non de irritatione ad peccandum exponendum eſt cum S. Auguſtino: aut de occaſione duntaxat ac euentu à lege poſita non vero ex intentione legis & Legiſlatoris, ſed ex malitia præuaricantium, vti bene ac ſapienter Græci Patres exponunt. Mirificè S. Chryſoſtomus τὸ, ἵνα ἐνταῦθα οὐκ αἰτιολογίας ἀλλ' ἐκβάσεώς ἐστιν· οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐδόθη ἵνα πλεονάσῃ, ἀλλ' ἐδόθη μὲν ὥστε μειῶσαι καὶ ἀνελεῖν τὸ παράπτωμα. ἐξέβη δὲ τοὐναντίον οὐ παρὰ τὴν τοῦ νόμου φύσιν ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν δεξαμένων ῥᾳθυμίαν. Id eſt. Hæc vox, Vt, hîc non adhibetur ad reddendam cauſſæ rationem, ſed euentûs. Non enim in hunc finem data eſt lex vt peccatum abundaret: ſed data eſt vt minueretur & tolleretur. Euenit autem contrarium non ex naturâ legis ſed ex eorum qui legem accepere, ſocordiâ.] Alio verò loco lex poſita dicitur *propter tranſgreſſiones*

S. Hier. lib. 2. in ep. ad Gal. Primaſ. in annotat. to. 1. Bibl. PP.

præteritas puniendas vt exponit S. Hieronymus: vel etiam futuras coercendas vt Primaſius: ſed quid ſi & ad præſentes augendas vt explicat B. Auguſtin. id ſanè nil eum ab Græcis interpretibus diuellit, cum de occaſione non de ſcopo, de euentu non de fine agatur, vt edocet S. Chryſoſtomus in prioris loci expoſitione; atque ex eo Oecumenius οὐκ αἰτιολογικῶς ἀλλὰ τὸ ἐξέβη δηλοῖ. Legendus idem aurei Doctor oris hom. xvi. in Matth. Lex ergo nil gratiæ repugnans ac inimicum in ſe complectitur ac licet eam ex opere operato viſque ſua non producat,

Gamach. ad qu. 98. 12. cap. 2.

non tamen eamdem Deo iuuante ex opere operantis excludit, vt in Schola Sorbonicâ philoſophatur Philippus Gamachæus Tractatu de legibus.

CAPVT XX.

Gratia tempore legis Moſaïcæ hominibus ſub eâ viuentibus reapſe conceſſa.

SVMMA CAPITIS.

I.

Lex Moſaïca abſque gratia ne quidem cognoſci poteſt quanto magis impleri?

II.

Multi legem ſeruarunt gratiæ auxilio, qui fidem explicatam habuerunt.

III.

Reliquis ad præcepta obſtrictis gratia quoque conceſſa.

IV.

Peccatoribus eam reſpuentibus minimè denegata.

V.

Lex vetus quomodo gratia veluti vacua S. Auguſtino & Patribus Græcis aliquando dicatur.

I.

LEgis diuinæ veteris eam eſſe præſtantiam Hebræus Philo prædicat, vt abſque numinis afflatu, quem Gratiæ deberi nemo non fatetur, ne quidem concipi poſſit. τὸ ἠθικὸν εὖ μάλα διαπονοῦσιν ἀλείπταις χρώμενοι τοῖς πατρίοις νόμοις, οὓς ἀμήχανον ἀνθρωπίνην ἐπινοῆσαι ψυχὴν ἄνευ κατοκωχῆς ἐνθέου. *Morali diſciplinæ valde incumbunt, Pædagogis vtentes legibus patriis quas impoſſibile eſt humanam mentem concipere abſque diuino afflatu* Quanto magis igitur harumce legum obſeruatio Gratiæ auxiliantis impulſum requiſiuerit, inde palam eſt quod in morum negotio, actio ipſa cognitione longè difficilior eſt. Philo. Heb lib. quod omn. prob. lib.

II.

Fuiſſe verò qui legem cuſtodierint, nec hiſtoriarum, nec Encomiorum, nec Euangeliorum ſacri libri nos ignorare ſinunt. Multi legem obſeruarunt gratiæ auxilio. Moyſes, qui & in hoc iuſtitiæ genere ſingulari laude dignus eſt, de Leuitis multis ita loquitur, *Hi cuſtodierunt eloquium tuum & pactum ſuum ſeruauerunt, iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Iſraël.* Deuter.33. Ioſue quoque, *non præterijt de vniuerſis mandatis ne vnum quidem verbum.* Ioſ.2. Reg.4. c.23. De Ioſiâ quid non teſtatur ſcriptura, *cui nec ante nec poſt eum Rex ſimilis fuit qui reuerteretur ad Dominum in omni corde ſuo & in tota anima ſua, & in vniuerſa virtute ſua iuxta omnem legem Moyſi.* Cæteros quid commemorem quos Panegyrico eximio Liber Eccleſiaſtici commẽdat, quorum hæc ſumma laus quod *in Teſtamentis ſteterunt*, id eſt legem perfectè obſeruarunt. Eccleſiaſt. cap. 44. & ſeq. Zacharias & Elizabeth *erant iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine querelâ.* De his & aliis quam-

S. Aug lib. 15. cont. Fauſt. & 3. ad Boniface 4. Greg Naz orat. de Maccab.

plurimis, quin Gratia Dei illuſtrati adiutique fuerint, dubitat nemo pie ſentiens: deque horum ſimilibus qui fidei explicitæ. In Chriſtum dono peculiari aucti non ſolum in lege veteri vixerunt, ſed *ad nouam quoque legem pertinuiſſe* dicuntur ab S. Auguſtino lib xv contra Fauſtum, & lib. 3 ad Bonifac. Antea dictum idem S. Greg. Nazianz. vt ſuperiùs obſeruauimus.

III.

Reliquis vtpote ad præcepta quoq; obſtrictis gratia conceſſa.

Greg. Naz. in Apolog.

Tert. in Marcion. lib. 2.

Cyrill. lib. in Ioan. edit. Par. p. 102.

Qui vero fidei tantum implicitæ in Chriſtum Mediatorem actum ediderunt, eos omnino Gratiæ munere fraudare non debemus. Nam & ij præceptis aliquando paruerunt, aut parere potuerunt ac debuerunt: νόμος βαρὺς δεσπότης *Lex durus herus*, &c. Ait S. Greg. Nazianz. Præcepta vero ſine gratiâ impleri poſſe negat S. Auguſtinus innumeris propemodum locis: idque certò certius. Gratiam igitur ad præceptorum executionem quibus niſi poſſibilia per gratiam reddantur obſtringi nemo poteſt, Iudæos percepiſſe certiſſimum eſt. Rectè TERTVLLIANVS *non poneretur Lex ei qui non haberet obſequium debitum legi in ſuâ poteſtate.* Ex quo concludit, id quod volumus, S Cyrillus Alexandrin. in Ioannem καὶ χάριν ἀνθρώποις καὶ ὁ νόμος ἐδίδου, καλῶν ὅλως εἰς θεογνωσίαν, καὶ τῆς τῶν εἰδώλων λατρείας ἐξέλκων τοὺς πεπλανημένους, καὶ προσέτι τοῦτο καὶ τὸ φαῦλον ἀποδεικνὺς καὶ διδάσκων τὸ ἀγαθόν, εἰ καὶ μὴ τελείως ἀλλὰ παιδαγωγικῶς καὶ χρησίμως. Id eſt. Lex etiam hominibus gratiam dabat ad agnitionem Dei illos vtique vocans & ab idolorum cultu deceptos abducens, ad hæc & quid malum eſſet indicans, quid bonum docens. ſi non perfectè, ſaltem Pædagogi more & cum fructu.] Similia B. Auguſtino tribuuntur lib. 3. ad Bonifacium.

S. Aug. li. 3. ad Bonifac. c. 1.

IV.

Probatur etiam ex iis qui gratiam ſufficientem in lege repudiarunt.

Id reuera conſtat non ſolum ex iis qui in veteri lege fructum ex oblatâ gratiâ perceperunt, ſed ex iis etiam qui ex eâ inſuper habitâ & repudiatâ culpantur, quaſi ſalutis ſuæ obliti diuinique ad eam parati & immiſſi auxilij contemptores. Infinitos prope locos qui in diſputatione de gratiâ ſufficiente afferri ſolent prætereo vt capiti quadrageſimo ſeptimo Eſaiæ vel vni inſiſtam. *Scio ego quod durus ſis & neruus ferreus collum tuum & frons tua ænea. Et annuntiaui tibi antiqua, & antequam venirent ſuper te, ea pateſeci tibi, &c.* Rurſus *Ego ſum Deus tuus qui docui te vt inuenires viam, in quâ ambulares. Quod ſi audiſſes verba mea, facta fuiſſet velut flumen pax tua*, &c. Quæ verba ſic elegantiſſima Paraphraſi Gratiam ſufficientem perſonante donauit S. Cyrillus νόμον σοι τέθεικα, φησὶ, τὸν πρακτέων τὸν ὁριστήν, τὸν ἀπευθύνοντα εἰδότα πρὸς πᾶν ὅτιπερ ἦν ἀρεστὸν ἐμοί, ποδηγὸν εἰς δικαιοσύνην, διδάσκαλον εὐσεβείας, εἰς εὐθεῖαν ὁδὸν ἀποφέροντα, δι' ἧς εἰ προσέχειν ἤθελες κατευθύνησας εἴσγε τὸ εὖ γνήσιος καὶ λάτρις ἀληθὴς καὶ τοῖς ἐξ ἀρετῆς αὐχήμασιν εὖ μάλα κατεστεμμένος. ἀλλ' ἔξω πεπλανημένος τῆς ἐπ' εὐθὺ καὶ ἀναζήτητον ἀνδεὶς ὥσπερ παρετράπης ἐφ' ἃ μὴ θέμις. Id eſt. Legem, inquit, poſui tibi rerum agendarum definitricem, quæ ad omnia mihi acceptiſſima dirigeret, ducem ad iuſtitiam, pietatis magiſtram, ad

S. Cyril. li. 4. in Eſai. or. 3.

rectam viam perducentem, ex cuius præſcripto agere ſi voluiſſes, eò pertigiſſes vt genuinus fieres veruſque adorator, & virtutum ornamentis coronatus. Tu vero extra ſemitam rectam & orbitâ relictâ ad eâ ad quæ nefas erat digreſſus es, &c.] Queis ex verbis gratiæ ad ſalutem ſufficientia oblata Iudæis præſidia & auxilia ſatis intelliguntur, ſed de his libro ſequenti.

V.

Faceſſere vero negotium videtur oppoſitio illa quam præ cæteris Auguſtinus. perſæpe inducit vtramque inter legem, quaſi lex Moſaïca Gratiæ vacua fuerit, lex autem Euangelica eiuſdem fœcunditate eidem præſtiterit. Quod ſane vt non ita capiendum eſt quaſi omnes qui in lege Euangelicâ viuunt eximiâ Gratia polleant & abundent, ita neque altero ſenſu vt omnes ſub Moſaïca lege qui vixerunt, gratiam nullâ vnquam ex parte eiuſque iuſtificationem perceperint. Nullum enim præteriiſſe tempus ſiue naturæ ſiue legis, in quo Deus res humanas ita deſeruerit, mediaque ad ſalutem neceſſaria non obtulerit, docet Baſilius vulgo Seleucienſis, κατημελεῖτο τῶν ἀνθρώπων ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ὁ θεός; οὐδαμῶς ὦ βέλτιστε, vt quid ergo legem veterem tanquam gratiâ & iuſtitiâ deſtitutam legi Euangelicæ ſancti Patres opponunt? Duabus potiſſimum de cauſſis: Audi:

Lex vetus quomodo gratiæ vacua dici SS. PP. videtur.

S. Baſil Seleuc. or. de Incarnat. 39.

Prima eſt quod lex vetus ex ſe, atque vt Patres loquuntur ex myſteriorum ſeu Sacramentorum ſuorum, legalium vulgò virtute & efficacia, nullam ſiue actualem ſiue habitualem gratiam & ſanctificationem animis infuderit. Sed eam, ſi quando acceperit, ex lege fidei anticipatâ, *non ex lege ſed ex fide iuſtitia*, inquit Paulus totis ad Romanos & Galatas Epiſtolis, qui & ad Hebræos legem ob hanc imperfectionem iuſtitiæ ſignificandæ ſolum non efficiendæ parem οὐκ ἄμεμπτον vocat. Vt igitur Lunæ corpus ſoli à quo tamen lucem fenerat, tanquam luce orbatum comparetur, ita lux vetus nouæ, cuius præcurrente fide & virtute illuſtrata eſt. Sic igitur ſexcentis penè locis S. AVGVSTINVS & præſertim libro de ſpiritu & literâ. S. Thomas *In circumciſione (* idem dici poteſt in lege vniuerſim) *conferebatur Gratia non ex virtute Circumciſionis, ſed ex virtute fidei paſſionis Chriſti, cuius ſignum erat Circumciſio: ita ſcilicet quod homo qui accipiebat Circumciſionem profitebatur ſe ſuſcipere talem fidem vel adultus pro ſe, vel alius pro paruulis: vnde & Apoſtolus dicit quod accepit ſignum circumciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei, quia ſcilicet iuſtitia erat ex fide ſignificata non ex Circumciſione ſignificante.* Hæc verba poſſunt aptari vniuerſæ legi: conſideratione cuius Paulus diſtinguit iuſtitiam quæ in lege à iuſtitiâ quæ ex lege eſt, Phil. 3.

S. Tho. 1. 2. q. 98. art. 1. & q. 107. ar. 2.

Phil. 3.

Hebr. c. 3.

Ezechiel. 20. vide Anaſtaſ. Sinait. q. 46.

S. Tho. 3. p. q. 70. art. 4.

Ro. 4.

At quis neget eodem ante & poſt Auguſtinum modo cenſuiſſe Patres Græcos? Vnum hic ego Chryſoſtomum interim ſiſto εἰ μήτε ὁ τῆς φύσεως ὤνησε νόμος, μήτε ὁ γραπτὸς ἐποίησέ τι πλέον, ἀλλ' ἀμφότεροι τοὺς οὐκ εἰς δέον αὐτοῖς χρησαμένους ἐβάρησαν καὶ μείζονος ἔδειξαν κολάσεως

S. Chryſ. ad Rom. hom. 7. & ho 62. in Gen. Heſy 5. de purit. cord. centur. ſec.

ὄντας ἀξίους, ἀναγκαία λοιπὸν ἡ διὰ τῆς χάριτος σωτηρία. Id eſt Si neque naturæ lex proficit, neque ſcripta lex quidquam maius effecit, ſed vtraque eos grauauit qui ipſa non bene vſi ſunt, atque maiori ſupplicio reddidit obnoxios: ſupereſt vt neceſſaria ſit per gratiam ſalus.] Ab Auguſtini vero tempore Sanctus Cyrillus in Eſaiam ὁ νόμος ὠρίσθη ὁ τῆς ἁμαρτίας παραδεικτικὸς, καὶ οἱονεὶ τῆς ἁπάντων ἀσθενείας ἔλεγχος· ἵνα ἐπειδὴ οὐκ οἶδε δικαιοῦν τοὺς ἡμαρτηκότας, κατακρίνει δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, λοιπὸν ἀναγκαίως εἰσφέρεται τῆς διὰ Χριστοῦ φιλοτιμίας ἡ χάρις δικαιοῦσα τὸν ἀσεβῆ. Id eſt. Dicta eſt lex peccati demonſtratrix, & infirmitatis omnium conuictio: vt quoniam iuſtificare peccatores non poterat, cum ipſos reuera condemnaret, reliquum eſſet neceſſariò vt induceretur Gratia quæ iuſtificat impium.] Hæc tamen & ſimilia non efficiunt toto legis tempore & complexu Gratiam hominibus ad eius obſeruationem aſtrictis fuiſſe denegatam, quin potius datam, ſed aliunde, comprobant: multo vero minus *Gratiæ collationem in veteri lege ſcopo Dei capitaliter repugnaſſe non affuiſſe hominibus ſub lege viuentibus gratiam ſufficientem ſeruandi legem vel vllum præceptum eius & ſtatum veteris Teſtamenti figuratiuum & propheticum non attuliſſe Iudæis Gratiam ſufficientem, ſed potius* IMPEDIENTEM. Qualia certe de veteri lege cuius Author idem qui & gratiæ eſt, nulli vel hæretici ſcribere vnquam auſi erant. At hæc ſatis ex ſuperioribus confutata. Addimus ſanctum Thomam de proſelytis agentem: *Gentiles perfectius & ſecurius ſalutem conſequebantur ſub obſeruantiis legis quam ſub ſolâ lege naturali, & ideo ad eas admittebantur.* In eo proprie γείτων ὁ νόμος τῇ χάριτι lex vicina Gratiæ eſt, vt ait Sanctus Gregorius Nyſſenus.

S Cyrill. lib. 3 in Eſ. to. 5. idem hom. Paſchal. p. 250. 290. 339. 347.

Ianſen. lib. 3. de Grat. Ch. c. 5. 7. 8.

S. Tho. 12. qu. 98. art. 5.

Greg. Nyſſ. or. in baptiſ. to. 2.

Digitized by Google

CAPVT XXI.

Vis et vbertas Gratiæ in lege nouâ.

SVMMA CAPITIS.

I.
Expenduntur Ioannis verba c. 1. Gratiam pro gratia.

II.
Pauli verba ad Rom. 5. de vi & copiâ Gratiæ.

III.
Potiſſimum comparatione veteris legis ex S. Chryſoſt.

I.

EXIMIORVM Theologorum diuinæ ſapientiæ interpretum verba de Gratiæ vi & copiâ Euangelicæ legis fœliciſſimis temporibus exuberante, contemplari primùm iuuat Ioannis Eu. cap. 1. incertum quidem vter Ioannes loquatur, at Deo auctore loqui, certiſſimum eſt, his vocibus ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος· ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. *De plenitudine eius omnes accepimus, & GRATIAM PRO GRATIA. Quia lex per Moyſem data eſt, Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Vti varias atque diſcrepantes loci huius expoſitiones ſilentio præterire neceſſe eſt, ſic vnam B. Chryſoſtomi plurimis ab eo ſcriptoribus probaram omittere nefas duco. τί ἐλάβομεν; χάριν ἀντὶ χάριτος, φησίν. ἀντὶ ποίας ποίαν; ἀντὶ τῆς παλαιᾶς τὴν καινήν. ὥσπερ γὰρ ἦν δικαιοσύνη καὶ δικαιοσύνη, πίστις καὶ πίστις, οὕτω χάρις καὶ χάρις· καὶ τὰ ἑξῆς. ἐπήγαγε καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος δηλῶν ὅτι χάριτι καὶ Ἰουδαῖοι ἐσώζοντο· οὐ γὰρ διὰ τὸ πολυπληθεῖν ὑμᾶς φησιν, ἀλλὰ διὰ τοὺς πατέρας ὑμῶν ἐξελεξάμην. εἰ τοίνυν οὐκ ἐξ οἰκείων κατορθωμάτων ἐξελέγησαν παρὰ θεοῦ· δῆλον ὅτι χάριτι ταύτης ἔτυχον τῆς τιμῆς. καὶ ἡμεῖς δὲ χάριτι πάντες ἐσώθημεν, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ πολλῷ μείζοσι καὶ ὑψηλοτέροις. οὐ τοίνυν τοιαύτη ἡ καθ' ἡμᾶς χάρις. οὐδὲ γὰρ δὴ μόνον ἁμαρτημάτων συγχώρησις ἡμῖν ἐδόθη, ἐπεὶ κατὰ τοῦτο κοινὰ ἔχομεν ἐκείνοις· πάντες γὰρ ἥμαρτον. ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς καὶ υἱοθεσία, πνεύματος χάρις λαμπροτέρα πολλῷ καὶ δαψιλεστέρα. Id eſt. Quid accepimus? Gratiã pro gratia, inquit qualẽ pro quali? pro vetere nouã. ſicut enim duplex eſt iuſtitia & duplex fides (de fide in fidem Ro. 1.) Sic duplex gratia, &c. Addidit, & Gratiam pro Gratia, ſignificans & per Gratiam Iudæos fuiſſe ſaluatos: non enim quia multiplicati eſtis, ait, ſed propter Patres veſtros ego vos elegi. Nam qui non proprijs meritis à Deo electi ſunt, perſpicuum eſt eos & ex gratia hunc honorem conſecutos. Nos quoque per

gratiam omnes ſalui facti ſumus, ſed non perinde, nec iiſdem rebus, ſed longe maioribus ac excelſioribus. Non enim hæc nobis duntaxat Gratia obtigit nec ſola nobis peccatorum remiſſio conceſſa eſt, quam cum illis communem habemus, quia omnes peccauerunt: ſed iuſtitia, ſanctificatio, adoptio, Spiritus ſancti gratia longè VEHEMENTIOR AC VBERIOR] S. Cyrillus his veſtigiis totus inſiſtit duplicem Gratiam χάριν εὐαγγελικὴν καὶ χάριν νομικὴν Gratiam Euangelicam & Gratiam legalem diſtinguens, huic vero τὸ πλέον ἐν δόξῃ *abundantiam gloriæ* cum Apoſtolo tribuens.

Lib. 1. in Ioan. c. 10.

2. Cor. 3.

II.

Pauli verba ad Ro. 5. de vi & copia gratiæ.

Rom. cap. 5. v. 20.

Diuinus Apoſtolus in Epiſtolâ ad Romanos duobus verbis gratiæ in Euangelica lege vbertim circumfluentis vim & copiam explicat ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. *Superabundauit Gratia.* Quod verbi genus Paulinum eſt, nec vſquam alibi in ſacris aut prophanis quò eam quam ante memorauerat, τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης περισσείαν *abundantiam Gratiæ & doni Iuſtitiæ* exprimeret magnificétiùs circúloqui nemo poſſe videretur. Theophylactus poſt Chryſoſt. οὐκ εἶπεν ἐπερίσσευσεν ἀλλ' ὑπερεπερίσσευσεν. τὸ ἄμετρον αὐτῆς δηλῶν *non dixit abundauit, ſed ſuperabundauit, copiam ipſius indicans.* In quem ſenſum incumbit & S. Auguſtinus lib. 3. ad Bonifacium. S. Cyrillus in Iſaiam. Baſilius vulgò Seleucienſis, alijque paſſim.

Ib. v. 17.

S. Aug. 3. ad Bonif. S. Cyrill lib. 4 in Eſai. Baſil. Seleuc or. 39.

III.

Ex veteris legis comparatione S. Chryſ. & alii.

S. Chryſoſt. ho. 16. in Matth.

Frequens hæc Chryſoſtomo diuinæ Gratiæ in lege nouâ vbertim ſalientis laudatio, quam eiuſdem in lege veteri conceſſæ modulo ſic attemperat, ad verba Chriſti: *niſi iuſtitia veſtra abundauerit pluſquam Scribarum & Phariſæorum* Matth. v. vbi non de quibuſuis Phariſæis, ſed de legem ſeruantibus ſermonem eſſe ait: ὅρα δὲ πῶς ἐνταῦθα συνίστησι τὴν παλαιὰν, σύγκρισιν ποιούμενος ταύτης πρὸς ἐκείνην. ὥσπερ δείκνυσιν ὁμόφυλον οὖσαν καὶ συγγενῆ. τὸ γὰρ πλέον καὶ ἔλαττον τοῦ αὐτοῦ γένους ἐστίν. οὐ τοίνυν διαβάλλει τὴν παλαιὰν, ἀλλ' ἐπιτεῖναι αὐτὴν βούλεται. καὶ πῶς, φησιν, εἰ τοιαύτη ἐστὶν, εἰς τὴν βασιλείαν οὐκ εἰσάγει νῦν; οὐκ εἰσάγει τοὺς μετὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν πολιτευομένους, ἅτε δὴ πλείονος ἀπολελαυκότας δυνάμεως καὶ μείζονα ὀφείλοντας ἀγωνίζεσθαι. ἐπεὶ τούς γε αὐτῆς τροφίμους εἰσάγει ἅπαντας. καὶ γὰρ πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν καὶ τὰ ἑξ. ὅτι δὲ νῦν πλείων ἡ παρὰ τοῦ πνεύματος δύναμις εἰκότως ἀπαιτεῖ καὶ μείζονα τὰ κατορθώματα. Id eſt Vide autem quomodo hîc vetus teſtamentum commendat, hoc nouum cum illo comparans: quomodo illud eiuſdem velut tribus & cognationis eſſe oſtendit. Maius enim & minus ad idem genus pertinent Non igitur vetus culpat, ſed augeſcere vult. Et quomodo, inquis, ſi lex vetus talis eſt, ad Regnum nunc non introducit? Ita eſt, modo non introducit poſt Chriſti aduentum viuentes, vt pote qui maiori efficaciâ potiantur, proindeque maiora obire debeant certamina. Cæterum ſui temporis alumnos omnes in regnum introduxit. Multi enim ab Oriente & Occidente venient, &c. Nunc vero maior ſpiritûs vis maiores gratias

poſtulat

poſtulat, &c.] Plura ibidem. Eamdem cauſſam Chriſti præſentis attigerunt Latini Patres. TERTVLLIANVS *in primis cum Judæis ſanctæ voces præminarentur, eædem ſemper omnes ingerebant fore uti ſub extimis curriculis ſæculi, ex omni iam gente & populo & loco cultores ſibi allegeret Deus multò fideliores, in quos* GRATIAM *transferret, pleniorem quidem ob diſciplinæ Auctoris capacitatem. Huius igitur gratiæ diſciplinæque arbiter & Magiſter, illuminator atque deductor generis humani Filius Dei annuntiabatur.* Sed in re tam dilucidâ & exploratâ non eſt pertinacius inſudandum. Tertull. Apologet. Edit. Rigald. p. 20.

CAPVT XXII.

Mereri vitam æternam ſine gratiâ nemo poteſt ad artic. v. S. Thomæ qu. cix.

SVMMA CAPITIS.

I.
Tractatur ratio S. Thomæ cum dictis Clem. Alex.
II.
Tractatur locus Apoſtoli: Gratia Dei vita æterna Ro. 6.
III.
Altera ratio S. Gregorij Nyſſeni.
IV.
Ex reſponſo Chriſti à S. Chryſoſt. expoſito.

I.

OPEROSA non eſt huius demonſtratio veritatis quam ſimplicibus verbis S. Doctor ita confirmat. Nullus actus excedit proportionem Principij actiui. Igitur quum vita æterna ſit finis excedens proportionem naturæ, exigitur altior virtus, ſcilicet virtus gratiæ ad opera vitæ æternæ meritoria producenda.] Eamobrem Clemens Alexandrinus vbi ſpem aliquam æternæ poſt mortem vitæ purioribus Philoſophis affulſiſſe docuit, redit ad illa ſcripturæ λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ *non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Non eſt autem abutendum eiuſdem auctoris verbis ὁ θεὸς ἡμᾶς ἐξ ἡμῶν βούλεται σώζεσθαι *Deus nos ex nobismetipſis vult ſaluari.* Hæc enim habet non vt Gratiæ motum excludat, ſed vt liberi quoque arbitrij actionem includat: de qua ſtatim, αὐτὴ ψυχῆς φύσις ἐξ ἑαυτῆς ὁρμᾶν hæc eſt animæ natura vt ex ſeipſa moueatur. Omnes autem ſciunt Græcos Philoſophos liberum arbitrium per τὸ αὐτοκίνητον intelligere.

S. Tho. 1. 2. q. 109. a. 5. & de verit. qu. 24 art. 14. & 2. ſent. d. 28.

Clem. Alex. ſtrom. 4.

Ad Rom. 8.

Clem. Alex. lib. 6. ſtrom.

Plato in Phædone

II.

Ad Rom. 6.
S. Aug. lib. de grat. & liber. arb. cap. 9.

Altera probatio S. Thomæ deſumpta eſt ex verbis Apoſtoli epiſt. ad Roman. *Gratia Dei vita æterna, quod ideo dicitur vt intelligeremus Deum ad vitam æternam pro ſuâ miſeratione nos perducere*, vt ait gloſſa ex S. Auguſtino, cuius verba integra ſic habent: *Cum poſſet Apoſtolus dicere & rectè dicere, ſicut dixerat: ſtipendium peccati mors, ſtipendium autem iuſtitiæ vita æterna, vt hinc intelligeremus non pro meritis noſtris Deum nos ad æternam vitam, ſed pro ſuâ miſeratione perducere.* Totum id S. Chryſoſtomus pari actus ſpiritu iam ſcripſerat εἰπὼν ὀψώνια ἁμαρτίας, ἐπὶ τῶν χρηστῶν οὐ τὴν αὐτὴν ἐτήρησε τάξιν. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ μισθὸς τῶν κατορθωμάτων ὑμῶν, ἀλλὰ τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ· δεικνὺς ὅτι οὐκ οἴκοθεν ἀπηλλάγησαν, οὐδὲ ὀφειλὴν ἀπέλαβον, οὐδὲ ἀμοιβὴν καὶ ἀντίδοσιν πόνων· ἀλλὰ χάριτι ταῦτα πάντα ἐγένετο. Id eſt. Peccati ſtipendia cum nominaſſet: de bonis loquens non eumdem ordinem ſeruauit: neque enim dixit, merces rectè factorum à vobis, ſed Gratia Dei, ſignificans quod non ex propria virtute liberati eſſent, neque rem ſibi debitam recepiſſent, neque retributionem, neque remunerationem laborum: ſed quod omnia ex gratia profecta fuerint.]

S. Chryſoſt. ho. 12. ad Ro.

Theodorit. in cap. 6. ad Rom.

Theodoritus Cyrenſis aptiſſimè ſuccinit. τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ ζωὴ αἰώνιος· ἐνταῦθα οὐκ ἔφη μισθὸν, ἀλλὰ χάρισμα· θεοῦ γὰρ δῶρον ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος. κἂν γὰρ τὴν ἄκραν τις κατορθώσῃ δικαιοσύνην, οὐκ ἀνταλλάττεται τοῖς προσκαίροις πόνοις τὰ αἰώνια ἀγαθά. Id eſt Hoc in loco non dicit mercedem, ſed gratiam. Vita enim æterna donum Dei eſt. Etſi enim ſummam quis iuſtitiam præſtiterit, æternorum bonorum labores temporanei pondus non æquant.] Nemo abſque talentis negotiatur, talenta autem illa quæ vitæ æternæ poſſint ἀντιταλαντεύεσθαι, ſolus dat paterfamilias Deus Matth. xxv.

III.

Greg. Nyſſ or. 1. de beatit. to. 1.

Hoc ipſum aliunde ex humanæ naturæ variis ac perpetuis paſſionibus obnoxiâ conditione deducit S. Gregorius Nyſſenus οὐκ ἔστι δυνατὸν πάντη τὴν ἐμπαθῆ ζωὴν ὁμοιωθῆναι πρὸς τὴν τῶν παθῶν ἀνεπίδεκτον φύσιν. εἰ οὖν μόνον τὸ θεῖον μακάριον, καθὼς ὁ Ἀπόστολος ὀνομάζει· ἡ δὲ τοῦ μακαρισμοῦ κοινωνία τοῖς ἀνθρώποις διὰ τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἐστὶν ὁμοιώσεως· ἡ δὲ μίμησις ἄπορος. ἄρα ἀνέφικτός ἐστιν ἡ μακαριότης ἀνθρωπίνῃ ζωῇ. Id eſt. Poſſibile non eſt vt vita perturbationibus obnoxia naturæ perturbationibus minimè obnoxiæ ſimilis fiat. Sin igitur Deus ſolus beatus eſt, vt Apoſtolus nominat, beatitudinis vero communio à Dei imitatione pendeat: imitatio vero ſit impoſſibilis. Igitur & impoſſibile eſt humanæ vitæ vt beatitudinem attingat.] Quæ omnia quamuis ad Phyſicam beatæ vitæ acquirendæ facultatem per ſe in primis ſpectent, facilè etiam ad moralem & meritoriam trahi poſſunt.

IV.

Ex reſponſo Chriſti.
Matth. cap. 19. v. 14 & Luc. 18.

Aptiſſima ſunt huic propoſito verba Chriſti ad ſciſcitantes diſcipulos, *Domine quis poteſt ergo ſaluari? impoſſibilia apud homines, poſſibilia ſunt*

Digitized by Google

apud Deum. Ad ſpem & opem diuinæ Gratiæ confugiendum eſt, dicendumque cum S. Petro *ſed per Gratiam Domini Ieſu Chriſti credimus.* S. Chryſoſtomus οὐ διὰ τοῦτο εἶπε τὰ παρ' ἀνθρώποις ἀδύνατα δυνατὰ παρὰ θεῷ ἵνα ἀναπίσῃς καὶ ὡς ἀδυνάτων ἀποσχῇ. ἀλλ' ἵνα τὸ μέγεθος τοῦ κατορθώματος συνοήσας ἐπιπηδήσῃς ῥᾳδίως καὶ τὸν θεὸν παρακαλέσῃς συνεφάψασθαί σοι τῶν τοιούτων ἄθλων καὶ τῆς ζωῆς ἐπιτύχῃς. Id eſt. Non ideo dixit hominibus impoſſibilia Deo poſſibilia eſſe vt animo concidas & tanquam ab impoſſibilibus deterrearis: ſed vt rei gerendæ magnitudine conceptâ, facilius aggrediaris Deumque inuoces vt ea tibi præmia det percipere vitamque conſequi.]

Act. cap. 15.

Chryſ. in Matth. hom. 64.

CAPVT XXIII.

Præparatio ad Gratiam abſque Gratiæ auxilio impoſſibilis S. Thom. 12. qu. 109. art. 6.

SVMMA CAPITIS.

I.

OStenditur ex loco Apoſtoli, non ſumus ſufficientes, &c. *S. Aug. & Chryſ.*

II.

Ex loco Ierem. 10. & Pſ. 76. S. Auguſt. & Chryſoſt.

III.

Ex *loco Prouerb. 8 præparatur voluntas à Domino,* S. *Aug. & Iſidor. Peluſ.*

IV.

Ex verbis Chriſti Ioan. 6. explicat. S. *Aug. & Chryſoſt.*

V.

Ex Apoſtolo cum expoſit. S. Baſilij & S. Auguſt.

VI.

Diluitur obiectio ex Prouerb. 16. hominis eſt animam præparare.

I.

TANTA ſublimitas eſt Gratiæ ſupra naturam præſertim peccati pondere depreſſam vt ad illius acceſſum nulla huic plane ſpes, nulla vis & facultas inſideat. Quocirca commune Theologorum placitum eſt: Nullus eſt naturæ ſtatus in quo ſe homo ad Gratiam ſiue habitualem ſiue actualẽ, ſiue primâ ſiue ſecundâ; ſiue cũ merito de condiguo ſiue congruo, ſiue proximè ſiue etiam remotè, ſiue phyſicè ſeu moraliter, abſque Gratiæ auxilio poſitiuè præparare poſſit. Homo enim præparatur ad Deo fruendum per habitualem Gratiam: ad ipſum vero gratiæ habitualis donum per auxilium gratuitum Dei vt per motionem primi mouentis & ad ſe vt ad finem ſpecialem conuertentis, ait S. Thomas. Omnis enim eiuſmodi præparatio vel minima, ab aliquâ cogitatione ortum ducat vel in ea conſiſtat, neceſſe eſt: atqui ex Apoſtolo, οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ'

S. Tho. 12. qu. 109. a. 6.

ἑαυτῶν λογίσασθαί τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν. ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ θεοῦ. *Loquitur de fiduciâ per Chriſtum ad Deum: Non quod ſufficientes ſimus à nobis cogitare aliquid tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Quo ex loco S. AVGVSTINVS libro de Gratia Chriſti & Concilium Arauſicanum, *Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod quod ad ſalutem pertinet vitæ æternæ, cogitare vt expedit, aut eligere, ſiue ſalutari id eſt Euangelicæ prædicationi conſentire poſſe affirmat, abſque illuminatione & inſpiratione Spiritus Sancti, qui dat omnibus ſuauitatem conſentiendo & credendo veritati, hæretico fallitur ſpiritu non intelligente vocem Dei in Euangelio dicentis: Sine me nihil poteſtis facere: & illud Apoſtoli, non quod idonei ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Idem ex S. Cypriano lib. de bono perſeuerantiæ cap. VII.

S. Aug. l. de grat. Chr. c. 16.
Concil. Arauſic. cap v. 1. Trid. ſeſſ. 6 cap 5. & 6.
Ioan. 15.
1. Cor. 3.

Neque obſcurius profectò neque minus quidquam ex eodem loco collegit. S. CHRYSOSTOMVS ad ea verba τοῦτ' ἔστιν οὐχ οὕτως εἶπον, πεποίθησιν ἔχομεν, ὡς τὸ μὲν ἡμέτερον ὂν τὸ δὲ τοῦ θεοῦ· ἀλλὰ τὸ πᾶν αὐτῷ ἀνατίθημι. Id eſt. Hoc eſt non ita dixi, fiduciam habemus, quaſi aliud ſit noſtrum, aliud ſit Dei: ſed totum ipſi adſcribo.] Quid verò gratius ac officioſius pro Gratia dici queat? Hanc vniuerſalem Chryſoſtomi propoſitionem eò ſpectans potiſſimum adduxi, vt ab iniquiſſima quorumdam calumniâ potius quam cenſurâ, de quâ ſtatim ſumus dicturi vindicaretur.

II.

Sed idipſum ex anterioribus ſcripturæ locis quò à SS. Patribus tractantur, relegere iuuat. Frequens in ore ſancti Auguſtini, eſt illud vatis Ieremiæ *Scio Domine quia non eſt hominis via eius nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos.* S. Auguſtinus legit, *non eſt in homine via eius*, id eſt, in hominis poteſtate nec eſt vt ambulare incipiat, ac pergat, nec vt profectionem ſuam dirigat vt rectè vertit πορείας κατορθῶσαι, Theodoriti interpres. Legenda eſt homilia S. Chryſoſtomi in hunc locum in eos qui eo abutuntur contra liberum arbitrium vbi cum incolumi libertate τὴν τοῦ θεοῦ ῥοπὴν Dei motum ac impulſum coniungit. Lege.

Ierem. c. 10. v. 23.
S. Aug. lib. 1. de peccat. mer. & rem. c. 17.
Chryſoſto. hom. in verb. Hierem. to. 3. Glat.

Eumdem in modum iam cecinerat Pſaltes diuinus *& dixi nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelſi.* Aptiſſimè B. AVGVSTINVS. *Cum dixiſſet nunc cœpi: non ait hæc mutatio arbitrij mei: ſed, dexteræ excelſi.* Sic Græci Patres qui iuxta Græcum interpretem legerunt ἠρξάμην cœpi, ex Hebræo חלותי *Chiloithi cœpi*, pro quo legitur חלותי *Challothi ægritudo ſeu infirmitas mei*, quomodo reddiderat Aquila ἀῤῥωστία μου Theodotion ὠδῖνες. Quia & alioquin ipſis initiis adeſſe ſolet infirmitas ac ægritudo quædã. Conſtans verò & apud Græcos & Latinos Patres lectio *nunc cœpi*: quò & trahi poteſt verſus ſequens *Memor ſum ab initio mirabilium tuorum*, id eſt, *mirabilium ab initio* vt exponunt & doctiores Rabbinorum, & Theodoritus τὰ ἐξ ἀρχῆς εἰς ἡμᾶς γεγενημένα: quæ licet ad literam de miraculis Dei exterioribus in populum Iſraëlis prolata ſint, commodiſſimè tamen ad ἀρχὴν τῆς παιδείας τῆς ψυχῆς *initium eruditionis animæ* quæ ex gratia eſt, referri poſſunt, quod fecit idem Theodoritus.

Pſal. 76.
S. Aug. lib. 1. ad Bonif. c. vlt.

III.

Non parum hanc veritatem communit locus Prouerbiorum, *præparatur voluntas à Domino.* Quem auidiſſimè ſemper arripuit B. Auguſtinus, conſtantiſſimè retinuit, eumque ſæpe ſæpius Pelagianis obiecit. In Enchiridio *ipſa voluntas, ſicut ſcriptum eſt à Deo præparatur. Reſtat vt propterea rectè dictum intelligatur, non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, vt totum Deo detur qui hominis voluntatem & præparat ad iuuandam & adiuuat præparatam.* Legatur idem lib. ſec. ad Bonifacium cap. 9. & epiſt cvii. necnon Concilium Arauſicanum can. iv. Proſper de vocat. Gent. lib. ſec. c. x & epiſt. ad Rufin.

Prou. cap. 8. v. 35.
S. Aug. Enchir. c. 36
Rom. 9.
Lib. 4. ad Bonif. c. 6 & lib de grat. & liber. arb c. 16.

GRÆCO interpreti, (qui licet vllus ex lxx. non ſit quum ij librum Parabolarum Salomonis non tranſtulerint, iure tamen inter Patres recenſeri poteſt) hæc gratia tribuenda eſt, qui vbi legimus ſecundum Hebraicas voces & Theodotionem *Qui me inuenerit, inueniet vitam: & hauriet ſalutem à Domino,* habet. αἱ ἔξοδοί μου ἔξοδοι ζωῆς, καὶ ἑτοιμάζεται θέλησις παρὰ κυρίου *egreſſiones meæ egreſſiones vitæ &* PRÆPARATVR VOLVNTAS *à Domino.* Quem locum expreſſiùs tractatum apud Græcos P. . etſi non legerim, eorum tamen ſententiâ illuſtrari poſſe ſcio quæ ab Iſidoro Peluſiothâ ad Heronem Scholaſticum ita ſcribitur ἡ πολλὴ ἡμῖν ῥοπὴ παρὰ τῆς θείας προνοίας, τοὺς μὴ βουλομένους προτρέπουσα, τοὺς βουλομένους καὶ πάντα ποιοῦντας καὶ πραγματευομένους πάντα. εἰς τὴν τῶν κατορθωμάτων ἀνοίσει τὴν κορυφήν Id eſt. Vis à diuinâ prouidentiâ nobis adueniens, quæ nos etiam non volentes excitat, volentes & omnia præſtantes ac ſollicitè agentes, omnino ad ipſum præclarè factorum ſubuehet faſtigium.]

Prou. 8. v. 35.
Iſid. Peluſ. lib. 4. ep. 171.

IV.

Quartus adduci poteſt in huius præſidium veritatis locus ex verbis Chriſti, *Nemo poteſt venire ad me niſi Pater meus traxerit eum.* Quibus verbis vt omnis Pelagio non ſolum *de actu,* ſed etiam *de poſſibilitate* veniendi cauillãdi eripiatur occaſio, nõ dicit Chriſtus tantũ *Nemo venit* ſed *nemo venire poteſt ſuis nempe viribus & ſuo labore* ait S. Hieron. in Pelagian. S. AVGVSTINVS ad Bonifacium *Non iam mihi obluctatur, ſed illi qui clamat, nemo poteſt venire ad me niſi Pater qui miſit me* TRAXERIT *eum. Non enim ait* DVXERIT, *vt illic aliquomodo intelligamus præcedere voluntatem. Quis trahitur ſi iam volebat? Et tamen nemo venit niſi velit. Trahitur ergo miris modis vt* VELIT AB ILLO *qui nouit intus in ipſis hominum cordibus operari, non vt homines, quod fieri non poteſt, nolentes credant, ſed vt volentes ex nolentibus fiant.*]

Ioan. cap. 6.
Hier. l. 3. in Pelag.
S. Aug l. 1. ad Bon. c. 19. l. de grat & lib. arb. c. 5. & ep. 107, ad vitalem.

S. CHRYSOSTOMVS, viam præiuerat paucis aduerſus Manichæos verbis. ἐπιπηδῶσι Μανιχαῖοι λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἐφ' ἡμῖν κεῖται. ὅθεν μάλιστα βεβαιοῦσι κυρίως ὄντας τῆς γνώμης. εἰ γάρ τις ἔρχεται πρὸς αὐτόν φασι, τί δεῖ τῆς ἕλξεως; ὃ καὶ αὐτὸ οὐ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐμφαίνει ἡμᾶς βοηθείας δεομένους, οὐ τὸν τυχόντα ἐρχόμενον ἀλλὰ τὸν πολλῆς ἀπολαύοντα συμμαχίας. Vulgata Franciſci Aretini verſio non ſatis fida hoc loco. Sic igitur

Chryſoſt. hom. 45. in Ioan. vel 46. edit. Anglic. to. 2.

vertas.] Inſultant Manichæi dicentes nihil noſtri eſſe arbitrij. Quod maximè nos illius dominos eſſe confirmat Si enim quis ad eum venit, inquiunt illi, quid opus eum trahi? At hoc ipſum libertatem non tollit, ſed potius diuino auxilio nos indigere oſtendit, nec quemlibet paſſim venire, ſed eum qui multo gratiæ adiutorio præditus ſit.] Anglicana editio habet καὶ αἰνίττεται ἐνταῦθα οὐ τὸν ἄκοντα ἐρχόμενον. Id eſt. *Et hic ſignificat non inuitò venientem*, &c.

V.

Rom. 11. Gemina B. Pauli ſententia huc aduocanda eſt. *Quis prior dedit Deo & retribuetur ei?* Quæ quidem Eſaiæ capiti xl. aſſuta, à vetuſtis & codicibus & auctoribus non agnoſcitur. Iobi potius xl. reddenda erat. Paulus iterum

1. Cor. c. 4. *Quid habes quod non accepiſti?* Nullum igitur initium, nulla diſpoſitio, aut contentio noſtra eſt, ita vt à Dei Gratiâ non ſit. Plurimi facit illam S. Cypriani ſententiam, NOSTRVM NIHIL EST B. AVGVSTINVS.

S. Cyprian. lib. 3. teſtimo. ad Quirin. S. Aug. l. 4 ad Bon. c. 8. & 9. *Sanctus Epiſcopus & glorioſiſſimus Martyr Cyprianus ad Quirinum in quo opere ſe Pelagius vult eius imitatorem videri ait in libro tertio, in nullo gloriandum quando noſtrum nihil ſit. Cui propoſito diuina teſtimonia ſubiungens, inter cætera poſuit Apoſtolicum illud quo iſtorum maximè ora claudenda ſunt.*

1. Cor. 4. *Quid enim habes quod non accepiſti? Nec propoſitum bonum, nec ſtudium virtutis, nec mentes bonas ſine gratiâ Dei incipere & eſſe in hominibus confitetur cum dicit in nullo gloriandum quando noſtrum nihil ſit.*

Baſil. ho. de humil. to. 1. S. BASILIVS homilia περὶ ταπεινοφροσύνης eumdem Apoſtoli locum tractans ἐνταῦθα τὸ ἀπόλωλε πᾶν ὕψος ὑπερηφανίας. οὐδὲν ὑπολέλειπταί σοι πρὸς ἀλαζονείαν ὦ ἄνθρωπε. τί οὖν ἐπαίρῃς, εἰπέ μοι, σαυτὸν ὡς ἐπὶ καλοῖς ἰδίοις, ἀντὶ τοῦ χάριν ἐπὶ τοῖς δώροις ὁμολογεῖν τῷ δεδωκότι; τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών; οὐ σὺ θεὸν ἔγνως διὰ δικαιοσύνης, ἀλλὰ θεός σε διὰ χρηστότητα ἔγνω. Hic excidit omnis ſublimitas ſuperbiæ, nihil tibi ad arrogantiam, ô homo, relictum eſt. Quid te ipſum extollis; dic mihi, tanquam pro bonis propriis, cum eorum potius largitori gratias agere debeas? Quid enim habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti quid gloriaris quaſi non acceperis? Non tibi Deus propter iuſtitiam tuam innotuit, ſed tu Deo propter ipſius bonitatem] & poſtea addit. τὸ μὴ συνιέναι ὅτι χάριτος τετύχηκας ἀλλ' ἴδιον ποιεῖν κατόρθωμα τὴν χάριν, ὑπερβολὴ τῆς ἀναισθησίας. Id eſt. Exceſſus eſt ſtupiditatis non intelligere ſe gratiâ affectum, ſed propriæ virtuti id

S. Chryſoſt. ho. 19. in ep. ad Rom. quod gratiæ eſt arrogare.] B. CHRYSOSTOMVS ὁ θεὸς ἀεὶ κατάρχει τῶν εὐεργεσιῶν *Deus ſemper prior eſt in beneficiis*: ſemper id eſt tam in ordine

Idem hom. 11. in 1. Cor. naturæ quàm in ordine gratiæ. Idem in cap. iv. primæ ad Corinthios Epiſtolæ luculentiſſimè θῶμεν ὅτι καὶ ἄξιος ἐπαίνων εἶ, καὶ ἔχεις ὄντως τὸ χάρισμα, οὐδὲν οἴκοθεν ἔχεις, ἀλλὰ παρὰ τοῦ θεοῦ λαβών. οὐκοῦν λαβὼν ἔχεις, οὐχὶ τόδε καὶ τόδε ἀλλὰ πάντα ὅσα ἔχεις. οὐ γὰρ τὰ κατορθώματα ταῦτα, ἀλλὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος οὐ σὸν ἐστὶ τὸ δῶρον ἀλλὰ τοῦ δεδωκότος. Id eſt. Ponamus te etiam dignum eſſe qui lauderis, teque reipsâ gratiam habere: nihil ex propriis habes, ſed à Deo acceptum. Igitur acceptum habes non hoc vel illud donum, ſed omnia quæcumque habes. Non enim

ſunt hæc bona opera tua, ſed Gratiæ Dei. Non eſt tuum quod datum eſt, ſed eius qui dedit.] Et poſtea, οὐδὲν ὑμῶν ἐστιν nihil veſtrum eſt.] Quid ſimilius verbis Cypriani? quid Auguſtini?

VI.

Iam verò tempus vt ad ea quæ pro errore Pelagianorum de præparatione ex meritis noſtris citra Gratiam proponi poſſunt, explicanda, viam muniamus. Salomon dixit, *Hominis eſt animam præparare & Domini gubernare linguam.* Iterum. *Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus eius.* Verſus prior ſic habet apud Græcum Interpretem καρδία ἀνδρὸς λογιζέσθω δίκαια, ἵνα ὑπὸ τοῦ θεοῦ διορθωθῇ τὰ διαβήματα αὐτοῦ. *Cor viri cogitet iuſta, vt à Deo dirigantur greſſus eius.* In alio codice ſub Aſteriſco τῷ ἀνθρώπῳ προθέσεις καρδίας, καὶ παρὰ κυρίου ἀπόκρισις γλώσσης. *Homini applicationes cordis & à Domino reſponſa linguæ.* Prou.16.v.1. & v.9

Hinc ſcilicet Pelagiani primâm hominis ad bene operandum cogitationem & voluntatem, ab ipſius naturæ viribus ſecluſo Dei inſpirantis & mouentis auxilio accerſere conabantur: contra quos egregiè S AVGVSTINVS *Nimirum quod ſcriptum eſt, Hominis eſt præparare cor & à Domino reſponſio linguæ, non bene intelligendo falluntur, vt exiſtiment cor præparare, hoc eſt bonum inchoare ſine adiutorio Gratiæ Dei, ad hominem pertinere. Abſit vt ſic intelligant filÿ promiſſionis: tanquam cum audierint Dominum dicentem ſine me nihil poteſtis facere: quaſi conuincant eum dicentes, ecce idonei ſumus ex nobiſmetipſis præparare cor, ac per hoc & boni aliquid cogitare. Quis enim poteſt bona cogitatione ad bonum, cor præparare? Abſit vt ſic intelligant niſi ſuperbi arbitrÿ ſui defenſores, & fidei Catholicæ deſertores. Ideo quippe ſcriptum eſt, hominis eſt præparare cor & à Domino reſponſio linguæ: quia homo præparat cor, non tamen ſine adiutorio Dei qui tangit cor. Homo præparat cor, in reſponſione autem linguæ, id eſt in eo quòd præparato cordi lingua diuina reſpondet, nihil operis habet homo, ſed totum eſt à Domino Deo. Nam ſicut dictum eſt, hominis eſt præparare cor, & à Domino reſponſio linguæ: ita etiam dictum eſt aperies & adimplebo illud. Quamuis enim niſi adiuuante illo ſine quo nihil poſſumus facere, os non poſſumus aperire, tamen nos aperimus illius adiumento & opere noſtro: implet autem illud Dominus ſine opere noſtro. Nam quid eſt præparare cor & os aperire niſi voluntatem parare? & tamen in eiſdem literis legitur. Præparatur voluntas à Domino. Et, labia mea aperies. Ecce Dominus admonet vt præparamus voluntatem in eo quod legimus, hominis eſt præparare cor, & tamen vt hoc faciat homo adiuuat Deus, quia præparatur voluntas à Domino, & aperit os ita iubendo, vt nemo poſſit niſi ipſe faciat adiuuando, &c.* S. Auguſt. lib. 2. ad Boniſac. cap. 8. Prou. 16. Ioan. 15. Pſal. 80. Prou. 8. Pſal. 50.

Eodem planè ſenſu loquitur S. BASILIVS com. in Eſaiam ἡ ψυχὴ ἑαυτὴν ἑτοιμάζει πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῶν διδαγμάτων τοῦ πνεύματος, Anima ſeipſam præparat ad ſuſceptionem doctrinæ Spirritûs. B. EPHREM vt à Voſſio redditur. *Gratia Dei ſemper corda noſtra viſitat, & ſi locum ſibi paratum inuenerit, ingreditur. Sed ſi cor immundum inuenerit, illicò recedit. Verumtamen cor noſtrum dulcedine luminis ſui pulſat, vt reſipiſcat & intromittatur ipſa vt ſic lucis dulcedine allectus homo ipſam inquirat: nequis enim penitus nos gratia deſerere, &c.* Et poſtea, *quando vult gratia, mentem tenebris circumfuſam colluſtrat.* S. Baſil. in c. 1. Eſ. B. Ephrem. de compunct. ſer. 1.

CAPVT XXIV.

De vulgari illo effato, FACIENTI QVOD IN SE EST, DEVS NON DENEGAT GRATIAM. *Nec non de mente S. Chryſoſtomi circa initium ſalutis et præparationis ad Gratiam.*

SVMMA CAPITIS.

I.

E*Ffatum illud non Scholaſticorum tantum ſed etiam Patrum eſt.*

II.

Diſpoſitio ad Gratiam ex naturæ ſtatu vel operibus ſine gratiâ an ex doctrinâ PP. *Græcorum?*

III.

Diſpoſitio eiuſmodi ad Gratiam ſine gratiâ nulla eſt tam ex mente Græcorum Patrum, quam S. Auguſt. & S. Thomæ.

IV.

Eadem mens Græcorum PP.

V.

Loci S. Chryſoſtomi proponuntur & declarantur.

VI.

Actiones morales ad fidem diſponentes ſunt à gratiâ ex mente SS. Patrum. Vbi & de operibus Cornely Act. 10.

I.

S. Tho. 12. qu. 109. ar. 6. Lib. 1. de Grat. Ch. c. 5. & l. 9. c. 25.

NIHIL crebrius in Theologorum Scholis circumſonat ea propoſitione, FACIENTI QVOD IN SE EST DEVS NON DENEGAT GRATIAM, quam licet nullo diſcrimine adhibito repudiet ac velut exſibilet nouus Theologorum Ariſtarchus, certè probè vt decet intellectam, multo pluris feci, ex quo eam non ſolum S. Thomæ omnibuſque ab eo Scholaſticis, ſed etiam Patribus olim vſitatam deprehendi: quod mihi aliud indaganti apud Iſidorum Peluſiotam, qui Magnorum Theologorum Baſilij, Gregorij & Chryſoſtomi ſtudioſiſſimus cultor fuit, feliciter occurrit. ὁ μὲν ἀρετὴν ἀσκῶν δίκαιος ἂν εἴη καὶ τὴν θείαν εἰς βοήθειαν ἐπικαλέσασθαι ῥοπήν. ὁ δὲ μηδ᾽ ὅλως φροντίζων ἀρετῆς, οὐδ᾽ ἂν κληθὲν ἐπήκοον ἕξει τὸ θεῖον. τῷ γὰρ πάντα τὰ παρ᾽ ἑαυτοῦ πληρώσαντι ἀφθόνως ἐπινεύει. Id eſt. Qui virtuti dat operam, æquum eſt eum diuinam opem inuocare. At qui nullam eius curam agit, neque inuocat, nec propitium quoque numen habiturus eſt. Qui enim omnia quæ in ſe ſita ſunt, adimplet, Deus ipſi benignè annuit] Bene quidem ac ſapienter, omnia ſiquidem ex Dei nutu pendere teſtatum facit, adeoque facienti ex gratiâ, non autem ex ſolis naturæ viribus quod in ſe eſt Deum vlteriorem amplioremque gratiam non denegare: vt interpretatur S. THOMAS: *Si homo facit quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam; dicitur enim Matth.* VII.

Iſidor. Peluſ. lib. 5. ep. 459.

S. Thom. ibid.

quod

quod Deus dat ſpiritum bonum petentibus ſe: dicendum quod nihil homo poteſt facere, niſi à Deo moueatur, ſecundum illud, ſine me nihil poteſtis facere: & ideo cum dicitur homo facere quod in ſe eſt, hoc eſt quod eſt in poteſtate hominis ſecundum quod eſt motus à Deo. Quod S. Cyrillus vocat πρὸς θείαν ἀπάγουσαν χάριν Commentar. in Ioannem. S.Cyrill.in Io.li.3.

II.

Difficultatem præterea nonnullam objicit laudata illa ſacris etiam literis εὐφυΐα, naturæ bonitas, innocentia quoque & morum rectitudo, quæ fidem & gratiam accerſere, conciliare, necnon aliqua, ſi Deo placet, ratione promereri in Ss. Patrum ſcriptis videri poſſit. B. BASILIVS commentar. in Eſaiam hoc ſenſu videtur ſcribere cognitionẽ naturalem ad cognitionem ſupernaturalem per ſe humanũ intellectum diſponere. ὥσπερ εἰς κοινὸν διδασκαλεῖον εἰς τὸν κόσμον τοῦτον οἱ ἄνθρωποι εἰσήλθομεν, καὶ ἐκελεύσθημεν νοῦν τε λαβόντες καὶ ὀφθαλμοὺς εἰς κατανόησιν ἔχοντες, διὰ ἀπὸ γραμμάτων τινῶν τῶν κατὰ τὴν οἰκονομίαν καὶ διοίκησιν τοῦ παντὸς τὸν θεὸν ἀναγινώσκειν, ἵνα οἱ θέλοντες περὶ τὴν τῆς ἀληθείας ζήτησιν καταγίνεσθαι, ἐξ ὧν εἰλήφασιν ἀφορμῶν ἱκανῶς παρασκευασάμενοι καὶ τῆς πρὸς πρόσωπον θέας καλῶς ζητηθέντων ἀξιωθῶσιν. Id eſt. In hunc mundum non ſecus ac in communem Scholam homines ingreſſi ſumus, acceptoque intellectu & oculos ad cognitionem habentes, iuſſi ſumus Deum velut per litteras agnoſcere per diſpenſationem ac gubernationem vniuerſi, vt qui voluntariè circa veritatis indagationem occupati eſſent, ex acceptis auxiliis dignè diſpoſiti, contemplationis facie ad faciem beneficio cumularentur.] De Philoſophiæ ad fidem diſpoſitione antea CLEMENS Alexandr. φιλοσοφία ἡ Ἑλληνικὴ οἷον προκαθαίρει καὶ προεθίζει τὴν ψυχὴν εἰς παραδοχὴν πίστεως ἐφ' ἧ τὴν γνῶσιν ἐποικοδομεῖ ἡ ἀλήθεια. *Philoſophia Græca velut præpurgat & præparat animam ad fidem: ſupra quam veritas cognitionem ædificat.* De diſpoſitione verò rectitudinis morum ad eamdem fidem & mediarè ad Gratiam. Iterum S. Baſilius, τὸ ἀληθινὸν φῶς οὐ πᾶσι τὴν ἑαυτοῦ φαιδρότητα χαρίζεται, ἀλλὰ τοῖς ἀξίως αὐτοῦ πολιτευομένοις vera lux non omnibus ſplendorem ſuum communicat, ſed iis qui dignam ipſo conuerſationem exhibent. B. GREGORIVS Theologus laudatis virtutibus Patris ſui antea Ethnici pudicitiâ, iuſtitiâ, prudentiâ, adijcit, τούτων δὲ μισθὸν οἶμαι τὴν πίστιν ἐνέγκατο, Harum, inquit, rerum, vt opinor, in præmium, retulit fidem. S. CHRYSOSTOMVS de Abrahamo verba faciens. ἀλλ' ἴσως ἐροῦσί τινες τῆς πολλῆς ἀπέλαυσε τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ κηδεμονίας ὁ ἀνήρ, καὶ πολλὴν ἐπεδείξατο τὴν περὶ αὐτὸν πρόνοιαν ὁ τῶν ὅλων θεός. ναί, ὁμολογῶ. ἀλλ' εἰ μὴ πρότερος τὰ παρ' ἑαυτοῦ καὶ αὐτὸς ἐπεδείξατο, οὐκ ἂν τῆς παρὰ τοῦ δεσπότου ἀπέλαυσε. μὴ τοίνυν τοῦτο μόνον ὅρα, ἀλλὰ καθ' ἕκαστον ἐξετάζων καταμάνθανε, πῶς πρότερον τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐν πᾶσι τὴν βάσανον παρέσχηκώς, οὕτως ἠξιοῦτο τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ συμμαχίας. Id eſt. At fortaſſe nonnulli dicent eum magnam à Deo gratiam eſſe conſecutum, multamque circa eum prouidentiam Deum vniuerſi teſtatam feciſſe. Ita eſt, & fateor. Verum ſi non ipſe prior quæ ſua erant exhibuiſſet, non tanta à Domino ſuſcepiſſet. Non igitur hoc ſolum conſidera, ſed per

Diſpoſitio ad gratiam ex naturæ ſtatu vel operibus nudis, an ex mente Græcorum PP.

S.Baſil.in c.1.Eſ.

Clem. Alexand. lib.7.ſtrom.

S.Baſil.in Pſ.33.

Gregor.Naz.or.19

Chryſ.ho.42.in Gen.

ſingula inſpiciens diſce quomodo propriæ virtutis in omnibus priùs ſpecimen ediderit. atque ſic diuinum auxilium meruerit, &c.] Hæc profectò ac ſimilia quæ haud ſemel apud Græcos Patres occurrunt, perperam accepta prauam de iis circa diſpoſitionem ad primam Gratiam, ſuſpicionem parere queant, attamen iniuſtè, vt ſtatim oſtendemus.

III.

Diſpoſitio ad gratiam omnis à gratia eſt ex mente Patrum Latin. Ad Rom. 9.

Nobis certo certius eſt nullam diſpoſitionem poſitiuam ad Gratiam primam ſiue cum merito de condigno, ſiue cum merito de congruo, ſiue proximam ſiue remotam, dari poſſe abſque Gratiâ ſupernaturali propriéque dicta, ex mente ſanctorum vtriuſque linguæ Patrum. Latinorum omnium magnum inſtar S. AVGVSTINVS exponens locum Apoſtoli *μήπω γὰρ γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ θεοῦ πρόθεσις μένῃ, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος, ἐρρήθη αὐτῇ, ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι· καθὼς γέγραπται τὸν Ιακωβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ησαυ ἐμίσησα. τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ θεῷ; μὴ γένοιτο· τῷ γὰρ Μωσῇ λέγει, ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ. Quùm nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori: ſicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſaü autem odio habui. Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? abſit. Moyſi enim dicit: miſerebor cuius miſereor & miſericordiam præſtabo cui miſereor. Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* B. Auguſtinus hunc locum exponens.

S Aug. ep. 105. ad Sixtum. Et latius l. 1. q. ad Simplic. q. 2.

Vbi nunc merita, vbi opera vel præterita vel futura, tanquam liberi arbitrij viribus adimpleta vel adimplenda? nonne apertam protulit Apoſtolus de gratuitæ gratiæ hoc eſt veræ gratiæ commendatione ſententiam? &c. Idem lib. 1. ad Simplicianum diſertè remouet à cenſu cauſſarum electionis gratiæ, tria hæc, quæ pro diſpoſitionibus ſumi vel fingi poſſent: *nimirum maius ingenium, minora peccata, honeſtas vtileſque doctrinas*: cur autem hæc remoueat, rationem hanc reddit. *Sed cum hoc ſtatuero, ita me ridebit ille qui infirma mundi elegit vt confundat fortia, vt eum intuens & pudore correctus ego irrideam, & præ quibuſdam peccatoribus caſtiores & præ quibuſdam piſcatoribus oratores. Nonne aduertimus multos fideles noſtros ambulantes viam Dei ex nulla parte ingenio comparari non dicam quorumdam hæreticorum, ſed etiam mimorum? Item non videmus quoſdam homines vtriuſque ſexus in coniugali caſtitate, viuentes ſine querelâ, & tamen hæreticos vel paganos?* Idem vero Doctor eximius probabilem illam morum ſtudioſorum ad fidem & gratiam diſpoſitionem longè robuſtiùs explodit libro primo de peccatorum merit. vbi tractans ſuperiorem S. Apoſtoli contextum. *Non ex operibus, ſed ex vocante dictum coarctati & hærentes, ò altitudo! exclamare cogimur. Vnde enim fit homo ab ineunti pueritiâ modeſtior, ingenioſior, temperantior, ex magnâ parte libidinum victor, qui oderit auaritiam, luxuriam deteſtetur, atque ad virtutes cæteras prouectior aptiorque conſurgat, & tamen eo loco ſit vbi ei prædicari gratia Chriſtiana non poſſit? quomodo enim inuocabunt in quem non crediderunt? aut*

S. Aug. l. 1. ad Simplic. q. 2.

Rom. 10.

quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante? Alius autem tardus ingenio, libidinibus deditus, flagitijs & facinoribus coopertus ita gubernatur vt audiat, credat, baptizetur, rapiatur, aut ſi detentus hîc fuerit, laudabiliter viuat? Vbi duo iſti tam diuerſa merita contraxerunt, non dico vt iſte credat, ille non credat quod eſt propriæ voluntatis, ſed vt iſte audiat quod credat, ille non audiat: hoc enim non eſt in hominis poteſtate, &c. Similia innumeris prope locis, quibus omnis ad Gratiam primam actualem diſpoſitio meritumque expungitur. Ita S. Thomas, vt antea vidimus, omneſque ab eo Scholæ Sorbonicæ Doctores ad hanc vſque diem.

S Aug. li. 4. in Iul. c. 8. Enchirid. c. 98 ep. 107. ad Vital. de ſtir. & ſec. c. 34. ca. 12. in Io.

IV.

Græcorum Patrũ mens eadem.

At Græcos etiam Patres in hac orthodoxâ ſtetiſſe ſententiâ nemo niſi doctrinæ ipſorum ignarus aut inuidus abnuere audeat. S. GREGORIVS Theologus prolixo quidem loco, ſed ad integrum hunc de Gratiâ tractatum perneceſſario, qui & accuratiori tum lectione tum interpretatione indigeat. Ille explicans verba Christi apud Matth. *quibus datum eſt*, eaque concilians cum ſuperiori Apoſtoli loco *non eſt volentis*, &c. εἰσὶν οὕτω τινὲς διακείμενοι κακῶς, ὥστε οἴεσθαι τοὺς μὲν πάντῃ ἀπολλυμένης εἶναι φύσεως, τοὺς δὲ σωζομένης· τοὺς δὲ οὕτως ἔχειν ὅπως ἂν ἡ προαίρεσις ἄγῃ πρὸς τὸ χεῖρον ἢ βέλτιον. ἐπιτηδειότητα μὲν οὖν ἄλλον ἄλλου μᾶλλον ἢ ἔλαττον ἔχειν κἀγὼ δέχομαι· οὐκ ἀρκεῖν δὲ μόνην τὴν ἐπιτηδειότητα πρὸς τελείωσιν· λογισμὸν δὲ εἶναι τὸν ταύτην ἐκκαλούμενον, ἵνα ἡ φύσις εἰς ἔργον προέλθῃ. καθάπερ λίθος πυρίτης σιδήρῳ κρουσθεὶς, καὶ οὕτω σίδηρος γίνηται. ὅταν ἀκούσῃς, οἷς δέδοται, πρόσθες δέδοται μὲν τοῖς καλουμένοις καὶ τοῖς οὕτω νεύουσι. καὶ γὰρ ὅταν ἀκούσῃς οὐ τοῦ θέλοντος οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ, συμβουλεύω σοι ταὐτὸν ὑπολαβεῖν. ἐπειδὴ γὰρ εἰσί τινες οἱ τοσοῦτον μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν, ὥστε τὸ πᾶν ἑαυτοῖς διδόναι, καὶ μηδὲν τῷ ποιήσαντι καὶ σοφίσαντι καὶ χορηγοῦντι τῶν καλῶν, διδάσκει τούτους ὁ λόγος, ὅτι καὶ τὸ βούλεσθαι καλῶς δεῖται τῆς παρὰ θεοῦ βοηθείας. μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ προαιρεῖσθαι τὰ δέοντα, θεῖόν τι καὶ ἐκ θεοῦ δῶρον φιλανθρωπίας. διὰ τοῦτό φησιν, οὐ τοῦ θέλοντος, τοῦτ᾽ ἔστιν οὐ μόνου τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος μόνου ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ. εἶτα ἐπεὶ καὶ τὸ βούλεσθαι παρὰ θεοῦ, τὸ πᾶν εἰκότως ἀνέθηκε τῷ θεῷ. Id eſt Quidam ita malè ſunt affecti, vt alios omnino perditæ eſſe naturæ putent, alios ſaluatæ: alios, vt eos ad bonum vel malum voluntas impulerit, ita ſe habere. At vero aptitudinem quidem alios aliis maiorem vel minorem habere ipſe quoque concedo: ſed ipſam aptitudinem ad perfectionem non ſufficere ſentio: cogitationem verò eſſe quæ ipſam excitet, vt natura in opus prodeat, quemadmodum ſilex ignificus ferro percuſſus ex quo ferrum fiat. Quum audieris, quibus datum eſt adde VOCATIS datum eſt (interpres alter malè habet *volentibus*) atque iis qui ita annuunt. Etenim quum audis illud, non eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei, idem vt exiſtimes conſulo. Quandoquidem enim ſunt nõnulli qui ob rectè facta magnificè de ſe ſentiunt, ita vt ſibi totum adrogent, nihil verò Creatori, Doctori, & omnium bonorum auctori ſuo, docet illos ſermo Apoſtoli, ipſum etiam rectè velle, diuino auxilio indigere: imo & ipſam rerum conuenientium electionem, diui-

Mat. 10. Matth. 20.

Greg. Naz. orat. 31

num aliquod & à Dei benignitate profectum donum eſſe. Idcirco ait non volentis, id eſt non ſolùm volentis, nec currentis ſolùm, ſed miſerētis eſt Dei. Deinceps, quoniam velle quoque ipſum à Deo eſt, meritò totum Deo aſſignauit.] Hæc de neceſſitate gratiæ ad ſalutis initium, Theologus præſtantiſſimus, quibus verbis diſertiſſimè oſtendit, talem diſpoſitionem non ex naturæ ac voluntatis aptitudine aut viribus, omnem vero ex diuinæ gratiæ vocatione & impulſu pendere. Etiamne poſt illam tanti Doctoris profeſſionem futurum eſt, vt Græcis Patribus Pelagianiſmi & Semipelagianiſmi nota ab imperitis aut inuidis impune inuratur? Suntne iſta Pelagianorum acroamata? *Aptitudo naturæ ad Gratiam non ſufficit: Vocatione opus eſt: ipſum etiam rectè velle auxilio diuino indiget: Electio ipſa diuinum & à Deo manans donum eſt: Velle quoque ipſum à Deo eſt: Totum Deo aſſignandum.* Verum ad alios pergamus.

S. Baſil. περὶ ταπειν. to. 1. — S. BASILIVS orat. de humilitate οὐ σὺ χριστὸν κατείληφας διὰ τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ χριστός σε διὰ τῆς παρουσίας κατέληφε· διώκω, φησὶν, εἰ καὶ καταλάβω ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ χριστοῦ. οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, φησὶν ὁ κύριος, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς. Non tu Chriſtum per virtutem apprehendiſti, ſed te Chriſtus per aduentum ad te ſuū apprehendit. Perſequor, inquit Apoſt. ſi quomodo apprehendam, quatenus & apprehenſus ſum à Chriſto. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.] Plura ibid. ex aliis ſcripturæ locis, quibus Arauſicanum Concilium totum initium ſalutis à Deo citra diſpoſitionem operamque noſtram eſſe definit.

Phil 3.

Concil. Arauſic. ſer. variis capp.

S. CHRYSOSTOMVS explanans locum Eſaiæ ſimul & Apoſtoli, *Eſaias autem audet & dicit, inuentus ſum à non quærentibus me: palam apparui iis qui me non interrogabant.* ἀλλ' οὐ λέγει ὅτι αὐτοὶ ἴσχυσαν αὐτὸν ἐπισπάσασθαι, ἀλλὰ καθαιρῶν καὶ τὴν ἐξ ἐθνῶν τὸ φρόνημα, καὶ δεικνὺς τὴν αὐτοῦ χάριν τὸ πᾶν ἐργασαμένην, φησὶν, ὅτι ἐγὼ ἐμφανὴς ἐγενόμην καὶ ἐγὼ εὑρέθην. Id eſt. Attamen non dicit quod ipſi per ſe Deum attrahere potuerint, ſed & eorum qui ex gentibus credebant, faſtum deiiciens oſtendenſque quod totum gratia ſua perfecerit, dicit, ego palam apparui iis, & ego inuentus ſum.] Plura ibid. quæ profectò non minus gratiæ fauent, quā id quod idem habet Concilium Arauſicanum ex eodem Eſaiæ loco Auguſtini ſenſu & verbis explicato. *Si quis inuocatione humanâ gratiam Dei dicit poſſe conferri, non autem ipſam Gratiam facere vt inuocetur à nobis, contradicit Eſaiæ Prophetæ vel Apoſtolo idem dicenti, inuentus ſum, &c.* dubio procul abeſt nihil horum omnium à loco S. Chryſoſtomi, nec non aliqua in eo ſuperſunt, Gratiæ Dei ad parandam viam ſuam maximè conducentia.

Eſ. 65. & ad Ro. 10. S. Chryſ. ho. 18. ad Ro.

Concil. Arauſ. c. 5.

V.

Loci alii B. Chryſoſtomi proponūtur & declarantur. — Muniendus eſt tamen B. Chryſoſtomus ſuâ defenſione pro aliis locis, in quibus ab exploratoribus ſui ob Pelagianiſmi ſuſpicionē in ius vocatus eſt. Hi verò præcipui ſunt. Commentar. in Geneſim de Noë loquens ὅτι τὰ παρ' αὐτοῦ πάντα εἰσήνεγκε, καὶ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ μετὰ δαψιλείας ἀπήλαυσεν καὶ πολλαχοῦ εὑρήσεις τὰς ἀρχὰς παρ' αὐτοῦ εἰσφερομένας.

Chryſ. in Gen. ho. 26.

Id eſt. Quandoquidem quæ ſua erant omnia contulit, eorum etiam quæ à Deo ſunt abundè potitus eſt, &c quin reperies vbique eum primordia contuliſſe.] Item in Pſalmum cxx. παρ' ἡμῶν αἱ ἀρχαὶ καὶ τούτων ἡμεῖς κύριοι. A nobis principia, idque in noſtrâ ſitum poteſtate.] Idem quadam homiliâ de Daniele eiuſque ſocijs verba faciens ἐπειδὴ πάντα παρ' ἑαυτῶν εἰσήνεγκαν, καὶ ὁ θεὸς τὸ παρ' ἑαυτοῦ λοιπὸν ἐπέφερεν. οὐδὲ γὰρ τοῦ θεοῦ μόνου τὸ κατόρθωμα ἐπὶ τούτοις ἦν οἷς ἔμελλον ἐκεῖνοι μισθὸν λαμβάνειν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων γνώμης ἡ ἀρχὴ καὶ τὰ προοίμια, ἣν παρασχόμενοι γενναίαν καὶ ἀνδρείαν ἐπεσπάσαντο τοῦ θεοῦ τὴν ῥοπὴν καὶ εἰς τέλος ἤγαγον ὅπερ ἐσπούδαζον. Id eſt. At poſtquam omnia quæ ex ſe erant, contulerunt, Deus etiam quod ex ſe erat reliquum contulit. Neque enim Dei ſolius erat præclarum illud facinus in his pro quibus mercedem accepturi erãt: ſed principium & exordia erant ab illorum animo, quem cum generoſum & fortem præſtitiſſent, Dei auxilium ad ſe attraxerunt & ad finem, quod moliebantur perduxerunt.] Sic in Ioannem οὐ φθάνει τὰς βουλήσεις ἡμῶν ὁ θεὸς ταῖς δωρεαῖς, ἀλλ' ὅταν ἡμεῖς ἀρξώμεθα, ὅταν τὸ θέλειν προβαλώμεθα, τότε καὶ αὐτὸς πολλὰς δίδωσιν ἡμῖν τῆς σωτηρίας ἀφορμάς. Id eſt. Non præuenit Deus voluntates noſtras donis ſuis, ſed cum incœperimus, ſed cũ voluerimus, tunc etiam ipſe multas nobis occaſiones ſalutis offert.] Tandem expoſit. in Epiſt. ad Hebræos ἡμῶν τὸ προελέσθαι καὶ βουληθῆναι, θεοῦ δὲ τὸ ἀνύσαι καὶ εἰς τέλος ἀγαγεῖν. Id eſt. Noſtrum quidem eſt præeligere & velle: Dei autem perficere & ad finem perducere. Ita quoque alibi nec rarò: quorum omnium locorum ex poſtremo ſicuti præcipua difficultas, ſic etiam vera ſolutio petenda eſt.

Chryſ. in Pſ. 120

Chr. quod nemo læditur niſi à ſeipſo to. 7 edit. Anglic.

Chryſ. ho. 17. in Io.

Chryſ. ho. 12. ad Hebr.

Sic autem explicant vulgò Doctores, S. Chryſoſtomus initium ipſum bene volendi humanæ voluntati tribuit, non quaſi omnis diuinæ gratiæ motus abſit, ac inſpiratio, quam diſerte prærequirit, ſed tantum hoc ſenſu, vt ab eo motu ac inſpiratione abſit vis quædam neceſſitatem inferens & liberum arbitrium lædens, aut illius cooperationẽ impediens vel excludens. Et hæc quidem ſolutio multis Beati Chryſoſtomi locis facere ſatis poteſt: Verum huic poſtremo ab Hebræos loco vix poteſt.

Sixtus Senenſis Bibl. lib. 5. annotat. 101.

Yſambertus 1. p. ad qu. 23. dist. 2. art. 4.

Itaque volutanti mihi diuque exploranti hæc cogitatio incidit: B. Chryſoſtomum non loqui de ijs qui in priuatione gratiæ ſunt, ſed de iis qui ſtant & qui poteſtatem habent, vt inquit ex Pſalmographo, non dandi in commotionem pedem ſuum. Vno verbo non agere de vno vel altero actu Conuerſionis ad Deum & mutationis ad gratiam, quâ de re hîc ſermo eſt, ſed de variis actibus conſequentibus & connexis ad augmentum gratiæ & ad perfectionem tendentibus, præſertim ad perſeuerantiam: quæ quidem à Deo datur vt donum aliquod ſingulare, humanæ tamen voluntatis præcedentes actûs tanquam diſpoſitiones, tam ab illâ quam à diuinâ gratiâ excitante & cooperante productas, præexigit vt plurimùm. Verba eius ſequentia rem declarant, in quibus vtriuſque, diuinæ nempe gratiæ & humanæ voluntatis concurſum perſpicuè depoſcit, diuinæ verò gratiæ, vt par eſt, plus multò tribuit. κἂν τρέχῃς κἂν σπουδάζῃς μὴ νόμιζε σὸν εἶναι τὸ κατόρθωμα. ἂν γὰρ μὴ

Pſ. 116.

Chryſ. ib. ho. 12. vel 13. ad Hebr.

τῆς ἄνωθεν τύχῃς ῥοπῆς, πάντα εἰκῆ. πλὴν ὅτι τεύξῃ τοῦ σπουδαζομένου, εὔδηλόν ἐστιν, ἕως ἂν θέλῃς. οὐ τοίνυν εἶπεν ὅτι εἰκῆ τρέχομεν, ἀλλ' ὅτι εἰκῆ τρέχομεν, ἐὰν ἡμέτερον εἶναι τὸ πᾶν νομίζωμεν, ἐὰν μὴ τὸ πλέον ἀπονέμωμεν τῷ θεῷ. οὔτε γὰρ αὐτοῦ εἶναι τὸ πᾶν ἠθέλησεν ὁ θεὸς ἵνα μὴ δόξῃ εἰκῆ στεφανοῦν ἡμᾶς. οὔτε ἡμῶν πάλιν, ἵνα μὴ εἰς ἀπώλειαν ἐκπέσωμεν. εἰ γὰρ τὸ ἔλαττον μέρος ἔχοντες μεγάλα φρονοῦμεν, τί εἰ τοῦ ὅλου κύριοι ἦμεν; Id eſt. Etiamſi curras, etiamſi ſtudium adhibeas, ne tuum exiſtimes, ſi quid rectè geſtum eſt. Niſi enim cæleſti auxilio potiaris, omnia fruſtra ſunt: ſed & manifeſtum eſt te id in quod laboras, aſſecuturum quamdiu curris, quamdiu vis. Non ergo dicit nos fruſtra currere ſed fruſtra currere, ſi totum exiſtimemus noſtrum eſſe, nec Deo plus aſcribamus. Non enim Deus totum ſuum eſſe voluit, ne immeritò nos coronare videatur: neque rurſus totum eſſe noſtrum voluit, ne in arrogantiam incidamus. Si enim cum minorem partem habeamus, ſuperbè ſapimus, quid ſi totius Domini eſſemus?] Hæc ſolutio rectè quadrat loco Geneſeos, vbi de Noë, qui perfectus dicitur Item homil. Quod nemo læditur niſi à ſeipſo, vbi de Daniele & ſimilibus, quos non in ſalutis initio ſeu in tranſitu à ſtatu peccati ad ſtatum gratiæ primæ, ſed in progreſſu & in ſtatu profectûs vel perfectionis contemplatur.

V. & hom de S. Pelag. to. 1. par. ho. 41.

Supra ho 26 & de Abraham. ho 42. vide.

Quando verò S. Chryſoſtomus aliis locis de ſalutis initio primaque ad gratiæ ſtatum conuerſione verba facere videtur, illiuſque primos veluti motus & conatus humanæ voluntati tribuere: ſapienter animaduerterunt conſultiſſimi Doctorum, & in eius lectione verſatiſſimi, eum hunc in modum ſentire: cum aſſerit Deum noſtras non præuenire voluntates, motu nimirum violento vel neceſſitatem imprimente, quod illius verba ſatis exprimunt οὐ προφθάνει τὰς ἡμετέρας βουλήσεις, ἵνα μὴ λυμήνηται τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν *Deus noſtras voluntates non præuenit, noſtrum ne labefactetur arbitrium.* Cum autem ait δεῖ ἡμᾶς πρότερον ἐκλέξασθαι τὰ ἀγαθὰ καὶ τότε αὐτὸς τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσάγει. ὅταν δὲ ἡμεῖς ἑλώμεθα, τότε πολλὴν εἰσάγει τὴν βοήθειαν ἡμῖν. Oportet nos primùm bona eligere, & tunc ipſe quæ ſua ſunt infert. Vbi nos elegerimus, tunc ipſe multum affert auxilium.] Iſta verba ſolùm docent, nos cõſenſum gratiæ vocanti primùm dare oportere, quem vbi dederimus, Deus gratiam ſanctificantem confert, quod eſt veriſſimum, vt docet Concilium Tridentinum, in exponendo ordine iuſtificationis. Verba itaque illa Chryſoſtomi non magis gratiam excludunt, quam illa Chriſti: *Petite & accipietis, pulſate & aperietur vobis;* aut hæc Iacobi, *appropinquate & appropinquabit vobis.* Sicut enim hæc verba, quæ ſolam hominum operationem videntur ſonare, per alia exponuntur quæ Dei auxilium neceſſario exigunt, *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum.* Ita etiam ſuperiora B. Chryſoſtomi loca ex aliis explanantur, quæ primam ſalutis originem Dei gratiæ excitanti acceptam referunt. Qualia ſunt è multis pauca quæ ſequuntur.

Ho. 12. ad Heb.

Sic S. Hilar. in Pſ. 118 *Incipiendi à nobis origo eſt*, &c.

Concil Trid ſeſſ. 6 cap. 6. & 7.

Luc. 14.

Iacob. 4.

Ioan. 6.

S. Chrysostomvs perſæpe quidem affirmat fidem præcedere & impetrare gratiam, nimirum ſanctificantem & habitualem: quod & S. Basilivs ſcripſerat paucis vocibus, ἡ ἄνωθεν συμμαχία διὰ πίστεως κα-

S. Baſil. conſtit. mon. cap. 15.

θήκουσα *Auxilium deſuper per fidem comparatum.* Verum S Chryſoſtomus fidei initium diſertè Deo adſcribit & Gratiæ, comm. epiſt. ad Roman. ἔρχεται ἡ πίστις ἐφελκομένη τῇ χάριτι. *Accedit fides per gratiam attracta.* οὐ τῆς αὐθεντίης σπουδῆς ἀλλὰ τῆς θείας χάριτος. Idem alibi ſæpiſſimè. Quod tamen S Auguſtinus aliquando non tam ſincerè credidit: poſtea tamen credendum docuit ac ſolidè confirmauit. Quod etiam eximiè præſtitit S. Cyrillus hom. Paſchal. vide. S. CHRYSOSTOMVS aſſeruit aliquando virtutis actiones, Gratiam, nempe ſecundam & præcedere & acceſſere, ſeu obtinere gratiam ampliorem à Deo: quod vocat ἐπισπᾶν τὴν χάριν. Verum id non naturæ facinus eſſe, ſed gratiæ, diſertè pronuntiat hom. quadam de laudibus S. Pauli. Vnde frequenter orationes ſuas ita concludit. πολλὴν τῆς ἀρετῆς ποιώμεθα λόγον. οὕτω γὰρ καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπισπασόμεθα ῥοπὴν καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου. Id eſt. Magnam virtutis rationem habeamus: ita enim & ſupernam gratiam attrahemus, & futura bona conſequemur, quæ vtinam conſequamur gratiâ & miſericordiâ Domini, &c.]

S. Chryſoſt. ho 2. ad Rom & hom. 44. in Io. & 45. ho. 6 & 1. in 1. Cor. ad Heb. ho. 28. & to. 5. Par. hom 47. p. 641.
S. Aug. l. 1. retr. c. 6t
S. Cyrill to. 5. hom. Paſc. 3. & in Eſ. l. 5.
Chr. in Pſal. 50. & ho. in illud, ſi inimicus tuus &c. to. 5. & ho 45. quæ eſt de S Paul. Ho. 51. in Gen. 66. 67 & aliis.

Præterea vbi S. Chryſoſtomus aliquando gratiam dari iis qui ſe gratiâ dignos præbent, aſſeuerat, non de gratiâ primâ præſertim actuali, ſed de augmento gratiæ id intelligit, eo planè modo loquitur de ſanctâ Pelagiâ Martyrium faciente Ἰησοῦς αὐτῇ παρῆν, τῆς καρδίας αὐτῆς ἥπτετο. ἐκεῖνος τὴν ψυχὴν μόνος παρεθάῤῥυνε. ἐκεῖνος τὸν φόβον ἐξέβαλε. Ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς ἐποίει ἀλλ' ἐπειδὴ προτέρα ἑαυτὴν ἀξίαν παρεσκεύαζε τῆς ἐκείνου βοηθείας. Id eſt. Ieſus ipſi aderat, cor ipſius tangebat. Ipſe animam ipſius confirmabat ipſe ſolus timorem excutiebat. Hæc autem non fruſtra faciebat: ſed quoniam antea ſeipſam illa præbuerat auxilio ipſius dignam.] Quæ omnia de gratiæ incremento & profectu intelligenda veniunt, ad quem nobis cooperandum eſt, vt egregiè philoſophatur Expoſit in Euang. Matt. cap. xii. initium namque ipſum vocationis à ſolâ gratiâ eſſe iam antea ex S. Chryſoſtomi doctrinâ oſtendimus, & libro tertio luculentius oſtendemus, ſi gratiæ auctori viſum fuerit, vt ſperamus.

Chryſoſt to. 3. ed. Par. ho. 41.
Chryſ. ho. 40. in Matth.
Hom. 18. ad Rom. & in Pſ. 113.

VI.

Depugnatum pro Chryſoſtomo ſatis, ex cuius certiſſimis locis bene contra dubios, quàm ex dubiis locis malè contra certiſſimos ominari ac ſentire par eſt. Nunc autem dicendum aliquid preſſiùs & accuratiùs de Græcorum Patrum mente circa actiones morales fidei infuſionem præeuntes, quales ſunt illæ Cornelij Praxapoſtolici libri cap. x. cui dicit Angelus, *Orationes tuæ & Eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.* S. AVGVSTINVS orationes illas & eleemoſynas à Gratiâ Dei & fide internâ ſaltem implicitâ Cornelium vel ante baptiſmum illuſtrante, incitatas & editas ſcripſit variis locis quorum Colophon eſt libro de prædeſtinatione ſanctorum. *Quod de Cornelio dici poteſt, cuius acceptæ ſunt Eleemoſynæ & exauditæ orationes, antequam credidiſſet in Chriſtum: nec tamen ſine aliquâ fide donabat & orabat. Nam quomodo inuoca-*

Actiones Morales fidem antecedentes verum ex gratia? ſecundum Auguſtinum & Patres Græcos.
S. Auguſt. qu. 2. Simpl. de prædeſt. Ss. cap. 7. lib. 1. de bapt. c. 8. & lib. 4. c. 21. qu. 8. 4. in Leuit. & 33. in Num.

bat in quem non crediderat? Quicquid igitur & antequam in Chriſtum crederet, & cum crederet, & cum crediſſet, bene operatus eſt Cornelius, totum Deo dandum eſt. S. Gregorius aſſerit illum *per bona opera meruiſſe fidem* nempe explicitam Chriſti mediatoris reuelationem, quia erat *Religioſus & timens Deum*, Act. x. Nil mirum ſi opera illa à fide & gratiâ manabant Atqui gratiâ vt & virtutibus gratiam comitantibus inſtructum iam fuiſſe, quę in baptiſmo poſtea cumulatæ fuerint, tenet S. Thomas. Videamus iam quid Græci Patres.

Greg. ho. 9. & 19. in Ezech.

S. Tho. 3. p. qu. 69. art. 4.

S. Basilivs in Regulis breuioribus, inſtinctus illos quibus Cornelius eleemoſynam largitus eſt ac orauit, *φυσικὰ κινήματα*, *motiones naturales* vocat: deinde ſubijcit. *ἐὰν οὖν συμβῇ τινας εἶναι, κατὰ τὸν Κορνήλιον περὶ μηδὲν μὲν κακὸν ἀσχολουμένους, ἐν δὲ ἐπιθυμίᾳ τῆς τελειότητος τὰ δυνατὰ καὶ εἰς γνῶσιν ἥκοντα καλὰ γνησίως ἐπιδεικνυμένους, τούτοις ὁ θεὸς χαρίζεται ἃ καὶ τῷ Κορνηλίῳ.* Id eſt. Sin igitur accidat aliquos eſſe, qui ad exemplum Cornelij, nulla re malâ occupentur, perfectionem verò cupientes, quæ poſſibilia ſibi bona ſunt & cognita ſincere exerceant, his Deus eadem quæ Cornelio beneficia gratis impertit &c. Præclarè, ex quo loco Theologi firmare poſſint quod toties aſſerunt, *bene viuenti Deus vel Angelum mitteret*, &c.

S. Baſil. Interrog. 224.

Verum an bene ita viuenti ex ſolo naturæ ductu, an ex gratiæ inſtinctu? Poſtremum equidem mihi veriſſimum: vt enim recte adnotauit Philippus Gamachæus Sorbonicorum Doctor: Quotieſcumque actiones morales ad diſpoſitionem fidei & iuſtificationis aſſumuntur illæ difficiles ſunt, aſſiduæ, perſeuerantes, ideoque Gratiæ auxilio naturæ faſtidia ac inconſtantiam prohibenti, eiuſdemque vires corroboranti prorſus opus habent. Actiones autẽ illæ piæ & religioſæ Cornelij aſſiduæ atque ex habitu erant, quin etiam ex motiuo ſupernaturali: ex iis enim dicitur *Euſebès religioſus, timens Deum, deprecans Deum ſemper*: imo & *iuſtus*, quod in ſcripturâ nuſquam vnquam abſque Gratiâ. Iuſtus enim ſimpliciter nemo niſi acceptus Deo & qui inuenit gratiam apud Deum, more ſcripturæ.

Contra Durandum 2. ſent. d. 28. qu. 5. & Gabriel. 16

Phil. Gamach. 1. p. qu. 23.

Ylambert. tract. de grat. q. 109. art. 3.

Act. 10. v. 2

Qui verò tam Græcorum quam Latinorum Patrum Cornelium nondum fuiſſe propriè iuſtum ſentiunt, ſententiæ noſtræ de diſpoſitione ad gratiam haud tamen aduerſantur. Illi enim, præſertim Græci, actiones eiuſmodi morales Cornelij quanquam iuſtas & bonas, nullius tamen ad ſalutem efficaciæ fuiſſe volunt & opera mortua extitiſſe donec fidei, quæ nunquam ſine Gratiâ auxiliante eſt, coniungerentur & ab eâ veluti dirigerentur. Oecvmenivs expoſitione in Acta. *τοῦτον ἰδὼν ὁ τῆς εὐσεβείας ὀφθαλμός, ὅτι καλὰ μὲν τὰ ἔργα νεκρὰ δέ, ὅτι πίστιν οὐκ ἔχοντα, ἀποστέλλει βραβεύσοντα τοῖς ἔργοις ἄγγελον, ὡς καλῶς ἀθλοῦντα στεφανῶσαι τῇ πίστει.* Id eſt. Ex verſione Hentenij: Hunc intuitus pietatis oculus, quòd opera quidem bona eſſent. attamen mortua, quum fidem adhuc non haberet, mittit qui opera dirigat (bene, dirigat, id enim & *βραβεύειν* ſignificat) Angelum nempe qui bene certantem per fidem coronet.] Expoſitio autem illa deſumpta eſt ex Homilia Chryſoſtomi de fide & lege naturæ, quam ideo inter dubias non amplius reponas.

S. Aug. ep. 57. qu. 2. & q. 2. ad Simplic.

Oecumen. ad c. 10. Act.

Habetur

Habetur autem illa in editione Anglicanâ tomo ſexto. Vbi ſic CHRYSOSTOMVS ὁ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀληθείας μέγας ὀφθαλμός, ὁ ἀπροσωπόληπτος καὶ δίκαιος κριτὴς εἶδεν ὅτι καλὰ μὲν τὰ ἔργα, νεκρὰ δὲ ἐστὶν οὐκ ἔχοντα πίστιν, ἀποστέλλει ἄγγελον θεῖον βραβεύοντα τοῖς ἔργοις, ὥστε τὸν καλῶς ἀθλοῦντα στεφανῶσαι τῇ πίστει. οὐκ εἶχεν οὐδέπω ὁ Κορνήλιος ἐκ τῶν ἔργων τὴν σωτηρίαν, ἕως αὐτοῦ τοῖς ἔργοις ἐβράβευσεν ἡ πίστις. Id eſt. Iuſtitiæ & veritatis magnus oculus, perſonarum acceptionis neſcius iudex, vidit quidem opera bona eſſe, attamen mortua quod fidem non haberent, mittit Angelum diuinum qui opera dirigeret, vt probè certantem per fidem coronaret. Nondum habuit Cornelius ſalutem ex operibus donec fides illius opera dirigeret.] Quin & addit hanc concluſionem, B. Petrum de eo & ſimilibus loquentem, bene viuentibus nimirum & per fidem illuminatis, vocaſſe illum δεκτόν, τουτέστιν ἄξιον γινόμενον τοῦ δεχθῆναι acceptabilem, id eſt, dignum factum qui acceptaretur. δεῖ τοίνυν προλάμπειν τῶν ἔργων τὴν πίστιν καὶ ἀκολουθεῖν τῇ πίστει τὰ ἔργα. Id eſt. Oportet igitur fidem operibus prælucere & opera fidem ſubſequi. Præclarè: hæc enim omnia ſine gratiâ non contingunt, cum ſit illud B. Pauli veriſſimum, *Deus vocauit nos in gratiam Chriſti, & vocauit per Gratiam ſuam.* S.Chryſ. ho. de fide to.6. Ad Gal cap. 1.v.6. & 15.

Hæc omnia verò aſſeruimus de diſpoſitione poſitiuâ ad Gratiam: negatiuæ enim diſpoſitiones quæ in minoribus peccatis, vel operibus purè moralibus conſiſtunt, cum S. Auguſtino ſupra parui-faciendas duximus: vnde & de iis loquens S. Baſilius Comm ad Eſaiam: Filij Ammon primi parebunt. Ammon id eſt populus nobiſcum, τάχα πρῶτοι ὑπακούσονται τοῦ λόγου οἱ ἐλάττονα τὴν κακίαν ἔχοντες παρὰ τοὺς πλείονα αὐτὴν καὶ ἐπὶ πλεῖον κεχυμένην ἔχοντας. Fortè, inquit, (nota illud fortè) primi parebunt Verbo, qui minorem habent malitiam, ſi conferantur cũ illis qui pleniorem & latiùs diffuſam. Quum verò Patres de bonis operibus moralibus ad gratiam præuiis loquuntur, Gratiam vocantem & adiuuantem ad ea præſupponunt, vt idem S. Baſil. in Pſ. xlv. explicans illud *Venite & videte.* Et in Pſ. xxxiii. *Accedite & illuminamini.* S. HIERONYMVS *incunabula quædam naſcentis fidei boni mores.* Atque ita dicitur Deus inſtar Patrisfamilias diſtribuere vnicuique talenta *ſecundum propriam virtutem* non quidem puram, ſed auxilio gratiæ præinſtructam, vt exponit S. THOMAS 22. q 24. ad 1. & in quæſtionibus diſputatis de virtut. qu. 2. art. 7. Niſi malis talenta non de gratia primâ vocante vel iuſtificante capere, ſed de Gratiis gratis datis ad inſtitutionem & ſalutem aliorum, vt exponit rectè S. Hieronymus lib. in Matthæum & S. Chryſoſt. hom. lxxix. qui χάριν διδασκαλίας Gratiam Doctrinæ per talenta illa ſignificari docet.

Diſpoſitiones negatiuæ quales. Qu. 2. ad. ad Simplic. S.Baſil. ad cap. 11. Eſ. Tertull. lib. de teſtim. Anim. Greg. Naz. or. de baptiſ. ἡ μὲν ἐκ φύσεως, &c. S.Hier. ep. 3.

CAPVT XXV.

Quod homo non poſſit à peccato reſurgere ſine auxilio Gratiæ. S. Tho. 2. ſec. qu. 109. art. 7.

SVMMA CAPITIS.

I.

Conciliorum, S. Auguſt. & Sorbonicæ Scholæ doctrina proponitur.

II.

Græcorum PP. eadem ſententia Gregorij, Macarij, Epiph.

III.

Ratio Patrum Gregor. Theol. & Nyſſen.

I.

S. Aug. in Enchir. c. 213. Concil. Arauſ. can. 19. ex Aug. ep. 106.

HOMINIS *eſt cadere non ſurgere*, inquit S. Auguſtinus in Enchiridio: qui & Concilio Arauſicano dedit materiam huiuſce ſanctionis: *Neminem aiſt Deo miſerante ſaluari. Natura humana, etiamſi in illa integritate in quâ eſt condita permaneret, nullo modo ſeipſam Creatore ſuo non adiuuante ſeruaret. Vnde quum ſine gratiâ Dei ſalutem non poſſit cuſtodire quam accepit, quomodo ſine gratiâ Dei poterit reparare quod perdidit?* Illuſtrat hanc doctrinam S. Thomas hac ratione. Incurrit, inquit, homo triplex detrimentum peccando: Maculam, inquantum priuatur decore Gratiæ ex deformitate peccati, qui quidem Gratiæ decor nonniſi Deo denuò illuſtrante per habituale donum quod eſt gratiæ lumen, reparari non poteſt. Secundò, bonum naturæ corrumpitur, inquantum natura hominis deordinatur, voluntate hominis Deo non ſubiectâ: qui quidem ordo naturæ reparari non poteſt, niſi Deo voluntatem hominis ad ſe trahente. Tertiò reatum pœnæ æternæ contrahit, qui remitti non poteſt niſi à Deo in quem offenſa commiſſa eſt.] Hactenus S. Thomas contra Pelagianos qui naturæ viribus hominem *ad priſtinum ſtatum & naturalem iuſtitiam regredi* dicebant apud Auctorem quæſtionum veteris teſtam. p. 2. q. 42. & 123. qui paucis verbis enucleatiſſimè tamen rationes omnes complexus eſt, propter quas à priuatione ad habitum gratiæ propriis viribus ſine diuinâ gratiâ ſeſe excitare peccator ſemel lapſus haudquaquam poſſit: nempe maculam, corruptionem, reatum, quibus quidem rationum capitibus, alias cauſſas ex S. Auguſtino depromptas licet adijcere videatur, omnes tamen ad illa capita neceſſariò tendunt facillimeque reuocantur. Quid autem hac in re ſenſerint Græci Patres, noſtrum eſt explorare.

Verba S. Tho. 12. qu. 109. art. 7.

V. Duvallium qu. 1. de neceſſitate Gratiæ art. 7.

II.

Conuerſio à peccati ſtatu ad ſtatum iuſtitiæ, dicitur *reuerſio ad diuinam Gratiam* à Conſtantino Auguſto in Epiſtolâ quæ ab Eccleſia probata eſt ad Eccleſiam Alexandrinam τῆς πλάνης ἐλεγχθείσης πρὸς τὴν θείαν ἐπανέλθετε χάριν *Errore confutato ad diuinam gratiam reuertimini.* Ad gratiæ verò ſtatum à peccati ſtatu nonniſi per gratiam gradus & aditus eſt: *Hæc mutatio dexteræ Excelſi eſt*: vt locum hunc ad rem applicat S. AVGVSTINVS ad Bonifacium. *Cum dixiſſet, nunc cœpi, non ait, hæc mutatio arbitrij mei, ſed dexteræ Excelſi. Sic itaque Dei gratia cogitatur, vt ab initio bonæ mutationis ſuæ vſque in finem conſummationis, qui dominatur, in Domino gloriatur.* Nec minus apertè S. GREGORIVS Theologus διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐταπεινώθημεν ἀλλ' ἀνεκλήθημεν καὶ τῆς παγίδος συντριβείσης ἐρρύσθημεν ἐν χάριτι τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς θεοῦ. Id eſt. Propter iniquitates noſtras humiliati ſumus, ſed reuocati ſumus atque contrito laqueo erepti, per gratiam Dei qui nos vocauit. Idem loquens de conuerſione Beati Cypriani exclamat ὢ τῆς χάριτος! *O gratiæ vim!* B. MACARIVS ἀδύνατόν ἐστι χωρίσαι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐὰν ὁ θεὸς παύσῃ καὶ στήσῃ τὸν πονηρὸν τοῦτον ἀέρα τὸν ἐνοικοῦντα τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι. Id eſt. Impoſſibile eſt animam à peccato ſeparare, niſi Deus ceſſare faciat ac ſiſtat improbam illam auram in animâ & corpore habitantem. Plura ibidem & homil. xlvi vbi poſt multa ſic concludit ψυχῆς ὀφθαλμοὶ διὰ τοῦ ἐπουρανίου φωτὸς ἐφωτίσθησαν, καὶ ἐλυτρώθη τελείως ἀπὸ τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας καὶ καθαρὰ διὰ τῆς χάριτος κατειργάσθη. Id eſt. Animæ oculi per cœleſte lumen illuſtrati ſunt. Ipſa perfectè liberata eſt à paſſionibus ignominiæ & per gratiam expurgata. Clarius ac certius S. GREGORIVS Nyſſenus οὐκ ἔστιν ἄλλως ἐκδῦναι τὴν πονηρὰν τῆς φθορᾶς δυναστείαν, μὴ τῆς ζωοποιοῦ δυνάμεως ἐφ' ἡμῶν ἀντιμεταλαβούσης τὸ κράτος: Non aliter prauam corruptionis poteſtatem exuere poſſumus, niſi viuifica virtus in nobis imperium ſuſceperit. S. Epiphanius Ancorato. ἡ κακοπιστία ἀκατόρθωτος, δυσχερῶς σωζομένη, μή τι ἂν ἄρα τὸ χάρισμα ἄνωθεν ἐπιφοιτήσῃ Prauæ credulitatis difficilis liberatio, deſperata emendatio niſi cæleſtis gratia diuinitùs acceſſerit.

Græcorum PP. eadem ſententia.
To. 1. Concil. & apud Socr. L. 1. c. 6.
Pſal. 76.
S. Aug. 2. ad Bonif.
Gregor. Naz. or. 3. in Iul.
Vide & orat. 40. p 640.
Macar. ho. 3.
Greg. Nyſſ. to. 1. or. 3. in orat. dom.

III.

Ratio Patrum, quia Innocentia facilius ſeruatur, quam per Pœnitentiam animæ incolumitas reſtituitur. Notum illud S. Ambroſij aut alterius: *facilius inueni qui innocentiam ſeruauerint, quàm qui congruè egerint Pœnitentiam.* Vbi de publicâ tamen loquitur. S. Gregorius Theologus ῥᾷον ἀπ' ἀρχῆς μὴ ἐνδοῦναι κακίᾳ, ἢ προσιοῦσαν διαφυγεῖν ἢ προβαίνουσαν ἀνακόψαι. Facilius eſt ab initio malitiæ non cedere eamque accedentem fugere quam progredientem reprimere. Rem altius repetit S. Gregorius Nyſſenus ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης κατασκευῆς οὐδὲν ἦν τὸ κωλῦον συνδραμεῖν τῇ γενέσει τὸ τῆς φύσεως τέλειον, κακίας οὐκ οὔσης. ἐπεὶ δὲ τῆς δευτέρας ἀναστοιχειώσεως, ἀναγκαίως ἡ διαστηματικὴ παράτασις συμπαρομαρτεῖ τῇ ἐπανόδῳ οὐ δύναται πρὸς τὸ πρῶτον ἀγαθὸν ἀνατρέχουσι, διὰ τῇ ὑλικῇ προσπαθείᾳ

Ratio Patrum.
Ambr. 2. de Pœn. c. 10.
Greg. Naz. or. 26
Nyſſ. in Cant. ho. 15.

συνδεδεῖσθαι διὰ κακίας ἡμῶν ἡ διάνοια καὶ τὰ ἑξ. Id eſt. In primâ Creatione nihil erat quod impediret quo minùs naturæ perfectio eum ipſo ortu concurreret, cùm nullum eſſet vitium. At in alterâ reſtauratione neceſſario comitatur eos, qui ad primum illud bonum recurrunt, mora quædam & dilatio temporis, eo quod mens noſtra per vitioſitatem conſtricta eſt, &c.] Ex quibus ſanè principiis ſic argumentari licet vt fecit ſupra Concilium Arauſicanum cap. 19. Poſt contractum peccatum, multò difficilius eſt iuſtitiam recuperare, quam ante illud contractum eamdem ſartam ac tectam tueri. Atqui ante contractum peccatum impoſſibile erat iuſtitiam etiam originalem conſeruare & quemcumque actum ſupernaturalem ad id neceſſarium exercere abſque auxilio gratiæ actualis mouentis & adiuuantis vt oſtendimus antea cap. XVI. libri præſentis. Ergo multo magis impoſſibile eſt à ſtatu peccati emergere & Pœnitentiam concipere eiuſque dignos fructus facere, abſque gratiâ excitante & auxiliante.

IV.

Concil. Trid. ſeſſ. 6. 14. Ratio altera Pœnitentia quæ adultis neceſſaria eſt ad peccatum delendum eſt actus ſupernaturalis vt docet Concilium Tridentinum, quæ non tantum actum Pœnitentiæ virtutis quidem moralis, ſed eleuatæ, verum etiam Fidei, Spei & Charitatis actûs planè ſupernaturales complectitur, inter quos vel ipſa attritio ex motiuo ſupernaturali eſſe

S. Aug. l. 5. c. 3. Rom. 2. debet. Igitur Dei auxilio ſupernaturali omnino habet opus. Vnde S. AVGVSTINVS libro quintò in Iulianum. *Quantumlibet Deus bonitate ſuâ te ad Pœnitentiam adducens, præbeat patientiam: niſi ipſe dederit quis*

2. Tim. 2. *agit Pœnitentiam? an oblitus quod idem ipſe Doctor ait? Ne fortè det illis Deus Pœnitentiam, ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à laqueis diaboli.*

S. Baſil. ho. 28. S. BASILIVS ſimili ſententiâ orationem de Pœnitentiâ concluſerat: Θεῷ τῷ πλάσαντι ἐξ ἀρχῆς καὶ συνεργησαμένῳ τῇ ἀσθενείᾳ, καὶ φυλάττοντι τὴν προαίρεσιν καὶ χαριζομένῳ τὴν μετάνοιαν διὰ τοῦ ἄγοντος ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Id eſt. Deo qui ab initio nos finxit, qui & infirmitati noſtræ ſuccurrit, qui & animi propoſitum cuſtodit, qui Pœnitentiam gratiâ largitur per eum qui nobis hæc bona attulit Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ſit gloria

Chryſ. to. 4. edit. Par. & imperium æternum, Amen. S. CHRYSOSTOMVS in parænesi ad Theodorum lapſum de conuerſione peccatoris ſcribens: εἰ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ἀδύνατον εἶναι τοῦτο δοκεῖ, ἀλλὰ παρὰ θεῷ πάντα δυνατά· μὴ τοίνυν ἀπογνῷς τὴν ἀρίστην μεταβολήν. Etſi hominibus id impoſſibile videatur, Deo tamen omnia poſſibilia; ne igitur in optimum mutari deſperes, &c.

Matth. 19. Hom. 2. to. 5. Vide totam. Idem in Pſalm. L. μή μοι τὴν αἱρετικῶν τὴν γνώμην εἴσαγε· μή μοι λέγε πῶς σώζομαι, ὅταν ἐργάζηται θεὸς, εὐθύνας μὴ ἀπαίτει. Id eſt. Ne mihi hæreticorum ſententiam in medium afferas. Ne dicas mihi, quî ſalutem conſequor? Cum Deus operatur, ne rationes exquiras à Deo] Igitur per gratiam operantem Pœnitentia eſt.

S. Cyril. to. 1. lib. 6. & l. 6. p. 165. v. Vtramque hîc paginam implere poſſet S. CYRILLVS Alex. ex quo pauca delibabimus. Is lib. VI. de Adorat. ὁ τὴν ὑγίειαν ἀλογήτως νόμῳ σὺν

αὐ ἥκοιτι καθαρὸς μὴ οὐχὶ θείω νεύματι τὸ χρῆμα πεπλουτηκώς. Qui diuinas leges contempſerit, purgari non poteſt niſi diuino numine id gratiæ fuerit conſecutus.] Idem de conuerſione & reparatione peccatoris loquens in Glaphyris δυνάμεως τῆς θεοπρεποῦς καὶ μόνη καὶ ἐξουσίας, δοίην δὲ ἔγωγε λαμπρὸν ἀνέσθαι κατόρθωσιν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι δυνάσθαι παρενεγκεῖν, καὶ τὰ τοῦ καλῶς τε καὶ ἀλωβήτως ἔχειν ἡμαρτηκότα μονονουχὶ παλινάγρετα πρὸς τὸ εὖ εἶναι καλεῖν. Id eſt. Diuinæ potentiæ ac virtuti præclarum hoc opus tribuerim, cùm ea quæ non ſunt ad eſſe traducere, tum ea quæ à recto inculpatoque ſtatu deflexerunt ad bonum habitum reuocare.] Ex illis verbis validiſſima ratio formari poteſt à Dei omnipotentiâ tam ad reſtaurationem ſupernaturalem quam ad Creationem ipſam requiſitâ, Deus autem in ſupernaturali reparatione nonniſi per gratiæ auxilium etiam ſupernaturale operatur, vt per ſe clarum eſt. Idem verò ſeipſum vt ita dixerim, excedit ac vincit lib. v. de Adoratione, vbi triplicem conuerſionem diſtinguit quam & ἀπαρσιν profectionem vocat, comparatione deſumpta à profectione tabernaculi, duas primas ab infidelitate ad fidem & à vitio ad virtutem docet à Chriſto præeunte ac deducente συμβιβάζοντος τε καὶ ἡγουμένου χριστοῦ vt & poſtremam de qua loquemur lib. 3. vbi de augmento gratiæ ſermo erit.

Glaphyr. lib 1. de Cain & Abel.

V.

Quoniam vero nonnulla aliquoties occurrunt apud Græcos Patres non ſecus atque apud Latinos, quæ Conuerſionis & Pœnitentiæ originem libero voluntatis arbitrio videntur aſcribere, iſta ne cuiquam offendiculo eſſe poſſint, detegenda primum ac explananda ſunt. Tale quid ſeſe forſan obijciet apud B. Ephræmium Syrum, in illâ voce difficili πτῶ ἔγειρε, quæ ex duabus compoſita, *Cade*, *Surge* quaſi dicat ἔπεσες cecidiſti? Surge; vel. ſi vis cadere, quamuis malum ſit, attamen cito poſt caſum ſurge, reſurge velociter: quaſi tam ipſa reſurrectio quam ruina ſit in ſolius poteſtate cadentis & reſurgentis. Verum apage tam doloſam & malignam explicationem: ibi enim B. Ephraïmius culpat potiùs & euertit proteruiam peccantium, qui abutebantur iſto dicto vulgari, cecidiſti ſurge, quod in ore erat plurimorum qui alios ad peccandum ludibundè inuitabant, Cade & ſubitò ſurges: tantum vero abeſt vt id probet, quin diſertè ait in ipſa verſione Latinâ quam ſolam habemus, *Neque illos pudet qui hæc dicunt: Ipſi lapſi nequeunt aſſurgere, quin etiam & ſcandalum multis, & lapſum, & interitum afferunt.* Poſtea vero conuerſionem à gratiâ Dei pendere ſatis addocet, cùm ait peccatorem conuerſum, cum lapſum fratris intuetur dicere debere: *Auxiliare Domine fratri ſuo*, &c. Hæc vera loci iſtius ſolutio eſt.

Obiectiones ex PP Græcis proponuntur & ſoluuntur.

S. Ephrem adhort. 2. ad virtut.

Vbi verò S. Chryſoſtom. qui ab aduerſariis gratis impugnatur, conuerſionem hominis ab ipſius arbitrio eſſe docet, accómodè potius explicandus, vti reuera ſeipſum explicandum bono ac æquo lectori præbet, quàm errori nomine ſuſpectus reddi debet. Exempli cauſſa ſit ille contextus Parænesi ad Theodorum, quem nonnulli Mopſueſte-

S. Chryſo. Paræn. 1. to. 4.

num eſſe putant: *παρακαλῶ πρὶν σφόδρα ὑπὸ ταύτης βαπτισθῆναί σε μέθης, ἀνανῆψαι καὶ διεγερθῆναι καὶ τὴν σατανικὴν κραιπάλην ἀποσείσασθαι. Εἰ δὲ μὴ δυνατὸν ἀθρόως, ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν. ἐμοὶ μὲν γὰρ εὐκολώτερον εἶναι φαίνεται τῶν πάντων ὁμοῦ τῶν κατεχόντων ἀποσπασθέντα σχοινίων μεταθεῖναι ἑαυτὸν εἰς τὸ τῆς μετανοίας γυμνάσιον· εἰ δέ σοι δύσκολον εἶναι τοῦτο δοκεῖ, ὡς ἂν ἐθέλῃς ἅψαι τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὰ κρείττω φερούσης.* Id eſt. Quare adhortor antequam altiùs ab iſta ebrietate abſorbearis, vt reſipiſcas, vt reſurgas, vt diaboli crapulam excutias: & ſi quidem id tibi poſſibile non videatur, vt totam ſimul, ſenſim ſaltem paulatim. At mihi quidem longè facilius videtur omnes laqueos quibus complicamur ſimul abrumpere, conferendo nos ad palæſtram Pœnitentiæ: Quod ſi tibi difficile iſtud videatur, pro arbitrio tuo viam attinge meliorem &c.] Hæc omnia, inquient Chryſoſtomo-maſtiges, ne verbulum quidem de gratia continent, omnem pœnitudinem vitæque mutationem in peccatoris voluntatem referunt: Itane verò? an idcirco gratiæ neceſſarium auxilium non ibidem antea commemorauit Chryſoſtomus vt ſupra obſeruauimus? At eſto hic non idem repoſuerit, neque diſertis verbis expreſſerit: num eamobrem aut negauit, aut negandum exiſtimauit, aut diſſimulauit, aut non intellexit? Arguendus igitur aut inſimulandus

S.Aug ſer. edit. Sirmondi.

S. Auguſtinus cum dixit: PECCATOR HABET IN ARBITRIO VT MVTETVR: Attamen & ab Auguſtino & à Catholico Lectore Gratiæ operatio ſatis ſub intelligitur: quomodo & in illis S. Scripturæ locis quæ cõuerſionem ab ipſius voluntate peccatoris exquirunt. *Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos*, libertatis noſtræ tunc admonemur, inquit Tridentina Synodus, *Præparate corda veſtra Domino: Pœnitentiam agite*. Act. 2. *Exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus* Eph. 5. & innumera eiuſmodi quæ gratiæ non meminerunt præcedentis, præcedentem tamen ſupponunt.

Zach. 1. Trid. ſeſſ. 6 cap. 5.

1. Reg. 7.

VI.

Difficultas de morali & de Philoſophica Pœnitentia:

Suboriri nonnulla difficultas aduerſus expoſitam doctrinam poteſt ex eo quod Græcis Patribus infrequens non eſt Gentilium Philoſophicam quamdam Pœnitentiam agnoſcere & laudibus etiam afficere, quod in primis occurrit apud S. Chryſoſtomum de Niniuitis loquentem: *μιμησώμεθα τὴν τῶν βαρβάρων φιλοσοφίαν. οὐδὲ ἀνέγνωσαν προφήτας, οὐδὲ ἤκουσαν Πατριαρχῶν, καὶ ὅμως μετενόησαν μετ' ἀκριβείας ἁπάσης.* Imitemur Barbarorum philoſophiam: neque legerant Prophetas, neque audierant Pattiarchas, &c. attamen Pœnitentiam exactiſſimam egerunt.] Nota etiam eſt Alexandrinæ mulieris gentilis impudiciſſimæ Pœnitentia quam bonis operibus miſericordiæ, quibus deſperanti vitam ſeruârat, tribuendam agnoſcit, & prædicat Epiſcopus *εἰπέ μοι θύγατερ τί πεποίηκάς σοι ἀγαθὸν dic mihi filia quid boni feciſti*, &c. Lege reliqua apud Moſchum.

Chryſoſt. ho. 5. ad pop. Ant.

In Prato Spirit. to. 2. Bib. PP. c. 207

Verum iſta nos remorari poſſent ſi Gratiam Dei vocantem & excitantem vel tantiſper excluderent aut imminuerent, plurimum verò abeſt, quin potius S. Chryſoſt. ibidem, Magna, inquit, hominum vir-

tus, ſed maior Dei benignitas qui illos ita vocauit: & Epiſcopus apud Moſchum totum mulieris conuerſæ & ab Angelis etiam baptizatæ negotium ἐστὶ τὸ πρᾶγμα *Dei opus eſſe* certò pronuntiat, ita vt neque nobis neceſſe ſit illius hiſtoriæ fidem eleuare.

Opera ſiquidem infidelium, quibus eos tanquam præuiis diſpoſitionibus ac ſcintillis emicantibus ad Pœnitentiam & fidem ſenſim accendi vult Deus, ab ipsâ gratiâ excitari ſupra ex Patribus Græcis Auguſtino coniunctis oſtendimus: quibus hîc addi poteſt Iouius Monachus apud Photium explicans illud Chriſti apud Matthæum cap. IX. *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* Sic de Eleemoſynis quas Nabuchodonozori ad redimenda peccata Daniel conſulit cenſendum. Iou. Mon. Phot. Bibl. Cod. 222. lib. 7. c. 38. Dan. 4.

CAPVT XXVI.

Homo non poteſt à peccato abſtinere præſertim in tentatione, ſine auxilio Gratiæ. S. Tho. 1. 2. qu. 109. Art. 8.

SVMMA CAPITIS.

I.

Peccati definitio ex S. Max. peccatum in ſtatu naturæ integræ vt vitari potuit ex S. Damaſc. & S. Tho.

II.

Altera aſſertio S. *Tho. in ſtatu naturæ lapſæ.*

III.

Tertia. Nõ poſſumus ab omnib. peccatis, quibus tentamur, mortalibus abſtinere, ſine gratia ex Hier. *Aug. & PP. Græc.*

IV.

SS. Chryſoſtomi & Cyrilli mens.

V.

Etiam pro lenioribus tentationum.

VI.

Peccatis venialibus carere nemo poteſt abſque gratia ſpeciali ex iiſdem.

VII.

De Gratia exteriori ex Nyſſen. & al.

I.

BEATVS Maximus Chriſtianæ Philoſophiæ Profeſſor idemque nominis Chriſti confeſſor eximius. peccatum accuratiſſimè definiit, prout cuicumque humanæ naturæ ſtatui commune eſt, ἁμαρτία ἐστὶν ἔλλειψις τῆς περὶ τὸ τέλος ἐνεργείας τῶν ἐγκειμένων τῇ φύσει δυνάμεων, καὶ οὕτω τῶν φυσικῶν δυνάμεων κατ' ἐσφαλμένην κρίσιν ἐπ' ἄλλο παρὰ τὸ τέλος ἀλόγιστος κίνησις. Id eſt. Peccatum eſt defectio actionis naturalium facultatum à fine, ſiue naturalium facultatum ex errante iudicio inconſideratus quidam motus in aliud quam in ſuum finem tendens. Cuius quidem propoſitionis veritatem probat tam in ſtatu naturæ integræ quam corruptæ. Eũdem in modum S. Thomas ad quæſtionem propoſitam, *Vtrum homo* Maximus in præfat. quæſtionum S. Script.

poſſit ſine gratiâ non peccare, primam hanc Aſſertionem in medium produeit: *Secundum ſtatum quidem naturæ integræ etiam ſine gratiâ habituali poterat homo non peccare, nec mortaliter nec veniauter: quia peccare nihil aliud eſt quàm recedere ab eo quod eſt ſecundum naturam: quod vitare homo poterat in ſtatu naturæ integræ: non tamen hoc poterat ſine Auxilio Dei in bono conſeruantis; quo ſubtracto etiam ipſa natura in nihilum decideret.* Quibus ſanè verbis licet quidam concurſum Dei naturalem, Auxilio Dei in bono conſeruantis & naturam ſuſtentantis intelligant; nihilominus & concurſum auxilij actualis ſupernaturalis intuitu præceptorum ſupernaturalium adimplendorùm & peccati ipſis oppoſiti euitandi, intelligi par eſt, vt antea oſtendimus ex doctrinâ Patrum Græcorum & S. Auguſtini. Atque vt ne actum agamus, ſubijcere ſatis erit verba S. Ioannis Damaſceni ἄνθρωπος ἀναμάρτητος γενόμενος οὐχ ὡς μὴ ἐπιδεχόμενος ἁμαρτίας, μόνον γὰρ τὸ θεῖον ἁμαρτίας ἀνεπίδεκτον, ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ φύσει τὸ ἁμαρτάνειν ἔχων, ἐν τῇ προαιρέσει δὲ μᾶλλον ἤτοι ἐξουσίαν ἔχοντα μένειν καὶ προκόπτειν ἐν τῷ ἀγαθῷ, τῇ θείᾳ συνεργούμενον χάριτι. Id eſt. Homo naturâ creatus inſons, non quòd non eſſet peccati capax: ſola enim diuinitas talis eſt, ſed quod naturæ peccare non ineſſet, ſed potius in electione peccate ſitum eſſet vel inſontem manere, & proficere in bono diuinæ gratiæ cooperando.

S. Damaſc. lib. 2. de fide c. 11.

II.

In ſtatu naturæ lapſæ.

Difficultas igitur præſens eſt de ſtatu naturæ lapſæ, de quo altera eſt S. Thomæ & Sorbonicæ Scholæ aſſertio, *In ſtatu naturæ corruptæ indiget homo gratiâ habituali ſanante naturam ad hoc quod omnino à peccato abſtineat.* De Gratiæ ſanantis habitualis efficaciâ iam quædam diximus; interim iungamus hîc S. Thomam. B. Gregorio Theologo hominem ſauciatum ad iuſtificationem inuitanti: πρόσελθε τῷ θεραπευτῇ, δεήθητι, θεράπευσον τὰ τραύματα διὰ τῶν τραυμάτων, κτῆσαι τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, μᾶλλον δὲ τοῖς ἐλάττοσι τὰ μείζονα θεράπευσον. εἰπὲ τῇ ψυχῇ σου: σωτηρία σου εἰμὶ ἐγώ. Accede ad medicum precare, per vulnera vulneribus medere, ſimile per ſimile tibi compara, aut potius minoribus remediis maiores morbos depelle. Dicet animæ tuæ: ſalus tua ſum ego &c. Proprie gratia ſanans & gratia Dei iuſtificans, de quâ libro tertio plura dicturi ſumus.

S. Tho. ib art. 8. in corp.

Greg. Naz. or. 16. ad fin.

III.

Non poſſumus ab omnibus peccatis abſtinere ſine gratia.

Quum autem hoc libro de gratiæ actualis neceſſitate pertractemus, ad rem maximè pertinet ſequens S. Thomæ concluſio. *Non poteſt homo abſtinere à peccatis mortalibus omnibus, nec diu permanere quin operetur ſecundum conſequentiam voluntatis deordinatæ à Deo, niſi citò per gratiam ad debitum ordinem reparetur.* Quod in primis tentationum vehementium procellis imminentibus veriſſimum ac per ſe notiſſimum eſt. Non eſt cuiquam obſcurum S. Doctorem hæc verba deprompſiſſe ex puriſſimis S. Hieronymi & S. Auguſtini de gratiâ Chriſti documentis, libro præſertim de naturâ & gratiâ contra Pelagianos, vbi & ſic intonat, *Impietate ſceleratiſſimâ negatur, ſine gratiâ Dei hominem ſine peccato eſſe non poſſe.* Idem innumeris locis, pleniſſimè vero libro ad Paulum & Eutropium Epiſcopos

S. Tho. 16. art. 8. in cap.

S. Hieron. libris 3. in Pelagian.

S. Aug. lib. de nat. & grat. cap. 10.

S. Aug. l. de Perfect. Iuſtit.

Epiſcopos contra Celeſtium. SYNODVS Arauſicana. *Diuini muneris eſt, cum & rectè cogitamus, & pedes noſtros à falſitate & iniuſtitia tenemus: quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiſcum, vt operemur operatur.* Legenda Gelaſij Epiſtola circularis: reliquos Latinorum prætermittimus.

Adde Concilium Dioſpolitan. recitat. 2. Pelagij. S. Aug ep. 89. ep 106. lib. de nat. & grat. c 2. de geſtis Pelag. c. 1. ex loco Apoſt. Ro. 7. quis me liberabit? l. 5. in Iulian. Gelaſ. epiſt. to. 2. Concil.

Græcorum verò Patrum liquidiſſima in huius veritatis amplexu ſententia, ſolis ignota cæcis aut calumnioſis hactenus diſſimulata eſt: quã illi præſertim de tentationibus ingruentibus verba facientes manifeſtè aperuerunt, vt S. Athanaſij præclarum illud acroama ſemper obtineat, ἡ χάρις τοῦ θεοῦ νενίκηκεν. Gratia Dei vicit. Concilium Neocæſarienſe docet præſeruationem hominis à peccato etiam exteriori, à Gratiæ munere & virtute proficiſci, ὑπὸ τῆς χάριτος ἐῤῥύσθη *à gratiâ ſeruatus eſt*, quæ phraſis eſt Apoſtoli. S. GREGORIVS Theologus remedium aduerſus Tentationes in peccata propellentes eſſe ait, θεοῦ τυχεῖν ἵλεω καὶ μελέτην ὅτι μάλιστα ποιεῖν ἄνω βλέπειν, Dei gratiâ frui & ad oculos ſurſum erigendos ſeſe quam maximè exercere. S. BASILIVS exponens illud Pſalmographi, *Auxilium meum à Domino.* Legi poteſt integrâ homiliâ. Idem homilia de abdicatione rerum; peccati retia non tantum explicare ac diſſoluere, ſed etiam διαδρᾶσαι fugere neminem poſſe niſi ὑπὸ τοῦ θεοῦ βοηθούμενον à Deo adiutum inculcat. Idemque præcipit in Ethicis τὸν συγχωρηθέντα περιπεσεῖν πειρασμῷ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν καὶ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ διὰ προσευχῆς αἰτεῖν. Eum qui permiſſus eſt vt in tentationem incidat, debere à Deo poſtulare liberationẽ quâ poſſit eam cum voluntate Dei ſuſtinere. S. GREGORIVS Nyſſenus ὅπως ἂν φύγοι τις καταχρατοῦσαν τὴν ἁμαρτίαν, τὸν θεὸν εἰς συμμαχίαν καλεῖ ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχων ἀεὶ τὸν διὰ τῶν πειρασμῶν προσαπαλαίοντα. ἔνθεν οἱ θυμοὶ τὸν λογισμὸν τοῦ καθεστηκότος παράγουσιν. ἐκεῖθεν αἱ τῶν ἀτόπων ἐπιθυμίαι τὸν τόνον τῆς ψυχῆς ἐκθηλύνουσιν· ἑτέρωθεν ἡ πλεονεξία πήρωσιν ἐπάγει τοῦ διορατικοῦ τῆς καρδίας· ὁ τῦφος, ἡ ὑπερηφανία, τὸ μῖσος, ὁ λοιπὸς τῶν ἀντιπαλαιόντων ἡμῖν κατάλογος, οἷόν τι στῖφος πολέμιον ἐν κύκλῳ περιστοιχισάμενον, τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων ἐπάγει τῇ ψυχῇ κίνδυνον. εἶτα ὁ ἐκδῦναι ταῦτα διὰ τῆς κρείττονος συμμαχίας σπουδάζων, ποίοις ἂν κυριωτέροις χρήσαιτο λόγοις οὐχ οἷς ὁ μέγας Δαβὶδ, δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως; Id eſt, vt quis peccatum inualeſcens effugiat, Deum in auxilium vocat ſemper in oculis eum habens, qui per tentationes exercet: hinc iræ rationem à ſtatu dimouẽt: inde abſurdæ cupiditates animæ tenorem eneruant: ex altera parte auaritia perſpicaciam cordis obcæcat: faſtus, ſuperbia, odium & reliquus aduerſariorum noſtrorum catalogus, tanquam hoſtium caterua vndique circumfuſa, extrema pericula animæ inducit: & qui hæc meliori auxilio effugere ſtudeat, quibus verbis aptioribus vteretur quam quibus Dauid: da mihi auxilium de tribulatione, &c. De neceſſitate gratiæ ad tentationes repellendas atque ſuperandas creberrimè eloquitur B. Ephrem Syrus, maximè orat. de recurſu ad Deum. Scholia Patrum ad S. Ioannis Climaci ſcalam, τὴν συμμαχίαν τῆς ὑπερουσίου καὶ ἁγίας τριάδος opem Trinitatis ad id planè neceſſariam docent. In iiſdem conflictibus βοήθειαν παρὰ θεοῦ auxilium à Deo pariter commendat B. DOROTHEVS, θεὸν βοηθοῦντα Deum auxiliantem.

Athan. Apol. ad Conſtant. Neocæſ. can. 4. 2. Cor. 1. Greg. Naz. or. 1. Apol. Baſil. in Pſ. 7. Idem in Aſceticis. Id. Ethic. cap. 3. Nyſſen. or. 3. in or. Dominicam. to. 1. Edit. Colon. p. 63. Climac. gradu 26. Dorotheus doctr. 4. to. 1. Bibl. PP. & doctr. 13. Marc. Erem. tract. de baptiſ. tom. 1. Bibl. PP.

Nota pro gratiis ſacramentalibus.

Cæteris doctoribus ſpiritualibus nihil frequentius, nihil cõmendabilius Gratiæ diuinæ inuocatione, in tentationum congreſſu. Cogitationibus animi conſtantiam perturbantibus Marcvs Eremita, gratias actuales continuò adeſſe philoſophatur ac potiſſimum eas quæ à Sacramentorum efficacia oriuntur, quas Theologi vocant Gratias ſacramentales, qui locus ſingularis eſt, & ad eas probandas longè aptiſſimus. νόησον ὅτι καὶ πρὸ τῆς πράξεως εἰ ἤθελες ὁ θεὸς ἐβοήθει σοι. καὶ ὅταν ἴδῃς διὰ τῆς καρδίας σου γινομένην σοι βοήθειαν, συνιὲς ἀκριβῶς ὅτι οὐκ ἔξωθεν μεταβατικῶς ἐλήλυθεν ἡ χάρις· ἀλλ' ἡ δεδομένη σοι διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐνήργησε ποσόν τι ὅσον καὶ σὺ μισήσας τὸν λογισμὸν ἀπεστράφης. Id eſt. Intelligito antequam prodires ad agendum, Deum opem tibi laturum fuiſſe, ſi voluiſſes, cum itaque ſenſeris ex corde tuo, auxilium tibi ſuppetere, intellige diligenter non extrinſecus tranſeunti motu gratiam adueniſſe, ſed per baptiſmum tibi donatam occultè, nunc operari pro modo quo cogitationem odio proſecutus auerteris.]

IV.

S. Chryſ. mens clariſſima, cui & additur S. Cyrillus.

Chryſ. ho. 44. in Gen. fin.

Hom. 40. in Gen.

S. Chrysostomo liberrimum dicendi campum aperuimus, vbi Sycophantas ſuos à quibus de poſthabitâ & neglectâ gratiâ in peccatis vitandis & tentationibus depellendis iniquiſſime accuſatur, ad triũphum vſque refellat ac in perpetuum os maledicum occludat. Ille de tentatione Ioſeph loquens & ad ſimile certamen prouocans in alia nulla te fiduciam collocandam docet quam in armis ſpiritualibus quæ nobis à Deo præparata eſſe dicit, quam & πανοπλίαν καὶ δαψιλείαν τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος omnem armaturam & abundantiam ſpiritus appellat, eamque precibus inuocandam aſſerit ac reipſa inuocat. Diſertiſſimè in alterâ oratione vbi de tyrannide diaboli ſuperandâ, quam tectè affirmat eſſe ſolam plerumque deceptionem: τοῦ δὲ μὴ ἀπατηθῆναι; θελήσωμεν μικρὸν διεγερθῆναι καὶ νῆψαι, ἡμεῖς κύριοι. οὐκ ἐπειδὴ καθ' ἑαυτοὺς τοσαύτην ἔχομεν τὴν ἰσχύν, ἀλλ' ἐπειδὴ τότε καὶ τῆς ἄνωθεν ἀξιούμεθα ῥοπῆς. Nos autem ne decipiamur, Domini ſumus, ſi parumper excitari & aduigilare voluerimus: non quod hoc à nobis robur habeamus, ſed quia ſuperno auxilio nos dignatur Deus. Quid clarius, quid expreſſius illis verbis expoſci queat? Sequentia fortè clariora ac diſertiora cuipiam videbuntur κἂν μυριάκις φιλοσοφῶμεν, κἂν ἁπάντων ὦμεν ἰσχυρότεροι καὶ δυνατώτεροι τῆς παρ' αὐτοῦ ῥοπῆς ἀπούσης οὐδὲ πρὸς τὸν τυχόντα ἀντιστῆναι δυνησόμεθα πειρασμόν. Etiamſi millies ac millies philoſophemur, licet fortiſſimi omnium ac potentiſſimi ſimus, abſque illius tamen auxilio ne mediocrem quidem poterimus repellere tẽtationem.] Quid hoc, viri boni? an Chryſoſtomus Pelagium ſapit? Plura vultis? Idem rurſus τοῦτο μόνον ἡμῖν σπουδαζέσθω πῶς περιγενώμεθα τοῦ διαβόλου· μᾶλλον δὲ οὐ τῆς ἡμετέρας τὸ πρᾶγμα σπουδῆς, ἀλλὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτός ἐστι τὸ πᾶν. Hoc ſolum curemus, quomodo diabolum vincamus. Imo noſtri hoc non eſt ſtudij opus, Gratiæ Dei totvm est; &c. Sed inducias aliquas Chryſoſtomo demus.

Vide & ho 61. in Gen. fine.

Chryſ ho. in Paralyticum to. 5. Pariſ.

Chryſ. ho. 15. in Act.

S. Cyrill. lib. 2. in Eſ. 20. 112.

Interim B. Cyrillus audiatur, qui omnes tentationum ſpecies com-

plexus remedium ac præſidium aduerſus illas in ſolius Dei ope gratia-que: ponit ὅταν ἡμᾶς αἱ πονηραί τε καὶ ἀντικείμεναι δυνάμεις ὕδατος βιαίου δίκην καταχεόμεναι τῆς ψυχῆς ἢ τοῖς ἔξωθεν πειρασμοῖς ἐμβάλλουσαι, ἤγουν τοῖς ἐμφύτοις κινήμασι τῆς σαρκὸς ἐκπολιορκεῖν ἐπείγονται τὸν εὖ βεβηκότα νοῦν, μὴ εἰς ἄνανδρον δειλίαν καταπιπτέτω τις τῶν ἀριστεύειν εἰδότων μετὰ θεοῦ, ἐπ' αὐτῷ δὲ μᾶλλον ποιείσθω τὴν ἐλπίδα, παντὸς ἔσω κρείττων δείματος. τεύξεται γὰρ ὅτι τῆς ἐπικουρίας παρ' αὐτοῦ πῶς ἐστιν ἀμφιβάλλειν, Id eſt. Quum improbæ & aduerſariæ poteſtates, aquæ violentæ inſtar in animam n oſt: am effuſæ vel externis inuadentes tentationibus, vel inſitis motibus carnis, mentem bene conſtitutam obſidere aggrediuntur, non in eneruem timiditatem quis concidat quiſquis primas ferre, Deo iuuante, cogitat, ſed illi potius innixus, omni terrore ſuperior ſit. Quod enim auxilio ipſius potiturus ſit, quis dubitare queat? Idem ſolum illam ἄμαχον ἐπικουρίαν opem inuictam vocat lib. iv. in Eſ. & antea lib. 1 dixerat χρεία ἰσχύος τῆς ἄνωθεν καὶ παρὰ θεοῦ *Opus eſt fortitudine ſupernâ & quæ à Deo ſit.* Quod clarius dicit τῇ ἄνωθεν χάριτι περιτειχίζεσθαι *circummuniri supernâ gratiâ* in Glaphyris. Vide eumdem, cum vacabit, hom xix. Paſchali. Lib. 1. in Eſ. or. 2. v. & l. 9. in Ioan. c 45. Glaphyr. in Deuter. to. 5. ho. Paſch.

V.

De auxilio ad leuiores tentationes ex Chryſoſt.

Reuertamur ad B. Chryſoſtomum & diſcamus ab eo quid de auxilio ad mediocres & leuiores tentationes opportuno an neceſſario ſentiẽdum ſit. Abeunt in diuerſa Theologi circa quæſtionem illam: Sunt enim qui etiam ad grauiores tentationes non quidem collectiuè, ſed diſtributim ſumptas ſaltem per aliquod tempus gratiam neceſſariam inficientur quibus S. Thomas nonnihil fauere videtur, quum ait *hominem poſſe eſſe ſine ſingulis mortalibus peccatis ſecundum aliquod tempus, non vero diu permanere ſine gratiâ.* Locus non vulgaris S. Hieronymi huc ſpectat *hoc & nos dicimus poſſe hominem non peccare ſi velit pro tempore pro loco, pro imbecillitate corporeâ, quamdiu intentus eſt animus, quamdiu chorda nullo vitio laxatur in cythara: quod ſi paululum ſe remiſerit, quomodo qui aduerſo flumine lembum trahit, ſi remiſerit manus ſtatim retro labitur & fluentibus aquis quò non vult ducitur: ſic humana conditio, &c.* Capreolus 2. ſent. d. 28. qu. vii. Taperus quoque Louanienſis ad artic. 7. idem ſentiunt de tentatione etiam graui contra præceptum legis naturæ, quæ licet valida, non excedit tamen ordinem naturalem humanæ voluntatis. E diametro vero ſunt alij qui ne minimam quidem tentationem abſque ſpeciali gratiâ Chriſti ſuperari poſſe contendunt quod quam bene cũ S. Auguſtino conciliari queat, ipſi viderint, qui libro de peccatorum meritis ait quoſdam & vi ingenij ſui mitiores aliquas concupiſcentias poſſe ſuperare. S. Tho. q. 109. art. 8 S. Hieron. li. 3. in Pelag. Vaſquez diſp. de grat. 189 cap. 8. & ſeq S. Aug. de pecc. mer. c. 22. & proſp. 1. de Voc. Gent. c. 7. Bulla Pij 5. in Baium n. 30.

Auſterioribus certè Theologis hac in ſententiâ non concedit S. Chryſoſtomus qui mollioribus etiam magiſque mitigatis tentationibus deuincendis Gratiam Dei neceſſariam arbitratur. Sic enim ille homilia de Paralytico per tectum demiſſo τῆς παρὰ θεοῦ ῥοπῆς ἀπούσης οὐδὲ πρὸς τὸν τυχόντα πειρασμὸν ἀντιστῆναι δυνησόμεθα.. οὔτε μόνον ἐν τοῖς ὑπὲρ δύναμιν κινδύνοις, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς κατὰ δύναμιν τῆς ἄνωθεν δεόμεθα βοηθείας To. 5. ho. 62.

εἰ μαχόμενοι ἑστήκαμεν γενναίως. Si Dei auxilium abſit, nequidem exiguæ tentationi reſiſtere poterimus, &c. Iterum. Neque tantum in periculis quæ noſtras excedunt vires, ſed & in iis quæ viribus noſtris pares ſunt, ſuperno auxilio indigemus, vt generosè obſiſtamus. Idem in expoſitione Epiſtolæ 1. ad Corinthios enarrans illud Apoſtoli, *Tentatio vos non apprehendat niſi humana, fidelis autem eſt Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis* ἄρα εἰσὶ πειρασμοὶ οὓς οὐ δυνατὸν ὑπενεγκεῖν. καὶ τίνες οὗτοι; πάντες ὡς εἰπεῖν. τὸ γὰρ δυνατὸν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ῥοπῇ κεῖται. οὐδὲ γὰρ ἐκείνους τοὺς συμμέτρους καὶ ἀνθρωπίνους, ὅπερ ἔφην, τῇ ἰδίᾳ δυνάμει διοισομεν, ἀλλὰ κἀνταῦθα τῆς παρ᾽ αὐτοῦ δεόμεθα συμμαχίας, ὥστε αὐτοὺς διεξελθεῖν, καὶ πρὶν ἢ διεξελθεῖν, ἐνεγκεῖν. Id eſt. Sunt igitur tentationes quæ ferri non poſſunt. Et quænam illæ? omnes vt ſemel dicam. Vt enim poſſimus, id, in Dei auxilio ſitum eſt, &c. Neque enim illas moderatas & humanas vt dixi, propriâ virtute feremus, ſed & in his Dei auxilio indigemus vt ipſas peruadamus, & antequam peruadamus, feramus.] Quam inofficiosè igitur Chryſoſtomum tractant, qui eum gratiæ neceſſitati detraxiſſe mentiuntur.

Chryſoſt. ho. 24. in 1. Cor.

VI.

Iam de peccatorum venialium immunitate videndum eſt, quid decernamus cum Patribus Græcis. Docet Schola Sorbonica, *ipſos etiam iuſtos lege communi & ordinaria non poſſe vitare veniales culpas collectiue per longum temporis ſpatium abſque gratiâ ſpeciali.* Quæ doctrina eſt ipſiſſima Synodi Tridentinæ definitio. *Si quis dixerit hominem ſemel iuſtificatum poſſe in totâ vitâ omnia peccata vitare, etiam venialia, niſi ex ſpeciali priuilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet Eccleſia, anathema ſit.* Numeroſa ſcripturæ teſtimonia hanc in rem collegit B. Hieronymus libro ſec. contra Pelagianos & B. Auguſtinus lib. de perfectione iuſtitiæ. Quod certiſſimum, præſertim ſi triplex venialium genus complectaris, ex inaduertentia, ex infirmitate, & deliberatâ voluntate. His omnibus diu carendi nullus abſque ſingulari gratiâ modus eſt, præſertim duobus primis. Qualis profecto gratiâ vni forſan Beatiſſimæ Virgini Matri, vt præter Synodi Tridentinæ teſtimonium B. Auguſtinus, B. Hieronymus, Bernardus alijque Patres aſſeuerant.

Philip. Gamach. qu. 109. cap. 7.

Trid. ſeſſ. 6. can. 23.

In ſexta Synodo act. 13. S. Aug. de nat. & grat. c. 36. S. Bern. ep. 174.

Idem eſſe iudicium Græcorum Patrum nemo ambiget qui eorum interpretationem in varios ſcripturæ locos, quibus ea veritas firmatur, conſulere voluerit, vt Eccleſ. cap. VII. *Non eſt homo iuſtus in terrâ qui non peccet.* Græcè ἄνθρωπος οὐκ ἔστι δίκαιος ἐν τῇ γῇ ὃς ποιήσει ἀγαθὸν καὶ οὐχ ἁμαρτήσει. Apud Iuſtinum Martyrem & Athanaſium. Item, *ſepties cadet iuſtus & reſurget: in die* apponit B. Gregor. Magn. lib. VIII. in 1. lib. Regum. quem locum etſi de caſu tribulationum non vero de caſu peccatorum intelligendum dicat B. Auguſtinus lib. XI. de ciu. reuera tamen de lapſu *in quotidiana & minuta delicta*, vt ipſe vocat, cæteri paſſim Patres & Theologi intelligunt. Ad vnum Iſidorum Peluſ. lector mittatur. *Iuſtus in principio accuſator eſt ſui*; ergo & peccator, leuibus ſaltem noxis B. Chryſoſt. hom. 2. de Prophetarum obſcuritate. Iob dicit: Nō repre-

Iuſt. Mart. in Tryphon. & Athan. or. de Incarn.
Prou. 24.
S. Aug. 11. de ciu. c. 31.
Iſid Peluſ. lib. 4. ep. 158.
Prou. 18.
Iob. 23. & 27.

hendit me cor meum in vitâ meâ, & tamen idem fatetur ſe peccaſſe cap. 7. & dicit Deo eum annotaſſe velut in ſacculo iniquitates ſuas, humanos ſcilicet & quotidianos culparum venialium lapſus, à quorum ſorde nemo mũdus eſt. Quæ variis locis expendit B. Chryſoſtomus ac præcipuè gemino ſermone de Beato Iob. *In multis offendimus omnes πάν-τες*, in præſenti quod notandum, ait B. Iacobus etiam poſt acceptam à Spiritu Sancto in gratiâ confirmationem. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt*. 1. Ioan. c. 1. Quæ verba in Concilio Mileuitano, vt vulgo allegatur, veriùs Carthaginenſi, relata & explicata de venialibus peccatis, Græci ita in linguam ſuam verſa inter canones ſuos retulerunt. ὅτι οὐ μόνον ταπεινὴ ἀλλὰ καὶ ἀληθινὴ ἡ φωνὴ τῶν ἁγίων ἐστὶν αὕτη, ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν· ὁμοίως ἤρεσεν ἵνα ὅπερ εἶπεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος· ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, καὶ ἀλήθεια ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν. ὅστις δή ποτε οὕτως παραληπτέον νομίσῃ ὡς εἰπεῖν διὰ ταπεινοφροσύνην μὴ ὀφείλειν λέγεσθαι ἡμᾶς μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν, οὐχ ὅτι ἀληθῶς οὕτως ἐστὶν, ἀνάθεμα εἴη. ἐπακολουθεῖ ὁ ἀπόστολος καὶ προστίθησιν οὕτως· ἐὰν δὲ ὁμολογήσωμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος ὅστις ἀφήσει ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας καὶ καθαρίσει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας. ἔνθα πάνυ δεδήλωται τοῦτο μὴ μόνον ταπεινοφρόνως ἀλλ᾽ ὅτι μὲν ἀληθῶς λέγεσθαι. ἠδύνατο γὰρ ὁ ἀπόστολος εἰπεῖν, ἐὰν εἴπωμεν, οὐκ ἔχομεν ἁμαρτίαν, ἑαυτοὺς ἐξυψοῦμεν καὶ ταπεινοφροσύνη ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν, ἀλλ᾽ εἰπὼν ὅτι ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν καὶ ἀλήθεια ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστι, πάνυ ἀπέδειξεν τὸν λέγοντα ἑαυτὸν μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν, μὴ ἀληθεύειν ἀλλὰ ψεύδεσθαι. Id eſt: Quòd non ſolum humilis, ſed etiam vera eſt hæc vox ſanctorum, ſi dixerimus quod peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus. Similiter placuit vt quod dixit ſanctus Ioannes Apoſtolus: ſi dixerimus quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt, quicumque ſic accipiendum exiſtimauerit vt dicat per humilitatem nos debere dicere non habere peccatum, non quod verè ita eſt, anathema ſit: conſequitur enim Apoſtolus & ſic ſubiungit, ſin autem peccata noſtra confeſſi fuerimus, fidelis eſt & iuſtus qui peccata nobis remittet & purgabit nos ab omni iniuſtitia. Vbi planè oſtenſum eſt non ſolùm humiliter, ſed etiam verè dici. Poterat enim Apoſtolus dicere ſi dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipſos extollimus & humilitas in nobis non eſt. Sed cum dixit nos ipſos ſeducimus & non eſt in nobis veritas, apertè oſtendit eum qui dicit ſe nõ habere peccatum, non verum dicere, ſed mentiri.] Idem ſancitur poſtea canone cxxix. & cxxx. ex loco Matth. 6. in verbis orationis Dominicæ. ὁμοίως ἤρεσεν ἵνα οἵτινες δή ποτε ταῦτα τὰ ῥήματα τῆς δεσποτικῆς εὐχῆς, ὅπου λέγομεν· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, οὕτως βούλονται ὑπὸ τῶν ἁγίων λέγεσθαι ὡς ταπεινοφρόνως καὶ οὐκ ἀληθῶς ταῦτα λεχθῆναι, ἀνάθεμα εἴη. Id eſt. Similiter placuit vt quicumque hæc verbâ Dominicæ orationis, dimitte nobis debita noſtra, ſic volunt dici à ſanctis, vt ea humiliter non verè dicta ſint, anathema ſit, &c.

Iacob. 3. in Concil. Carthag. apud Græcos. can. 119. vbi & multa alia ex ſcripturis.

Apud Zonaram in canon Concil. Carthag. can. 128.

Exceptio vero illa honorifica & immunitas Beatæ Virginis Deiparæ à quibuſcumque peccatis etiam venialium minimis ex priuilegio B. Virgo veniaLium expera.

Variis Græcor. homilijs, carminibus contaciis, idiomelis. In Euchol & aliis ritualibus. S. Tho. 1. ſec. qu. 89. art. 1.

ſingulari, non latuit Patres Græcos qui toties illam ἄχραντον, ἄμωμον, ἀμόλυντον, ἀκηλίδωτον, πανάγιον labis & maculæ expertẽ vocant: quãuis enim peccatũ veniale præter legẽ potius quam contra legem propriè maculam gratiæ habitualis deletricem non imprimat, quo ſenſu dicitur potius ruga quam macula: immaculatus tamen accuratiſſimè dicitur peccati etiam venialis vacuus: vnde Iob. 15. *Quid eſt homo vt immaculatus ſit & vt iuſtus appareat in conſpectu Dei? cæli non ſunt mundi.* Et Prou. 20. *Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum?* Atqui hanc abſolutam & omnimodam maculæ cuiuſcumque etiam impropriæ immunitatem in Beatâ Virgine fatentur ac prædicant Græci Patres in Concilio VI. Oecumenico Sophronij Epiſtolam approbantes, laudantem Μαρίαν ἁγίαν, φαιδρὰν, θεόφρονα, πάσης ἐλευθέραν μολύσματος τῆς κατὰ σῶμα καὶ ψυχὴν καὶ διάνοιαν *Mariam ſanctam, illuſtrem, quæ Dei ſunt ſapientem, liberam ab omni inquinatione corporis, animæ & intellectus*, quo ex loco perſpici poteſt quantum hallucinetur & impièloquatur Caluinus, id in Claromontano primum Concilio *inter beſtias* concluſum fuiſſe. Sed hoc aliàs.

Sophron. Patr. Hieroſ. ep ad Sergium act. XI. Synod. VI.

Caluin. in Antidoto ſub Vrban. ſec.

VII.

De gratiæ exterioris benefi. 10.

Anacephalæoſis ergo omnium à nobis dictorum hæc eſto. Græci Patres fugam peccati mortalis, tentationum & grauiorum & leuiorum etiam depulſionem ac expugnationem, peccatorum venialium ſingulorum eoque potiùs omnium emunitatem ſoli gratiæ diuinæ aſcribunt, internæ, ſupernaturali, interiùs animam mouenti, mentem illuſtranti, voluntatem excitanti. Quod quidem & alterum præſidij diuini (*Gratias Deo qui dedit nobis victoriam per Chriſtum, quia non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis*, ait Apoſt. 1. Cor. 15.) prouidentiæ & protectionis ipſius exterioris auxilij modum non excludit, quo Deus plerumque nos à peccatis tuetur, occurſus, incurſus, & occaſiones ipſorum auertendo, cauſſaſque dimouendo, quod ab eo poſtulamus extremis dominicæ orationis vocibus: *Duobus modis*, inquit S. Auguſtinus *etiam in corpore cauetur morbi malum, & vt non accidat & vt ſi acciderit, cito ſanetur. Vt non accidat caueamus dicendo ne nos inferas in tentationem: vt cito ſanetur, caueamus dicendo, dimitte nobis debita noſtra: ſiue ergo immineat, ſiue inſit caueri, poteſt.* Idem 50. homil. ho. 33. *ſi adulter non fuiſti hoc dicit tibi Dominus Deus tuus, regebam te mihi, ſeruabam te mihi, ſuaſor defuit, & vt deeſſet ſuaſor ego feci, locus & tempus deficit & vt hæc deeſſent, ego feci, &c.* vide plura ibid. De imminentis ergo peccati prohibitione per exteriorem Dei gratiam in gubernatione & protectione poſitam ita quoque Græci ſentiunt Patres. B. GREGORIVS Nyſſenus eadem Dominicæ precationis verba exponens, ὥσπερ ὁ τὰς συμφορὰς τὰς ἐκ τοῦ πολέμου φεύγων κακῶν εὔχεται μὴ ἐμπεσεῖν πολέμῳ· καὶ ὁ τὸ πῦρ δεδοικὼς τὸ μὴ ἐν αὐτῷ γενέσθαι· καὶ ὁ φρίττων τὴν θάλασσαν τὸ μὴ εἰς ἀνάγκην ναυτιλίας ἐλθεῖν, οὕτω καὶ ὁ τοῦ πονηροῦ τὴν προσβολὴν δεδοικὼς εὔχέσθω τὸ μὴ ἐν αὐτῷ γενέσθαι. Id eſt. Quemadmodum is qui calamitates belli malorum fugit, optat vt ne in bellum incidat: qui metuit ignem, ne in ignem; qui mare horreſcit ne

Nyſſ. or. 5. in or. Do. to. 1.

nauigandi neceſſitas ingruat, ſic qui maligni impetum timet, optet ne in eum incurrat. τὰς πειρασμῶν ἀφορμὰς tentationum occaſiones vocat ibidem, vide. B. Cyrillus aliter circumloquitur: ἀποφράττονται αἱ ὁδοὶ, θεοῦ μὴ καταλεαίνοντος τοῖς φιλαμαρτήμοσι τὴν εἰς φαυλότητα τρίβον, ἀποτραχύνοντος δὲ χρησίμως. Occluduntur viæ, Deo ijs qui peccare cupiũt ad improbitatem iter non complanante, ſed vtiliter aſperante. Pſaltes dixit *viam iniquitatis amoue à me.* Qui eſt effectus diuini auxilij ſaltem exterioris, τῆς τῶν ὅλων θεοῦ βοηθείας vt habet ad eum locum Theodoritus. Gratia vero ad tale auxilium exterius poſtulandum neceſſaria, interior eſt, vt poſtea docebimus. Finem huic capiti imponere placet verbis illis quæ formulæ inſtar ſunt apud Theophylactum in Epiſtolis ἡ θεία χάρις ἡμᾶς φυλάττοι, πειρῶν πάσης κακώσεως ἀνωτέρους καὶ κακώσεως omni tentatione & malitiæ & malorum ſuperiores. diuina gratia nos cuſtodiat, ſeruet Fidendum Deo qui neminem niſi priùs deſerentem deſerit, vt enim ait Nathanael Abbas apud Palladium εἰ χρῄζεις βοηθείας, πέμψει σοι ὁ θεός μου βοήθειαν ſi auxilio indigeas, Deus meus auxilium tibi miſſurus eſt.

Cyrill. Alex. in Oſeam.

Pſ. 118.

Theophyl. ep. Gr. edit. Meurſ.

In Lauſiaca cap. 18 to. 2. Bib. PP.

CAPVT XXVII.

Ad illum S. Thomæ articulum, vtrum ille qui conſecutus eſt Gratiam, per ſeipſum bonum operari et vitare peccatum poſſit abſque auxilio Gratiæ qu. 109. art. 9. Collatio Doctrinæ S. Auguſtini. et Gr. PP.

SVMMA CAPITIS.

I.

SEntentia & rationes Sancti Thomæ de neceſſario auxilio ad meritorias iuſtificatorum actiones: Concilijs & Patribus Latinis comprobata.

II.

Ita ſentiunt & Græci Clem. Alexand. Gregor. Baſil. &c.

III.

Idem & Chryſoſtomo ex alijs colligitur.

IV.

Obiectiones & dubia ſoluuntur.

I.

SIMPLEX, dilucida & ſincera ſancti Doctoris ſententia hæc eſt, *Homo in gratiâ exiſtens non indiget alio auxilio gratiæ quaſi aliquo alio habitu infuſo naturam ſanante & eleuante ad opera vitæ æternæ meritoria: Indiget tamen auxilio gratiæ ſecundum alium modum, vt ſcilicet à Deo moueatur ad aliud agendum: primò ratione generali, quia nulla res creata poteſt in quemcumque actum prodire niſi virtute motionis diuinæ; ſecundò*

Verba S. Thomæ de neceſſario actuali auxilio ad bonas iuſtificatorum actiones.

ratione ſpeciali propter conditionem ſtatûs naturæ humanæ, quæ quidem licet per gratiam ſanetur quantum ad mentem, remanet tamen in ea corruptio & infectio quantum ad carnem per quam ſeruit legi peccati Rom. 3. Deinde propter ignorantiæ obſcuritatem in intellectu remanentem. Rom 8. neſcimus quid oremus. Tandem quia indiget creatura qualibet vt à Deo conſeruetur in bono quod accepit; vnde in ſtatu etiam gloriæ quando gratia perfecta erit, diuino auxilio homo indigebit.

Duvallius, Gamachæus, Yſambertus ad q. 109. art. 9. SHOLA SORBONICA verbis totam hanc aſſertionem exprimit *Homo in ſtatu gratiæ licet aliâ gratiâ habituali non indigeat ad benè operandum, quàm eâ quâ iam iuſtificatus eſt, nouo tamen ad ſingulas actiones meritorias gratiæ actualis auxilio abſolutè indiget.*

Palæſt. num. 7. Concilia quæ de Gratiâ egerunt, id omnia confirmant. Palæſtinum Dioſpoleos, vbi decernitur, vt Pelagius in retractatione fateatur, *Gratia Dei ad iutorium ad ſingulos actus dari.* Mileuit. c. 3. MILEVITANVM, ſeu Carthaginenſe potius cap. v. ex loco Ioan. 15. *Sine me nihil poteſtis facere*, vt infra citabitur. Arauſic. cap. 10. ARAVSICANVM ſec. *Adiutorium Dei etiam renatis ac ſanctis ſemper eſt implorandum, vt ad finem bonum peruenire vel in bono poſſint opere perdurare.* Moguntin. an. 1549 MOGVNTINVM *Diuinorum præceptorum obſeruatio renatis tantò fit poſſibilior, quantò maiorem gratiam eodem ſemper opitulante Spiritu, vel ſemel acceptam retinent, vel amiſſam nouo ſubinde munere recuperant.* TRIDENTINVM de iuſtificatis loquens ex verbis Apoſtoli, Seſſ. 6. cap. 13. *Deus, niſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle & perficere.* Phil. 1. & 2. *Verumtamen qui ſe exiſtimant ſtare videant ne cadant & cum timore & tremore ſalutem ſuam operentur,* 1. Cor. 10. *in laboribus in vigiliis, in Eleemoſynis, in orationibus & oblationibus, in ieiuniis & caſtitate: formidare enim debent, ſcientes quod* 1. Pet. 1. *in ſpem gloriæ & nondum in gloriam renati ſunt, de pugnâ quæ ſupereſt cum carne,* Ro. 8. *cum mundo, cum diabolo, in qua victores eſſe non poſſunt, niſi cum Dei gratia Apoſtolo obtêperent &c. Debitores ſumus* &c. *Si autē ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis,* &c. Idem cap. XVI. *Chriſtus Ieſus tanquam caput in membra & tanquam vitis in palmites, in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influit, quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit, & comitatur & ſubſequitur.*

Lib. 3. in Pelagian. S. HIERONYMVS eandem Euangelicam comparationem inſiſtens, Ioan. 15. *ſine me nihil poteſtis facere: ſicut rami & flagella vitium illicò contabeſcunt, cum fuerint à matrice præciſa: ita omnis hominum fortitudo marceſcit & deperit, ſi à Dei auxilio deſeratur.* Ep. ad Creſiph. Rurſus: *Saluator in Euangelio ait: Pater meus vſque modo operatur & ego operor, ſemper largitor ſemperque donator eſt. Non mihi ſufficit quod ſemel donauit, niſi ſemper donauerit. Peto vt accipiam, & cum accepero, peto. Auarus ſum ad accipienda beneficia Dei, nec ille deficit in dando, nec ſatior in accipiendo &c.* Poſtea. *Quis deſtruit arbitrium? ille qui ſemper agit Deo gratias & quodcumque in ſuo riuulo fluit, ad fontem refert: an ille qui dicit, recede à me quia mundus ſum, non habeo te neceſſarium,* &c.

Epiſt. ad Sixtum lib de Nat. & Grat. contra Pelagian. & cæteris lib. de Perfectione iuſtitiæ. B. Auguſtinus totis Epiſtolis, totis libris, totis operibus nil aliud frequentiùs docet, ardentius inculcat, perfectius elaborat, clarius & potentiùs demonſtrat, *Baptizatos, ſanctificatos, iuſtificatos & proinde iuſtos indigere auxilio Gratiæ Chriſti ad bene viuendum, credendum, ſperandum, diligendumque Deum: & ad peccatum fugiendum.*

II.

II.

Verum inſtituti noſtri velut immemores de Græcis Patribus ſerius loquimur,& lectorem circa ipſorum ſenſum plus ſatis ſuſpenſum tenemus. Ab eadem ſane veritate minimè deſerti ſunt Septuaginta viri apud Ariſtæam θεοῦ δῶρον, ἀγαθῶν ἐργάτην εἶναι καὶ μὴ τῶν ἐναντίων. Dei donum eſt, bonas res agere non verò contrarias. Clementis quoque Clem.Alex.Stro.
Alexandrini vel illa θεοῦ ſufficerent, οὐ χάριτος ἄνευ τῆς ἐξαιρέτου πτεροῦταί τε καὶ αἴρεται ἡ ψυχὴ πάνυ τὸ βρῖθον ἀποτιθεμένη. *Non ſine eximiâ gratiâ velut alas accipit anima, exurgit, & ſupra res eminentes attollitur omne pondus deponens.* Hæc autem omnia præſtat & in ipſa iuſtificatione& poſt ipſam iuſtificationem, vt per ſe manifeſtum Greg.Naz.or.16.
eſt. S. GREG. Theolog. ὁ μὲν τήνδε κατορθούτω τὴν ἀρετὴν, ὁ δὲ τήνδε, ὁ δὲ πλείους, ὁ δὲ τὰς πάσας, εἰ οἷόςτε, μόνον ὁδευέσθω καὶ ἐφιέσθω τοῦ προσω καὶ κατὰ πόδας ἑπέσθω τῷ καλῶς ὁδηγοῦντι, καὶ κατευθύνοντι, καὶ διὰ τῆς στενῆς ὁδοῦ καὶ πύλης ἐπὶ τὸ πλάτος ἄγοντι τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος. Proinde alius hanc virtutem rectè exercere alius aliam, alius plures, alius verò omnes ſi poſſit, tantùm progrediatur, vlteriuſque progredi ſtudeat eiuſque premat veſtigia, qui viam rectè præit greſſuſque noſtros dirigit, ac per anguſtam viam & portam ad cæleſtis beatitudinis latitudinem ducit, &c.
Idem περὶ προκοπῆς τῶν πεπιστευμένων probat S. BASILIVS. *Oro vt Charitas veſtra abundet magis ac magis in omni ſcientiâ & in omni ſenſu, vt probetis potiora, vt ſitis ſinceri & ſine offenſâ in diem Chriſti, repleti omni fructu iuſtitiæ* Cap 14. in Ethicis ex Phil 1.
qui eſt per Ieſum Chriſtum in laudem & gloriam Dei. Idem orat. de humilitate hæc documenta iuſto & bene agenti inſinuat ac probat ex ſcriptu- Baſil.ho.12.
ris χάριτος τετύχηκας; μὴ ἴδιον πολὺ κατόρθωμα τὴν χάριν, κρίσις ἕπεται χάριτι. *Gratiam accepiſti, ne gratiam propriæ virtutis actum tibi fingas, Gratiam ſequitur iudicium.* At longè clariùs orat. de libero arbitrio. οἱ ἐν πνεύματι ὁ θεῖος νόμος οὐκ ἐν μέλανι καὶ γράμμασιν ἐγκεχαραγμένος, ἀλλ' ἐν πνεύματι θεοῦ ζῶντος ἴσασιν ἀκριβῶς ὡς οὐκ ἐκ τῆς οἰκείας αὐτῶν ἰσχύος περιγίνεσθαι τῶν τοῦ πονηροῦ σκανδάλων δυνατόν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀηττήτου δυνάμεως τοῦ θεοῦ. οἱ δὲ μὴ λόγῳ θεοῦ τετιμημένοι, ἀλλ' εἰκῆ φυσιούμενοι οἴονται διὰ τοῦ ἰδίου αὐτεξουσίου καταργεῖν τὰς αἰτίας τῆς ἁμαρτίας, τῆς διὰ μόνου τοῦ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ καταργουμένης. καὶ τὰ ἑξ. ὁ τοίνυν βουλόμενος μέτοχος γενέσθαι τῆς θείας δόξης καὶ ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ καθαρῷ τὴν χριστοῦ μορφὴν ὁρᾶν ἐν τῷ ἡγεμονικῷ αὐτοῦ, ὀφείλει ἀκορέστῳ στοργῇ καὶ ἀπλήστῳ διαθέσει ἐξ ὅλης καρδίας καὶ δυνάμεως νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ζητεῖν τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ ἀντίληψιν ἐν δυνάμει. Id eſt. Illi, qui diuinam legem habent non in atramento & literis inſculptam, ſed in Spiritu Dei viui, exactè ſciunt quam impoſſibile ſit viribus propriis offendicula maligni vincere, niſi inſuperabilis Dei potentia ſuccurrat. 2.Cor.3.
Illi vero qui verbi diuini honore cumulati non ſunt, ſed fruſtra inflati exiſtimant ſe deſtruere cauſas peccati per ſolum liberum arbitrium, quod tamen peccatum per ſolum Crucis myſterium deſtruitur, &c. Hæc homilia tribuitur ab aliis Macario hom. 25. ſed verius Baſilij eſt.
Deinde. Qui vult igitur particeps diuinæ gloriæ fieri, faciemque Chriſti in mente ſuâ velut in puro ſpeculo contemplari, debet inexplebili quodam affectu & inſatiabili ſtudio ex toto corde noctu diuque poſtu-

lare diuinæ potentiæ auxilium, &c.

Nyſſ. in Pſal. cap 6. Pſ. 72.

GREGORIVS Nyſſenus fratris optimi veſtigia æquo paſſu aſſequitur, exponens illud Pſaltæ, *Tenuiſti dexteram meam.* τοῦ ἀντίληψιν λέγει τὴν πρὸς τὰ δεξιὰ τῆς διανοίας ὁρμήν. καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με, οὐ γὰρ ἄνευ θείας βουλῆς ἡ ἐπὶ τὸ καλὸν ὁδηγία. Dei auxilium vocat impetum ad dextram intellectui impreſſum Et in voluntate tuâ deduxiſti me: non enim ſine diuinâ voluntate fit ad id, quod honeſtum eſt, deductio.

III.

Idem ex B. Chryſoſtomo & aliis colligitur. Chryſ. in Pſ. 50. 3.

Non alia Chryſoſtomi ſententia eſt, quicquid inuidia crepitet, non alia de meritoriis iuſtorum operibus, quàm vt à gratiâ Dei planè depēdeant, conſultatio eſt. Ille igitur expoſitione in Pſalmum L. οὐχ ἁμαρτωλοὶ μόνον ἐλέῳ σώζονται, ἀλλὰ καὶ δίκαιοι ἐλέῳ τειχίζονται. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι δίκαιοι ἐλέῳ τειχίζονται, ἄκουε, τί φησι τῷ Πέτρῳ τῷ στύλῳ τῇ κρηπῖδι, τῷ διὰ τοῦτο κληθέντι Πέτρῳ, ἐπειδὴ τῇ πίστει πεπετρωμένος ἦν. Σίμων Σίμων πολλάκις ἠθέλησεν ὁ Σατανᾶς σινιάσαι σε ὡς τὸν σῖτον. ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου· ὁρᾷς ὅτι καὶ οἱ δίκαιοι ἐλέους χρήζουσιν, ἵνα μὴ δὲ ἁμαρτωλοὶ δίκαιοι γένωνται, καὶ ἵνα δίκαιοι γενόμενοι, μένωσι δίκαιοι. Id eſt. Non ſolùm peccatores miſericordiâ indigēt, ſed etiam iuſti miſericordiâ muniuntur. Atque vt ediſcas iuſtos miſericordiâ muniri, audi quid Chriſtus dicat Petro, Columnæ illi, baſi illi, & ideo dicto Petro, quia ſupra fidem Petræ inſtar fixus erat: Simon Simon, ſæpe expetiuit Satanas vt cribaret velut triticum: Ego autem oraui pro te, vt non deficeret fides tua. Videſne quemadmodum iuſti miſericordiâ opus habeant, & vt ex peccatoribus iuſti fiant, & vt cum iuſti facti fuerint, iuſti permaneant?] Nihil aliud idem egregius & ſanctus Antiſtes ſignificare voluit, cum virtuti ipſi omnem virtutem, vt ita dicam, & bene agendi *pro* vitâ æternâ facultatem abſque gratiâ ademit, facundiſſimis verbis in aliquem Geneſeos locum

Chryſ. ho. 6. in Gen.

τῆς ἀρετῆς οὐδὲν ἰσχυρότερον, οὐδὲν αὐτῆς δυνατώτερον· οὐχ ἐπειδὴ αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτῆς τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχύν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ὁ ταύτην κεκτημένος καὶ τῆς ἄνωθεν ἀπολαύει ῥοπῆς καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἀξιοῦται συμμαχίας, πάντων ἂν εἴη δυνατώτερος, καὶ ἀχείρωτος, καὶ ἀνάλωτος οὐκ ἀνθρώπων μόνον ἐπιβουλαῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς τῶν δαιμόνων μηχαναῖς. Id eſt. Virtute nihil fortius nihil potentius: non quod ipſa per ſeipſam tantâ vi polleat, ſed quia ipſa qui præditus eſt ſuperno potitur auxilio, & inde præſidium obtinet, omnium euadit potentiſſimus, & inuidus, & capi nequit non ſolum hominum inſidiis, ſed etiam dæmonum machinis]

Theodo. in Pſ. 31.

Theodoritus Cyrenſis Epiſcopus, Expoſitione in Pſalm. πάντες ἄνθρωποι εἰ καὶ τοῖς τῆς ἀρετῆς καλλωπίζονται κατορθώμασι τῆς θείας προσδέονται χάριτος, διὸ δὴ καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος βοᾷ. χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως· καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν θεοῦ τὸ δῶρον. Id eſt. Omnes homines licet virtutum rectè factis ornati ſint, diuinâ tamen indigent gratiâ. Propterea & diuinus Apoſtolus clamat: Gratiâ ſaluati eſtis per fidem: & hoc non ex vobis: Dei donum eſt.] ASTERIVS Amaſeæ Epiſcopus apud Photium

Eph. 2.

Aſter. ſer. de Pœn. Phot. c. 271.

εἴ τινες κατὰ παθῶν νικηφόροι ἀνεδείχθησαν καὶ ὡς ἀληθῶς ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων τὰ ἴχνη ἔθεντο. οὐδὲ τούτοις χρὴ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀνδρείαν καὶ τὴν ἄλλων κα-

το ἰζεῖν τὸν βίον. ἀλλὰ τῆς μὲν ἰδίας εὐδοκιμήσεως τῷ δεδωκότι θεῷ τὴν χάριν ὁμολογεῖν. Id eſt. Si qui paſſiones vicerint, & verè ſuper ſerpentes & ſcorpionos ambularint oportet illos minimè ſecundũ fortitudinem ſuam vitam aliorum æſtimare & dirigere; ſed virtutis ſuæ largitori Deo gratias agere.] S. Ioannes CLIMACVS τῆς ὑπερηφανίας τέλος, ἄρνησις θεοῦ βοηθείας, καὶ οἰκείας σπουδῆς ἔπαρσις, δαιμονιῶδες ἦθος. Superbiæ extremum, negatio auxilij diuini accepti, & propriæ virtutis elatio, Dæmonicus affectus. Scholia ad eumdem locum ὁ μὴ ἐκ τῆς ἄνωθεν βοηθείας ἀλλ' ἐξ ἑαυτοῦ δοκῶν τι κατορθοῦν, ἀρνεῖται τὸν θεὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀντιλήπτορα αὐτοῦ. Qui non ſuperno auxilio, ſed ex ſeipſo putat ſe aliquid bene agere, Deum negat in omnibus adiutorem ſuum.] S. MACARIVS, ἡ ψυχὴ διὰ τῆς τοῦ κυρίου δυνάμεως φυλαχθήσεται, αὐτὴ ἑαυτὴν ὅση δύναμις συστρέφουσα καὶ πάσης ἐπιθυμίας κοσμικῆς ἀποστρέφουσα καὶ οὕτως ὑπὸ τοῦ κυρίου βοηθουμένη εἰς τὸ ἐξ ἀληθείας φυλαχθῆναι αὐτὴν ἀπὸ τῶν προειρημένων κακῶν. Id eſt. Anima per virtutes Domini conſeruabitur ſeipſam pro viribus coercens & ab omni concupiſcentiâ mundana reuocans & ſic à Domino recipiens auxilium vt verè à prædictis malis cuſtodiatur.] Quibus in verbis deprehendere eſt, auxilium præcedens & auxilium ſubſequens, de quo infra libro ſecundo.

Climac. Scal. Parad. gradu 25.

Macar. ho. 4.

S. CYRILLVS Alexandrinus totus incumbit in huius veritatis luculentiſſimam demonſtrationem, quoties illius confirmandæ occaſionẽ arripere poteſt, in opere de Adoratione in ſpiritu & veritate, de nube tabernaculo & caſtris Iſraëliticis præeunte ſermonem habens: οὔτε γὰρ ἐκ φαυλότητος ἀποστῆναι οὔτε μὴν τὸ ἐφικέσθαι τυχὸν καὶ ἐγκαταυλίζεσθαι τρόπον τινὰ τοῖς ἀμείνοσι κατορθῶσαί τις ἂν δυνηθῇ μὴ οὐχὶ συνόντος τε καὶ ἡγουμένου Χριστοῦ. ταύτῃ τοι καὶ τοῖς ἁγίοις ἔφασκε μαθηταῖς, χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. Neque ex iniquitate recedere quis poteſt neque ad meliora peruenire & in iis velut diuertere, niſi comite & duce Chriſto. Ideo ſanctis illis diſcipulis dicebat: ſine me nihil poteſtis facere. Clarius adhuc Commentariis in Ioannem ἀμήχανον δὲ ἀνθρώπου ψυχὴν κατορθῶσαί τι τῶν ἀγαθῶν, ἤγουν τῶν οἰκείων κρατῆσαι παθῶν, ἢ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος ὀξείας διαδρᾶναι τὸ μέγεθος, μὴ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος τετειχισμένην χάριτι, καὶ αὐτὸν ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ διὰ τοῦτο Χριστόν. Id eſt. Fieri nequit vt hominis anima boni quidquam agat, aut ſuas cupiditates vincat, aut acres diaboli laqueos euitet, niſi ſancti Spiritûs gratia munita ſit, ipſumque in ſeipsâ proinde Chriſtum habeat.] Plura & lib. x. & lib xi. Vbi diuinæ gratiæ, tam ipsũ in virtute & vitæ ſanctitate profectũ, quã purgationis initium merito adſcribit, ad ea Chriſti verba Pater ſãcte ſerua eos in veritate. ἐν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς ἤγουν ἅπασι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν οὐχ ἑτέρως ἐνυπάρξαι τὸ καθαρὸν ἤγουν τὸ μηκέτι τοῖς κοσμικοῖς διαφθείρεσθαι κακοῖς εἰ μὴ διὰ τῆς ἄνωθεν ἀμνησικακίας τε καὶ χάριτος ἐκποδὼν μὲν τιθείσης τὸν ἤδη προειργασμένων τὸν μολυσμὸν καὶ τοῦ παρεληλυθότος βίου τὰ ἐγκλήματα, εἰσκομιζούσης δὲ μᾶλλον τὴν ἐν ἁγιασμῷ ζωῆς λαμπρότητα. Id eſt. In ſanctis diſcipulis ſiue omnibus qui in ipſum credunt, non aliter puritas ineſt, nec aliter ab huius mundi malis immunes fiunt, quàm per ſupernam miſericordiam & gratiam quæ priorum peccatorum ſordes expellit, & ſanctæ vitæ claritatem inducit.]

Cyr. de ador. lib. 5

Io. 15.

Idem l. 9. in Io.

lare diuinæ potentiæ auxilium, &c.

Nyſſ. in Pſal. cap. 6. Pſ. 72.

GREGORIVS Nyſſenus fratris optimi veſtigia æquo paſſu aſſequitur, exponens illud Pſaltæ, *Tenuiſti dexteram meam.* θεοῦ ἀντίληψιν λέγει τὴν πρὸς τὰ δεξιὰ τῆς διανοίας ὁρμήν. καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με. οὐ γὰρ ἄνευ θείας βουλῆς ἡ ἐπὶ τὸ καλὸν ὁδηγία. Dei auxilium vocat impetum ad dextram intellectui impreſſum Et in voluntate tuâ deduxiſti me: non enim ſine diuinâ voluntate fit ad id, quod honeſtum eſt, deductio.

III.

Idem ex B. Chryſoſtomo & aliis colligitur. Chryſ. in Pſ. 50. 3.

Non alia Chryſoſtomi ſententia eſt, quicquid inuidia crepitet, non alia de meritoriis iuſtorum operibus, quàm vt à gratiâ Dei planè depẽdeant, conſultatio eſt. Ille igitur expoſitione in Pſalmum L. οὐχ ἁμαρτωλοὶ μόνον ἐλέῳ σώζονται, ἀλλὰ καὶ δίκαιοι ἐλέῳ τειχίζονται. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι δίκαιοι ἐλέῳ τειχίζονται, ἄκουε, τί φησι τῷ Πέτρῳ τῷ στύλῳ τῇ κρηπῖδι, τῷ διὰ τοῦτο κληθέντι Πέτρῳ, ἐπειδὴ τῇ πίστει πεπετρωμένος ἦν. Σίμων Σίμων πολλάκις ἠθέλησεν ὁ Σατανᾶς σινιάσαι σε ὡς τὸν σῖτον. ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου· ὁρᾷς ὅτι καὶ οἱ δίκαιοι ἐλέους χρῄζουσιν, ἵνα μὴ ἐξ ἁμαρτωλῶν δίκαιοι γένωνται, καὶ ἵνα δίκαιοι γενόμενοι, μείνωσι δίκαιοι. Id eſt. Non ſolùm peccatores miſericordiâ indigẽt, ſed etiam iuſti miſericordiâ muniuntur. Atque vt ediſcas iuſtos miſericordiâ muniri, audi quid Chriſtus dicat Petro, Columnæ illi, baſi illi, & ideo dicto Petro, quia ſupra fidem Petræ inſtar fixus erat: Simon Simon, ſæpe expetiuit Satanas vt cribaret velut triticum: Ego autem oraui pro te, vt non deficeret fides tua. Videſne quemadmodum iuſti miſericordiâ opus habeant, & vt ex peccatoribus iuſti fiant, & vt cum iuſti facti fuerint, iuſti permaneant?] Nihil aliud idem egregius & ſanctus Antiſtes ſignificare voluit, cum virtuti ipſi omnem virtutem, vt ita dicam, & bene agendi pro

Chryſ. ho. 6. in Gen.

vitâ æternâ facultatem abſque gratiâ ademit, facundiſſimis verbis in aliquem Geneſeos locum τῆς ἀρετῆς οὐδὲν ἰσχυρότερον, οὐδὲν αὐτῆς δυνατώτερον· οὐκ ἐπειδὴ αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτῆς τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχύν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ὁ ταύτην κεκτημένος καὶ τῆς ἄνωθεν ἀπολαύει ῥοπῆς καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἀξιοῦται συμμαχίας, πάντων ἂν εἴη δυνατώτερος, καὶ ἀχείρωτος, καὶ ἀνάλωτος οὐκ ἀνθρώπων μόνον ἐπιβουλαῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς τῶν δαιμόνων μηχαναῖς. Id eſt. Virtute nihil fortius nihil potentius: non quod ipſa per ſeipſam tantâ vi polleat, ſed quia ipſâ qui præditus eſt ſuperno potitur auxilio, & inde præſidium obtinet, omnium euadit potentiſſimus, & inuidus, & capi nequit non ſolum hominum inſidiis, ſed etiam dæmonum machinis]

Theodo. in Pſ. 31.

Theodoritus Cyrenſis Epiſcopus, Expoſitione in Pſalm. πάντες ἄνθρωποι εἰ καὶ τοῖς τῆς ἀρετῆς καλλωπίζονται κατορθώμασι τῆς θείας προσδέονται χάριτος, διὸ δὴ καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος βοᾷ. χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως· καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν θεοῦ τὸ δῶρον. Id eſt. Omnes homines licet virtutum rectè factis ornati ſint, diuinâ tamen indigent gratiâ. Propterea & diui-

Eph. 2.

nus Apoſtolus clamat: Gratiâ ſaluati eſtis per fidem: & hoc non ex

Aſter. ſer. de Pœn. Phot. c. 271.

vobis: Dei donum eſt.] ASTERIVS Amaſeæ Epiſcopus apud Photium εἴ τινες κατὰ παθῶν νικηφόροι ἀνεδείχθησαν καὶ ὡς ἀληθῶς ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων τὰ ἴχνη ἔθεντο. οὐδὲ τούτοις χρὴ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀνδρείαν καὶ τῶν ἄλλων κα-

το ἰσχὺν τοῦ βίου. ἀλλὰ τῆς μὲν ἰδίας εὐδοκιμήσεως τῷ δεδωκότι θεῷ τὴν χάριν ὁμολογεῖν. Id eſt. Si qui paſſiones vicerint, & verè ſuper ſerpentes & ſcorpionos ambularint oportet illos minimè ſecundũ fortitudinem ſuam vitam aliorum æſtimare & dirigere; ſed virtutis ſuæ largitori Deo gratias agere.] S. Ioannes CLIMACVS τῆς ὑπερηφανίας τέλος, ἄρνησις θεοῦ βοηθείας, καὶ οἰκείας σπουδῆς ἔπαρσις, δαιμονιῶδες ἦθος. Superbiæ extremum, negatio auxilij diuini accepti, & propriæ virtutis elatio, Dæmonicus affectus. Scholia ad eumdem locum ὁ μὴ ἐκ τῆς ἄνωθεν βοηθείας ἀλλ' ἐξ ἑαυτοῦ δοκῶν τι κατορθοῦν, ἀρνεῖται τὸν θεὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀντιλήπτορα αὐτοῦ. Qui non ſuperno auxilio, ſed ex ſeipſo putat ſe aliquid bene agere, Deum negat in omnibus adiutorem ſuum.] S. MACARIVS, ἡ ψυχὴ διὰ τῆς τοῦ κυρίου δυνάμεως φυλαχθήσεται, αὐτὴ ἑαυτὴν ὅση δύναμις συσφίγγουσα καὶ πάσης ἐπιθυμίας κοσμικῆς ἀποστρέφουσα καὶ οὕτως ὑπὸ τοῦ κυρίου βοηθουμένη εἰς τὸ ἐξ ἀληθείας φυλαχθῆναι αὐτὴν ἀπὸ τῶν προειρημένων κακῶν. Id eſt. Anima per virtutes Domini conſeruabitur ſeipſam pro viribus coercens & ab omni concupiſcentiâ mundana reuocans & ſic à Domino recipiens auxilium vt verè à prædictis malis cuſtodiatur.] Quibus in verbis deprehendere eſt, auxilium præcedens & auxilium ſubſequens, de quo infra libro ſecundo.

Climac. Scal. Parad. gradu 23.

Macar. ho. 4.

S. CYRILLVS Alexandrinus totus incumbit in huius veritatis luculentiſſimam demonſtrationem, quoties illius confirmandæ occaſionẽ arripere poteſt, in opere de Adoratione in ſpiritu & veritate, de nube tabernaculo & caſtris Iſraëliticis præeunte ſermonem habens: οὔτε τῆς ἐκ φαυλότητος ἀπάραι οὔτε μὴν τὸ ἐφικνεῖσθαι τυχὸν καὶ ἐγκαταυλίζεσθαι τρόπον τινὰ τοῖς ἀμείνοσι κατορθῶσαί τις ἂν δυνηθῇ μὴ οὐχὶ συνόντος τε καὶ ἡγουμένου Χριστοῦ. τοιγάρτοι καὶ τοῖς ἁγίοις ἔφασκε μαθηταῖς, χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. Neque ex iniquitate recedere quis poteſt neque ad meliora peruenire & in iis velut diuertere, niſi comite & duce Chriſto. Ideo ſanctis illis diſcipulis dicebat: ſine me nihil poteſtis facere. Clarius adhuc Commentariis in Ioannem ἀμήχανον ἀνθρώπου ψυχὴν κατορθῶσαί τι τῶν ἀγαθῶν, ἤγουν τῶν οἰκείων κρατῆσαι παθῶν, ἢ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος ὀξείας διαδρᾶναι τὸ μέγεθος, μὴ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος τετειχισμένην χάριτι, καὶ αὐτὸν ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ διὰ τοῦτο Χριστόν. Id eſt. Fieri nequit vt hominis anima boni quidquam agat, aut ſuas cupiditates vincat, aut acres diaboli laqueos euitet, niſi ſancti Spiritûs gratia munita ſit, ipſumque in ſeipsâ proinde Chriſtum habeat.] Plura & lib. x. & lib xi. Vbi diuinæ gratiæ, tam ipsũ in virtute & vitæ ſanctitate profectũ, quã purgationis initium merito adſcribit, ad ea Chriſti verba Pater ſãcte ſerua eos in veritate. ἐν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς ἤγουν ἅπασι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν οὐχ ἑτέρως ἐνυπάρξαι τὸ καθαρὸν ἤγουν τὸ μηκέτι τοῖς κοσμικοῖς διαφθείρεσθαι κακοῖς εἰ μὴ διὰ τῆς ἄνωθεν ἀμνησικακίας τε καὶ χάριτος ἐκποδὼν μὲν τεθείσης τὸν ἤδη προεπταισμένων τὸν μολυσμὸν καὶ τοῦ παρελάσαντος βίου τὰ ἐγκλήματα, εἰσκομιζούσης δὲ μᾶλλον τῆς ἐν ἁγιασμῷ ζωῆς τὴν λαμπρότητα. Id eſt. In ſanctis diſcipulis ſiue omnibus qui in ipſum credunt, non aliter puritas ineſt, nec aliter ab huius mundi malis immunes fiunt, quàm per ſupernam miſericordiam & gratiam quæ priorum peccatorum ſordes expellit, & ſanctæ vitæ claritatem inducit.]

Cyr. de ador. lib. 5

Io. 15.

Idem l. 9. in Io.

IV.

Obiectiones diluuntur.

Neque vero nos ab hac bona de ſanctis Patribus quam concepimus, opinione, dimouere debent quæ in eorum ſcriptis aliquando occurrũt dicta, de conſiliorum, conatuum & laborum noſtrorum commendatione, quæ omnia à ſola gratiæ agitatione incipiunt, ab eoque perficiuntur. Tale eſt illud Clementis Alexandrini Stromat. ἐξ ἡμῶν δὲ αὐτῶν βούλεται σώζεσθαι, *Deus nos ex nobiſmetipſis vult ſaluos fieri.* Eo ſiquidem loci Clemens oſtendere vult ſolam aptitudinem ad virtutem, quæ à natura inſita eſt, non ſufficere ad vitam bene beatéque ducendam abſque virtutis ipſius actione & culturâ, ad quam anima non merè paſſiuè ſe habeat, ſed etiam ſeſe vltro moueat prius à Deo mota & incitata, qui eam, vt ipſe ait ad Euangelium alludens, è ſagenâ ſæculi aſſumit ac eligit, vnde ſtatim huic animæ verè Gnoſticæ docet orandum eſſe Deum, καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἄφεσιν ἁμαρτιῶν αἰτήσεται, μετὰ δὲ τὸ μηκέτι ἁμαρτάνειν, ἐπὶ δὲ τὸ εὖ ποιεῖν δύνασθαι. Primum quidem inquit, rogabit pro remiſſione peccatorum, deinde vt bene agendi facultatem impetret. Quid eſt amabò quod gratiæ iuſto ad bene agendum neceſſariæ magis fauere poſſit.

Clem. Alex Stro. 6.

Matth. 13.

Vereor autem ne magno clamore ac tumultu negotium B. Chryſoſtomo faceſſant ipſius delatores importuni, eo quod conſtituto ſemel libero arbitrio & doctrinæ promulgatione inſtructo, dixerit *omnia pendere à noſtrâ voluntate.* At quid ſi nihil dixerit quod Scriptura ipſa non dixerit? ecce locum, adeamus. καὶ ὅλως οὐδὲν δύσκολον βουλομένοις, οὐδὲν εὔκολον μὴ θέλουσιν ἡμῖν· πάντων γὰρ ἡμεῖς κύριοι. διὰ τοῦτο καὶ ἡ γραφή, ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου· καὶ πάλιν ἐὰν μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου. ὥστε ἐν τῷ θέλειν καὶ μὴ θέλειν κεῖται τὸ πᾶν. διὰ τοῦτο καὶ κολαζόμεθα καὶ ἐπαινούμεθα. Id eſt. In ſumma nihil difficile nobis volentibus, nihil facile nolentibus. Omnium Domini ſumus. Idcirco ſcriptura: ſi velitis & me audiatis: & rurſus ſi nolitis nec me audiatis. Totum adeo ſitum eſt id eo quod eſt velle & nolle. Propterea punimur & laudamur.] Præterea vero non eſt tacendum B. Chryſoſtomum etſi more ſcripturæ locutus ibidem fuerit, aliũde prouidiſſe ne in extollendo citra Gratiam Dei humano arbitrio nimius videretur, cum in continenti de ea mentionem fecerit, eiuſque & neceſſitatem & cum libertate neceſſitudinem declararit, γένοιτο δὲ τῶν ἐπαινουμένων γενομένους ἡμᾶς τυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ θεοῦ. Id eſt. Vtinam autem vt ex numero laudatorum facti aſſequamur bona promiſſa per Gratiam & benignitatem Dei, &c.

Chryſoſt. orat. in 1. Theſſal. imitatus Clem. Alex. Stro. 2. p. 288.

Eſ. 1.

Non dixiſſet verò Chryſoſtomus id quod de gratiâ rectè dixit, an ideo gratiam Chriſti abdicaſſet? Iampridem admonuimus ſcripturam ipſam perſæpe quum de arbitrio libero loquitur, gratiæ auxiliantis nó meminiſſe. Exempli loco illud eſto quod ſibi obijcit S. Thomas, Eccleſiaſtici cap. 15. *Appoſui tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam* (appoſuit legendum eſt non appoſui, Gr. παρέθηκε.) *Ante hominem vita & mors, & bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi,* quem locum ſiue de Adamo cum auctore hypognoſticôn, ſiue

S. Tho. q. 109. art. 8. ad 3.

de quocumque homine accipias, vterque ad ſeruanda præcepta diuinæ gratiæ auxilio opus habuit, quod tamen ſilentio inuoluitur, *ſi volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere*, Appoſui tibi ignem & aquam, &c. Quin & S. Auguſtinus eo loco ad probandam arbitrij libertatem omnium hominum vtitur, quod fecerant antea Græci Clemens Alexandrinus lib. v. Stromatum, & S. Baſilius enarratione in Pſalmum LXI. Poſtea Anaſtaſius Nic. qu. 880. in ſcript. Damaſcenus in Parallelis.

S. Aug. de grat. & lib. arb. c. 2.

CAPVT XXVIII.

Perſeuerantiam à diuina gratiæ auxilio ſpeciali pendere, Græci Patres profitentur ad artic. 10. S. Tho. qu. 109.

SVMMA CAPITIS.

I.

QVæſtionis ſtatus & ſententiæ Scholæ Sorbonicæ, S. Thomæ, S. Auguſtini & Conciliorum.

II.

Græci ita ſentiunt vt liquet ex Ignatio & alijs.

III.

Ex B. Chryſoſt. & Cyrillo.

I.

NVLLIBI latior, feracior, amœnior campus ex quo Victoriæ Græcorum Patrum in hoc diuinæ gratiæ pro perſeuerantiâ certamine palmas illuſtriores decerpere liceat. Superiorum quidem doctrinâ Capitum nobis viam facilè ſternit ad præſentis controuerſiæ diſceptationem: in quâ nihil operoſo apparatu proinde opus eſt, quùm & poſteâ fuſiùs atque cumulatiùs libro tertio iterum ſeſe ſit oblatura. Nunc temporis vidĕdum primum quid Theologorum Schola, quid S. Thomas, quid S. Auguſtinus, quid Concilia Latina nobis ea de re certi ac explorati ob oculos ponant: deinceps verò num eorum placitis Græcorum Patrum acroamata conſentiant.

Triplicem perſeuerantiam in ſtatu gratiæ Schola Sorbonica diſtinguit: vnam breuis moræ & temporis, quæ aliquando & finalis eſſe poteſt: alteram diuturni temporis, ſed non finalem: tertiam finalem abſolutè de quâ hic agit S. Thomas. De priori breuioris moræ perſeuerantiâ etiam eâ quæ ad finem vſque protenditur eũque attingit, Theologi contendunt: quidã enim ad eam vltra Gratiam iuſtificãtem & habitualem requiri ſemper actuale & ſpeciale Dei auxilium negant, vt

Duvallius tract. de grat. q. 1. art. 10. Vega negat in Concil Trid. l. 12. c. .. & Diedo de concord. c. 23. Medina vult. qu. 109. art. vlt.

cum quis ſubito caſu poſt acceptam ex Sacramento vel contritione gratiam interit: alij vero affirmant, quibus libentiùs acquieſcam, ſaltem de auxilio exteriori protectionis id explicando de quo Sap. 14. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius: vide S. Aug. lib. de dono perſeu. c. 7. De perſeuerantiâ vero vel diuturni temporis licet interciſâ, vel poſt diuturnum tempus etiam finali certò certius eſt vtramque à Gratia ſpeciali dono manare; Siue vt ait S. Thomas *[illegible] boni præſertim ad finem vitæ licet non indigeat aliâ gratiâ habituali* (quamuis illius ſubinde incrementa ſuſcipiat) *ſed indigere auxilio hominem dirigente & protegente contra tentationum impulſus.*

Arauſic. ſec. c. 10.

Synodus Arauſicana. *Adiutorium Dei etiam renatis ac ſanctis ſemper eſt implorandum, vt ad finem bonum peruenire, vel in bono poſſint opere perdurare.* Et capite decimo-nono. *Natura humana ſine gratiâ Dei ſalutem cuſtodire non poteſt quam accepit.*

Ex S. Aug. ep. 106.

Trident. ſeſſ. 6. c. 13 & can.

Synodus Tridentina. *Si quis dixerit iuſtificatum vel ſine ſpeciali auxilio Dei, in accepta iuſtitia perſeuerare poſſe, vel cum eo non poſſe, anathema ſit.*

Aug. lib. 2. ad Proſperum & Hilar. in reliquias Pelagianæ hæreſeos.

Quis ſenſus S. Auguſtini hac in parte ſit nemo adeo eſt in illius ſcriptis hoſpes, vt liber ei ſit ignotus *de dono perſeuerantiæ* in cuius fronte mētem prodit his verbis: *Aſſerimus donum Dei eſſe perſeuerantiam quâ vſque in finem perſeueratur in Chriſto: finem autem dico quo vita iſta finitur: de hac perſeuerantia dictum eſt; qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit Matth. 10.*

II.

Græci ita ſentiunt vt liquet ex Ignatio & alii.

Ignat. ep. Ro. init.

Græcis Patribus cum Auguſtino ſumma concordia eſt S. IGNATIVS Martyr δεδεμένος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐλπίζω ὑμᾶς ἀσπάσασθαι ἐάνπερ θέλημα ᾖ τοῦ ἀξιωθῆναί με εἰς τέλος εἶναι. ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ εὐοικονόμητός ἐστιν, ἐάνπερ χάριτος ἐπιτύχω εἰς τὸ τὸν κλῆρόν μου εἰς πέρας ἀνεμποδίστως ἀπολαβεῖν. Id eſt. Spero me ſalutaturum vos, ſi voluntas Dei ſit vt dignus iudicer qui ad finem perueniam. Exordium enim bene conſtitutum eſt, ſi modo Gratiam conſequar, vt ſortem meam ſine impedimento ad finem vſque percipiam.] ORIGENES quem raro quidem, ſed nec inappoſitè nec fruſtra accerſimus explicans illud Pſalmographi interprete Rufino Preſbytero.

Origen. lib. 3. Hierarch.

Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem. Per hæc verba, inquit non vtique indicat vt ceſſare debeamus ab ædificando & à cuſtodia ciuitatis eius quæ intra nos eſt: ſed oſtendit quia quæcumque ſine eo cuſtodiuntur, vanè ædificantur & ſine cauſſa ſeruantur. In omnibus enim quæ benè ædificantur & benè ſaluantur, Dominus vel ædificationis vel tutelæ auctor aſcribitur, &c. Poſtea. Ita & Apoſtolum dixiſſe intelligendum eſt, non ſufficit ad perficiendam ſalutem ſola voluntas humana, nec idoneus eſt mortalis curſus ad conſequenda cæleſtia & ad capiendam palmam ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu, niſi hæc ipſa voluntas noſtra a bona promptumque propoſitum & quæcūque illa in nobis poteſt eſſe induſtria, diuino vel iuuetur vel muniatur auxilio; & ideo valde conuenienter dicit Apoſtolus, quia non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei]

Ro. 9.

S. BASILIVS Deum infirmitatem noſtram ſubleuantem comparat ei qui puerum natandi ignarū ſubleuatis perpetuo brachiis à ſubuerſione ſeruat; ſic inquit, contingit

S. Baſil. in Pſ. 29.

nos ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας ἀνανεύειν ἐκ τῶν πτωμάτων per Dei auxilium à ruina oculos attollere, & victoriam aſſequi tanti Palæſtritæ robore ſuffultos: addit enim & aliam à Palæſtritâ alium viribus applicatis iuuante comparationem, quam adire lector poteſt. B. Gregorius Nyſſenus in Pſalmos LV. & ſequ. Chriſtianorum ad finem vſque vitæ certaminum victoriam neminem conſequi poſſe docet niſi ex ſpe & inuocatione Dei, κρείττων γὰρ ὁ παρὰ πᾶσαν τὸν τῆς ἰδίας ζωῆς χρόνον συμπαρατείνας τὴν εἰς τὸν θεὸν πεποίθησιν ſuperior iſtis omnibus euadit ille qui toto vitæ decurſu fiduciam ex Deo ſuſpenſam habet. B. Ephrem legendus Parænesi tertiâ. Marcus exercitatione de temperantia ſub finem. To. 1. Bibl. PP.

III.

Chryſoſtomum vero hac in extremâ parte, quemadmodum in cæteris neceſſitatem gratiæ præ ſe ferentibus, vt indemnem integrique capitis mittamus, audiendus ille primùm eſt in Pſalmi verſum, *Niſi Dominus ædificauerit domum*, &c. δεῖ αὐτὸν ἐπὶ ἅπασι ἁρμόζειν, οὐχ ἵνα αὐτοὶ ῥαθυμῶμεν, οὐδ' ἵνα ὕπτιοι κείμεθα, ἀλλ' ἵνα τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέροντες τὸ πᾶν ἐπὶ τὸν θεὸν ῥίπτωμεν τῆς ἐλπίδος τῆς ἐκείνου διαπαντὸς ἐν ἅπασιν ἐκκρεμάμενοι· ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔνι θεοῦ μὴ βοηθοῦντος εἰς τέλος τὰ πράγματα ἀγαγεῖν· οὕτως δὲ ὁ θεὸς βοηθῇ ἀργοῦντας αὐτοὺς καὶ ἀναπεπτωκότας οὐκ ἔνι τοῦ τέλους ἐπιτυχεῖν. Oportet id aptare omnibus, non vt ipſi ſocordes ſimus & ſupini iaceamus, ſed vt noſtra conferentes Dei arbitrio omnia permittamus, à ſpe illius in omnibus perpetuò pendentes. Quemadmodum enim fieri non poteſt, vt niſi Deus opem ferat, res ad finem perducantur; ita ſi Deus opem ferat, ſimus autem negligentes & ignaui, finem aſſequi non poterimus.] Eo certè loco vniuerſa S. Chryſoſtomi doctrina de liberi arbitrij cum diuinæ gratiæ auxiliis concordiâ, includitur: in quâ & falsò & fruſtra calumniatores ipſius obiectant, conatus humanos diuinæ gratiæ impulſum antecedere, cum is diſertiſſimè opem Dei præmouentem memoret & prædicet iis verbis οὕτως δὲ ὁ θεὸς βοηθῇ, &c. Eadem ipſius Orthodoxa ſententia elucet in Paraphraſi verborum S. Pauli ad Epheſios quibus vale dicebat *Nunc commendo vos fratres Deo & verbo gratiæ ipſius*, &c. τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, τουτέστι, τῇ χάριτι αὐτοῦ. καὶ καλῶς οὕτως εἶπεν· οἶδε γὰρ ὅτι ἡ χάρις σώζει. συνεχῶς αὐτοὺς ἀναμιμνήσκει τῆς χάριτος σπουδαιοτέρους ποιῶν ὡς ὀφειλέτας καὶ πείθων θαρρεῖν. τῷ δυναμένῳ ἡμᾶς ἐποικοδομῆσαι· οὐκ εἶπεν οἰκοδομῆσαι, ἀλλ' ἐποικοδομῆσαι, δεικνὺς ὅτι ᾠκοδόμηνται ἤδη. εἶτα τῆς ἐλπίδος ἀναμιμνήσκει τῆς ἐλθούσης εἰπών· καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν ἐν πᾶσι τοῖς ἡγιασμένοις. Id eſt. Verbo gratiæ ipſius, id eſt Gratiæ ipſius. Et rectè ita locutus eſt: nouit enim per gratiam nos ſaluari. Aſſiduè ipſos admonet gratiæ, eos ſtudioſiores efficiens tanquam debitores, & fiduciam concipere ſuadens. Cum ait, qui potens eſt vos ſuperædificare, non dixit ædificare, ſed ſuperædificare, oſtendens eos iam ædificatos eſſe. Deinde ſpei futuræ meminit dicendo: & dare vobis hæreditatem inter omnes ſanctificatos.] Frequens in ore B. Chryſoſtomi apophtegma ὁ τῆς πίστεως νόμος διὰ χάριτος σώζεσθαι *lex fidei, per gratiam ſaluos fieri.* Quod ex orationis impoſitâ neceſſitate con- Ex B. Chryſoſt. & Cyrillo. Chryſ. in pſ. 126. Act. cap. 20. Ho. 7. in ep. ad Ro.

Ho.14.ad Philip. firmat expoſitione epiſt. ad Philippenſes γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπαλλαγέντας τυχεῖν τῆς ἀνέσεως. σπουδάζωμεν παρακαλῶ. ἂν σπουδάζωμεν καὶ δεώμεθα, ἀνύσομεν. ἐὰν δεώμεθα ἐκτενῶς, δίδωσιν ὁ θεός. Vtinam vero nos omnes liberati quietem illam conſequamur. Studium adhibeamus, obſecro. Si adhibeamus & precemur, ecce perficimus. Si precemur, Deus dat.]

Cyrill.lib.10 in Io. Accedat vltimò B. Cyrillus Alexandr. indiuiduus ferè B. Chryſoſtomi hac in gratiæ vindicandæ expeditione comes. Is ad verba Chriſti Ioan. 15. *Manete in me & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt, &c.* οὐκ ἀρκέσει πρὸς ὁλόκληρον εὐθυμίαν ἤτοι πρὸς ἁγιασμὸν τὸ ὡς ἐπὶ σχέσει τοῦ ἁγιάζοντος ἡμᾶς Χριστοῦ, τὸ εἰσδεχθῆναι μὲν ὡς ἐν τάξει κλημάτων. χρῆναι δὲ πρὸς τούτῳ φημὶ καὶ τὸ διὰ τῆς τελείας τε καὶ ἀνελλιποῦς ἀγάπης γνησίως ἀκολουθεῖν. Id eſt. Non ſufficit nobis ad perfectam animi tranquillitatem vel ad ſanctificationem, ſuſcipi à nos ſanctificante Chriſto inſtar palmitum; opus vero eſſe dico eum ſectari per charitatem perfectam & indeſinentem: &c. quam poſtea docet continuari τῇ τοῦ πνεύματος χορηγίᾳ καὶ χάριτι ſancti Spiritûs largitione & gratiâ. Vide plura ibidem

S.Aug.8.de Gen. c.11.&12. & coniunge pulcherrima, quæ hanc in rem eximiè diſſerit B. Auguſt. lib. VIII. de Geneſi ad litteram. Iterum B. CYRILLVS

Cyrill.l.11.in Io. σπουδαῖον τὸ θέλημα πρὸς ἀγαθουργίαν καὶ εἰς κατόρθωσιν ἀρετῆς. κατεργασώμεθα γὰρ οὕτω τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν. πλὴν οὐκ ἀρκέσει τοῦτο καὶ μόνον τῇ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ· δεῖται γὰρ ἀναγκαίως τῆς ἄνωθεν συμμαχίας τῆς ἄνωθεν συνεργείας καὶ χάριτος, ἐξευμαριζούσης αὐτῇ τὰ δυσήνυτα, εὐεπιβατὴν δὲ λίαν ἀποτελούσης τὴν ἀνάντη καὶ τετραχυμένην τῆς δικαιοσύνης ὁδόν. ὅτι γὰρ οὐδὲν ὅλως τὰ παρ' ἡμῶν εἰ μὴ τὰ ἐκ τῆς θείας προσγένοιτο χάριτος, ἄκουε βοῶντος τοῦ ψάλλοντος· ἐὰν μὴ κύριος οἰκοδομήσῃ, καὶ τὰ ἑξ. Id eſt. Conueniens eſt voluntas noſtra ad bene operandum & ad virtutem exercendam: Operemur ergo ſic noſtram ipſorum ſalutem, verum iſtud ſolùm non ſufficiet animæ humanæ, ſuperno quippe auxilio & gratiâ indiget, quæ difficilia explanet arduumque & aſperum iter iuſtitiæ, peruium reddat & facile. Quod enim noſtra nihil ſint penitus, niſi diuinæ gratiæ auxilium adfuerit, audi Pſaltem clamantem, Niſi Dominus ædificauerit domum, &c. Plura ibidem à quibus vt & cæterorum Patrum locis huc conferendis ſuperſedemus quia hæc materia adhuc libro tertio pertractanda eſt, vbi de merito ad perſeuerantiam aſpirante Deo diſceptabitur.

FINIS LIBRI PRIMI.

ISAACII HABERTI
EPISCOPI VABRENSIS,
THEOLOGIÆ GRÆCORVM PATRVM,
Vindicatæ, circa vniuerſam materiam
Gratiæ.

LIBER SECVNDVS.

DE SPECIEBVS, VI ET EFFECTIS
Gratiæ actualis.

CAPVT PRIMVM.

In quo paucis agitur de arbitrij humani libertate, ad operationem Gratiæ præſuppoſitâ, tam apud Græcos Patres quam apud Latinos Theologos.

SVMMA CAPITIS.

I.

Conſilium huius digreſſionis, liberi arbitrij cum Gratiâ neceſſitudo.

II.

Arbitrij liberi nomenclatura apud Græcos Patres.

III.

Exiſtentia liberi arbitrij poſt peccatum etiam ſuperſtitis ex Græc. PP. & S. Aug.

IV.

Liberum arbitrium eſt facultas naturalis ex ijſdem.

V.

Liberi arbitrij indifferentia actiua ex Scholaſticis, Græcorum PP. Theologiæ & S. Aug. conſentanea.

VI.

Pars humanæ libertatis eſt peccandi facultas, & à Deo eſt non ſecus ac Voluntas ipſa, ex ijſdem Auctor.

VII.

Non vis aut coactio ſola, ſed etiam neceſſitas arbitrij libertati repugnat, ut ex Auguſtino & S. Tho. Schola Sorbonica docet, nos ex PP. Græcis.

I.

Diuelli non poteſt liberi arbitrij conſideratio ab integrâ plenaque gratiæ diuinæ contemplatione, cuius omne punctũ & operæ pretium in vtriuſque cognoſcendâ ſanciendáque concordiâ collocatum eſt. *Quoniam quidam ſunt*, inquit, S. Auguſtinus, *qui ſic Gratiam Dei defendunt, vt negent hominis liberum arbi-*

S Aug. libro de gratia & libero arbitr. c. 1. ad Monachos Adum.

trium: aut quando gratia defenditur, negari exiſtiment liberum arbitrium, ideo aliquid ſcribere ad veſtram charitatem (Valentine frater & cæteri qui ſimul Deo ſeruitis) compellente nouâ charitate curaui: Oramus igitur in primis vt quam ab initio ſpectauimus, hæc præcipuè ſemper ſit nobis ſcribendi cauſſa, *Charitas Dei nos vrgens.* Neminem quippe vt aduerſarium inuadere propoſuimus, depellendæ ſolùm à Patribus Græcis calumniæ intenti, & veritati cum ipſorum innocentiâ declarandæ, quam eodem ſane periculo laborare aut ſolui neceſſe eſt. Coniunctiſſimam igitur, vt ad rem accedamus, gratiæ liberi arbitrij diſputationem, hinc auſpicari libet, vt ea tantum lectoris oculis ſubijciamus, quæ de libero arbitrio apud omnes verè Orthodoxos certa, conſtantia, exploratâ ſunt. Integrum enim de humanæ libertatis naturâ, cauſſis, facultatibus, actibus & effectis moliri tractatum etiam ex ipſis Patrum ſententiis, omnino ſuperuacaneum eſſet; præſertim poſt egregiam nuper in id nauatâ operâ à profundiſſimis Sorbonæ magiſtris Duvallio, Gamachæo, Yſamberto, quorũ Scholaſticis lucubrationibus mirũ in modum lector proficiet, ſi Doctiſſimi Petauij ſtupendum opus, Patrum ea de re ſententiis locupletiſſimum vnâ perlegerit atque ſedulâ meditatione concoxerit.

12. ad qu. 13. de Electione.

Petau. lib. 3. de opific. ſex dier.

Nihil igitur hic aliud moliri certum eſt, quam vt effata illa ſiue dogmata de libero arbitrio quæ apud Theologos indubitata ſunt, Græcis Patribus cognita, probata, conſtituta tantùm deſignem ac veluti recenſeam.

II.

De nomine liberi arbitrii apud Patres Græcos.

Liberum igitur arbitrium, quantùm ad nomen ipſum attinet, non minus honorifico vocabulo à Græcis Philoſophis primùm, dein iſtis Eccleſiæ Patribus αὐτεξούσιον dictum eſt: de arrogantiâ huius nomenclaturæ tam arroganter quam imperitè Caluinus expoſtulat, *ac ſi poteſtas ſui*, inquit, *penes hominem eſſet*, quaſi ſcriptura mentita ſit Geneſ. iv. Eccleſiaſtici xv. Is nimirum eſt modeſtiæ ac ſapientiæ Magiſter, qui Baſilios, Gregorios, Epiphanios & Chryſoſtomos modeſtè ſapere ac loqui docere poſſit, aut etiam ore & ſpiritu Chriſtiano. Baſilius homiliam περὶ αὐτεξουσίου compoſuit, quã & ſi quidam Macario tribuant, quod vereor quam immeritò, idem & αὐτεξουσίου paſſim alibi meminit, illudque ſui iuris liberum defendit; αὐθεντίαν quoque ſupremam poteſtatem, αὐτεξούσιον ὁρμὴν idem vocat hom. quod Deus non ſit auctor mali. Gregorius Theologus αὐτοκίνητον αὐτεξούσιον, per ſe mobile, ſui iuris, poſterius à priori deriuat: idem αὐτεξουσιότητα vocat in quodam carmine κίνησιν πρὸς τὰ ἐφ' ἡμῖν motum ad ea quæ noſtrâ in poteſtate ſunt. Gregorius Nyſſenus ἐξουσίαν poteſtatem abſolute vocat ſingulari loco ἐξουσία ἀγαθὸν μὲν ἐστι καὶ θεοῦ δῶρον δεδωρημένον τῇ φύσει· γέγονε δὲ διὰ τῆς πρὸς τὸ ἐναντίον ῥοπῆς κακόν. Id eſt. Poteſtas quidem bonum eſt & Dei donum naturæ conceſſum: facta eſt autem malum propter propenſionem ad contrarium. Aliis vero locis αὐτεξούσιον appellat τῆς προαιρέσεως κίνησιν præelectionis: προαιρετικὴν ὁρμὴν vim electiuam. τὸ αὐτε-

S. Baſil. ho.

Lib. 4. in Eunom. ho. περὶ εὐχαρ. lib. de Virginit.

Naz. or. 24. & car. p. 198.

Nyſſ. ho 2. in Eccl.

Ib. ho. 7. ho. 1. de orat.

κρατὴς nominat. S. Epiphanius & Methodius apud eum ſicut apud Photium αὐτεξούσιον nomine vtitur, quod plerumque per τὸ ἐφ' ἡμῖν explicat more Philoſophico, ſicut & alij vulgo Patres. B. Chryſoſtomus idem ſæpe vſurpat nomen, τῆς προαιρέσεως καὶ προαιρετικοῦ voce mutat quam ſæpiſſimè, ipſum liberum arbitrium tam neceſſarium homini eſſe quam ipſam ſubſtantiam alicubi affirmat, loco minimè tralatitio τῆς οὐσίας ἡ προαίρεσις κυριωτέρα. καὶ τοῦτο μᾶλλον ἄνθρωπος ἢ ἐκεῖνο. Id eſt. Liberum arbitrium magis obtinet principatum quam ſubſtantia ipſa, & hoc magis eſt homo quam illud.] Caluini autem ridicula non ſolùm, ſed etiam impia obiectiuncula eſt, *ac ſi*, inquit, *poteſtas ſui penes hominem eſſet*, diuinis enim Pauli verbis è diametro pugnat, ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος *Qui vero ſtatuit firmus in corde non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens propriæ voluntatis.* ἔχειν ἐξουσίαν τῆς ὁρμῆς καὶ ἀφορμῆς appoſitè dixit Clemens Alex Strom. li. 1. Tertull *liberum, & ſui arbitrij & ſuæ poteſtatis hominem* dixit Sanctus ipſe Auguſtinus. quem *totum eſſe ſuum* falſò gloriatur Caluinus, ſic vſurpat & explicat IN POTESTATE NOSTRA ESSE. lib. 3. de lib arb. c. 3. quia nimirum per actionum dominium quod αὐτοπραγίαν vocant Philoſophi, homo ſuæ voluntatis dominus eſt, per dominium voluntatis, ſuiipſius Dominus; quod tantùm ab eſt, vt diuinæ potentiæ ius ac dominium ſupremum vel gratiæ auxilium ab eo abroget, quin potius oſtendit ac firmat, vt poſtea clarum erit. Interim ex Græcis ſufficiat B. Irenæi dictum lib IV. c. IV. *Homo liber in arbitrio factus & ſuæ poteſtatis.*

In Funem. or 11. de opip. hom. Epiph in hær 64. Chryſ. ho. 8 in p. ad Coloſſ. ἐξουσίαν quoque vocat in Matth ho. 6. & αὐτοκρατὴς in pſ. 56.

1. Cor. 7. v. 37.

Tert. in Marc. lib. 2. Aug. de nat. & grat. c. 47.

S. Damaſc. l. 2. de fide c. 27. S. Th. 12. qu. 10 ar. 1.

III.

A nomine ad rem veniamus: & primo quidem ad rei ipſius exiſtentiá, de quâ quid credere debeant omnes orthodoxi, doceat nos Tridétina Synodus. *Si quis liberum hominis arbitrium poſt Adæ peccatum, amiſſum & extinctum eſſe dixerit, rem eſſe de ſolo titulo, imò titulum ſine re, figmentum denique à Satana inuectum in Eccleſiam, anathema ſit.* S. Auguſtinus lib. 1 cótra duas Epiſtolas Iuliani Epiſcopi Pelagiani, *Quis noſtrûm dicat quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere?* dixit tamen aliquando id Auguſtinus, *perijſſe, amiſſum eſſe*: ſed hoc quantum *ad libertatem a peccato* quæ libertas eſt gratiæ, non naturæ, vt ipſemet eodem loco explicat, & lib. ſec. c. XV.

Eadem eſt Græcorum Patrum ſententia, de quâ conſuli poteſt prolixum Euſebij caput, lib. VI. de præparatione Euangelicâ, vbi hæc inter cætera, ἐναργὴς ὁ τοῦ αὐτεξουσίου λόγος, ὥστε ἐξ ἁπάντων τε ἐλεύθερον καὶ τὸ αὐτεξούσιον τῆς ἐν ἡμῖν λογικῆς καὶ νοερᾶς φύσεως ἐνδίκως ὁμολογεῖσθαι. Id eſt. Euidens eſt liberi arbitrij ratio, ita vt libertas & ſuiipſius poteſtas, naturæ noſtræ rationalis & intelligentis meritò in confeſſo ſit.] Conſuli poſſunt Baſilius Gregorius Nyſſen. lib. contra fatum. S. Chryſoſtomus orat. ſec. de prouidentiâ. Atque ex omnibus Græcis Patribus S. Ioannes Damaſcenus lib. ſec. de fide cap. XXV. & ſequentibus.

Exiſtentia liberi arbitrij contra Lutherum art. 36. Caluiniſt. 16. & 2. c. 2. & 4.

Hier. ad Cteſiph. ad Bonif. lib. 1. c. 2. ep. 47. & 4. in Iulian. Enchir. c. 30. & 31. & ſe perdidit & ipſum de corrept. & gr. c. 12. l. 4. de ciu. c. 11. ita & Chryſo. in Gen. ho. 29. Aug. oper. imperf. in Iul. c. 102.

Euſeb. li. 6. præp. c. 6.

Baſil. hom. 31. & quod Deus non ſit auct. malor. Nemeſ. de nat. ho. c. 31. & ſequ. to. 2. Bibl. PP.

IV.

Libertas potentia naturalis.

Tertia Latinorum Theologorum aſſertio eſt liberum arbitrium eſſe potentiam ſeu facultatem hominis naturalem eamdem cum voluntate. Ita S. Thomas primâ parte qu. LXXXIII. Ita ſcholæ ab eo omnes. S. Aug. lib. 3. de libr. arbitr. c. 3. *Voluntas noſtra nec voluntas eſſet niſi eſſet in noſtrâ poteſtate. Porrò quia eſt in poteſtate, libera eſt nobis.* Græci non obſcurius ſentiunt. Nemeſius Emeſenus Epiſcopus: φαμὲν τοίνυν ἀδιϑέως τῷ λογικῷ συνεισέρχεσθαι τὸ αὐτεξούσιον πᾶσα φύσις λογικὴ αὐτεξούσιός ἐστιν. Id eſt. Dicimus continuò cum ratione coniunctam eſſe arbitrij libertatem. Omnis natura rationalis libera eſt. Eadem more ſuo excerpſit ac ſcripſit S. Ioannes Damaſcenus. Ex eo factum vt liberum arbitrium etiam poſt peccatum in Angelis & hominibus ſuperfuerit.

S.Th. 1 p. q. 83. art. 2. & 3.

Nemeſ. de nat. 50. cap. 41.

Damaſc. lib. 2. de fide cap. 27.

V.

Liberi arbitrij indifferentia actiua conſtituitur, ex Theologis & Patribus Græcis.

Aſſerunt etiam Orthodoxi Latinorum Theologi liberum arbitrium creaturæ cuiuſcumque rationalis eſſe verſatile & flexibile ad bonum & ad malum, quam libertatem contrarietatis appellant: & ad agendum vel non agendum, quam vocant libertatem contradictionis, adduntque poſitam eſſe libertatis rationem in indifferentiâ quadam, ſed actiuâ, quâ homo poteſt ab intrinſeco & ex propriâ virtute ſeſe determinare ad benè vel malè agendum, vel non agendum. Ignorabam doctrinâ huic contrariam hæreſeos etiam notâ inuſtam fuiſſe à Facultate Pariſienſi donec illius Cenſura Anni 1560. Iun 27. nuper in lucem prodiit. PROPOSITIO. *Liberum arbitrium hominis non habet poteſtatem ad oppoſita, nec illi conuenit ea poteſtas ex ipſius naturali & intrinſecâ ratione.* CENSVRA *Prima pars huius propoſitionis eſt hæretica: Secunda eſt falſa & erronea & morali Philoſophiæ aduerſa.* Scio Doctores aliquos vt P. Gibieſium & D. Ianſenium Yprenſem oppoſitam ſententiam amplexos. Illius, ego probabilem aliquando ſententiam iunior Theologus iudicabam; iudicium iſtud verò emendare ac retractare, poſt Facultatis matris meæ agnitum Decretum, ac ſucreſcentia ab ea opinione errorum priùs latentium germina, minimè pudere aut moleſtum eſſe debet: nec enim Concilio Ariminenſi, Palæſtino, Zoſimo Papâ, Auguſtino ipſo doctiores, aut meliores ſumus, quibus frons erroris ac blanda ſpecies impoſuit, qualis & hæc, libertatem à peccato cum naturali confundés libertate, omniaque ſcripturæ ac Patrum dicta ab vna ad alteram paralogiſtice traducens viamque ſternens ad alia Caluiniani dogmatis capita quæ poſtea in alterius Doctoris ſcriptis repullularunt & à ſummo Pontifice damnata ſunt. Vt ad verum igitur veniamus, libertas creaturæ conſiſtit in potentia ad vtrumlibet bene vel malè agendum, vel nó agendum: qua ratione finit explicatque liberum arbitrium etiam S. Auguſtinus variis locis librorum trium de libero arbitrio quos ipſe etiam ſeniôr recenſuit & probauit: clariſſimè libro de ſpiritu & literâ *hoc quiſque in poteſtate ſuâ habet, quod ſi vult facit, ſi non vult non facit.*

Gamachæus 1. 2. qu. 13. Duvallius tract. de hum. actib. qu. 3.

Lege librum doctiſſimum Vincentij Ricardi pro hac Cenſura editum par. 1645.

Gibief. lib. de libertate Dei & Creaturæ.

Retract. lib. 1. c. 9. v. l de Spir. & litt. c. 3. li. cont. aduerſ. legis c. 14.

Dilucida & pertinax in hac veritate Græcorum Patrum, vnanimiſque

mens eſt. Clementem Alexandrinum, Euſebium, Origenem præter- Clem Alex 1. Stro.
eo. Sanctos audiamus. S. Athanaſius oratione ad gentes ψυχὴ γινώσκου- & 5. ex Plat. Orig.
σα τὸ αὐτεξούσιον ἑαυτῆς ὁρᾷ ἑαυτὴν δύνασθαι κατ' ἀμφότερα τοῖς τοῦ σώματος 1 de Pr. Euſeb. l. 6.
μέρεσι χρᾶσθαι, εἴς τε τὰ ὄντα καὶ τὰ μὴ ὄντα. ὄντα δέ ἐστι τὰ καλά, οὐκ ὄντα τε praep.
τὰ φαῦλα. Id eſt. Anima cognoſcens liberum ſui arbitrium, videt ſe Athan. to. 1.
poſſe vti corporis partibus ad vtraque, & ad ea quæ ſunt, & ad ea quæ
non ſunt; ea quæ ſunt, bona ſunt; quæ non ſunt, mala ſunt.] Idem ali- Lib. de Incar. verb.
bi ἡ τῶν ἀνθρώπων εἰς ἀμφότερα ῥέψαι δυναμένη προαίρεσις libera hominũ
electio quæ vtrimque vergere poteſt. S. METHODIVS oratione de Re- Apud Photium Bibl. C. 224.
ſurrectione τὸ μὲν πρᾶξαι ἢ μὴ πρᾶξαι τὰ κακὰ ἐφ' ἡμῖν in noſtra po-
teſtate eſt facere mala vel non facere. S. EPIPHANIVS contra hæreſim Epiph. in hær. li. 1.
Phariſæorum τὸ δύνασθαι ἁμαρτάνειν ἢ μὴ ἁμαρτάνειν poſſe peccare vel nó
peccare, & rurſus ex ſcriptura Eſai. 1. ἀναμφίβολον ὡς αὐτεξούσιον ἀφεῖχ-
θαι δι' ἑαυτοῦ φήσας τὸ ἐὰν θέλητε καὶ μὴ θέλητε. ὥστε περὶ τὸν ἄνθρωπον εἶναι
τὸ ἀγαθοεργεῖν ἢ τὸ φαύλων ἐφίεσθαι πραγμάτων. Id eſt. Citra dubium eſt
libertatem homini à Deo conceſſam. cum ita dixerit: ſi volueritis & ſi
nolueritis, adeo vt bene agere vel mala appetere illius arbitrio ſit reli-
ctum. S. Baſilius libro de Spiritu ſancto affirmat αὐτεξουσίους εἶναι τὰς ἀο- S. Baſ. to. 2.
ράτους δυνάμεις ἰσοῤῥόπως ἐχούσας πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν καὶ διὰ τοῦτο δεο-
μένας τῆς τοῦ πνεύματος βοηθείας inuiſibiles poteſtates eſſe liberi arbitrij &
æque ad virturem & vitium verti poſſe, ideoque gratiâ ſpiritus indige-
re] S. Gregorius Theologus τὰ ἐπ' ἄμφω τοῦ αὐτεξουσίου κινήματα liberi Naz or. 1.
arbitrij in vtramque partem motiones agnoſcit & hominem ideo αὐ- In carm.
τεξούσιον à Deo creatum canit. S. Gregorius Nyſſenus admodum ſolidè Nyſſ. or. 2. to. 2.
eâ de re philoſophatur ἐπὶ τῆς κάτω φύσεως καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων
διὰ τὸ ἐπιῤῥεπὲς τὸ ἀνθρώπινον ἔχειν πρὸς κακίαν λέγω καὶ ἀρετὴν, ἐφ' ἡμῖν
ἐστιν ἢ νυκτὸς ἢ ἡμέρας υἱοὺς γίνεσθαι, μενούσης κατὰ τὸ προηγούμενον ἐν τοῖς ἰδίοις
ὅροις τῆς φύσεως. Id eſt. In naturâ inferiori atque in his rebus noſtris quia
quod humanum eſt ad vtrumque fertur, ad vitium dico & virturem,
in nobis eſt vel noctis vel diei filios, fieri manente nihilominus ſecun-
dum id quod præcipuum eſt, in propriis terminis naturâ.] S. Macarius
vel vt alij volunt, iterum B. Baſilius hom. de libero arbitrio, τῇ ἐν τῷ τοῦ Macar. 50. Baſil. to. 1.
ἀνθρώπου δυνάμει αὐτεξουσίᾳ ἐστὶ τὸ ἑλέσθαι ἢ μὴ ἑλέσθαι τῷ διαβόλῳ ἀν-
τιστῆναι κεῖται. Id eſt Liberum arbitrium quod in hominis facultate eſt,
conſiſtit in eo vt eligat vel non eligat reſiſtere diabolo.] S. Chryſoſto- Caluin. ſupra & Beza in Eu.
mum fruſtra adducam, de cuius hac in materia hyperbole conquerun- Chryſ. ho. 32. in Gen.
tur Heterodoxi. Ipſi tamen aliquantiſper auſcultandum. οὐκ ἐν τῇ φύσει
ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει τῆς γνώμης τῆς ἡμετέρας κεῖται καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τὰ τῆς κα-
κίας, Non in naturâ, ſed in electione arbitrij noſtri ſita eſt virtus & vi-
tium, idem liberi arbitrij εἰς θάτερα μεταβολὴν ad alterutrum conuer- Et in c. 1. Eſai.
ſionem prædicat in Pſalm. vi. Ac ne quis iſta de naturalibus interpre-
tetur functionibus, vt inſulsè quibuſdã aſſolet, καὶ τούτου, κἀκείνου κύριοι Ho. 14 in 1. Cor.
καὶ τοῦ εἰς γέενναν ἐμπεσεῖν καὶ τοῦ βασιλείας ἐπιτυχεῖν ἐσμὲν ὁ θεὸς οὕτως ἠθέλησεν.
ἰδοὺ γὰρ πῦρ καὶ ὕδωρ. οὗ ἐὰν θέλῃς ἐκτενεῖς τὴν χεῖρά σου. Et huius & illius
Domini ſumus, & in gehennam incidendi, & regnum apiſcendi. Ecce Eccl. 15.
enim ignem & aquam: ad quodcumque voles, manum extendes

tuam, &c. Plura ex Chryſoſtomo colligere fruſtra ſit, qui totus vndequaque ſimilibus ſcatet. Agmen igitur claudat B. Cyrillus Alexandrinus Commentariis in Ioannem. προαιρετικὸν ἐν ἀνθρώποις καὶ αὐθαίρετον τὸ ἐπ' ἄμφω βαδίζειν, εἴτε εἰς δεξιὸν, εἴτ' εἰς ἀριστερὸν, ἀρετήν τε δηλονότι καὶ κακίαν φημί. Id eſt. Liberum eſt & propriæ electionis hominibus in vtrumque deflectere, aut in dextram partem aut in ſiniſtram, in virtutem dico vel vitium.] MARCVS eremita reſponſione de Baptiſmo ἐλευθερίας καὶ ἐξουσίας ἔχομεν ῥέπειν ἐφ' ὃ ἂν θέλωμεν ἤτοι ἀγαθὸν ἤτοι κακὸν, libertatem & poteſtatem habemus inclinandi quò libuerit, ſiue ad bonum ſiue ad malum.]

Cyril. l. 4. in Ioan. v. & in Antropomorph. c. 2. to. 6. & l. 8. in Iul.

Marc. Ex. to. 1. Bibl PP.

VI.

Pars libertatis humanæ potentia peccandi à Deo eſt non vero peccatũ.

Facult. cenſur. an. 1560. Iun. 27.

S. Aug. in Fortun. lib. vno. & de gr. Chr. c. 17.

Lib. 1. c. 13.

Conſectaneum eſt ex hâc indifferentiâ ad bene vel male agendum aut non agendum doctrinâ, vt apprimè diſtinguamus inter actum peccandi & potentiam ipſam peccatricem. Actus peccandi à Deo nec eſt nec eſſe poteſt: potentia verò ipſa quâ peccatur pars libertatis & à Deo eſt, non minùs quam ipſa natura peccantis. Vt in eadem cenſurâ declarauit cum notâ hæreſeos in contrariam propoſitionem facultas Pariſienſis. In hoc clucet B. Auguſtini ſententia, libro contra Fortunatum Manichæorum quemdam Preſbyterum. *Animæ rationali quæ eſt in homine Deus dedit liberum arbitrium.* Et poſtea. *Libera facultas viuendi non datur niſi vbi eſt lapſus*, ſaltem poſſibilis. Et contra aduerſatium legis & Prophetarum. *Quibus videtur ſic hominem fieri debuiſſe vt peccare nollet, non eis diſpliceat ſic eſſe factum, vt poſſet non peccare, ſi nollet. Nunquid enim ſi melior eſſet, qui non poſſet peccare, ideo non benefactus eſt qui poſſet & non peccare?* Plura ibidem cur Deus hominem peccato creauerit obnoxium. Clariſſimè verò libro de naturâ boni, *Cum peccando iniuſtè aliqui nocent, etſi voluntas iniuſta eis imputatur, poteſtas tamen quâ nocere permittuntur, non eſt niſi à Deo.* B. Bernardus eius veſtigiis totus hæret lib. de gratiâ & libero arbitrio. *Soli inter animantia datum eſt homini poſſe peccare vt prærogatiua liberi arbitrij. Datum autem non vt proinde peccaret, ſed vt glorioſior inde appareret, ſi non peccaret cum peccare poſſet. Eccli. 31. beatus qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, &c.*

Lib. de oat. bo. c. 10 & 7. Confeſſ. 3. & 11.

S. Bern. de lib. art 1

Clem. Alex. 3. Stro.

Qu. 9.

Sed quoniam Græcorum à nobis ratio potiſſimum expoſcitur, num ita ſentiant exquiramus. Clemens Alexandrin. lib. 3. poſtquam oſtendit electionem nobis liberam eſſe ad remperanter aut intemperanter viuendum ὁ τὴν ἐξουσίαν ἡμῖν δεδωκὼς ἐλευθέραν καὶ κυρίαν καὶ συγχωρήσας ἡμῖν βιοῦν ὡς βουλόμεθα, σεμνὸς καὶ προσκυνητός. Id eſt. Deus, qui poteſtatem nobis dedit liberam & dominam, & qui nobis conceſſit viuere vti vellemus, venerandus & adorandus eſt.] Auctor libri quæſtionum reſp. ad orthodoxos qui S. Iuſtino tribui ſolet ἐλάβομεν παρὰ τοῦ θεοῦ τοῦ πράττειν καὶ τοῦ μὴ πράττειν τὴν δύναμιν. πράττειν μὲν τὰ δίκαια, οὐ πράττειν δὲ τὰ ἄδικα· ὅταν οὖν οὕτως πράττωμεν καὶ μὴ πράττωμεν, στεφανούμεθα· μετατιθέντες δὲ τὸ πράττειν καὶ τὸ μὴ πράττειν εἰς τὸ ἀντικείμενον, δικαίως κολαζόμεθα. i. Accepimus à Deo facultatẽ faciendi & non faciẽdi; faciẽdi quidem bona & non faciendi mala: cum igitur ita facimus & non fa-

cimus, coronamur: cum vero transferimus illud in oppoſitum, iuſtè punimur.] B. Cyrillus Hieroſolymitanus· ἁμαρτία κακὸν αὐτεξούσιον, βλάστημα προαιρέσεως αὐτοπροαιρέτως ἁμαρτάνομεν. ἐγώ σε ἐφύτευσα ἄμπελον καρποφόρον, φυτεία καλή, ὁ καρπὸς κακός. ἐκ προαιρέσεως τὸ κακόν. ὁ φυτουργὸς ἀναίτιος. Id eſt. Peccatum eſt malum ex libero arbitrio, germen electionis, ex propriâ liberâ electione peccamus: Ego te plantaui vineam fructiferam, &c. Plantatio bona, fructus malus. Malum ex electione. Plantator ſine culpa eſt.] S. BASILIVS Διὸ ἢ ἡ ψυχὴ ὅλως δεκτικὴ τοῦ κακοῦ; διὰ τὴν αὐτεξούσιον ὁρμὴν τὴν μάλιστα πρέπουσαν λογικῇ φύσει. λελυμένη γὰρ πάσης ἀνάγκης, καὶ αὐθαίρετον ζωὴν λαβοῦσα παρὰ τοῦ κτίσαντος, διὰ τὸ κατ' εἰκόνα γεγενῆσθαι θεοῦ, νοεῖ μὲν τὸ ἀγαθὸν καὶ οἶδεν αὐτοῦ τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ ἔχει ἐξουσίαν καὶ δύναμιν ἐπιμένουσα τῇ τοῦ καλοῦ θεωρίᾳ διαφυλάσσειν αὐτῆς τὴν κατὰ φύσιν ζωήν. ἔχει δὲ ἐξουσίαν καὶ ἀποκλῖναί ποτε τοῦ καλοῦ καὶ τὰ ἑξ. Id eſt Vnde vero anima eſt mali capax? Ex eo quod liberi arbitrij facta eſt, quod creaturæ rationali maxime conueniens eſt. Soluta namque ab omni neceſſitate, & vitæ prout vellet ducendæ arbitrium adepta à creatore, eo quod ad imaginem Dei facta eſſet, bonum quidem intelligit & iucunditatem illius nouit, habet vero poteſtatem & facultatem, ſi in boni contemplatione permaneat, conſeruandi vitam naturæ ſuæ conuenientem: habet quoque poteſtatem ab ipſo bono deflectêdi &c. Lege totâ homiliam, eo præſertim loco vbi & de Angelo loquitur in quo & agnoſcit per Dei creationem ἐπ' αὐτοῖς κειμένην τὴν ἐξουσίαν ἢ παραμένειν τῷ θεῷ ἢ ἀλλοτριωθῆναι τοῦ ἀγαθοῦ, inſitam facultatem vel permanendi in Deo vel à bono abſcedendi. B. MACARIVS τὸ αὐτεξούσιον ἐξ ἀρχῆς ὁ θεὸς ἔδωκε τῷ ἀνθρώπῳ, ἵνα ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ ᾖ τὸ τραπῆναι αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ κακόν Liberum arbitrium Deus initio homini dedit, &c. Vt in voluntate ipſius ſit conuerti ad bonum vel ad malum. PROCOPII locum inſignem prior vidit & attulit V.C. Petauius, qui eximie quadrat. reddit rationem cur liberum arbitrium vtramque habeat potentiam & ad bonum & ad malum, contra eos qui dicebant ideo illam boni ſolùm capacem à Deo creari debuiſſe. οὐσιῶδες ἀγαθὸν μόνον τὸ θεῖον ὃ καὶ μόνον ἀΐδιον. εἰ δὲ ἀκίνητον ἐκεῖνο, τὸ ἡμέτερον ἀγαθὸν ἐχρῆν γενέσθαι κινούμενον, ἵνα καὶ τὸ μὲν μετέχῃ τὸ δὲ μετέχηται, καὶ μετέχῃ θέλον τοῦ μεθεκτοῦ τὸ μετέχον. ὅπου δὲ θέλησις μετοχῆς, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, ὡς εἴρηται. οὐκοῦν καὶ μὴ θέλησις. εἰ δὲ ἀφαίρεσις ἦν τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ῥοπῆς καὶ ἡ ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐξῄρετο. ῥοπὴ γὰρ κλίσις ἀπό τινος εἴς τι· οὐκοῦν ἀπὸ μὴ τοιοῦδε εἰς τοιόνδε. εἰ δὲ τὸ τοιόνδε ἀγαθὸν ἐστιν, ἔδει καὶ τὸ ἐξ οὗ μεθίστασθαι· ἠγνόει ὅπερ ἀφῆκεν, ἐξὸν εἰς αὐτὸ μεταστῆναι μὴ μεταστάν Id eſt. Subſtantiuum bonum ſolum eſt numen, quod eſt ſolum etiam æternum Quod ſi immobile illud eſt, oportebat bonum noſtrum fieri mobile, vt hoc particeps ſit, illud participetur: & quod participabilis eſt particeps, volens participet. Vbi autem voluntas eſt participationis, ibi eſt magis & minus vt dictum eſt. Ergo ineſt & nolle. Quod ſi è medio tolleretur propenſio in deterius, tolleretur & in melius propenſio. Eſt enim propenſio inclinatio ab vno in alterum: adeoque ab eo quod non tale eſt, in id quod eſt tale. Itaque ſi quod tale dicitur eſt bonum, oportebat etiam illud eſſe à quo deficit, videlicet

Cyrill. Catech. 2.

Ier. 2.

Macar. ho. 15.

Procopius in Geneſ. Ecl.

quod reliquit & cum poſſet in illud tranſire, non tranſiuit.]

Greg. Nyſſ. ho. 8. in Eccl. to. 2. idem antea ho. 1. vide. S. Aug. l. de grat. Chr. c. 17 & Didym. contr. Manich.

Addimus huic loco luculentiſſimo & ſolidiſſimæ ratiocinationi alteram non ita ſubtilem, ſed non minùs grauem S. Gregorij Nyſſeni in Eccleſiaſten. τὸ δόγμα ἐμάθομεν ὅτι πᾶσα τῆς ψυχῆς κίνησις ἐπ' ἀγαθῷ παρὰ τοῦ δημιουργήσαντος τὴν φύσιν ἡμῶν κατεσκευάσθη. ἀλλ' εἰ δὴ ἡμῶν τισιν ἡ τῶν τοιούτων κινημάτων χρῆσις τὰς εἰς κακίαν ἐγέννησεν ἀφορμάς. καλόν τι οὖσα ἡ αὐτεξούσιος δύναμις ἡμῶν. ὅταν πρὸς τὸ κακὸν ἐνεργῆται κακῶν ἔσχατον γίνεται. καὶ τὸ ἔμπαλιν ὄργανον ἀρετῆς ἐστι ἡ ἀπωστικὴ τῶν ἀηδῶν δύναμις ἧ ὄνομα τὸ μῖσός ἐστιν, ὅταν κατὰ τοῦ ἐναντίου ὁπλίζηται. ἀλλὰ ἁμαρτίας ποτὲ γίνεται ὅπλον ὅταν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀντιπαλικῶς ἔχῃ. οὐκοῦν πᾶν κτίσμα θεοῦ τῶν ἐν ἡμῖν κατασκευασθέντων καλόν. Id eſt. Omnis animæ motus ad bonum eſt conditus ab eo qui noſtram fabricatus eſt naturam: ſed ſi peccauerit horum motuum vſus, is ad vitium adminicula procreat: liberi arbitrii facultas cum ſit res bona quando ad malum exercetur, eſt malorum extremum. Et cõtra, virtutis inſtrumentum eſt vis expultrix triſtium, cui odio nomen eſt, quando aduerſus contrarium armatur. Sed tunc fit arma peccati, quando bono aduerſatur. Omnis ergo Dei creatura ex iis quæ in nobis conſtructa ſunt, bona eſt, &c. Legi denique poteſt TITVS Boſtrenus lib. ſec. contra Manichæos *Beneficium hominis eſt ſuſcipiendi peccatum, &c.* ad alia ſiquidem properamus. Cum S. Thom. id negat loquitur de libertate analoga Deo & Creaturis aut in perfectione conſummata.

Apud Caniſ. to. 5. antiq. S. Tho. qu. 24 de ver. a. 3. poſt Anſelm. dial. de lib. ar.

VII.

Non ſola vis & coactio, ſed etiam neceſſitas libertatem perimit.

Quod autem ſpectat ad ea quæ liberum hominis arbitrium violant aut extinguunt, nullum equidem durius telum aduerſus illam aut letalius eſt neceſſitate. Nam coactio, licet ei aduerſetur, nunquam tamen cum libertate ipsâ quoad actus ipſius proprios ac elicitos, quibus ne à Deo quidem vis ea inferri poteſt, congreditur, ſed tantum extra ipſam militat, actus ipſius imperatos cogendo aut inhibendo. Neceſſitas verò voluntati poteſt inferri, per alicuius antecedẽtis ipſius determinationem cauſſæ, quam eluctari nequeat, impetum ac impreſſionem. Is autem influxus aut motus quo poſito voluntas nõ agere, non conſentire non poſſit, poſitis omnibus ad agendum prærequiſitis, libertatem aut ſupprimat aut etiam perimat neceſſe eſt. Hæc vniuerſæ mens & vox Sorbonæ eſt, quæ in ſuis ſuggeſtibus aut ſubſelliis contrariam ſententiam hactenus inauditam, deinceps quoque audire ac ſuſtineri nuperrimè prohibuit: ſicut haſce propoſitiones damnarat olim: *Libertas & neceſſitas eidem conueniunt reſpectu euſdem*: & ſola violentia repugnat libertati naturali hominis: CENSVRA: *huius propoſitionis prima pars includit contradictionem & eſt hæretica: ſecunda eſt falſa.* Item. *Liberum arbitrium liberè vult quicquid ſponte ſuâ voluntariè vult: ita vt quod neceſſario vult, idem liberè velit.* CENSVRA; *huius propoſitionis ſecunda pars implicat contradictionem & eſt hæretica.* Quæ propoſitiones etiam damnantur in Bulla Pij V. Gregor. XIII. & Vrbani VIII. vt omnes norunt. Vt igitur homini propria & naturalis conſtet libertas, non debet eſſe tantùm libertas à miſeria, vel à peccato, vel à coactione, ſed etiam à neceſſitate immunis. S. THOMAS clariſſimè: *Quidam poſuerunt*

Duvallius tr. de libero arbitrio qu. 5 c. 3 decret. Sorb. an. 1644. 15. Ianſ. Yſamb. tract. de Incarn. diſp. . de Libert. hr Cenſura Par. 1560. Iun. 7. prop. 2. & 8

S. Bern. l. de grat. & lib. arb.

runt quod voluntas hominis ex neceſſitate moueatur ad aliquid eligendum, nec ta- S. Tho. in quæſt.
men ponebant quod voluntas cogeretur, non enim omne neceſſarium eſt violentum, q. 6. de malo art. 1. de elect. hum. v. &
ſed ſolum id cuius principium eſt extra. Hæc autem opinio eſt HÆRETICA, *per* 1 p q 19. a. 10.
eam enim tollitur deliberatio, exhortatio, præceptum, meritum ac demeritum, pu-
nitio, laus, vituperium, &c. Hæc de ſcholâ ſatis: Legatur Philippus Ga- Ad qu. 13 c. 5.
machæus in præfatione eloquentiſſimâ ad Tractatum de peccatis, & in Commentariis ad primam ſecundæ de libero arbitrio contra Lutherum & Caluinum.

In dubium reuocari non poteſt ſententia B. Auguſtini quin omnem propriè dictam à liberi arbitrij naturâ & operatione neceſſitatem explodat. Obiicienti Pelagio dictum Hieronymi valde illud probat. Lib. de nat. & grat. cap. 65.
Item quod ait à memorato dictum eſſe Preſbytero, liberi arbitrij nos condidit Deus: Lege Hieron. ep.
nec ad virtutem nec ad vitia neceſſitate trahimur. Alioquin vbi neceſſitas nec corona eſt: quis non agnoſcat? quis non toto corde ſuſcipiat? Quis aliter conditam humanam neget eſſe naturam? Reliquos ego locos numero, pondere, & ſplendore commendabiles huc conferrem, niſi occupaſſet doctiſſimus Petauius qui labore immenſo totam illam de arbitrij liberi verâ intelligentiâ ex S. Auguſtini ſcriptis controuerſiam exhauſit. Actum ne agamus igitur, ſuamque illi & operæ & laudis vberrimam meſſem relinquamus. Lib. 4. de Opific. hom. 6.

Intelligo vero iam à me repoſci Græcorum hac in re Patrum iudicium, de quo Nouatorum etiam nonnullis dubitare atque altercari placuit, immeritò ſanè. Neceſſitatem quippe, ſiue neceſſariam ad vnũ determinationem, totis viribus ab libertatis humanæ proprie dictæ conſortio ſemper abegerunt. Iuſtinus Philoſophomartyr, εἰ μὴ προαιρέσει ἐλευθέρᾳ πρὸς τὸ φεύγειν τὰ αἰσχρὰ καὶ αἱρεῖσθαι τὰ καλὰ δύναμιν ἔχει τὸ ἀνθρώπειον γένος, ἀναίτιόν ἐστι τῶν ὅπως δή ποτε πραττομένων. ἀλλ' ὅτι ἐλευθέρᾳ προαιρέσει καὶ κατορθοῖ καὶ σφάλλεται, οὕτως ἀποδείκνυμεν, τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον τῶν ἐναντίων τὴν μετέλευσιν ποιούμενον ὁρῶμεν. Id eſt. Niſi arbitrii liberi ad turpia fugienda & bona amplectenda poteſtatem haberet humanum genus, non eſſet in cauſſa qualiumcumque demùm factorum. Sed enim libero delectu tum bene agere, tum labi ſic demonſtramus, hominem eumdem ad contraria ſubinde tranſire conſpicimus, &c. Idem poſtea probat ex loco Deuter. *Ecce in conſpectu tuo bonum & malum, &c.* Item Eſ. 1. ſi volueritis, &c. Determinatio igitur neceſſaria ad vnum ex illius ſenſu omnino repugnat libertati, nec audiẽda cauillatio eſſet, Patres agere ſæpius contra fatum: Id enim veræ ſententiæ impenſius fauet: ſi enim fati cuius tantùm eſſe poterat extrinſeca neceſſitas, determinationem ferre non potuerunt: multo magis iiſdẽ rationibus neceſſitatem intrinſecam, hoc eſt actionis in voluntatem impreſſæ antecedentem determinationem non admiſiſſent: adde quod iiſdem rationibus & auctoritatibus, quibus Eccleſia aduerſus Lutherum & Caluinum, aliosque ſectarios non ſpontaneum, ſed liberum arbitrium negantes dimicat, ipſi antea dimicarunt, vt pergendo cogituri ſumus. Clemens Alexandrinus diſputans contra Baſilidianos fidem eſſe ex neceſſitate à Deo voluntati impactâ quæ tamen

Græcorum ſententia de neceſſitatis & libertatis oppoſitione mutuaque excluſione.
Iuſtin. apol. 2. pro Chriſt.
Stromat lib. 2.

& τὸ ἀκούσιον voluntarium, & τὴν ὁρμὴν & appetitionem ſecum pateretur: aduerſus eos duo reponit: primum eſt: οὐκέτι ἔγωγε οἶδα ζῶον τοῦτο οὗ τὸ ὁρμητικὸν ἀνάγκη λέλογχεν ὑπὸ τῆς ἔξωθεν αἰτίας κινούμενον. Ego verò, inquit, non intelligo quale ſit illud animal, cuius appetendi vim ab externâ cauſſâ motam ſortita ſit neceſſitas. Alterum eſt τὴν αἵρεσιν καὶ φυγὴν αὐτοκρατορικὴν δεδόσθαι τοῖς ἀνθρώποις παρὰ τοῦ κυρίου, διὰ τῆς γραφῆς παρειλήφαμεν, Accepimus à ſcripturis datam eſſe liberam & abſolutam poteſtatem (nota αὐτοκρατορικὴν) hominibus, ad eligendum & fugiendũ] quod certè quantùm determinationem illam ad vnum excutiat, nemo non cernit, modo aliquid cernat. S. Dionyſius c. IX. de Eccl. Hierarch. In hominibus τὰς οἰκείας ῥοπὰς καὶ ζωὴν οὐκ ἠναγκασμένην proprias voluntatis inclinationes vitamque neceſſitatis expertem eſſe

Athan. to. 1. & or. de incarn. ad de S. Cyrill. Catech. 4. ἀναγκάζεται περὶ προαίρεσιν &c.

profitetur. S. Athanaſius exhortatione ad Gentes ἡ ψυχὴ εὐκίνητος καὶ αὐτεξούσιος γέγονε. δύναται γὰρ ὥσπερ πρὸς τὰ καλὰ νεύειν οὕτω καὶ τὰ καλὰ ἀποστρέφεσθαι. Anima facile mobilis & liberi arbitrij cum exiſtat, poteſt vt ad bona ſe inclinare, ita bona quoque auerſari.] S. Baſilius ἡ ψυχὴ λελυ-

S. Baſil. ho. ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτ. κακ. ὁ Θεός.

μένη πάσης ἀνάγκης καὶ αὐθαίρετον ζωὴν λαβοῦσα παρὰ τοῦ κτίσαντος. ἀλλὰ διὰ τί οὐκ ἐν τῇ κατασκευῇ τὸ ἀναμάρτητον ἔσχομεν; φησίν, ὥστε μὴ βουλομένοις ἡμῖν ὑπάρχειν τὸ ἁμαρτάνειν. ὅτι καὶ σὺ οἰκέτας, οὐχ ὅταν δεσμίους ἔχῃς εὔνους καταλαμβάνεις. ἀλλ' ὅταν ἑκουσίως ἴδῃς ἀποπληροῦντάς σοι τὰ καθήκοντα· καὶ θεῷ τοίνυν οὐ τὸ ἠναγκασμένον φίλον ἀλλὰ τὸ ἐξ ἀρετῆς κατορθούμενον. ἀρετὴ δὲ ἐκ προαιρέσεως καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης γίνεται. προαίρεσις δὲ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἤρτηται. Anima ſoluta eſt omni neceſſitate & à creatore poteſtatem vitæ ex propriâ electione ducendæ accepit. Poſtea. Sed in creatione, non habuimus impeccantiam, inquit, ita vt ne volentibus quidem nobis liceret peccare? Quoniam inquam & tu ſeruos non quando in cuſtodia retines, beneuolos tibi eſſe putas, ſed cum eos ſpõte omnia quæ ad te attinent, agere perſpexeris. Sic item Deo amicum puta non quod neceſſitate adigitur, ſed quod ex virtute rectè fit. Virtus autem ex electione eſt non ex neceſſitate efficitur. Electio autem eorum eſt quæ in noſtrâ ſunt poteſtate.

S. Epiphan. in Origen. hær. 64. & Methodio & al.

S. Epiphanius πῶς τὸ αὐτεξούσιον ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ; ἐφ' ἡμῖν γὰρ τὸ πιστεῦσαι κεῖται, καὶ τὸ μὴ πιστεῦσαι, ἔνθα δὲ ἐφ' ἡμῖν τὸ πιστεῦσαι κεῖσθαι καὶ τὸ μὴ πιστεῦσαι, ἐφ' ἡμῖν τὸ κατορθώσασθαι καὶ ἁμαρτήσασθαι, ἐφ' ἡμῖν τὸ ἀγαθοποιεῖν καὶ τὸ κακοποιεῖν. Id eſt. Quomodo liberum arbitrium in hoc mundo? In nobis ſiquidem ſitum eſt credere vel non credere: vbi autem credere vel non credere in nobis ſitum eſt, conſequens eſt vt & rectè agere & peccare, bonum facere & malum facere noſtri quoque ſit iuris.] Hæc verba omnem prorſus ab humana voluntate neceſſitatem amoliuntur ac

Nyſſ. to. 1. de beatit. or. 5.

excutiunt. B. Gregorius Nyſſenus verbis quam elegantiſſimis de vtraque Angelorum & hominum natura loquitur hunc in modum ἡ μέντοι τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ ἐπιθυμία ὁμοτίμως ἑκατέρᾳ συνουσιώθη τῇ φύσει, καὶ τὸ αὐτοκρατές τε καὶ αὐτεξούσιον καὶ πάσης ἀνάγκης ἐλεύθερον ἴσον ἐπ' ἀμφοῖν ὁ τῶν πάντων ἐπιστάτης ἐποίησεν, ὡς αὐτονόμῳ τινὶ προαιρέσει οἰκονομεῖσθαι πᾶν ὅσον λόγῳ τε καὶ διανοίᾳ τετίμηται. Id eſt. Boni & honeſti ſtudium æqualiter vtriuſque naturæ eſſentiæ inſitum eſt, rerumque moderator omnium, ipſis

dominium ſui, liberumque arbitrium & omni neceſſitate liberum ex æquo fecit, vt electione quadam quæ ſui iuris eſſet, regeretur quicquid ratione pariter ac mente præſtat.] Similia in oratione Catechetica, vbi & præcedentem de potentiâ peccandi etiam à Deo in arbitrio humano concreatâ doctrinam confirmat ἐπεὶ τοῦτο τῆς αὐτεξουσιότητός ἐστι τὸ ἰδίωμα, τὸ κατ᾽ ἐξουσίαν αἱρεῖσθαι τὸ καταθύμιον· οὐχ ὁ θεός σοι τῶν παρόντων ἐστὶν αἴτιος κακῶν, ἀδέσποτόν τε καὶ ἄνετόν σοι κατασκευάσας τὴν φύσιν, ἀλλ᾽ ἡ ἀβουλία τὸ χεῖρον ἀντὶ τοῦ κρείττονος προελομένη. Id eſt Quoniam ergo hæc eſt liberi arbitrij proprietas, vt liberè quod libuerit eligat, non eſt tibi Deus auctor præſentium malorum, creatâ tibi naturâ quæ ſui iuris eſt & ſoluta, ſeu libera, ſed malum conſilium, quod pro meliori deterius elegit.] Nyſſ. to. 2. or. Catech. c. 5. & 7. adde Zachar. Mytilen. l. de opif.

S. Chryſoſtomus obijcientem ſibi aliquem inducit, cur Deus nos iniectâ neceſſitate bonum velle ac facere minimè compellit, quum bonum eſſe neceſſitate præſtaret quàm libertate malum? πόσῳ, φησί, βέλτιον ἀνάγκῃ εἶναι ἀγαθόν, ἢ προαιρέσει κακόν. Quantò, dicit quiſpiam, melius eſt eſſe neceſſitate bonum, quam electione malum? Poſtea reſpondet οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν εἶναι ἀνάγκῃ. Non poteſt quis fieri bonus neceſſitate. Theodoritus Cyrenſis Epiſcopus ſerm. de naturâ hominis, αὐτεξούσιον γὰρ καὶ αὐτεξουσίαν τὴν λογικὴν φύσιν δημιουργήσας παραινέσεσι μὲν καὶ νόμοις καὶ τῶν χειρόνων ἀποτρέπει, καὶ ἐπὶ τὰ κρείττω προτρέπει, οὐκ ἀναγκάζει δὲ μὴ βουλομένην τῶν ἀμεινόνων μεταλαχεῖν, ἵνα μὴ παραχινήσῃ τοὺς ὅρους τῆς φύσεως. Ταύτῃ δὲ καὶ διὰ τῶν προφητῶν βοᾷ· ἐὰν θέλητε καὶ ἀκούσητέ μου. Id eſt. Ille qui naturam rationalem ſui iuris & liberam creauit, exhortationibus quidem & legibus eam à malis reuocat & ad bona conuertit: neceſſitatem verò non infert nolenti meliora conſequi: ne terminos naturæ immutet. Vnde & per Prophetas inclamat; ſi volueritis & audieritis me, &c. B. Cyrillus in Iulianum hominum τὴν ἐθελουργίαν, τὴν ἐξουσίαν τῶν πρακτέων ἢ μή, τὰς ῥοπὰς ἐκουσίους, voluntariam operationem, facultatem rerum agendarum aut non agendarum, arbitrarios motus, à neceſſitate vindicat. Chryſ. in Pſ. 9. Eſ. 1. Cyrill. in Iul. lib. 3.

Denique Nemeſius Epiſcopus & S. Ioannes Damaſcenus hæc omnia accuratè diſtinguunt atque definiunt. τὸ ἑκούσιον ſpontaneum, cuius principium in agente eſt intrinſecum: τὸ ἀκούσιον, inuoluntarium: aliud τὸ βιασθὲν οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, μηδὲν συμβαλλομένου κατ᾽ οἰκείαν ὁρμὴν τοῦ βιασθέντος violentum ſeu coactum cuius principium ab extra ſeu extrinſecum eſt, nihil ex ſua inclinatione conferente paſſo: aliud vero δι᾽ ἄγνοιαν, ὅταν μὴ αὐτοὶ παρέχωμεν αἰτίαν τῆς ἀγνοίας ἀλλ᾽ οὕτω συμβῇ per ignorantiam cui cauſſam non præbuimus, ſed ita accidit: ſpontanei vero ſeu voluntarij vnum genus tale eſt duntaxat abſque electione ὡς τὰ παιδία καὶ τὰ ἄλογα ἑκουσίως μὲν ποιεῖ οὐ μὴν δὲ καὶ προαιρέσει ſicut pueri & belluæ ſponte quidem agunt, ſed non ex electione: Aliud tandem perfectioris ſpontanei genus αὐτεξούσιον τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν καὶ ἐκ προαιρέσεως eorum, quæ in noſtrâ poteſtate ſunt atque ex electione quæ neceſſitatem excludit, inquiunt, quia ἀνάγκη ἐστὶ τῶν ἀεὶ ὡσαύτως ἐχόντων neceſſitas eorum eſt, quæ vno eodemque modo ſemper ſe habent; actiones Nemeſ. lib. de nat. hom. & S. Damaſc. lib. 2. de fide cap. 24. ſeq. addendi Philoſophi Chriſtiani Ammonius & Euſtratius in lib. 3. moral.

autem humanæ nunc bonæ, nunc malæ, nunc fiunt. nũc pro libito nõ fiunt τὰ ἐφ' ἡμῖν τὰ ἐπίσης ἐνδεχόμενα, οἷον τὸ κινεῖσθαι καὶ τὸ μὴ κινεῖσθαι, ὁρμᾶν καὶ μὴ ὁρμᾶν, ὀρέγεσθαι τῶν μὴ ἀναγκαίων καὶ μὴ ὀρέγεσθαι, ψεύδεσθαι καὶ μὴ ψεύδεσθαι, διδόναι, καὶ μὴ διδόναι, χαίρειν ἐφ' οἷς δεῖ καὶ μὴ χαίρειν, ὁμοίως καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐν οἷς ἐστι τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τὰ τῆς κακίας ἔργα· τούτων γὰρ ἐσμὲν αὐτεξούσιοι· τῶν δὲ ἐπ' ἴσης ἐνδεχομένων εἰσὶ καὶ αἱ τέχναι. Ea quæ ſunt in noſtrâ poteſtate adeóque cõtingentia (proinde non neceſſaria) vt moueri & non moueri, incitari vel non incitari in aliquid, appetere & non appetere res non neceſſarias, mentiri & non mentiri, dare & non dare, gaudere quibus oportet vel non gaudere, & quæcumque ſunt eiuſmodi virtutis aut vitij opera: horum enim liberam arbitrij poteſtatem habemus. Similiter & inter contingentia reponendæ ſunt artes, &c. Vnde iidem Patres expungunt à cenſu liberarum actionum, actiones naturales quia neceſſariæ ſunt: actiones quoque appetitus ſenſitiui in pueris, amentibus, brutis ob neceſſariam inclinationem expertem indifferentiæ actiuæ & propriæ, proinde impotem liberæ determinationis ac electionis.

VIII.

Voluntarium pro libero apud Patres Græc. ſicut apud Aug. libb. de lib. arb.

Subtexenda modò ſunt nonnulla quibus vniuersâ, quæ pauciſſima tamen ſunt, Patrum Græcorum excerpta his aſſertionibus in ſpeciem obluctantia diſſolui ac explicari queant. Primum eſt apud Græcos Patres aliquando ſumere τὸ βουλόμενον, τὸ ἑκούσιον voluntarium ſeu ſpontaneum pro libero ἀντὶ τοῦ αὐτεξουσίου ἢ αὐθαιρέτου. Quod plerumque occurrit cum vt aiunt Philoſophi genus analogum ſæpiſſimè ſupponat pro nobiliori analogato, vti fas eſt apud ipſos loqui. Alia ratio eſt, quia in hac vita communis & ordinaria noſtra volendi ratio libera eſt, electiua eſt. Vnde formula αὐτεξούσιος εἶ καὶ ἐὰν θέλῃς liber es & ſi velis, hoc potes vel illud; Macar. ho. xv. Ita S. Baſilius de Martyrio loquens liberè

Baſil. ho. 29. in Gord.

ſuſcipiendo elegantiſſimè dixit ἐπεὶ ἅπαξ δεῖ πάντως ἀποθανεῖν ἑκούσιον ποιήσατε τὸ κατηναγκασμένον Id eſt. Quando ſemel omnino moriendum eſt, voluntarium reddite id quod ex neceſſitate fit.] Sexcenta quotidie talia legentibus occurrent, ex quibus voluntarium non ſolum id quod ſpontaneum tantum eſt, ſed etiam quod liberum ἐν εἴδει quoque eſt, enucleari debet: ac proinde minimè concludi poteſt liberum nihil adijcere ſupra id quod voluntatij & ſpontanei ſola notione genericâ comprehenditur.

Et inuoluntarium & neceſſarium aliquando pro violento.

Secundum eiuſmodi eſt: & inuoluntarium ἀκούσιον, & neceſſarium aliquando ſumitur pro violento: ex qua Catachreſi non licet ideo cõcludere nihil eſſe inuoluntarium vel neceſſarium niſi quod eſt violentum ſemper & coactiuum, & naturæ vel voluntatis φθαρτικὸν deſtructiuum ac peremptorium: quia ignorantia eſt inuoluntaria nec tamen violenta, vt probe diſtinguit Nemeſius: & neceſſarium aliquid eſt minimè tamen violentum, vt amor beatificus, & amor naturalis. Inuolũtarium ergo illud quod eſt contra naturam & ſubiecto ipſo reluctanti, non ἀκούσιον abſolutè, ſed ἀκούσιον κατὰ βίαν dici debet, licet aliquando

Greg. Naz. Apol. init.
Nemeſ. Epiſc. cap. 30. de nat. ho.

ἀκούσιον abſolutè pro eo reperiatur. Sic & neceſſarium vt & ἀναγκάζεσθαι neceſſitari, paulo durius pro violento vſurpatur καταναγκάζεσθαι aptius dicitur. Certè & ἀνάγκη apud prophanos torturam ſignificat. At hinc nullum argumentum deduci queat quo tria illa propriè ſemperque eſſe idem probetur.

Tertium è contrario: Neceſſarium molliùs & benigniùs nonnunquam ſumitur pro eo quod libertatem ipſam non perimit aut ſupprimit, ſed eam ſollicitat, tentat, vrget blanditiis terrore, voluptate, dolore, conſuetudine; abſolutè tamen electionem non prohibet, nec eſt proinde neceſſitas vera & inexorabilis. πειθανάγκην diceret orator, ſcio neceſſitatem plerumque vocari ab iis Patribus qui vehementiores tentationes deſcribunt: Exactè tamen loquẽdo neceſſitas non eſt, niſi penitus anteuertat aut abſorbeat iudicium rationis, vt ait S. Thom. S. Cyrillus αὐτεξούσιός ἐστιν ἡ ψυχή· καὶ ὁ διάβολος ὑποβάλλειν δύναται· τὸ δὲ ἀναγκάσαι παρὰ προαίρεσιν οὐκ ἔχει τὴν ἐξουσίαν. ὑποβάλλει σοι πορνείας λογισμόν, ἐὰν θέλῃς ἐδέξω. ἐὰν μὴ θέλῃς οὐκ ἐδέξω. εἰ γὰρ κατ' ἀνάγκην ἐπόρνευες, τίνος ἕνεκα τὴν γέενναν ἡτοίμαζεν ὁ θεός; Anima liberi eſt arbitrij: diabolus eam ſollicitare poteſt, ac neceſſitatem inferre non poteſt. Suggerit tibi fornicandi cogitationem, ſi vis, eam admittis, ſi nolis, non admittis: Nam ſi neceſſitate fornicareris, quamobrem Deus tibi gehennam paraſſet? S. Chryſoſtomus explicans illa verba Apoſtoli. *Non quod volo bonum hoc ago*, eadem de re plura à quibus ob prolixitatem abſtinemus.

Neceſſarium pro vehementi, ſed nõ violento in tentat. ita Aug. de neceſſitate peccandi l. 1. imperf. in Iul. & l. de perf iuſt. P. ll. ad art. li. 9.

Cyrill. Hieroſol. Catech 4.

Rom. 7. Chr. ho 13 & 14. c. 1 & S. Cyrill. li 4 in Iulian. & l. 8. [illegible] γνώμα.

Quartum. Quùm in diuinis etiam gratiæ motibus & inſpirationibus conſiderandis nomen neceſſitatis aut violentiæ Græci Patres aliquoties admiſcent, vera & inimica liberi arbitrij indifferentiæ neceſſitas non innuitur, at ſolùm potentia & virtus eiuſdem Gratiæ mouentis ac incitantis: de quâ dicturi ſumus in quæſtione de gratiâ efficaci, certum eſt autem illam motionem non tollere nec impedire electionem liberam. S. Chryſoſtomus loquens de gratiâ ſub nomine τῆς βοηθείας τοῦ πνεύματος auxilij ſpiritûs, οὐκ ἀνάγκῃ φύσεως τὸ δῶρον ὁ θεὸς ἐνέθηκεν, ἀλλ' ἐλευθερίᾳ προαιρέσεως ἐνεχείρισεν· ἐν σοὶ λοιπόν ἐστι καὶ τοῦτο γενέσθαι κἀκεῖνο. *Deus illud donum non naturæ neceſſitati impoſuit, ſed libertati electionis commiſit: in te demùm eſt vt hoc fiat vel illud, &c.* Plura hom. de proditione Iudæ. Totus in hoc Chryſoſtomianus eſt B. Auguſtinus tract. xxvi. in Ioannem. E conuerſo violentum & coactum ſumitur præſertim à veteribus Scholaſticis poſt neceſſario quouis, vt à S. Tho. 1. p qu. 38. art. 2. vbi ait libertatem naturalem eſſe eam quæ eſt à coactione & in 2. d. 25. qu. 1. ar. 1.

Neceſſarium & violentum pro vehementi in diuinis motionibus.

Chryſ. hom. 13 ad Ro.

Violentum & coactum pro neceſſario quocumque.

Quintum: liberum aliquando ſumitur pro eo quod in ſe quidem abſolutè neceſſarium & determinatum ad vnum, eſt tamen lubens, ſpontaneum & voluntarium apud Patres Latinos, præcipuè apud B. Auguſtinum: vbi de Beatorum libero arbitrio loquitur etiam prout obiecto beatifico affixum eſt: Quum etiam ex eo quod B. Auguſtinus vocat filium Dei *conſilium de conſilio*, forſan anſam arripuit S Thomas dicendi Deum liberè ſeipſum diligere, & ab eo Spiritum ſanctum libe-

Liberum pro ſpõtaneo ſolùm, Aug. ſub nomine conſilij 15. de Trin. c. 20.

S. Tho. de pot. qu 2. ar. 1. ad 5.

Digitized by Google

rè procedere; apud Græcos tamen Patres nuſquam vnquam Deum gignere Filium vel ſpirare Spiritum ſanctum αὐτεξουσίως liberè, ἢ ἐκ τῆς προαιρέσεως ex electione legitur: quo fit, vt impropriè tantum illud *liberè* dicatur à Theologis Scholaſticis, pro eo quod eſt non coactè, non inuito, ſed voluntate ſaltem concomitante, vt decernitur in Concilio Sarmienſi contra Photinum apud S. Epiphanium εἴ τις μὴ θελήσαντος τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι λέγοι τὸν υἱὸν ἀνάθεμα ἔστω. οὐ γὰρ βιασθεὶς ὁ πατὴρ ὑπὸ ἀνάγκης φυσικῆς ἀχθεὶς ὡς οὐκ ἤθελησεν, ἐγέννησε τὸν υἱὸν ἀλλ' ἅμα τε ἐβουλήθη καὶ ἀχρόνως καὶ ἀπαθῶς αὐτὸν γεννήσας ἐπέδειξεν. Id eſt. Si quis nolente Patre natum dicat Filium, anathema ſit. Nó enim coactus Pater vel naturali neceſſitate ductus, cum nollet, genuit filium: ſed mox, vt voluit, ſine tempore & impaſſibiliter ex ſe congenitum demonſtrauit.] Quo ex loco & plurimis aliis Patrum Græcorum, qui huc conferri poſſent, facile conuincere eſt, aliud eſſe longe liberum propriè à ſpontaneo, cum αὐτεξούσιον à Patribus Græcis de actibus notionalibus in diuinis nunquam dicatur, voluntarium vſurpetur: imò nec Latinorum Theologorum vllum auſum vnquam fuiſſe dixerim Verbum ex libero Patris arbitrio procedere, quia alias eſſe vel non eſſe poſſet, cum Pater velle generare & nolle poſſet; quod Græci Patres adeo reformidarunt, vt ipſorum θεολογικώτεροι voluntate genitum negarint, ne libertati deinde contingentiæ quam Ariani ex illa obiectione aucupabantur, viam aperirent: Ita reſponderunt Arianis & Eunomianis Athanaſius, Gregorij, Epiphanius, Cyrillus.

S. Epiph. in hær. 73 & Hilar. l. de Syn. an. 25.

S. Athan. or. & 4 in Arian. Naz. or. de fil. Epiph. in hær. 69. Nyſſ. or. 1. in eun. Cyrill. 7. theſ.

Sextum. Liberum quam ſæpiſſimè à Patribus tùm Latinis cùm Græcis ſumitur non pro libero libertate naturæ, de quo cõtrouerſia eſt, ſed pro libero libertate gratiæ ſeu libertate à ſeruitute peccati: vel libero libertate à miſeriâ ſeu libertate gloriæ. Nihil crebrius apud S. Auguſtinum occurrit, quoties ait amiſſum eſſe hominis lapſu liberum arbitrium, illudque per Chriſti gratiam reparari, & in beatitudinis poſſeſſione perfici, conſummari. Ita ſentit de tribus illis B. Auguſtinus cum ait libro 1. ad Bonifacium. *Quis autem noſtrũ dicat quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? libertas quidem perijt per peccatum: ſed illa quæ in Paradiſo fuit habendi plenam cum immortalitate iuſtitiam.* In eo loco tria libertatis genera maxime eluceſcunt, libertas naturæ, *liberum arbitrium quod peccato non perijt*: libertas altera à ſeruitute peccati quæ periit, *habendi plenam iuſtitiam*: libertas tertia à miſeriâ, *cum immortalitate:* Eodem plane modo loquitur S. Auguſtinus, cum liberum arbitrium in hac vitâ per gratiam liberatum & in alterâ vitâ nimirum beatâ perfectiſſimum deſcribit. lib. XIV. de Ciu. *Arbitrium voluntatis tunc eſt verè liberum cum vitijs peccatiſque non ſeruit. Tale datum eſt à Deo, quod amiſſum proprio vitio, niſi à quo dari potuit, reddi non poteſt. Vnde veritas dicit, ſi vos filius liberauerit, verè liberi eritis.* Idem libro XII. *Sicut prima immortalitas fuit, quam peccando Adam perdidit, poſſe non mori, nouiſſima erit non poſſe mori: ita primum liberum arbitrium poſſe non peccare: nouiſſimum non poſſe peccare. Erit ergo illius ciuitatis & vna in omnibus & inſeparabilis in ſingulis voluntas libera, ab omni malo liberata & omni bono impleta.*

Liberum à peccati & miſeriæ ſeruitute, diſtinctum à libero à neceſſitate Aug. Enchir. c. 30.

Aug. li. 2. ad Bonif. c. 2.

Aug. 14. de ciu. c. 11

Lib. 22. c. 30. & l. de corrept. & grat. c. 12.

Sic etiam aliquando Græcos apud Patres ἐλευθερία ſumitur rarò αὐτεξουσιότης, pro libertate à peccato: quo ſenſu cum negant hominem eſſe ἐλεύθερον, plurimum abeſt, vt dicant libero arbitrio carere, ſed ſolâ peccati captiuitate aut ſeruitute premi. Dixi rarò αὐτεξούσιον ita ſumi, quia ita me legere memini apud vnum Gregorium Theologum inſigni loco ὁ πλάσας ἀπ' ἀρχῆς τὸν ἄνθρωπον ἐλεύθερον ἀφῆκε καὶ αὐτεξούσιον νόμῳ τῷ τῆς ἐντολῆς μόνῳ κρατούμενον καὶ πλούσιον ἐν τῇ τοῦ παραδείσου τρυφῇ. ἐλευθερία δὲ καὶ πλοῦτος ἡ τῆς ἐντολῆς μόνη τήρησις ἦν. πενία δὲ ἀληθὴς καὶ δουλεία ἡ ταύτης παράβασις, ἀφ' οὗ καὶ φθόνοι, καὶ ἔριδες, καὶ ἡ δολερὰ τοῦ ὄφεως τυραννίς. Id eſt. Creator hominis ab initio liberum illum ſuique arbitrij reliquit, ſolâ mandati lege coercitum, Paradiſi deliciis opulentum: libertas porro & opulentia in ſolius mandati obſeruatione conſiſtebant, inopia vero & vera ſeruitus, in eius tranſgreſſione; vnde & inuidiæ & contentiones & doloſa ſerpentis tyrannis &c. Innumeros alios de ſimili libertate, ſeruitute ac neceſſitate locos prætereo, quam quidem neceſſitatem non eſſe veram & libertati naturæ oppoſitam neceſſitatem patet ex eo quod ſæpe ab iis voluntaria ſeruitus & neceſſitas dicitur ἐθελοδουλεία, iuxta illud Io. VIII. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, & 2. Petri 19. quem in locum videnda eſt Catena Græcorum Patrum.

Greg. Naz. or. XVI. & Dionyſ. cel. hier. c. 8.

Septimùm. Igitur aliam eſſe propriè dictam, primigeniam naturalemque hominis libertatem neceſsitati etiam propriè dictæ aduerſariam, cuius proprius Character eſt vis electiua, non poſſum quin & Baſilij Seleucienſis elegantiſsimis verbis teſtatum faciam: τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῶν ζώων ἔθνη καὶ γένη διαπλάττων ὁ δημιουργὸς νόμοις ἀκινήτοις ἔδησε φύσεως. καὶ προαίρεσις οὐκ ἔστιν ἄμφω τὴν ἐξουσίαν μερίζουσα, οὐδὲ λογισμοῦ διάκρισις ζυγοστατοῦσα τῶν πρακτέων τὴν αἵρεσιν· ἀλλ' ὁμοῦ τε κελεύει φύσις, καὶ ἐς τὸ πράττειν ἐπείγεται μὴ πολυπραγμονοῦσα τὸ πρόσταγμα. ἄνθρωπος δὲ λόγῳ τετίμηται, καὶ προαιρέσει κεκόσμηται, καὶ αὐτεξουσίῳ γνώμῃ ἀστράπτει βουλήματι ἀδούλωτον ἔχων τὸ φρόνημα, αὐτοδέσποτον ἔχων τὴν πρόθεσιν, ἀβίαστον ἔχων τὴν τῶν πρακτέων τὴν αἵρεσιν. ἐντεῦθεν τὸ μὲν ἐλέγεται, τὸ δὲ παρὰ τὸ δοκοῦν παραπέμπεται. καὶ τὸ μὲν ἀποστρέφεται, τὸ δὲ προστίθεται. καὶ βασιλεύων αὐτεξουσίῳ βουλήματι πλουτεῖ ταῖς τῆς γνώμης αἱρέσεσι. διὰ τοῦτο διδοὺς νόμον θεὸς οὐκ ἀνάγκην πρὸς τὸ πράττειν προστίθησιν, ἀλλ' ἐντέλλεται τὰ δοκοῦντα, καὶ τῷ θέλειν τὴν πρᾶξιν ἀφίησι, κἂν ὁ προσταττόμενος παραδράμῃ τὸ πρόσταγμα οὐχ οὕτως μεταλλάττει τὴν φύσιν, οὐδὲ νόμοις ἀνάγκης δεσμεύει τὸν παρακούσαντα οὐδὲ ἀφαιρεῖ βίᾳ τὴν χάριν, οὐδὲ παρελαύνει τὸ δῶρον ἀνάγκῃ, οὐδὲ νοθεύει τῆς γνώμης παρατρέπων τὴν φύσιν. ἀλλ' ἐᾷ τὸ τῶν λογισμῶν αὐτοδέσποτον σωφρονίζειν ἢ μωρείας πλημμελήσαντα καὶ τὰ ἑξῆς. Id eſt. Alias animalium gentes & genera fabricans conditor immobilibus naturæ legibus conſtrinxit: neque ipſis electio eſt quæ facultatem in vtrumque partiatur, neque ratiocinationis diſcretio quæ velut in æquilibrio perpendat agendorum delectum: ſed ſimul ac natura imperat, ad agendum impelluntur non excuſſo curioſè præcepto. Contra homo ratione inſignitus, electionis poteſtate adornatus, & arbitrij libertate refulgens, conſilij vim habet, nullâ obſtructam voluntatis ſeruitute intentionem habet ſui dominam, & inuiolabili gloriatur agendorum electione. Hinc euenit vt hoc diligat,

Liberum arbitriũ in vi electiua poſitum eſt, quæ proprius ipſius eſt Character.

Verſio Dauſqueij.

Nota ſingula verba & v. S. Thom. quæſt. diſp. de lib. arb. q. 24. ar. 2.

illud quod ita viſum fuerit, repudiet, hoc auerſetur, ad illud animum adijciat, & liberrima cum poteſtate voluntatis regnans, abundat optionibus ſententiarum. Quare lege poſita Deus agendi neceſſitatem haud imponit: ſed quæ ſibi videntur, imperat, & voluntatis poteſtati permittit actionem: & ſi qui iuſſus eſt, mandatum prætereat non ideo naturam demutat, neque neceſsitatis legibus vincit inobſequentem: neque gratiam per vim aufert, neque intra neceſsitatem dona contrahit, neque naturam peruertens mentem adulterat: ſed ratione in dominatu ſuo relictâ pœnis delinquentem ad ſapientiam reuocat, &c.] Vim illam electiuam, in quâ totius libertatis humanæ formalis ratio poſita eſt, agnouit quoque eximius Auguſtinus plurimis locis, è quibus vnum duntaxat ſelegi librò ſecundo de Actis cum Felice Manichæo vbi liberum arbitrium eſſe probat: *Audi Dominum dicentem: Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum: aut facite arborem malam & fructum eius malum. Cum ergo dicit aut hoc facite, aut illud facite, poteſtatem indicat non naturam. Nemo enim niſi Deus facere arborem poteſt. Sed habet vnuſquiſque in voluntate aut* ELIGERE *quæ bona ſunt, & eſſe arbor bona: aut* ELIGERE *quæ mala ſunt & eſſe arbor mala.* Poſtea: *Hoc ergo Dominus dicens, aut facite illud, aut facite illud: oſtendit eſſe in poteſtate quod facerent, ipſe ſecurus & certus in ſe tanquam Deus: & quia ſi bonum* ELIGERENT, *præmium eius acciperent: ſi malum* ELIGERENT, *pœnam eius ſentirent, &c.* Fruſtra dicas Auguſtinum ſententiam mutaſſe, nam & nihil vnquam ex iſtis aut ſimilibus locutionibus retractauit. Imò eas probauit lib. 1. retractationum: imo frequenter eaſdem reſumpſit ac crebris ſermonibus vſurpauit. Ex eius doctrina quam apprimè callebat S. Thomas quotidie in Scholis Orthodoxorum perſonat. DICENDVM *quod ſumus domini noſtrorum actuum ſecundum quod poſſumus hoc vel illud,* ELIGERE.

S. Aug. l. 2. in Fel. c. 4.

Math. 10.

1. Retract. c. J. de ſpir. & lit. c. 31. ſec. de pecc mer. c. 18.

1. p qu. 82. a. 1.

Hæc eſt Philoſophia vera, ſincera, Theologica, ſanctorum Patrum etiam Græcorum, vti demonſtrauimus, cuius principia, axiomata, certiſſimaſque poſitiones anteà duximus exhibendas, quam ad liberi hominum arbitrij per Gratiæ actualis auxilia, motionem, impulſum, inflexionem atque temperationem accingeremur.

CAP.

CAPVT SECVNDVM.

De gratiâ operante à Græcis Patribus agnitâ, celebratâ.

SVMMA CAPITIS.

I.

EX indifferentiâ liberi arbitrij colligitur gratiæ actualis neceſſitas ex S. Auguſt. Nazianz. &c.

II.

Ex infirmitate liberi arbitrij per peccatum contractâ, Gratiæ actualis maior neceſſitas, ex S. Auguſt. & PP. Græcis.

III.

Auxilia Gratiæ actualis, quæ in motu & actione conſiſtit, agnita Græcis Patribus.

IV.

Gratiæ actualis prima diſtributio in operantem & cooperantem. Gratia operans eodem nomine à Patribus Græcis deſignata.

V.

Gratiæ operantis deſcriptio ex S. Aug. Concil. & Scholaſticis. Similem agnoſcunt Græci Patres.

VI.

Prima pars operantis gratiæ, illuſtratio intellectus, apud eoſdem.

VII.

Altera pars, pia motio Voluntatis, ex eorumdem doctrinâ.

I.

LONGINQVIS adeò interuallis ab heterodoxorum opinione receſſerunt ſancti Patres, vt quam illi ad gratiam voluntati conciliandam cauſſam confinxerunt nempe defixam ad vnum inclinationem, prorſus ij rejecerint contrariamque viam inſiſtentes, ex libertatis indifferentiâ neceſſarium auxiliantis Gratiæ nutum atque præſidium eſſe decreuerint. Enimvero præclarè Leontius Arabiſſi Epiſcopus apud Photium τὸ ἀδιάφορον, ἀνωφελὲς τοῖς ἐξ ἑαυτῶν σωφρονεῖν οὐκ εἰδόσι. *Inutilis eſt ad* (ad ſalutem) *libertas iis qui per ſeipſos ſapere neſciunt.* Talis autem in primo originis ac innocentiæ ſtatu humana creatura, ſi Dei aduigilantis, protegentis, manum præbentis opem excludas, vt nos etiam libro primo diſpunximus. Vnde hoc primum? ex arbitrij in vtrumque flexibilitate, vertibilitatem Scholaſtici dicunt, alij verſatilitatem. Rem attigit ac explicauit B. Auguſtinus. *Nec Deus primum hominem eſſe voluit ſine ſuâ Gratiâ quam reliquit in eius libero arbitrio: quoniam liberum arbitrium ad malum ſufficit, ad bonum autem parum eſt, niſi adiuuetur ab omnipotenti bono.* Eamdem veritatem ex indifferentiâ ad vtrumque, & proinde à peccandi poteſtate repetierat B. Gregorius Theologus. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὴ μηδὲν ἁμαρτάνειν ἐστὶ θεοῦ, καὶ τῆς πρώτης καὶ ἀσυνθέτου φύσεως, ἁπλότης γὰρ εἰρηναῖα καὶ ἀστασίαστος, τὸ δὲ ἁμαρτάνειν ἀνθρώπινον, καὶ τῆς κάτω συνθέσεως (σύνθε-

Phot. Bibl. C. 272.

S. Aug lib. de corrept. & grat. cap. 11

Greg. Naz. or. 40

σις γὰρ ἀρχὴ διαστάσεως) οὐκ ᾤετο δεῖν ἀβοήθητον τὸ ἑαυτοῦ πλάσμα καταλιπεῖν ὁ δεσπότης οὐδὲ περιιδεῖν κινδυνεῦον τὴν ἀπ' αὐτοῦ διάστασιν. Id eſt. Quoniam in nullo peccare Dei, & primæ ſimpliciſque naturæ eſt, ſimplicique enim pacata eſt ac diſſidij expers. Peccare autem humanæ ac terrenæ compoſitionis (compoſitio quippe diſſidij origo eſt) idcirco Dominus minime ſibi faciendum putauit, vt figmentum ſuum auxilio deſtitutum relinqueret ac deſpiceret cum in periculo eſſet vt à Deo ſeparandum foret.] Idem vt eleganti admodum & florido erat ingenio, carmine idem dixit,

Greg. Naz. carm. 58

Πρώτη μὲν τριάδος καθαρὴ φύσις, αὐτὰρ ἔπειτα
Ἀγγελική. τριτάτη γὰρ ἐγὼ βροτὸς ἀμφιτάλαντος
Μεσσηγὺ ζωῆς τε καὶ ἀργαλέου θανάτοιο
Prima quidem natura pura Triadis eſt, deinde
Angelica, tertia autem ego ſum mortalis in vtramque partem propendens
Inter vitam & ærumnoſam mortem,

Deinde concludit beatum eſſe qui ex ancipiti illa inter virtutis vitam vitiique mortem libratione, in altum à Deo ſubleuatur, quod μεγάλοιο θεοῦ δόμον *Domum magni Dei* appellat. Clariſſimè verò alibi,

Arcanor, carm. 8.

Νῦν δ' οὐ γάρ με θεὸν τεῦξεν θεός. ἀλλά μ' ἔπηξεν
Ἀμφιρεπῆ, κλιτὸν δὲ τὸ καὶ πλεόνεσσιν ἐρείδει.
Nunc vero quia me non Deum finxit Deus, ſed qui animum ancipitem
Vtramque in partem inclinarem, ideo me pluribus auxiliis fulcit

Illud auxilium Gratiam poſtea vocat. Ex illâ igitur indifferentiâ, ex illo libramine, ex propenſione & fluctuatione liberi arbitrij in vtramque partem, Gratiæ quâ ad vnum verumque bonum inflecteremur, motum opemque neceſſariam concluſit Nazianzenus, idem & alij paſſim Græci Patres vt in decurſu huius operis patebit.

II.

Ex infirmitate liberi arbitrij per peccatum contracta, maior gratiæ actualis neceſſitas. S. Aug. & Gr. PP. S. Aug. l. de corr. & grat. c. 11. & 12.

Non ſolùm autem ex actiuâ illa liberi arbitrij indifferentiâ, quæ idcirco ſcitè à Tertulliano dicitur *libripens emancipati à Deo boni libertas & poteſtas arbitrij l. 2. in Max.* ſed multò magis ex libertatis eiuſdem per peccatum primum eiuſque vitia & detrimenta ad malum inclinatione, & ad bonum imbecillitate contractâ, colligitur auxiliatricis gratiæ ad ſupernaturales præſertim functiones ſuprema neceſſitas. B. Auguſtinus hac de re certat totis libris de naturâ & gratiâ, & de gratiâ Chriſti. Maiorem vero & validiorem Gratiam eſſe modò lapſo homini neceſſariam ex inſtituto probat lib. de correptione & Gratiâ, quam non tantum *auxilium ſine quo aliquid non fit*, ſed etiam *auxilium quo aliquid fit: Gratiam Potentiorem in ſecundo Adam* appellat, Gratiam quoque *Mediatoris, Saluatoris & Redemptoris*, medicinalem, atque liberatricem.

Nemo vero tantoperè in Græcorum ſcriptis Patrum peregrinus eſt, qui & gratiam iſtam vberiorem atque potentiorem meritis Chriſti quæſitam ignoret? quâ ſauciatâ ac impoſitis plagis relictâ ſeminiuâ hominum naturâ præcipuâ ſui parte, quæ ſuppoſiti domina eſt, liberâ nimirum voluntate conualeſcit. B. Baſilius hom. de humanâ Chriſti

Baſil. ho. 25.

generatione, occaſionem hanc affert τῆς σωτηρίου χάριτος gratiæ ſalutaris per Chriſtum hominibus allatæ, ὅτι ἔδει τὴν κατηραμένην σάρκα ταύτην ἁγιασθῆναι, τὴν ἀσθενήσασαν ἐνδυναμωθῆναι, τὴν ἀλλοτριωθεῖσαν θεοῦ οἰκειωθῆναι, quoniam oporrebat maledictam hanc carnem (id eſt naruram & voluntatem hominis carnalem) ſanctificari, infirmam corroborari, abalienatam à Deo ipſi conciliari. At quis id maiori cum induſtria vel eloquentiâ pertractauit, quam Gregotius Theologiæ cognominis? qui poſteaquam complures peccandi modos commemorauit; primum furtiuum δουλοπρεπῶς *inſtar ſeruorum*: ſecundum addendo accuſationes in peccatis: tertium aures aduerſus monita occludendo aſpidis ſurdæ ad inſtar: Quartum γυμνῇ τῇ κεφαλῇ καὶ φανερῶς nudo vt ita dicam capite & in aperto cum audaciâ quadam proiectâ & inſolentiâ, imo & cum odio aduerſus remedia & medentes, addit: καὶ ἡμῖν περὶ τὸν κρυπτὸν τῆς καρδίας ἄνθρωπον ἡ πᾶσα θεραπεία τε καὶ σπουδή, καὶ πρὸς τὸν ἔνδοθεν ἡμῖν ἀντιπολεμοῦντα καὶ ἀντιπαλαίοντα ἡ μάχη, ὃς ἡμῖν αὐτοῖς ὅπλοις καθ' ἡμῶν χρώμενος τὸ δεινότατον τῷ τῆς ἁμαρτίας θανάτῳ δίδωσι. πρὸς οὖν ταῦτα πολλῆς μὲν καὶ παντελοῦς τῆς πίστεως, μείζονος δὲ παρὰ θεοῦ συνεργίας χρεία, καὶ τὰ ἑξῆς. Et nobis quidem circa occultum cordis hominem omnis curatio verſatur: atque cum eo hoſte dimicandum eſt, qui nos intus oppugnat & laceſſit, ac nobiſmetipſis, quo nil miſerius, tanquam armis in perniciem noſtram vtens, peccati nos leto tradit. Ergo aduerſus iſta, tum magna perfectaque fide, tum MAIORI DEI AVXILIO opus eſt, &c. Sed his, quia omnibus obuia ſunt ac pateat, non eſt diutius immorandum. Nazianz Apol. nõ longè ab init.

III.

In rem igitur præſentem laboremus. Actualem gratiam, quæ in actione ac veluti motu tranſeunti poſita eſt, inueſtigemus, vtrum illam Græci Patres perſpectam exploratamque habuerint. Quod equidem non ſolum compertum, ſed etiam planè mihi perſuaſum eſt, adeo vt neminem etiam Latinorum iis hac in parte fidei, cenſeam eſſe anteponendum. Id autem vt cuiuis etiam ab eorum lectione ac ſtudiis alieniſſimo non obſcurum eſſe patiamur, proponenda ſunt tãtummodò nomina & congruæ appellationes quibus illam Gratiam actualem inſignierunt: quæ non in paucis cum iiſdem verbis quibus Latini ad eamdem ſignificandam vſi fuere, conſentiunt. Quemadmodum igitur Latini gratiam illam communi iam inter Theologos vocabulo ACTVALEM vocant eo quod in actu, actione, motuque ſit; ita Græci Patres frequenter illam τὴν τοῦ θεοῦ ἐνέργειαν καὶ συνέργειαν vocant, vt B. Baſilius ἐνεργείας τὸ πνευματικόν. Latini eamdem receptiſſimâ in Scholis Sorbonicis aliiſque paſſim voce, eamdem Gratiam AVXILIVM nominant: Nihil crebrius apud Græcos Doctores, nomine τῆς βοηθείας AVXILII in eadem ſignificatione. B. Baſilius eodem loco & in Pſal. vii. B. Gregorius Nyſſenus B. Chryſoſtomus & alij innumeris locis vtuntur & nomine ἐπικουρείας quod ſignificat etiam auxilium ἡ ἄνωθεν ἐπικουρεία B. Cyrill. de adorat. Latini Theologi Gratiam Actualem motio-

Actualis auxilia Gratiæ Græci Patres norunt.

S. Baſil. ad Amphil. c. 8. & Amphiloch. Ipſe orat 4.

nem diuinam & ſupernaturalem ſæpe vocitant. At quid familiarius apud Græcos Patres quam illud, ἡ τοῦ Θεοῦ, ἡ ἄνωθεν ῥοπὴ, ἡ θεία ῥοπὴ INCLINATIO *& impulſus Dei, impulſus ſupernus*, quam vocem Chryſoſtomi, Cyrilli & aliorum Patrum interpretes meritò nomine Auxilij diuini, ſuperni & cæleſtis reddunt. Κινήσεως vero ſeu MOTIONIS vocabulo non raro ijdem vtuntur Patres, vt in ſequentibus manifeſtum erit. Enimverò & vt Gratiam maximè in Actione diuinâ elucere doceant, eamdem vocant MANVM DEI. B. Gregorius Nyſſen. hom. de beatit. εἰ τοίνυν ἔλθῃ ἐφ' ἡμᾶς ἡ τοῦ λόγου χεὶρ, *ſi igitur ad nos manus verbi admota fuerit, &c.* B. Chryſoſtomus in Geneſim ἡ ἄνωθεν χεὶρ *Manus ſuperna.*

Chryſ. de or. & homiliis in Geneſ. in Paulum.
Cyrill. variis locis in Io. & alij.
Nyſſ. ho. 6. de beatit.
Chryſ. ho. 55.

Denique mira de illa Actualis Gratiæ actione ſiue operatione B. Baſilius libro de Spiritu ſancto enarrat, deque variis ipſius in efficiendo virtutibus & modis, vbi & meminit CONTACTVS VIRTVTIS quo nihil magis domeſticum eſt magiſque proprium in Theologorum Scholis, ad exprimendam diuinæ potentiæ Actionem tranſeuntem. Ibi autem ſermonem habet non ſolum de rebus corporeis aut naturalibus, ſed etiam ſupernaturalibus maximè, vt de Reſurrectione animæ à peccato. Illuſtris eſt locus aureiſque literis digniſſimus, quem eamobrem integrum hîc deſcribam, quia ad actualis gratiæ auxilia ex Patrum ſenſu intelligenda mirificè conducit. ὁ δημιουργὸς λόγος ὁ μονογενὴς Θεὸς κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου χρείας τὴν βοήθειαν ἐπινέμων, ποικίλας μὲν καὶ παντοδαπὰς, διὰ τὸ τῶν εὐεργετουμένων πολυειδὲς, συμμέτρους γε μὴν ἑκάστῳ, κατὰ τὸ ἀναγκαῖον τῆς χρείας, χορηγίας ἐπιμετρεῖ. Τοὺς ἐν τῷ σκότει τῆς ἀγνοίας κατεχομένους φωτίζει. ἀνίστησιν ἐκ τοῦ πτώματος τοὺς ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς ζωῆς πρὸς ἁμαρτίαν ἀπολισθήσαντας, διὰ τοῦτο ἀνάστασις. πάντα δὲ ποιεῖ τῇ ἐπαφῇ τῆς δυνάμεως καὶ τῷ βουλήματι τῆς ἀγαθότητος ἐνεργῶν. ποιμαίνει, φωτίζει, τρέφει, ὁδηγεῖ, ἰατρεύει, ἀνίστησιν, οὐσιοῖ τὰ μὴ ὄντα, τὰ κτισθέντα συνέχει. οὕτω τὰ ἐκ Θεοῦ ἀγαθὰ διὰ τοῦ υἱοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀφικνεῖται, πλεῖον τάχει τὰ καθ' ἕκαστον ἐνεργοῦντος, ἢ ὡς ἂν λόγος ἐξίκοιτο, καὶ τὰ ἑξ. Id eſt. Sermo Creator, ſeu Verbum, vnigenitus Deus, ſecundum modum vniuſcuiuſque neceſſitatis, AVXILIVM diſtribuens, varia quidem & omnis generis AVXILIA, prout varij ſunt eorum qui ab eo iuuantur, vſus, vnicuique tamen congruè juxta neceſſitatis modum dimetitur. Eos qui in tenebris ignorantiæ detinentur, illuminat, ideo lumen verum dicitur. Erigit a ruinâ eos qui ſublimitate vitæ in peccatū corruerunt. Ob id vocatur reſurrectio. Omnia autem facit CONTACTV VIRTVTIS & voluntate bonitatis OPERANS. Paſcit, illuminat, nutrit, deducit, medetur, erigit. ESSENTIAM DAT iis quæ non ſunt, creata conſeruat. Hoc modo bona ex Deo ad nos per filium adueniunt, maiori celeritate in ſingulis OPERANTEM quam vllus ſermo proferri valeat, &c.]

S. Baſil. tom. 2. ad Amphiloch.

IV.

Prima diuiſio gratiæ actualis, gratia operans, cooperans.

Quod autem ſpectat ad diuiſionem Gratiæ actualis prima ferè apud Scholæ præſertim Sorbonicæ Theologos eſt diſtributio in Gratiam

operantem & Gratiam cooperantem. Quanquam enim ſanctus Thomas hanc diuiſionem etiam conuenire doceat Gratiæ habituali, his S.Thō qo.3.art. verbis: *Si vero accipiatur gratia pro habituali dono, ſic eſt duplex gratiæ effectus, ſicut & cuiuslibet alterius formæ: quorum primus eſt eſſe, ſecundus eſt operatio: ſicut caloris operatio eſt facere calidum, & exterior caleſactio. Sic igitur habitualis gratia in quantum animam ſanat, vel iuſtificat, ſiue gratam Deo facit, dicitur gratia operans: in quantum verò eſt principium operis meritorij, quod ex libero arbitrio procedit, dicitur cooperans:* Nihilominus tamen vſus Theologorum obtinuit vt hęc diuiſio potiſſimum incidat in Gratiæ motionem, quam Gratiam actualem promiſcuè dicunt. Atque id profecto non iuſtiſſimâ ſine cauſſâ; deriuata quippe videtur ea diſtinctio ex ſacris primum literis earumque locis illis in quibus de actuali quadam ac tranſeunti per animam motione Dei agitur, vt 1. Cor. XII. *operatur omnia in omnibus.* Ec1.Eph.1e. Eph. c. 3. *ſecundum virtutem quæ operatur in nobis.* Epiſt. c. 3. *cooperatores veritatis.* Secundò quia B. Auguſtinus eumdem in ſenſum accepit, vt ipſum Dei actualem influxum actionemque deſignet velut in motu decurrentem. Aug. l. de grat. & lib.arb.c.17. Sic libro de gratiâ & libero arbitrio. *Quis iſtam etſi paruam dare cœperat charitatem, niſi ille qui præparat voluntatem, & cooperando perficit quod operando incipit? quoniam ipſe vt velimus operetur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.* Phil.1. *Propter quod ait Apoſtolus: certus ſum quoniam qui operatur in nobis opus bonum, perficiet vſque in diem. Vt ergo velimus, ſine nobis operatur: cum autem volumus & ſic volumus vt faciamus, nobiſcum cooperatur: tamen ſine illo vel operante vt velimus vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. De operante illo vt velimus, dictum eſt. Deus eſt enim qui* Phil.2. *operatur in nobis & velle. De cooperante illo cum iam volumus, & volendo facimus. Scimus, inquit, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur ad bonum.* Concilium Arauſicanum, Arauſic. ſec. cap.9. ex doctrina & verbis eiuſdem eximij Doctoris, ſaltem in ſententiis à Proſpero collectis, *Quoties bona agimus Deus in nobis, atque nobiſcum, vt operemur, operatur.* Hæc autem omnia actualem Dei mouentis, agentiſque concurſum & auxilium indicant & ſonant: Diuiſio igitur illa in Gratiam actualem per ſe primarioque cadere videtur.

Inquirendum nunc primò vtrum Græcis Patribus notum ac vſitatum fuerit nomen gratiæ operantis, Gratiæ operantis nomen non inuſitatum PP. Græcis. quam & PRÆOPERANTEM vocauit Proſper his verbis, *Digneris aperire & patefacere, Pater beatiſſime, Pater optime quomodo per iſtam præoperantem & cooperantem Gratiam liberum non læ-* Proſper. ep. ad Auguſt. *datur arbitrium.*

Reperio igitur idem plane nominis apud B. Chryſoſtomum, licet ille ſit qui Gratiæ iſtius neglectæ nomine inuidioſiſſimè, ſed apud Calumniatores laboret, τὴν χάριν τὴν ἐργαζομένην GRATIAM OPERANTEM, Hom.3.de Pœnit. rectè appellari vltrò ſuadet his verbis quæ eidem Gratiæ egregiè quadrant ἤργει ἡ φύσις καὶ εἰργάζετο ἡ χάρις naturâ otiante, Gratia OPERABATVR. B. Macarius ἡ χάρις κρυπτῶς ἐν ταῖς καρδίαις ἐργάζεται. Macar.ho.16. Plura inferiùs.

V.

Deſcriptio gratiæ operantis Illuſtratio intellectus.

Gamachæus ad qu. 3. c. 3. Duvallius de auxil. quæ. 4. Yſambert. ad qu. 3.

Nomenclaturæ ratio non ſufficit niſi & notionis ac deſcriptionis, quantum fieri poterit, accuratiſſimæ elaboratio accedat ex ſanctioribus Theologorum adytis deprompta. Gratiam igitur operantem Sorbona hunc in modum definit. Gratia operans eſt illuſtratio intellectus ſeu ſancta cogitatio & pia ſimul motio voluntatis ad producendum aliquem actum ſupernaturalem ad ſalutem conſequendam. Prolixa quidem & ſatis intricata quæſtio verſatur inter Scholaſticos de naturâ & entitate ipſius gratiæ. Nonnulli ſiquidem operantem gratiam ad actus internos, cooperantem ad actus externos reuocant: quod quidem omnino alienum eſt à genuinâ B. Auguſtini mente qui ad actum internum ſupernaturalem, qui in ſe perfectus eſt proprieque humanus ſimul & ſupernaturalis, Gratiam vtramque exigit, vel illo ſolo ad Simplicianum Epiſcopum Mediolanenſem loco. *Vt velimus* (qui actus internus eſt) *& ſuum eſſe voluit & noſtrum: ſuum vocando, noſtrum ſequendo*. Vbi manifeſte Gratia operans & cooperans continetur. Alij exiſtimant gratiam operantem ferri in finem, cooperantem verò in media, illam per intentionem, hanc per electionem: ſed ad vtramque etiam gratia illa duplex neceſſaria eſt, vt poſtea oſtendetur: Nonnulli aſſerunt gratiam operantem eſſe medium quemdam impulſum quo Deus voluntatem ad agendum applicat, facitque vt velit & faciat, ita vt omnem actum & voluntatis etiam primò primum ac indeliberatum antecedat, effectuſque ipſius formalis ſit conſtituere intellectum & voluntatem in ratione principij actiui ad operationes ſupernaturales: haud ſecus ac inſtrumenta quæ à primario agente ſuſcipiunt vim aliquam ſibi impreſſam ad hoc vt rationem cauſſæ obtineant effectumque attingant. Speciosa quidem hæc ſententia eſt & admodum veriſimilis plurimumque inter cæteras polleret, ſi quid ille ſit impulſus, diſerte ſatis explicare poſſet. Nec enim an ſit qualitas, an actio inter vocationem Dei & conſenſum voluntatis interpoſita, perſuadere potis eſt. Quî enim qualitas? cum ſit impulſus, cumque præterea ſcriptura & Ss. Patres vt oſtendimus de gratiâ operante tanquam de aliquo actu tam vitali quam ſupernaturali loquantur.

Lib. 1. ad Simplic. qu. 2.

Ariminenſ. in 2. d. 27. or. 3.

Actio verò eſſe non poteſt, non enim datur actio ad actionem: terminus autem iſtius actionis, eſſet cogitatio intellectus, & voluntatis motio, vtraque actio vitalis principum animi facultatum: aut certè facultas vtraque paſſiuè ſolùm ſe haberet, quod repugnat doctrinæ Concilij Tridentini, vbi affirmat *hominem diuinam inſpirationem recipiendo non agere nihil*, vt poſtea fuſiùs oſtendetur. Supereſt ergo, inquiunt celeberrimi Sorbonæ Theologi, vt gratia operans ſit illuſtratio intellectus & ſancta ipſius cogitatio, nec non motio & pia quædam affectio voluntatis à Deo ſpecialiter aſſiſtente producta, ſimul intellectu & voluntate Phyſice eoſdem per actus vitales comproducente. Cuius quidem aſſertionis veritas ex eo patet, quod B. Auguſtinus libro de ſpiritu & literâ eam delineaſſe videatur his verbis. *Attendat & videat*

Contra Andr. Vegam. l. 6. in Conc. Trid. cap. 6.

Yſambertus qu. 3. diſp. de grat. act. qu. 1. ar. 1.

S. Aug. c. 34.

non ideo tantùm iſtam voluntatem credendi diuino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio eſt, quod nobis naturaliter concreatum eſt, verum etiam quod viſorum ſuaſionibus agit Deus vt velimus & vt credamus: ſiue extrinſecùs per Euangelicas exhortationes, vbi & mandata legis aliquid agunt, ſi ad hoc hominē admonent infirmitatis ſuæ, vt ad gratiam iuſtificantem credendo confugiat: ſiue intrinſecùs vbi nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mentem, ſed conſentire vel diſſentire propriæ voluntatis eſt. His ergo modis quando Deus agit cum animâ rationali vt ei credat: neque enim credere poteſt *quolibet arbitrio, ſi nulla ſit ſuaſio vel vocatio cui credat: profectò & ipſum velle credere Deus operatur in homine & in omnibus miſericordia eius præuenit nos: conſentire autem vocationi Dei vel ab eâ diſſentire, ſicut dixi, propriæ voluntatis eſt.* Neque minus appoſitè conferuntur huc verba B. Proſperi, vbi gratias extrinſecas cum intrinſecè mouentibus conjungit. *Hanc abundantiorem gratiam ita credimus atque experimur potentem, vt nullo modo arbitremur eſſe violentam, quo quicquid in ſaluandis hominibus agitur, ex ſolâ Dei voluntate peragatur. Gratia quidem Dei in omnibus iuſtificatione principaliter præeminet, ſuadendo exhortationibus, mouendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis* (illæ ſunt gratiæ extrinſecùs quæ ſequuntur intrinſecus ſonantes) *dando intellectum, inſpirando conſilium, corque ipſum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo: ſed etiam voluntas hominis ſubiungitur ei atque coniungitur, quæ ad hoc prædictis eſt excitata præſidijs, vt diuino in ſe cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum quod ſuperno ſemine concepit ad ſtudium.* Doctrina Concilij Tridentini hiſce conſimilis eſt, pluribus ſeſſionis ſextæ locis, qui ex vno diſci poſſunt: *Tangente Deo cor hominis per Spiritus ſancti illuminationem, neque homo ipſe nihil omnino agit inſpirationem illam recipiens, qui ſe qui illam & abijcere poteſt, neque tamen ſine gratiâ Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo liberâ ſuâ voluntate poſſit.* Gratiæ operantis pars dicitur eſſe in nobis ſine nobis, id eſt ſine nobis liberè & moraliter agentibus, licet agentibus Phyſicè & vitaliter, cum ſit ille velut motus primo primus voluntatis à Deo productus immediatè, ſimulque à voluntate vt naturâ eſt, elicitus: illuminatio vero hunc motum in intellectu præcedens ſit actus directus intellectus & vera intellectio à Deo ſimiliter immediatè producta & tamen ab intellectus facultate ſimul elicita, ipsâ Dei eſſentiâ ſeſe vniete iſtis facultatibus per intimam indiſtantiam, & abſque vlla informatione vel inhærentia cuiuſquam intermediæ virtutis, ſed tantum in genere cauſſæ primæ & ſpecialis in ordine ſupernaturali, per efficientiam extrinſecam ſupplendo actiuitatem potentiarum naturalium, vt pluribus diſputat ſubtiliſſimè Yſambertus Doctor Sorbonicus loco laudato. Illud autem, gratiam iſtam eſſe in nobis ſine nobis, dictum eſt primò à B. Auguſtino lib. de Gratiâ & libero arbitrio, *Deus vt velimus operatur incipiens: vt ergo velimus, ſine nobis operatur; cum autem volumus, & ita volumus vt faciamus, nobiſcum cooperatur.* Rationem vero Theologicæ ratiocinationi, quam ante poſuimus planè conſentaneam antea propoſuerat his verbis, *Bona opera ſi non præceſſiſſent cogitationes bonæ, nulla eſſent, attendite itaque quod de ipſis cogitationibus dicat ſcribens ad Corinthios. Non quia idonei ſumus cogitare aliquid à nobis, tanquam à nobis metipſis, ſed*

Proſper. l. de Vor. Gent. c. 26.

Seſſ. 6 cap. 5.

S. Aug l. de grat. & libr. arb. c. 17.

Ibid. cap 7.

1. Cor. 3.

ſufficientia noſtra ex Deo eſt,&c. Ex quo Apoſtoli loco *Gratiam cogitationis bonæ à Deo eſſe* non vero à nobis tanquam à nobiſmetipſis deliberatè, libere & moraliter, licet Phyſicè agentibus Theologi rectiſſimè colligunt.

At quæ Græcorum Patrum de primâ illæ Gratiæ operantis parte, nempe bona cogitatione ſeu ſancta illuſtratione intellectus ſententia ſit, paucis diſſeredi tempus eſt. B. Dionyſius πᾶσα πατρόκινήτου φωτοφανείας πρόοδος εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότως φοιτῶσα, πάλιν ὡς ἑνοποιὸς δύναμις ἀναστατικῶς ἡμᾶς ἀναπληροῖ καὶ ἐπιστρέφει πρὸς τὴν τοῦ συναγωγοῦ πατρὸς ἑνότητα. Id eſt. *Omnis à Patre* motæ illuſtrationis præmanatio in nos beneficè adueniens, denuo ceu viuifica vis à ſuperna nos reuocando replet (vel ἁπλοῖ ſimplices, puros reddit) & conuertit ad vnitatem Patris congregantis, &c.] Clemens Alexandrinus. ἤδη ἡ σύνεσις τῶν ἐναρέτων ἀνθρώπων ἐπίνοιαι, κατ' ἐπίπνοιαν θείαν γίγνονται, διατιθεμένης πως ψυχῆς καὶ διαδιδομένου τοῦ θείου βουλήματος εἰς τὰς ἀνθρωπίνας ψυχάς. ὅτι δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐπινοίας τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς ἐπιλογισμοὺς ἐμπνεῖ ἡ καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἐντίθησι τοῖς φρέσιν ἰσχύν τε καὶ συναίσθησιν ἀκριβεστέραν, μένος τε καὶ θάρσος προθυμίας ἐπί τε τὰς ζητήσεις ἐπί τε τὰ ἔργα παρέχουσα. Id eſt. Intelligentia à Deo eſt. Cogitationes hominum virtute præditorum fiunt ex inſpiratione diuinâ, cum anima certo modo afficitur, & diuina voluntas in humanas animas tranſmittitur. Poſtea Aliquando vero Potentia Dei per cogitationes & ratiocinationes hominum inſpirat, & mentibus vim immittit ſenſumque perfectiorem, promptitudinis & alacritatis animi vehementiam præſtans & ad quæſtiones & ad opera exequenda.] Addit alia quædam de Gratiis extrinſecis, vt intrinſecæ per Angelos, ita per homines adminiſtrari ſolitis quæ multum cóſentiunt cum iis quæ ſuperius attulimus ex B. Auguſtino lib. de ſpiritu & lit. B. Baſilius libro de Spiritu ſancto celebri illo de auxiliis loco τὸ πνεῦμα τὰς βοηθείας ἐπινέμον, συμμέτρους ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον τῆς χρείας, χορηγίας ἐπιμετρεῖ. τοὺς ἐν τῷ σκότῳ τῆς ἀγνοίας κατεχομένους φωτίζει καὶ διὰ τοῦτο φῶς ἀληθινόν. Spiritus ſanctus auxilia diſtribuens conuenientes vnicuique iuxta neceſſitatem, opis menſuras adminiſtrat Illuminat eos qui detinentur in tenebris, ideo lumen verum dicitur.] B. Gregorius Nyſſenus contra Eunomium φωτίζειν τὰς ψυχὰς τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως, ταύτην χάριν πατρί τε καὶ υἱῷ καὶ πνεύματι ἁγίῳ ὁ τῆς εὐσεβείας ἀνατίθησι λόγος. ἐκεῖνος γὰρ φωτισμὸς παρὰ τοῦ Δαβὶδ ὀνομάζεται, καὶ ἐκεῖνο τὸ φῶς τῆς γνώσεως τοῖς φωτιζομένοις ἐγγίνεσθαι· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ κάθαρσις τῶν λογισμῶν ἴδιον ὥς φησιν ὁ λόγος, τῆς τοῦ κυρίου δυνάμεως. Illuſtrare animas cognitionis lumine, hanc Gratiam Patri & Filio, & Spiritui ſancto, Pietatis ſermo aſcribit; ſimiliter purgatio cogitationum proprium eſt virtutis Domini, vt ait ſcriptura Heb. 1. &c.]

B. Gregorius Theologus oratione in B. Athanaſium τὸ πρὸς θεὸν ἀνάγεσθαι καὶ ἐπανάγεσθαι διὰ τῆς συγγενοῦς ἐλλάμψεως ἐκ θεοῦ ἔχομεν à Deo habemus quod ad Deum euehamur & reuehamur per congenerem illuminationem] Idem elegantiſſimam iuxta potentiſſimamque ex huius meditatione veritatis, Paræneſim contexit, λαβώμεθα θεότητος.

λαβώμεθα

Dion.cæl.hier.c.1.
Clem.Alex.lib.6.Strom.
S.Baſil.to.2.
Nyſſ.to.2.or.1.in Eun.
Naz.orat.40.

λαβώμεθα τοῦ πρώτου καὶ ἀκραιφνεστάτου φωτός. ὁδεύσωμεν πρὸς τὴν λάμψιν αὐτοῦ πρὶν ἢ προσκόψαι τοὺς πόδας ἡμῶν ἐπ' ὄρη σκοτεινὰ καὶ πολέμια πρὶν μέλος καθαρισθῶμεν, ἀδελφοὶ, πᾶσαν ἁγνίσωμεν αἴσθησιν, μηδὲν ἀτελὲς ἡμῖν ἔστω, μηδὲν τῆς πρώτης γενέσεως, μηδὲν ἀφώτιστον καταλείπωμεν. Id eſt. Apprehendamus Deitatem: accipiamus primum & puriſſimum lumen: ad ipſius ſplendorem incedamus, priuſquam pedes noſtri ad tenebroſos & hoſtiles montes offendant. Poſtea. Omnibus membris purificemur, omnes ſenſus purgemus; nihil in nobis imperfectum; nihil primæ natiuitatis; nihil expers luminis relinquamus, &c. Vide reliqua ad ſtuporem vſque admiranda. NICETAS Heracleenſis Epiſcopus & Metropolita Gregorij Nazianzeni interpres longè doctiſſimus locum illũ ſic illuſtrat vt de gratiâ intelligatur, ex verſione Biblij Abbatis. *Diuinitatem arripiamus, quæ quidem primum ac puriſſimum lumen eſt ac perceptibile non quidem natura*, SED GRATIA ET DIVINA ILLVMINATIONE. Quanquam paulo aliter ſeſe habeant verba Græca, idem tamen ſenſus, in Manuſcripto Bibliothecæ Illuſtriſſimi P. SEGVIERII Franciæ Cancellarij; cuius ſtudiis ac Patrociniis quod ſpirent, quod floreant, bonæ literæ debere ſe profitentur: Verba ſunt ἐπιλαβώμεθα τῆς θεότητος ἥτις ἐστὶ τὸ πρῶτον καὶ καθαρώτατον φῶς καὶ ληπτὸν οὐ κατὰ φύσιν ἀλλὰ κατ' ἔλλαμψιν.

S. Chryſoſtomus explicans illud, *lux in tenebris lucet* οὐχ οὕτω κόσμος ἐστὶ λαμπρὸς ἀνισχούσης τῆς ἀκτῖνος ὡς ψυχὴ καταυγάζεται καὶ λαμπροτέρα γίνεται τὴν ἀπὸ τοῦ πνεύματος δεξαμένη χάριν. Non ſic mundus clarus exoriente radio, vt animo illuſtratur ac ſplendeſcit gratiam ſpiritûs ſuſcipiens, &c. Idem hom XIV. in Gen. ἡ τοῦ πνεύματος χάρις καταυγάζουσα ἡμῶν τὴν διάνοιαν ſpiritus gratia mentem noſtram illuſtrans. Plena ſunt omnia Chryſoſtomi opera huiuſmodi elocutionibus quas ideo incaſſum coaceruaremus. Vnum addo B. Cyrillum Alexandrinum, qui nobis & ad alteram gratiæ operantis partem, viam aperiet. θεία καὶ ἀπόρρητος χάρις νοητῶς ἐλλάμπουσα καὶ τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας ἐνιεῖσα τὴν ἔφεσιν. Id eſt. Diuina & arcana Gratia intelligibili modo irradians, & ſalutis per Chriſtum deſiderium ingenerans. Eo loco duæ gratiæ operantis partes euidenter occurrunt: prima quidem, illuſtratio intellectus: altera, pia motio voluntati deſiderium ſalutis inijciens: de poſteriori nunc paucis agendum.

Hom. 11. ad pop. Ant.

S. Cyrill. l. 1. in Eſ. or. 2.

VI.

Parum eſt, inquit B. Chryſoſtomus, intellectum hominis illuſtrari, niſi voluntatis ſtudium ad ſalutem adſit. Voluntatis ſiquidem eſt & doceri οὐδὲ λογισμῶν ἀνθρωπίνων ἀλλὰ καὶ τῆς ἄνωθεν ἀποκαλύψεως δεῖ τῇ ψυχῇ εὐγνωμόνως δεχομένης τὴν ἀποκάλυψιν. διόπερ γὰρ καὶ τῆς οἴκοθεν προαιρέσεως· τὸ γὰρ διδάσκεσθαι προαιρετικόν ἐστι καὶ τὸ πιστεῦσαι. Neque cogitationibus humanis, ſed & diuinâ reuelatione opus eſt, & vt anima fideliter eam ſuſcipiat, opus eſt & propriâ voluntate. Doceri ſiquidem voluntatis eſt & credere.] Ex quo legitimè concludi poteſt tam neceſſariam eſſe piam in voluntate motionem & affectionem, quàm neceſſariam eſſe oſtendimus intellectus cogitationem ſanctam & illuſtrationem.

Pia motio voluntatis à gratia operante, Græcis PP. cognita.

S. Chryſ. ho. 44. in Io.

Quamuis enim intellectus cogitatio illuſtrans ac illuſtrata ſimul, in voluntatem influat, ſimilemque ex iudicio ſuo practico impreſſionem faciat: neutiquam id tamen Phyſice dixerimus effici, abſque vitali eiuſdem voluntatis actione eleuata à Deo, quæ motio & affectio quædam eſt ad liberum gratiæ tribuendum conſenſum, eamdem voluntatem excitans. Vtramque gratiæ operantis partem egregie complexus eſt B. Gregorius Nyſſenus in Cantica. ἅπτεται τῆς θύρας ὁ λόγος. θύραν δὲ νοοῦμεν τὴν στοχαστικὴν τῶν ἀρρήτων διάνοιαν, δι' ἧς εἰσοικίζεται τὸ ζητούμενον. ἔξω τοίνυν ἑστῶσα τῆς φύσεως ἡμῶν ἡ ἀλήθεια διὰ τῆς ἐκ μέρους γνώσεως, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἐν ὑπονοίαις τισὶ καὶ αἰνίγμασι θυροκρουστεῖ τὴν διάνοιαν, ἄνοιξον λέγουσα, καὶ μετὰ προτροπῆς ὑποτιθεμένη τὸν τρόπον, ὅπως ἀνοιγῆσαι προσήκει τὴν θύραν, οἷόν τινας κλεῖς ὀρέγουσα, τὰ καλὰ ταῦτα ὀνόματα, δι' ὧν τὸ κεκλεισμένον ἀνοίγεται. κλεῖδες γάρ εἰσιν ἀληθῶς αἱ τῶν ὀνομάτων τούτων ἐμφάσεις, αἱ τὰ κρυπτὰ διανοίγουσαι, ἀδελφὴ καὶ πλησίον, καὶ περιστερά, καὶ τελεία. εἰ γὰρ βούλῃ σοί φησιν, ἀνοιχθῆναι τὴν θύραν καὶ ἐπαρθῆναι τῆς ψυχῆς σοῦ τὰς πύλας, ἵνα εἰσέλθῃ ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, χρή σε ἀδελφήν μου γενέσθαι ἐν τῷ τὰ θελήματά μου τῇ ψυχῇ παραδέξασθαι, καθὼς ἐν εὐαγγελίῳ φησὶν ἀδελφὸν αὐτοῦ καὶ ἀδελφὴν γίνεσθαι τὸν ἐν τοῖς θελήμασιν αὐτοῦ ζῶντα, καὶ τὰ ἑξῆς. Id eſt. Oſtium tangit Verbum. Oſtium autem intelligimus coniecturalem arcanorum cogitationem: per quam introducitur id quod quæritur. Stans ergo extra naturam noſtram veritas, per cognitionem ex parte, vt loquitur Apoſtolus, mentis noſtræ pulſat oſtium in allegoriis & ænigmatibus, dicens, Aperi: & cum adhortatione ſuggerit, quemadmodum oportet aperire oſtium, veluti præbens quaſdam claues, nempe pulchra hæc nomina per quæ aperitur id quod clauſum eſt. Claues enim planè ſunt horum nominum ſignificationes, quæ occulta aperiunt nempè Soror, Propinqua, Columba, & Perfecta. Si vis enim, inquit, aperiri oſtium & attolli portas animæ tuæ, vt rex gloriæ ingrediatur, oportet te meam fieri Sororem, in eo quod animæ meæ voluntates accipias, ſicut dicit in Euangelio eum fieri fratrem ſuum & ſororem qui viuit in eius voluntate &c.] B. Baſilius eleganter vtramque etiam gratiæ operantis in cogitatione & motione partem exprimit in Pſalmum VII. ἐγκατασπειρομένας κατὰ τὰς ἐννοίας σωτηρίους ἀφορμὰς καὶ τὰς εἰς τὸ σωθῆναι συνεργείας vocans, id eſt, inſperſas cogitationibus ſalutares opportunitates & auxilia ad ſalutem] Nomine τῶν ἀφορμῶν non eſt inſolens eidem S. Baſilio ſignificari Gratiæ motus, φυλάξωμεν ἀκριβῶς τὰς παρὰ θεοῦ δεδομένας ἡμῖν ἀφορμάς, φεύγοντες τὴν ἁμαρτίαν, διώκοντες τὴν δικαιοσύνην. Conſeruemus ſtudioſè ſubſidia nobis à Deo data, fugientes peccatum, iuſtitiam ſectantes, &c.] B Chryſoſtomus iterum audiendus, ad verecundiam calumniatorum dicolἀνάδραμε τῇ διανοίᾳ σου πρὸς τὸν τῶν ψυχῶν ἰατρόν. καρδίας γὰρ παρακαλέσαι ἐκεῖνος μόνος δύναται ὁ πλάσας κατὰ μόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, καὶ συνιεὶς πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν, αὐτὸς δύναται εἰς τὸ συνειδὸς ἡμῶν εἰσελθεῖν, καὶ διανοίας ἅψασθαι, καὶ παρακαλέσαι τὴν ψυχήν. ἐὰν δὲ ἐκεῖνος μὴ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ἡμῶν, τὰ παρὰ ἀνθρώπων περιττὰ καὶ ἀνόνητα. Id eſt. Recurre mente tuâ

Nyſſ. orat. 9. in Cant.

1. Cor. 13.

Baſil. to. 1.

Baſil. ho. in attende tibi.

Chryſ. ho. 4. de Pœn. to. 1.

ad medicum animarum. Solus ille cor ſanare poteſt qui finxit ſigillatim corda noſtra, poteſt ille conſcientiam noſtram ingredi, mentem tangere poteſt, animam flectere. Si vero ille minus inclinaret corda noſtra, omnia quæ ab hominibus expectantur, ſuperflua ſunt & inutilia &c. ab eodem dicitur Deus τὰς ἡμῶν καρδίας ἐμβατεύων οὐδένα περιορῶν. Corda noſtra ſubire neminem contemnendo: plura inferius vbi de Gratiâ efficaci diſſertabitur. In Gen. ho. 23.

Aduertendum autem pios illos voluntatis motus non poſſe dici propriè voluntarios hoc eſt liberos, deliberati ſiquidem non ſunt, nec præconſultati, nec proinde ex electione, & in iis videtur voluntas. πεπονθέναι τὴν ἐθελουσίαν καὶ ὡς ἐξ ἀνάγκης πάθος vt loquitur S. Cyrillus, id eſt aliquid citra voluntarium liberum, velut aliquid ex neceſſitate patibile, ſi habeatur libertatis ratio quæ hac in re planè ſilet ac otiatur, voluntarij tamen ijdem poſſunt dici motus quatenus à voluntate educuntur ac eliciuntur, & in ea recipiuntur ac immanent, eique tantum abeſt vt vim inferant, quin potius ad liberum conſenſum bono ſuo ſummo quærendo & acceptando conſentaneum diſponunt & mouent. Cuius quidem motionis vis diuina recte vocabulo Operantis exprimitur ita vt eius diſpenſatio in Deum referatur τὸ ἐνεργεῖν γὰρ αὐθεντίαν μηνύει καὶ ὑπεροχὴν ὑπερβάλλουσαν κηρύττει Operari auctoritatem ſignificat, & præcellentem quamdam Poteſtatem prædicat, ait B. Chryſoſtomus, ex verbis B. Pauli, *Operatur omnia in omnibus.* Cyrill. dial. 2. de Trinit. Or. de ſerpente Moſis edit. Angl.

CAPVT TERTIVM.

Gratia cooperans Græcorum Patrum Theologiæ notiſſima.

SVMMA CAPITIS.

I.

Diſtinguitur Gratia cooperans ab operante, apud DD. Sorbonicos.

II.

Doctrina SS. Auguſtini & Thomæ.

III.

Nomina gratiæ cooperantis apud PP. Græcos.

IV.

Neceſſitas Gratiæ cooperantis ex iiſdem.

V.

Liberi arbitrij concurſus cum Gratia cooperante ex S. Auguſtino & Patribus Græcis.

VI.

Obiectiones ex iiſdem diluuntur.

I.

Tertull. 5. in Marc.

Molin. de cõcord. & Maſcaren. de auxil.

Gamach. ad q. 3. c. 3. Duvall. tract. de grat. qu. 4. art. 2. Yſamb. de grat. act. q. 1 art 2.

S. Aug. l. de grat. & lib. cap. 17.

NON eſt animi aut inſtituti noſtri Scholaſticas hîc intexere quæſtiones: relinquenda enim eſt Auditoriis Theologicis ſeges ſua & *Subtililoquentia*, vt ait Tertullianus. Delibare tamen nonnulla plerumque cogimur, ex quibus Theologorum Eccleſiæ Doctrina cum Patribus antiquis conſentiens magis ac magis effulgeat. Doctrina autem in Eccleſiæ Scholis hodierna die receptiſſima eſt, Gratiam cooperantem reapſe ab operante diſtingui, quod etſi, ob doctorum aliam quorumdam opinionem, pro fidei articulo non proponamus, vt Sorbonicam tamen aſſertionem merito proponimus, cum Scholæ illius celeberrimæ Profeſſores, hanc vnanimi conſenſu ſententiam amplexi ſint: Erectos viuis maximos illos viros aduoco, Gamachæum, Duvallium, Yſambertum, quibus & qui ſuccenturiati ſunt, libentiſſimè ſubſcribunt. Rationes omnes, ne temporis iacturam faciamus, in hanc vnam confluunt: Eadem debet intercedere diſtinctio inter gratiam operantem & cooperantem, quæ intercedit inter motum primum voluntatis, & conſenſum illius deliberatum ac liberum: in eo enim operans à cooperante diſcernitur, quod illa conſenſum ſemper præueniat nec ſemper ſequentem habeat, hæc vero conſenſum ſecum præſentem habeat & ad illum iuuet, eumque perficiat. B. Auguſtinus ſupra Ipſe vt velimus OPERATVR incipiens, qui volentibus COOPERATVR perficiens. Atqui certo certius eſt à motu primo & affectu ſimplici volun-

tatis, eiuſdem conſenſum vtpote liberum entitate & realiter diſtingui, quum ſeparatim exiſtant. Non enim qui primo illo motu mouetur, ſemper conſentit: qui conſenſum præbet, non præbet niſi primo illo motu iam peracto & præterito, ergo Gratia operantis à cooperante vt rei à re, verum diſcrimen eſt. Animaduertit tamen rectiſſimè Philippus Gamachæus non fruſtra B. Thomam dixiſſe Gratiam operantem eamdem eſſe cum cooperante, & diſtingui ſolum penes diuerſos effectus: non quidem ordinariè, ſed aliquando, videlicet vbi homo repentino inſpirationis motu vehementi ſtimulatus ad pœnitentiam abſque morâ conſentit, ita vt eadem motio quæ ſolum erat neceſſaria, & ſine nobis liberè agentibus, euadat actio deliberata & tranſeat in conſenſum, quod licet raro, fieri tamen poteſt, non ſecus ac idem actus amoris Dei ex libero fieri poteſt neceſſarius per continuationem eiuſdem à viâ in Patriam, vt docent Theologi: tunc verò Gratiã eamdem operantem ac cooperantem eſſe contingit: vt plurimum verò ſicut motio illa & formalis conſenſus ſunt duæ actiones diuerſæ, ita & Gratiæ. Accuratè B. BERNARDVS: *Deus tria hæc in nobis operatur: cogitare,* VELLE, PERFICERE *Primum ſine nobis: ſecundum per nos: tertium nobiſcum.* Ex quibus conſtat Gratiam operantem moraliter tantum conſenſum producere, gratiam vero cooperantem Phyſicè efficienter. Aliquando tamen ratione moralis iſtius cauſalitatis effectus tribuitur Gratiæ operanti, quando efficax eſt, vt à B. Auguſtino, libro de prædeſtinatione Ss. VOCATIONE PRORSVS AGITVR ET PERAGITVR VT CREDAMVS. Quæ tamen verba diſtinctam gratiæ cooperantis efficientiam Phyſicam non excludunt, ſed neceſſariò inferunt. Gratia enim efficax, quã conſenſus conſequitur, effectiuum eiuſdem conſenſus auxilium adiuuans poſtulat. Nonnunquam etiam gratiæ eiuſdem nomine intelligitur complexio & cumulus omnium illarum Gratiarum, indiſtinctè & confusè, à lectore vero ipſo prudenter ſuæ quæque Gratiâ ſpeciei diſtribuendus eſt: vt cum Tridentina Synodus docet *hominem diſponi per gratiam excitantem & adiuuantem vt eidem gratiæ aſſentiendo & cooperando conuertatur.* Nec enim inde colligere licet eamdem eſſe Gratiam operãtem & cooperantem ſeu adiuuantem, quas eiuſdem Concilij Patres ſenſerunt penitus eſſe diuerſas, vt teſtatur qui præſens aderat Andreas à Vega celeberrimus Theologus. Hanc igitur ſententiam vt probatiſſimam in medium adducimus ac tuemur, addimuſque, ex Sorbonæ doctrinâ, Gratiam cooperantem eſſe concurſum illum ſupernaturalem quem Deus voluntati præbet ad eliciendum conſenſum Gratiæ operanti, vocanti, excitanti ſeu præuenienti: Quæ deſcriptio pro tempore ſufficit ad explorandam Græcorum Patrum mentem & cum B. Auguſtini ſanctique Thomæ placitis componendam. Cæteræ difficultates & controuerſiæ de concurſus & auxilij diuini cooperantis diſtinctione ab ipſo conſenſu, ad caput ſequens ſpectant, vbi & de gratiâ adiuuante ſermo erit.

S.Tho q. 3. ar. 2. ad 4.

S. Bern. de grat. & lib. arb. fin.

S. Aug. de prædeſt. c. 19. & Fulgent. l. 2. de verit. prædeſtin.

Seſſ. 6. c. 5. & 6.

Lib. 1. in Concil. Trid. c. 6.

II.

Doctrina S. Aug. c. 14. & de grat. & lib. arb. c. 17. ex Phil. 1. & 2. Ro 8. L. de nat. & grat. c. 31. S. Tho. qu 3. ar. 2.

Neceſſitatem gratiæ cooperantis paucis verbis perſtrinxit B. Auguſtinus lib. de Spiritu & litera. *Ipſum velle Deus operatur in homine.* Item, *vt velimus ſine nobis operatur: cum autem volumus & ſic volumus vt faciamus, nobiſcum cooperatur: ſine illo vel operante vt velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus.* Iterum. *Operamur & nos, ſed illo operante cooperamur.* S. THOMAS iiſdem planè veſtigiis acer inſiſtit. *Operatio alicuius effectus non attribuitur mobili, ſed mouenti. In illo ergo effectu in quo mens noſtra eſt mota & non mouens, ſolus autem Deus mouens, operatio Deo attribuitur & ſecundum hoc dicitur gratia operans. In illo autem effectu in quo mens noſtra & mouet & mouetur, operatio non ſolum attribuitur Deo, ſed etiam animæ, & ſecundum hoc dicitur gratia cooperans.* Age, nunc indagemus iſta omnia in Patrum Græcorum lectione.

III.

Nomen gratiæ cooperantis apud Græc. PP. Chryſ. ho. 3. Eth. Ho. 4. 13. 23. & al. Hom. 54. in Gen. Cyrill. Alex to. 1. Idem li. 4. in Ioan.

Ac primùm, nomen gratiæ cooperantis, quale ſit apud Græcos doctores, non eſt ignorandum. χάριν συμπράττουσαν facilè diceres ex S. Chryſoſtomo in Commentariis epiſtolæ ad Romanos, τῆς χάριτος τὸ συμπρακτικὸν *Cooperatiuum gratiæ*, eleganter vocans. Dicitur eadem gratia abſolutè ἡ ῥοπὴ, ἡ πλείων ῥοπὴ frequentiſſimè ab Chryſoſtomo hom. XLV. in Geneſim. Alibi dextra, ὅταν ἡμῖν ἡ ἄνωθεν συμπράττῃ δεξιὰ, καὶ τὰ δυσχερῆ εὔκολα γίνεται, καὶ τὰ δύσκολα ῥᾴδια. Quando nobis ſuperna dextera cooperatur difficilia facilia, & moleſta leuia fiunt.] B. Cyrillus τὴν φειδὼ τὴν ἄνωθεν ſupernam indulgentiam appellat lib. 1. de adoratione. Sed aptius τὴν τοῦ θεοῦ χάριν συνεργὸν εἰς σωτηρίαν Dei Gratiam cooperatricem ad ſalutem dicit comm. in Ioannem.

IV.

Gratiæ cooperantis neceſſitas ex PP. Græc.

Neceſſitatem gratiæ ad operum ſalutarium executionem COOPERANTIS, nulli ſæpius, nulli efficacius Patribus Græcis, ex ſcripturâ præſertim commendauere: B. Athanaſius aut certe vetus auctor vitæ B. Antonij de ipſius à diabolo reportatis victoriis loquens συνήργει ὁ κύριος αὐτῷ ὁ σάρκα δι' ἡμᾶς φορέσας· ὥστε τὸν οὕτως ἀγωνιζόμενον ἕκαστον λέγειν· οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. COOPERABATVR enim ipſi Dominus, vt vnuſquiſque verè certans dicat, non ego autem, ſed Gratia Dei mecum.] B. Baſilius. In Eſaiam ταῦτα δὲ ἐπειδὰν διὰ τῆς συνεργίας τοῦ θεοῦ κατορθοῦται, ὅταν ὑπολαβὼν ἡμᾶς διορθώσῃ, ὑποφερόμενον ἡμᾶς τῇ συνεργίᾳ τῇ παρ' ἑαυτοῦ στηρίζων, τότε λέγομεν, ὑψώσω σε κύριε ὅτι ὑπέλαβές με. Id eſt. Hæc autem quum rectè fiunt, per diuinam cooperationem, tum nimirum cum ſuſceptos ad rectum reducit, per cooperationem ſuam nos fulciens & ſtabiliens, tunc dicimus, Exaltabo te, Domine, quia ſuſcepiſti me.] B. Gregorius Theologus, multis verbis ex propriæ infirmitatis & malitiæ reluctatione, quæ domeſticam in nobis aduerſus Gratiam Dei, pugnam mouet, ἀντιτεχνᾶται, ἀντισοφίζεται, ἀντιπολεμεῖ, concludit hunc in modum πρὸς οὖν ταῦτα πολλῆς μὲν τῆς πνευ-

1. Cor. 15. S. Baſil. in c. 5. Eſ. Nazianz. Apolog.

πλεόνος τῆς πίστεως, μείζονος δὲ τῆς παρὰ θεοῦ συνεργίας. Id eſt. Ergo aduerſus iſta opus eſt magnâ perfectaque fide, cum maiori Dei Cooperatione. B. Chryſoſtomus expoſit. Epiſt. ad Coloſſ enarrans illa verba, *In quod & laboro ſecundum operationem eius quam operatur in me in virtute*, οὐχ ἁπλῶς σπουδάζω, φησὶν, οὐδ᾽ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ κοπιῶ ἀγωνιζόμενος. εἶτα πάλιν δείκνυσι θεῖον ὄν, κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἐμοὶ ἐν δυνάμει. δείκνυσιν ὅτι τοῦ θεοῦ τοῦτο ἔργον ἐστὶ, ὁ τοίνυν ἰσχυρόν με ποιῶν εἰς τοῦτο. δῆλον ὅτι τοῦτο βούλεται. Id eſt. Non dixit ſimpliciter ſtudium adhibeo qualecumque, ſed laboro certans. Deinde rurſus oſtendit à Deo eſſe. Secundum operationem eius quam operatur in me in virtute: Oſtendit hoc opus Dei eſſe, qui me tam fortem reddidit: manifeſtum eum ſic ſentire, &c.] Pluribus abſtinemus in re tam perſpicuâ & obuiâ quæ ſtatim recurret, vbi de gratiâ adiuuante agendum erit.

V.

Quoniam vero nomen ipſum cooperantis gratiæ, Voluntatis cum Deo operãtis & concurrentis actionem diſertè conteſtatur, idcirco de iſto liberi arbitrij concurſu pauca dicenda ſunt: præcipuè contra hæreticos, anathemate ideo percuſſos à Tridentina Synodo. *Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari, aſſentiendo Deo excitanti atque vocanti, quoad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet, neque poſſe diſſentire ſi velit, ſed veluti inanime quoddam nihil omnino agere mereque paſſiuè ſe habere: anathema ſit.* Doctrina germana, liberum arbitrium à Deo motum, cum Deo agere, vereque operari, gratiæ aſſentiendo, ſalutem eiuſque media volendo, eligendo, applicando. Ratio Philoſopho Theologica clara validáque eſt: Velle eſt actio vitalis, ideoque à voluntate actiue elicita, ac proinde Phyſicè efficienter à voluntate producta: certum eſt autem nos velle, cum nobis volentibus cooperatur Deus, vt ait B. Auguſtinus lib. de Grat. & lib. arbitr. nec enim aliter Deus in nobis *operaretur velle*, vt habet diuinus Apoſtolus. B. Auguſtinus ſupra, *operamur & nos, ſed illo operante cooperamur.* Idem libro de ſpiritu, & literâ cap. *Ipſum velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus miſericordia eius præuenit nos: conſentire autem vocationi Dei vel ab eâ diſſentire, ſicut dixi propriæ voluntatis eſt. Quæ res non ſolum non infirmat, quod dictum eſt, quid enim habes quod non accepiſti? verum etiam confirmat. Accipere quippe & habere anima non poteſt dona, de quibus hoc audit, niſi conſentiendo: ac per hoc quid habeat & quid accipiat, Dei eſt: accipere autem & habere accipientis & habentis eſt.* Idem tract. IV. in Epiſt. Ioan.

De mente Græcorum Patrum circa hanc liberi arbitrij cum Deo cooperationem veriſſimam nullus eſſe poteſt mediocriter in eorum lectione verſatis ambigendi locus. Idcirco B. Irenæus ſtatim Effectrici Dei Operationi liberi arbitrij mentionem adjecit. Locus nõ vulgaris eſt in fragmentis. *Voluntas & operatio Dei, effectrix eſt & prouidens cauſſa omnis temporis, loci & ſæculi itemque naturæ omnis. Voluntas animi intellectualis eſt ratio in nobis ſita quippe cum poteſtas eius libera & ſui arbitrij. Voluntas eſt mens appetendi vi prædita & appetitus intelligentiâ comprehenſus, qui ad id*

Liberi cooperatio arbitrij ex S. Aug. & PP. Græc.

Trident. ſeſſ. 6. c.

Phil. c. 2.

S. Aug. li. de nat. & Græ. c. 32. de ſtir. & lib. c. 33.

1. Cor. 4.

S Hieron. ep. ad Cteſiphontem.

Iren. in fragment. apud Demetrium Diaconum ſer. de igne.

quod ſub voluntatem cadit, inclinat. Quæ profectò verba licet de voluntatis liberæ cum naturali Dei concurſu capi poſſint, per ea tamen à pari in ſupernaturalis concurſus negotio philoſophari non alienum eſt. Quod ſoli cùm hæretici inficiari poſſint, aduerſus eos cæterorum Patrum Græcorum Auguſtino confœderatorum auctoritate pugnandum eſt.

Iren. l.5.cap.19. Idem B. Irenæus, *Deus illud quod eſt ſui arbitrij & ſuæ poteſtatis, maturans ad immortalitatem & aptabiliorem eum ad æternam ſubiectionem Deo præparans.*
Ep.ad Epheſios. B. Ignatius Martyr id appellat *συντρέχειν τῇ γνώμῃ θεοῦ cum Dei voluntate*
S.Chryſ.in ep.ad Rom. *concurrere.* Quod & B. Chryſoſtomus τῇ χάριτι προσδραμεῖν quod idem ſignificat *cum gratiâ concurrere*, συμφωνεῖν τῇ χάριτι *cum gratiâ conſentire* di-
Macar.ho.27. xit B. Macarius. Sed hæc de loquendi formâ; rem attingamus. B. Athanaſius τὴν τοῦ δεδωκότος χάριν καὶ τὴν ἰδίαν δύναμιν Gratiam largitoris &
Athan.or.in Gent. & propriam virtutem copulat. B. Baſilius in Conſtitutionibus Mona-
Baſil.conſt.c.15. ſticis ἑκάτερα συγκεκρᾶσθαι προσήκει σπουδήν τε ἀνθρωπίνην καὶ τὴν διὰ τῆς πίστεως ἄνωθεν καθήκουσαν συμμαχίαν εἰς τελείωσιν ἀρετῆς. Ad perfectum virtutis cumulum oportet vtraque commiſceri, & humanum ſtudium & auxilium cæleſte fidei opera comparatum. Oſtendimus autem libro ſuperiori fidei actum ex doctrinâ eiuſdem Baſilij aliorumque Græcorum Patrum diuinæ gratiæ & mouentis & cooperantis opem præ-
Naz or.19.idem or.38. ſupponere. B. Gregor. Theologus oratione in laudem Patris οὐ κινδυνεύει τὸ ἀγαθὸν ἐν ἕξει τολμώσῃ μετὰ τῆς χάριτος, id eſt, non pericliratur in bonum in habitu voluntatis cum gratiâ audente.] Idem in Apologetico τοῦτο καὶ τῆς ἄκρας ἀγαθότητος τοῦ θεοῦ τὸ αὐτοῦ δῶρον καὶ τὸ ἀγαθὸν ποιῆσαι καὶ ἡμέτερον, οὐ φύσει μόνον καταβαλλόμενον ἀλλὰ καὶ προαιρέσει γεωργούμενον καὶ τοῖς ἐπ' ἄμφω τοῦ αὐτεξουσίου κινήμασιν. Summæ Dei bonitatis argumentum eſt
To.2.carm.58. vt donum ſuum & bonum noſtrum eſſe faciat, neque id ſolum naturâ nobis inſeratur, ſed etiam per voluntatem liberique arbitrij in vtramque partem agitationes excolatur] Idem videri poteſt, pij diludij cauſſa in carmine de virtute humanâ, vbi Poetam Theologum perbellè agit.

Nyſſen.or.4.in Cant.idem ho.9. & orat.5.de beat. S.Gregorius Nyſſenus in Cantica explicans illud, *propinqua mea*, τῆς προαιρέσεως ἡμῶν οὕτως ἐχούσης ὥσπερ ἂν ἐθέλῃ τοῦτο σχηματίζεσθαι, ἡ καθαρθεῖσα ψυχὴ ὑπὸ τοῦ λόγου καὶ τὴν κακίαν κατὰ νώτου ποιησαμένη, τὸν ἡλιακὸν ἐν ἑαυτῇ κύκλον δέχεται καὶ τῷ ἐφθέντι ἐν αὐτῇ φωτὶ συνεκλάμπει διὰ τοῦ προσεγγισμοῦ τὴν κοινωνίαν ἐφελκομένη τοῦ κάλλους. Id eſt. Cum liberum arbitrium ita ſe habeat vt cuicumque voluerit, ſimilem figuram induat, anima à verbo purgata & maliciam abijciens, ſolis circulum in ſe ſuſcepit. & cum lumine percepto collucet, per appropinquationem
Homil.6. comparans ſibi communionem pulchritudinis.] Clariſſimè mentem explicat ſuam Comment. in Eccleſiaſten. ἑαυτῶν ἔσονται εἶναι πατέρες &c. Sed ille locus infra recenſendus eſt libro tertio, vbi cum S. Thomâ de
Hom 54. liberi arbitrij motu ad iuſtificationem diſſeremus. S. Chryſoſtomus in Geneſim ἐν τῇ προαιρέσει κεῖται τῇ ἡμετέρᾳ μετὰ τὴν ἄνωθεν χάριν ἢ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας καὶ σπουδάζοντες δυνάμεθα γενέσθαι ἐνάρετοι, καὶ ῥαθυμήσαντες πάλιν εἰς τὸν τῆς ἁμαρτίας κρημνὸν καταφερόμεθα. Id eſt. In voluntate noſtrâ,

noſtrâ, poſt ſupernam gratiam, ſitæ ſunt virtutes & vitia, poſſumuſque ſi conatum adhibeamus, virtutem conſequi, ſi vero deſidia torpeamus, rurſus in peccati præcipitium ruimus.] Idem de S. Pelagiæ Martyrio loquens οὐκ ἦν ταῦτα ἀνθρωπίνης φύσεως, τὸ μὲν γὰρ πλέον εἰσήνεγκεν ἡ τοῦ θεοῦ ῥοπή· οὐ μὴν οὐδὲ αὐτὴ τότε ἀργοῦσα εἱστήκει. ἀλλὰ τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα ἐπεδείκνυτο, τὴν προθυμίαν, τὸ φρόνημα τὸ γενναῖον, τὸ βουληθῆναι τὸ σπεῦσαι, τὸ ἐπιπηδῆσαι. τὸ δὲ εἰς πέρας ἅπαντα ταῦτα ἐλθεῖν, τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας ἐγίνετο καὶ τῆς ἄνωθεν εὐνοίας· ὥστε καὶ θαυμάζειν αὐτὴν καὶ μακαρίζειν ἄξιον. μακαρίζειν μὲν ὑπὲρ τῆς τοῦ θεοῦ συμμαχίας, θαυμάζειν δὲ ὑπὲρ τῆς οἰκείας προθυμίας. Id eſt. Non erant iſta humanæ naturæ propria, ſed Dei maiorem partem conferentis auxilio fiebant. At ipſa tamen otioſa nó erat, ſed à ſeipſa promptum & generoſum animum, voluntatem, propoſitum, ſtudium, & alacritatem afferebat: diuino vero ſubſidio ac beneuolentia ſuperna factum eſt vt hæc omnia euenirent. Itaque ipſam & demirari & beatam dicere debemus: beatam quod Dei præſidium habuerit: admirabilem quod tantam animi alacritatem exhibuerit] Denique nihil pulcrius iis quæ habet B. Chryſoſtom. oratione morali XVII. in Epiſtolam ad Hebræos, vbi de voluntate ſeu volitione, vt Scholæ loquuntur, efficaci. Vis fieri? inquit, ſolum initium apprehende. Enimvero dic mihi, in omnibus artibus, ſi modo velimus eas aſſequi, ſufficitne nobis velle, an eſſe etiam res ipſas aggredimur? Exempli cauſſa: vult aliquis eſſe gubernator, mercator: non dicit volo, ita vt hoc & ſufficiat, ſed rem ipſam adoritur. Vult pereque proficiſci & non dicit, volo, ſed etiam ad id ſe accingit. Sic in omnibus non ſufficit velle ſolum, ſed opus eſt factum adiicere. Tu autem volens in cælum aſcẽdere dicis tantum volo. πῶς οὖν, φησὶν, ἔλεγες ὅτι τὸ θέλειν ἀρκεῖ; τὸ θέλειν μετὰ τῶν ἔργων, τὸ ἀντιλαμβανόμενον τοῦ πράγματος τοῦ πονοῦντος. ἔχομεν γὰρ συνεργοῦντα καὶ συμπράττοντα τὸν θεόν, μόνον ἑλώμεθα, μόνον ὡς ἔργῳ προσενεχθῶμεν τῷ πράγματι, μόνον μεριμνήσωμεν, μόνον εἰς νοῦν βαλώμεθα καὶ πάντα ἕπεται. ἂν δὲ καθεύδωμεν καὶ ῥέγχοντες προσδοκῶμεν εἰσιέναι εἰς οὐρανὸν, πότε δυνησόμεθα τὴν κληρονομίαν τῶν οὐρανῶν κατασχεῖν, βουληθῶμεν οὖν, παρακαλῶ, βουληθῶμεν. Quomodo igitur, inquis, dixiſti, velle ſufficit? Velle cum operibus, quod quidem ei qui laborat fert opem. Habemus enim *Cooperantem & ſimul agentem Deum*, ſolùm eligamus, ad rem tanquam ad opus tantùm accedamus, curemus tantùm, mentem tantùm adhibeamus & omnia ſequentur. Si vero dormitemus, & ſtertentes ingreſſum cæli expectemus, quomodo poterimus hereditatem capere? Velimus, ergo, velimus.] Hæc equidẽ ampliſſima ſunt ac inuictiſſima tantæ veritatis teſtimonia, quibus ſola perditæ mentis contumacia obniti poſſit. Reliquis parcimus, quæſtioni de motu liberi arbitrij in iuſtificatione libro tertio reſeruatis.

To. 1. ho. 41.

Chryſ. in cap. 9. ad Hebr.

VI.

Ne vero ſuperſint errori præſidia ex ſacris præſertim educta literis, vni aut alteri ab ipſis petitæ obiectioni facile eſt occurrere, quo cæteris eiuſdem hoc eſt nullius boni ſenſus argumentis cautum ſit. Obijci

Obiectionibus occurritur.

Eſai.cap. 6.12. poteſt itaque locus Eſaiæ, *Domine omnia opera operatus es nobis.* Nihil igitur humanæ liberæque noſtræ operationi relinquitur.

Apud Cyrillum, Theodoretum & S. Aug. ſer. 1. de verbis Apoſtoli. S. Hier. l. 4. in Eſ. Reſpondemus primò locum hunc prout habetur apud Patres Græcos & S. Auguſtinum, nihil omnino hæreticorum ſenſum iuuare. Habent enim, *Domine Deus noſter pacem da nobis, omnia enim reddidiſti nobis.* *κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν εἰρήνην δὸς ἡμῖν, πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν.* Verùm quia Hebræa eorumque verſio etiam apud B. Hieronymum habent. *Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera noſtra operatus es nobis*: Iccirco ad rem dicimus opera omnia tam naturalia quam ſupernaturalia creaturarum omnium à Deo vt à cauſſa primâ in vnoquoque ordine & vniuerſali produci; ſupernaturalia vero etiam vt à cauſâ ſpeciali, eleuante, & cauſſæ ſecundæ actiuitatem ſupplente: quæ quidem eleuatio & concurſus tantum abeſt vt cauſſæ inferioris efficientiam inhibeat aut excludat, quin potius eam ad agendum diſponit, actuat, corroborat & perficit: ac proinde opus ſiue actio ſupernaturalis eſt à Deo, totum, non vero totaliter, quod ſolus Caluinus aut Caluini aſſecla licet rideat ac naſo ſuſpendat, veriſſimum tamen eſt & apud Philoſophos &

S. Aug. de nat. & grat. 1 Cor. 3. apud Theologos *ſenſum Chriſti habentes* vt loquitur Apoſtolus. Ad Auguſtinum vel ſolum prouoco. *Operamur & nos*, inquit, *ſed eo operante cooperamur.* Ex Apoſtolo *Dei adiutores cooperatores συνεργοὶ* eſtis. Imo &

1 Cor. 15. 10. Caluin. lib. 2. inſtit. c. 3. Marci vlt. *Domino cooperante.*

Alteram vero ſi ex Apoſtoli dictis obiectionem ſubijciant, dicentis, *laboraui cæteris abundantius non ego, ſed gratia Dei ἡ σὺν ἐμοὶ quæ mecum eſt. Non dicit*, inquit Paradogmatiſtes, gratiam ſibi fuiſſe cooperatricem, ſed gratiam quæ ſibi aderat omnium fuiſſe effectricem. Reſpondemus Vulgata quidem editio habet, *ſed gratia Dei mecum* attendens ad ſenſum magis quam ad ſyllabas: verus enim ſenſus eſt gratiam ipſam laboraſſe, non ego, ſupple ſolus atque ex proprio motu, ſed gratia quæ mecum eſt, etiam mecum eâ per eam laborante laborauit. Modeſtiæ tamen ſimul & veritatis cauſſa diuinus Apoſtolus dixit non ego, ſed Gratia Dei, quia ad id vnde principium eſt motus, effectum ipſum retulit, nempe ad primum mouens, ſupremamque cauſſam: adiecit tamen, mecum eſt, quod tamen non ex-

Sap. 9. cludit & mecum laborat, quod æque vere & religioſe de diuinâ Gratia ac de diuina ſapientia dici poteſt, de quâ dixit Salomon. *Mitte Do-*

S. Hieron. ep. ad Cteſ. in Pelag. *mine ſapientiam tuam de cælis ſanctis tuis, à ſede magnitudinis tuæ vt mecum ſit & mecum laboret.* Cur autem dixit *non ego*, deinde *mecum*, explicat S. Hieronymus Epiſtolâ ad Cteſiphontem, dum explicat illud etiam Apo-

S. Chryſ. ho. 38. in 1. Cor. ſtoli. Non eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei. *Velle*, inquit, *& currere meum eſt: ſed ipſum meum ſine Dei ſemper auxilio non erit meũ*, &c. Atque vt Græcorum dictis concludamus B. Chryſoſtomus *περισσότερον ἐκοπίασα τῇ σπουδῇ κεχρημένος, τῇ ταπεινοφροσύνῃ καὶ τοῦτο ταχέως παρέδραμε, καὶ τὸ πᾶν ἀνέθηκε τῷ θεῷ λέγων· οὐκ ἐγὼ δὲ ἀλλ᾽ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί.* laboraui abundantius, deinde ſolita vſus humilitate & hoc celeriter prætercurrit, & totum Deo aſcripſit dicens, non ego, ſed gratia Dei mecum.] Inferius vero locutiones illas ſancti Chryſoſtomi varias

explicaturi ſumus, quibus nunc TOTVM Deo tribuendum: nunc voluntati tribuendum aliquid affirmat. Hæc pro tempore, ad Gratiam cooperantem intelligendam & aſſerendam abundè ſufficiunt.

CAPVT QVARTVM.

Gratia excitans et adiuuans Græcis Patribus innotuit.

SVMMA CAPITIS.

I.

GRatia excitans & adiuuans eadem quæ operans & cooperans apud Patres & DD. Scholaſticos ex ſcript.

II.

Gratia excitans quibus expreſſa vocibus à Patribus Græcis & S. Aug.

III.

Eiuſdem neceſſitas ab ijs agnita.

IV.

Gratia adiuuans Græcis Patribus quomodo appellata, eiuſque neceſſitas approbata.

V.

Gratiæ adiuuanti quo pacto voluntas humana concurrat ex PP. Græcis & alijs.

I.

REM adeo præſtabilem & excellentem diuerſis appellationibus in ſacris literis Patrumque ſcriptis inſigniri nihil mirum eſt, ob eximiarum perfectionum & effectorum quibus ad miraculum gratia abundat, inexhauſtam & pene infinitam vbertatem. Notiſſima verò & commendatiſſima inter cæteras eſt Gratiæ excitantis & adiuuantis vocitatio ac diuiſio, quam ex doctrinâ Ss. Patrum & Scholæ Theologorum vno eodẽque contextu Synodus Tridentina complectitur his verbis: *Diſponuntur adulti ad iuſtitiam, dum excitati diuinâ gratiâ & adiuti, fidem ex auditu concipientes liberè mouentur in Deum.* Excitans igitur Gratia eodem plane modo quo Gratia cooperans definiri poteſt: Illuſtratio ſancta intellectus & pia motio voluntatis à Deo immiſſa, quâ creatura ad bonum ſupernaturale & ad ſalutem ſpectans excitatur. Adiuuans autem Gratia ſicut & cooperans eſt actualis Dei concurſus, quo ipſe nobiſcum cooperatur ad conſentiendum Gratiæ excitanti ad idem bonum ſupernaturale efficiendum. Vnde liquidum ac manifeſtum eſt vtramque Gratiam tam ad primæ quam ad ſecundæ gratiæ ſanctificantis cõſecutionem & vtriuſque effectus obtinendos, quàm peccatoribus tam iuſtificatis eſſe abſolutè neceſſariam, etiam in repentinis conuerſionibus aut promotionibus ad bonum ſpiritale, in quibus Gratia excitans ſi non ordine temporis, ſaltem ordine naturæ præcedit adiuuan-

Trid. ſeſſ. 6. cap. 6.

Contra Vegam qui ſolam adiuuãtem neceſſariam vlt. l. 6. in Concil. Trid. cap. 7.

tem, aut eadem Gratiæ entitas vtriuſque munere fungitur ſolo reſpectu & habitudine relatiuâ variatâ vt antea commonuimus. Quod quidem in illis locis vniuerſalibus fundatur, quibus Scriptura abſolutam creaturæ cuiuſcumque à diuinæ gratiæ auxiliis ad quodcũque bonum

Pſal. 91. ſupernaturalo & ſalutare, dependentiam ſignificat, *Adiuua* nos Deus

Pſal. 108. Iob 14. cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, Sed & pro iuſtis ipſis Pſal. CVIII. *Et tu Domine fac mecum, adiuua me Domine Deus meus.* Iob XIV. *Vocabis me & ego reſpondebo tibi, operi manuum tuarum porriges dexteram.* Ad Romanos cap. VIII *Spiritus ipſe adiuuat infirmitatem noſtram.* Quæ quidem & multa ſimillima ſancti Patres de Gratiæ diuinæ cuicumque etiam ſanctiſſimo neceſſariis motibus, adiumentis & præſidiis, ſaluberrime intelligunt ac interpretantur.

II.

Gratia excitans, vt vocetur, PP. Gr. Excitans gratia dicitur, pluribus ex cauſſis in vnam tamen reflectentibus primo quia excitat voluntatem velut mortuam vt in vitam reſurgat: ſecundo quia eamdem dormientem excitat, vt ſaluti ſuæ inuigilet: tertio quia eamdem excitat vt incuriam & deſidiam vitet ac

Eph. 5. bonis operibus ſollicitè vacet, in iiſque perſeueret. Prima ſignificatio ab eo Apoſtoli loco deriuata videtur S. Auguſtino. Surge qui dormis,

S. Aug. in Pſ. 61. 88. & 106. & exſurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. *A morte cordis,* inquit, *non quilibet medicus, ſed ipſe excitat, qui mortuos ſuſcitat.* Secunda deſumpta

Pſ. 3. videtur ex loco Pſalmi. *Ego dormiui & ſomnum cœpi & exſurrexi quia Dominus ſuſcepit me,* quo loco quamuis Græcè habeatur nunc ἀντιλήψεταί

Iuſtin. in Tryphon. μου *ſuſcipiet me*, quod facile eſt ex Hebræo conciliare ob permutationem iſtorum temporum, nihilominus tamen Iuſtinus Martyr legit ἀντελάβετο *ſuſcepit.* Excitare vero dicitur & reſpectu mortis & reſpectu

2. Petri cap. 3. ſomni, Ioannis XI. Tertia tandem ſignificatio ex loco S. Petri, *Fratres, excito veſtram in commonitione ſinceram mentem, vt memores ſitis eorum quæ prædixi verborum à ſanctis Prophetis & Apoſtolorum veſtrorum præceptorum Domini & Saluatoris.* Excitans igitur Gratia eſt quâ menti nihil tale cogitanti Deus illuſtrationem & ſanctam cogitationem practicam immittit boni ſupernaturalis, ſimulque voluntatem primâ motione percellit ad conſentiendum iſti cogitationi, & bonum illud ſupernaturale

S. Aug. lib. 2. ad Bonif. cap. 18. volendum. Secundum hanc excitantis gratiæ intelligentiam, Pelagianum ita compellat B. Auguſtinus. *Cur non dixiſti hominem Dei Gratia in bonum opus excitari, ſicut dixiſti in malum diaboli ſuggeſtionibus incitari?*

Clem. Alex. in protrept. ad Gent. Quis autem addubitet excitantem gratiam eodem planè ſenſu Græcis Patribus agnitam atque prædicatam? Vel vnus ſufficiat Clemens Alexandrinus οὐκ ἀμελεῖ ὁ κύριος παραινῶν, ἐκφοβῶν, προτρέπων, διεγείρων, νουθετῶν· ἀφυπνίζει γέ τοι καὶ τοῦ σκότους αὐτοῦ τοὺς πεπλανημένους διεγείρων· ἔγειρε, φησίν, ὁ καθεύδων καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ χριστὸς κύριος, ὁ τῆς ἀναστάσεως ἥλιος ὁ πρὸ ἑωσφόρου γεννώμενος, ὁ ζωὴν χαρισάμενος ἀκτῖσιν ἰδίαις λέγει που ἡ γραφή. Σήμερον, ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν. τί δὲ οὐκ ἔτι τὴν χάριν εἰς ὀργὴν μεταλλάσσομεν καὶ οὐχὶ ἀναπεπταμέναις ταῖς ἀκοαῖς ἐν ἁγναῖς ξενοδοχούμενοι τὰς ψυ-

χῶς τὸν θεὸν, μεγάλη γὰρ ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἡ χάρις. Id eſt. Non negligit autem Dominus adhortans, terrens, ſuadens, exhortans, admonens A ſomno quidem excitat, & ab ipſis tenebris immerſos facit reſurgere. ἔγειρε pro ἔγειραι
Expergiſcere, inquit, qui dormis & exſurge à mortuis & illuminabit te Ephe. 5.
Chriſtus Dominus, Sol reſurrectionis, ante luciferum genitus, qui vitam largitus eſt propriis radiis. Poſtea. Scriptura alicubi dicit, Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, &c. Cur ergo gratiam adhuc mutamus in iram, & non patentibus auribus certum ſuſcipientes, caſtis animis Deum hoſpitio ſuſcipimus? Magna enim eſt eius promiſſionis gratia, &c.] B. Gregorius Nyſſenus θείαν ἐγρήγορσιν diuinâ euigilationẽ vocat eamq; multis exornat. Idem etiam explicans illud Canticorum ſecundum Græca, *excitetis & expergiſcere faciatis charitatem, donec venit.* ἐγείρειν & διεγείρειν citare & excitare de motu diuino ad Charitatis augmentum nouis actionibus procurandum exponit. [illegible] *reſtaurationem* in vitam vocat Iſidorus Peluſiota, & probat eodem Apoſtoli textu vtens *Surge qui dormis, exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus.* Circa quem textum notanda ſunt quædam, quia ſæpius apud Patres in hac quæſtione occurrẽt. Primò quidem laudari hæc verba ab Apoſtolo tanquam ex altero Scripturæ ſacræ libro deprompta. Sic enim habet, *Propter quod dicit, Surge qui dormis, exſurge à mortuis,* &c. Siue ſit alluſio ad locum Eſai LX. *Surge illuminare:* ſiue ex libro quodam amiſſo, ſiue ex dictis Propheticis & inſpirationibus fidelium in Eccleſiâ Prophetantium vt putat Theodoritus in expoſitione. Alterum vero eſt B. Aug. legere & *continget te Chriſtus,* quia nimirum vetus lectio habebat non ἐφαύσει σε ὁ Χριστὸς vt putat Eſtius, quod idem tamẽ eſſet, ſed ἐπιψαύσει σου Χριστὸς *continget te Chriſtus.* Sed & aliam lectionem memorat B. Chryſoſtomus καὶ ἐπιψαύσει τοῦ Χριστοῦ *& continges Chriſtum:* præfert tamen eam quæ vulgatæ reſpondet. Tertium notandum eſt: licet hæc verba ad arbitrium hominis liberum dirigantur, non tamen gratiam excitantem ideo ſecludi, imò verò eam neceſſariò præſupponi, vt monet B. Auguſt. tr. in Pſ. LXII. & B. Thomas ad eum locum. *Sed nunquid per nos poſſumus reſurgere à peccato? Dicendum eſt quod ad iuſtificationem impy duo requirũtur ſcilicet liberum arbitrium cooperans ad reſurgendum, & ipſa gratia. Et certè hoc ipſum habet liberum arbitrium à gratiâ præueniente, & poſtea meritoriè à gratiâ ſubſequente. Vnde dicitur Threnorum vlt. Conuerte nos Deus & conuertemur.* Ita & Patres Græci qui eamdem Gratiam ἐξεγερτικὴν ſummopere commendarunt. Addamus Marcum Eremitam opuſculo de lege ſpiritali. ἡ χάρις πρώτη μὲν θεοπρεπῶς διεγείρει τὴν συνείδησιν ὅθεν καὶ κακοποιοὶ μετανοήσαντες τῷ θεῷ εὐηρέστησαν, Gratia primùm quidem congruè Deo conſcientiam excitat, vnde malefici pœnitentiam agentes Deo accepti ſunt.] Non differt ab Auguſtino in Pſal. 38. *Non ego prior exſurrexi, ſed tu ad me excitandum veniſti. Nam miſericordia eius præueniet me. Antequam aliquid boni ego faciam, miſericordia eius præueniet me. Quid hîc reſpondebit infelix Pelagius?*

Hom. 10. & 11. in Cantica.

Ho. 4.

Iſid. l. 5. ep. 179.

Eph 5. v. 14.

S. Aug in Pſ. 3.

Chryſo. in Eph. ho. 18.

S. Tho. Eph. lect. 5.

To. 1. Bibl. PP.

III.

Gratiæ excitantis neceſſitas ex PP. Græc.
Dionyſ. diu. no. c. 4. p. 4.

Principium neceſſitatis huius gratiæ demonſtratiuum poſuit B. Dionyſius. πάντα πρὸς ἑαυτὴν ἡ ἀγαθότης ἐπιστρέφει, καὶ ἀρχισυναγωγός ἐστι τῶν ἐσκεδασμένων. *Bonitas ad ſe omnia conuertit, & Primaria collectrix eſt diſperſorum* Conuerti igitur & ad viam veritatis & iuſtitiæ reuocari nemo poteſt niſi per emanantem ab illâ principe & Ideali Bonitate gratiam: nec ab eo potius ſomno ferreo & ſopore letali. tenebris & vmbrâ mortis exſurgere, niſi diuinæ gratiæ excitatione tangatur, moueatur, trahatur. Vt ex illo loco ſurge qui dormis, exſurge à mortuis; multis oſtendit B. Gregorius Theologus orat. de baptiſmo. Idem ad locum Apoſtoli. Non eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei τὸ βούλεσθαι καλῶς δεῖται τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας, μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ προαιρεῖσθαι τὰ δέοντα, θεῖόν τι καὶ ἐκ θεοῦ δῶρον φιλανθρωπίας *bene velle indiget auxilio Dei, multo vero magis & eligere quæ oportet diuinum & à Dei bonitate manans donum eſt*, &c. Quo loco velle, ſignificat primum voluntatis motum ad bonum, qui à gratiâ excitante eſt, vt in illo loco Phil. operatur in nobis velle & perficere: Eligere verò, volitionem ipſam liberam quæ gratiæ adiuuantis eſt comes, vt poſtea dicemus. B. Gregorius Nyſſenus ἡ τοῦ θεοῦ χάρις ψυχαῖς φυγούσαις τὴν σωτηρίαν οὐκ ἔχει ἐπιφοιτᾶν· οὔτε τῆς τοῦ ἀνθρώπου ἀρετῆς δύναμις οὐκ ἐξαρκεῖ καθ' ἑαυτὴν πρὸς τὸ τῆς ζωῆς εἶδος ἀναβιβάσαι ψυχὰς ἀμοιρούσας τῆς χάριτος· ἐὰν μὴ κύριος οἰκοδομήσῃ. Id eſt. Dei Gratia non poteſt venire in animas à ſalute fugitiuas. Virtutis quoque humanæ facultas non ſufficit ad animas gratiæ expertes ad vitæ formā attollendas. Niſi Dominus ædificauerit, &c. Idem in oratione Catecheticâ διὰ τίνος ἔδει πάλιν πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς χάριν τὸν ἄνθρωπον ἀνακληθῆναι; τίνι δ' ἔπρεπεν ἡ τοῦ πεπτωκότος ἀνόρθωσις, ἡ τοῦ ἀπολωλότος ἀνάκλησις ἡ τοῦ πεπλανημένου χειραγωγία; τίνι ἄλλῳ ἢ τῷ κυρίῳ πάντως τῆς φύσεως. τῷ γὰρ ἐξ ἀρχῆς τὴν ζωὴν δεδωκότι μόνῳ δυνατὸν ἦν καὶ πρέπον ἅμα καὶ ἀπολλυμένην ἀνακαλέσασθαι. Id eſt. Per quemnam rurſus ad gratiam primordialem, hominem reuocari? cuinam conueniebat erectio eius qui ceciderat, reuocatio eius qui perierat, aut reductio eius qui aberrauerat, cui alteri niſi abſoluto Naturæ Domino? Soli enim vitæ ab initio datori poſſibile erat & conueniens, pereuntem reſtituere] &c.

Naz. or. 40.
Ro. 9. orat. 31.
Greg. Nyſſ. or. de ſcopo Chriſt.
Nyſſ. to. 2. or. Cat. c. 8.

IV.

Gratia adiuuans quomodo dicta à PP. Græcis, eiuſq; neceſſitas approbata.

Gratia vero adiuuans eadem quæ cooperans ſupra dicta eſt, quamplurimis ac egregiis nominibus à Græcis Theologis donatur. Dicitur aliquando ἡ ἄνωθεν χεὶρ *Manus ſuperna* vt à B Chryſoſtomo in Geneſim. Item ἡ ἄνωθεν ῥοπὴ συμμαχοῦσα *Vis ſuperna auxilians*. A B. Cyrillo dicitur ἡ ἄνωθεν ἐπικουρία Auxilium ſupernum. Vocatur etiam ἡ προστασία à B. Chryſoſtomo in Geneſim, id eſt *Præſidium*. A B. Gregorio Theologo appellatur ἡ τοῦ πνεύματος συνεργία *Spiritus cooperatio*. Frequentiſſimè vero omnium dicitur ἡ τοῦ θεοῦ βοήθεια Dei auxilium, & συμμαχία, quo nomine eam primus indigitauit Philo Hebræus lib. de migratione Abrahami. Hinc ſæpe ſæpius apud Chryſoſtomum

Chr. ho. 50. & 56.
Ho. 12.
Cyrill. l. 1. de ador.
Chr. 57.
Naz or. 20.

ἡ ἄνωθεν συμμαχία cæleſte auxilium : Et elegantiſſime ἡ ἐκεῖθεν συμμα- Chr.ho.53.
χία Epiſtolâ ad Phœniciæ Preſbyteros & alibi. Ep.133.

Neceſſitatem vero Gratiæ adiuuantis mirum quantum vbique de- Cyrill. Cateh 16
prædicent Græci Patres. B. Cyrillus Hieroſolymit. ob illius largitionē omnibus Chriſtianis neceſſariam, vocat Spiritum ſanctum τὸν μέγαν παρὰ θεοῦ σύμμαχον καὶ προστάτην συναντιλαμβανόμενον ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, Ro 8 Magnum à Deo datum commilitonem & auxiliatorem noſtras infirmitates adiuuantem] idque ex multiplici Gratiæ eiuſdem apud omnes effectu confirmat. B. Baſilius ſimilia habet libro de Spiritu ſancto quæ ſuperius attulimus : legenda apud eum plura ſparſim in Pſalm. XXIX. περὶ πνευματικῆς βοῆς de ſpiritali clamore ad auxiliū diuinæ gratiæ infirmitatibus hominum ſubleuandis morbiſque ſanandis impetrandum. B. Chryſoſtomus in Geneſim τῆς θεοῦ βοηθείας ἄφατον δύναμιν vt ipſe loquitur, diuini auxilij virtutem ineffabilem locis commendat innumeris. Vnus eſto omnium inſtar (nam & antea & poſtca plures) commentariis in Epiſtolam ad Timotheum ſecundam vbi exponit illud Apoſtoli *Dominus Jeſus Chriſtus cum ſpiritu tuo* : οὐδὲν ταύτης τῆς εὐχῆς ἄμεινον. μὴ ἀλγεῖ, φησίν, ὅτι ἀφίσταμαι· ὁ κύριος μετὰ σοῦ. καὶ οὐκ εἶπε μετά σου, ἀλλὰ μετὰ τοῦ πνεύματός σου· διπλῆ ἡ βοήθεια, τῆς χάριτος τοῦ πνεύματος καὶ τοῦ θεοῦ βοηθοῦντος αὐτῇ. καὶ ἄλλως δὲ οὐκ ἔστιν εἶναι τὸν θεὸν μεθ' ἡμῶν, μὴ τῆς χάριτος οὔσης τῆς πνευματικῆς· εἰ γὰρ ἐγκαταλειφθείημεν, πῶς ἔσται μεθ' ἡμῶν. ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν ἀμήν. περὶ χάριτος ἐκείνης τειχιζούσης ἡμᾶς. Id eſt. Nihil eſt hac precatione pręſtantius. Ne doleas, inquit, quia diſcedo: Dominus tecum eſt: nec dixit Dominus tecum, nec ſimpliciter tecum, ſed cum ſpiritu tuo. DVPLEX AVXILIVM commendatur, Gratiæ ſpiritus & Dei ipſam adiuuantis. Non aliter enim fieri poteſt vt Deus ſit nobiſcum, niſi gratia ſpiritualis adſit. Si enim deſeramur ab ea, quomodo nobiſcum erit? inde addit, Gratia nobiſcum, Amen. Loquitur de gratiâ illâ nos muniente] Locus equidem eximius, ex quo probare Theologi poſſunt quod tam magnificè iactant in Scholis, præter Gratiam habitualem quâ Deus mentes noſtras inhabitat, requiri auxilium Dei actuale, ſeu gratiam adiuuantem ad bene operandum, etiam in iuſtis. Iuxta illud B. Auguſtini de peccat. merit. & de Grat. Chriſti *Sicut oculus corporis etiam pleniſſimè ſanus, niſi candore lucis adiutus non poteſt cernere; ſic homo etiam perfectè iuſtificatus niſi æternâ luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non poteſt viuere.* Quod etiam confirmari poteſt auctoritate B. Gregorij Nyſſeni in Pſalmos ἀρετῆς κεφάλαιον ἡ τοῦ θεοῦ συμμαχία, id eſt, DEI AVXILIVM, CAPVT ET SVMMA VIRTVTIS EST. Idem in vitâ B. Gregorij Thaumaturgi ἐγὼ τῆς αὐτῆς οἶμαι χρῄζειν δυνάμεως ἔργῳ τε κατορθῶσαι τὴν ἀρετὴν καὶ λόγῳ κατ' ἀξίαν τὰ καλὰ διηγήσασθαι. ὥστε ταύτην ἐπικλητέον ἂν εἴη τὴν συμμαχίαν δι' ἧς ἐν τῷ βίῳ τὴν ἀρετὴν ἐκεῖνος κατώρθωσεν. ἔστι δὲ αὕτη κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον ἡ τοῦ πνεύματος χάρις. Ego eadem potentia opus eſſe exiſtimo ad præclara virtutis facinora exequenda, & ad eadem ſermone efferenda pro dignitate. Itaque inuocandum eſt auxilium quo ipſe virtutem rectè exercuit. Eſt autem illud, vt arbitror, gratia Spiritûs.] Idem in facundiſſimæ de Virgini-

In Gen. ho 35.

Chryſ. ho. 10. in 2. Tim.

Gratia adiuuans etiam iuſtis neceſſaria.

S. Aug. de gr. Chr. c.26.

tate orationis exordio τὸ σεμνὸν τῆς παρθενίας εἶδος παραγίνεται μόνοις οἷς ἡ τοῦ θεοῦ χάρις βοηθοῦσα πρὸς τὴν ἀγαθὴν ταύτην ἐπιθυμίαν συναγωνίσηται. Id eſt. Auguſta illa Vitginitatis ſpecies, ſolis iis contingit quibus ad præclarum hoc ſtudium Dei gratia benignè auxilium præbet.] Palladius etſi nonnullis ſuſpectus præfatione ad Lauſiac. τῇ τοῦ χριστοῦ συμμαχίᾳ τὴν ἀγγελικὴν πολιτείαν ἐξασκεῖν Chriſti auxilio vitam Angelicam aſceticè ducere. Theodoritus in Paulum loquentem ad eos *qui membra ſua arma iuſtitiæ Deo præbent & quibus peccatum non amplius dominabitur, quia non ſub lege, ſed ſub gratiâ ſunt.* πρὸ τῆς χάριτος ὁ νόμος μόνον τὸ πρακτέον ἐδίδασκεν, ἐπικουρίαν δέ τινα τοῖς νομοθετουμένοις οὐκ ὤρεγεν. ἡ δὲ χάρις πρὸς τῇ νομοθεσίᾳ καὶ τὴν συμμαχίαν παρέχει. διά τοι τοῦτο καὶ ἀκριβεστέρα τοῦ νόμου ἡ νομοθεσία τῆς χάριτος, ὡς τῆς ἐπικουρίας τὴν δυσκολίαν λυούσης. Id eſt Ante Gratiam lex ſolum id quod agendum erat, docebat: Gratia vero vnà cum legis impoſitione, auxilium præbet Et propterea lege perfectior eſt Gratiæ legiſlatio, vt quæ per auxilium difficultatem ipſam ſoluat] Conſuli poſſunt ea quæ Gregorius Theologus habet περὶ τῶν εἰς σωτηρίαν βοηθημάτων de auxiliis ad ſalutem neceſſariis oratione de Baptiſmo. B. Macarius ψυχὴ ὁ ἀληθῶς φιλόθεος καὶ φιλόχριστος πᾶσαν ἡμέραν ἐκ πεινος καὶ ἐκδίψος διὰ πίστεως καὶ ἀγάπης ἐν προσκαρτερήσει εὐχῆς εἰς τὰ τῆς χάριτος μυστήρια καὶ εἰς πᾶσαν κατάστασιν ἀρετῆς ἀκορέστως ἔχει ἔρωτι τιτρωμένη τοῦ οὐρανίου πνεύματος καὶ πόθον ἔμπυρον διὰ τῆς χάριτος ἀεὶ ἐν αὐτῇ πρὸς τὸν οὐράνιον νυμφίον αἰχμαλωτισθεῖσα. Anima vere Dei & Chriſti amans, quotidie eſuriens & ſitibunda, per orationis perſeuerantiam ad Gratiæ myſteria & vniuerſam virtutis ſummam inſatiabilis eſt, cæleſtis ſpiritus amore vulnerata, ardenti deſiderio per Gratiam quæ ſemper in ipsâ eſt, ad ſponſum cæleſtem ſurſum contendit, &c.] B. Marcus Eremita, Gratiæ iſtius adiuuantis auxilia ex ſacramentorum præcipuè Baptiſmi efficacia & opere operato deducit, vnde hic locus ad eadem confirmanda Theologis Scholaſticis non erit inutilis, vtriſque vero auxiliis & excitantis & adiuuantis Gratiæ appoſitè conuenit, ἡ μὲν χάρις τοῖς ἐν χριστῷ βαπτισθεῖσι μυστικῶς δεδώρηται. ἐνεργεῖ δὲ κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν καὶ κρυφίως βοηθεῖν ἡμῖν ἡ χάρις οὐ παύεται. Id eſt. Gratia quidem iis qui in Chriſto baptizati ſunt, arcana quadam ratione data eſt. Operatur autem illa ſecundum proportionem executionis præceptorum. Quin etiam occultè gratia nobis auxiliari non deſinit, &c.

Theod. in ep. ad Ro. c. 6.

Naz. orat. 40.

Macar. ho 10.

Marc. de lege ſpirituali to. 1. Bibl. PP.

Nota pro gratia ſacramentali.

V.

Ex ipsâ gratiæ adiuuantis nomenclaturâ nemo non deſpicit coniunctiſſimum eiuſdem virtuti ac operationi voluntatis eſſe concurſum, vnde Marcus loco ſtatim allato κρυφίως βοηθεῖν ἡμῖν ἡ χάρις οὐ παύεται· ἐφ' ἡμῖν δὲ ἐστι ποιεῖν καὶ μὴ ποιεῖν τὸ ἀγαθὸν κατὰ δύναμιν gratia nos adiuuare nó ceſſa; in noſtra autem poteſtate eſt bonum pro virili facere vel non facere. Hinc vero Theologi Scholaſtici quæſtionem excitarunt de modo quo creatura ſe habet cum Deo per gratiam adiuuante, vtrum vt cauſſa vel concauſſa principalis, licet ſecunda, vtrum verò tantum vt cauſſa inſtrumentalis. Controuerſiam vt in pauca contrahamus, eamque

que confeſtim ex iudicio Græcorum Patrum dirimamus: inſtrumentariam tantum eſſe cauſſam his ſuaderi poteſt, quia non tam propriâ virtute quam alienâ nempe Dei eleuantis actiones ſupernaturales anima videtur exſequi: quia ad eas potentiam non naturalem, ſed obedientialem tantùm habet: quia nonnulli Patrum, inſtrumenti nomine creaturam donant, vbi de actionibus ſupernaturalibus loquuntur. E diametro vero principalis cauſſæ rationem ſortiri, hæc in animum inducant, quod omnis cauſſa libera ſit etiam principalis reſpectu ſuorum actuum; Anima autem etiam cum gratiâ concurrens liberrima ſit, vt definiit Concilium Tridentinum ſeſſ. vi. *Poſſitque diſſentire ſi velit*: quod inſtrumentalis cauſſa non reſiſtat cauſſæ principali quando ab ipsâ applicatur ad agendum, creatura Deo poſſit reſiſtere: quod inſtrumentum potius agi quam agere cenſeatur, agere vero dicatur creatura: quod actionum vitalium creatura viuens ſit cauſſa ſemper vitalis, tales ſunt autem actiones etiam ſupernaturales & meritoriæ quæ ab ea cum gratiæ diuinæ auxilio concurſuque fiunt. Denique quod inter ſacramentorum quæ verè Dei inſtrumenta ſunt & humanæ voluntatis agendi modum, maximum diſcrimen intercedat. Componi litem hanc facillimè poſſe Duvallius admonuit, ſi rectè diſcernatur cauſſa primaria & principalis, quæ ſecunda, naturalis & moralis etiam eſſe poteſt, à cauſſâ primâ quæ eſt ſolus Deus: item inſtrumentum propriè ſumptum quod per ſe nullam habet virtutem nec niſi à principalis cauſſæ motione impreſſam, aut certè accidentariam tantùm, ab inſtrumento impropriè ſumpto quod ad quamlibet cauſſam inferioris ordinis & ſubordinatam extendi poteſt. Verùm hæc plus ſatis pro inſtituto, pedem Scholâ efferamus; Quid autem Græci Patres hac in re ſenſerint, indagemus.

Capreolus in 2. d.28.q.1. Suarez 31. to 2. diſp. 31. ſect. 6.

Duuallius de Grat. qu. 3 ar. 3.

Trid c. 4.

Legendum in primis eſt tibi, quiſquis hæc legis, extremum Stromatum Clementis Alexandrini, vbi mira & inſolita de cauſſarum diuiſione, præcipuè earum quæ ita αἴτιον, συναίτιον, συνεργὸν dicuntur *cauſſa*, *concauſſa*, *cooperans ſeu adiuuans*, atque ſingulas ita definit. τὸ αἴτιον αὐτοτελοῦς ἐνεργείας ἐστὶ δηλωτικόν. τὸ συνεργὸν ὑπηρεσίας σημαντικὸν καὶ τῆς σὺν ἑτέρῳ λειτουργίας. νοεῖται δὲ σὺν ἑτέρῳ τὸ συναίτιον οὐδ᾽ αὐτὸ δυνάμενον κατ᾽ ἰδίαν ποιῆσαι τὸ ἀποτέλεσμα, αἴτιον ὂν σὺν αἰτίῳ. διαφέρει δὲ τοῦ συναιτίου τὸ συνεργὸν ἐν τῷ, τὸ μὲν συναίτιον, κατ᾽ ἰδίαν μὴ ποιοῦντος τὸ ἀποτέλεσμα παρέχειν. τὸ δὲ συνεργὸν ἐν τῷ κατ᾽ ἰδίαν μὴ ποιεῖν, ἑτέρῳ δὲ προσερχόμενον τῷ κατ᾽ ἰδίαν ποιοῦντι, συνεργεῖ αὐτῷ πρὸς τὸ σφοδρότατον γίνεσθαι τὸ ἀποτέλεσμα Id eſt. Cauſſa, per ſe perfectam operationem ſignificat. Cooperans ſeu adiuuans ſignificat miniſterium & munus quod cum alio obit Concauſſa autem intelligitur cum alio quod nec ipſum per ſe effectum producere poteſt, vtpote quæ ſit cauſſa cum cauſſa: differt autem adiuuans cauſſa à concauſſâ, quod concauſſa quidem ei quod ſeorſim non efficit, præbeat effectum: adiuuans autem in eo quod ſeorſum quidem non efficiat, alteri autem adueniens ſeorſum efficienti, ad hoc ei auxiliatur vt effectus ſit intenſiſſimus.] Ex hac diſtinctione cauſſarum ſequitur iuxta Philoſophiam Clementis Alexan-

Clemens Alex. l. 8. Strom. ad fin.

drini Deum eſſe cauſſam non tantum προκαταρκτικὴν incœptiuam gratiæ iuſtificantis, ſed etiam συνεκτικὴν continentem, αὐτοτελῆ per ſe perfectam, αὐτάρκως ποιητικὴν & illius per ſe ſufficienter effectiuam Secundò ſequitur ipſius conſensûs ad iuſtificationem requiſiti duplex συναίτιον, cauſſam duplicem eſſe & Deum & voluntatem ſimul, quia nec Deus ſeorſim nec voluntas ſeorſim, ſed vtraque ſimul cauſſa conſenſum illum producere poteſt. Tertio ſequitur volútatem humanam poſſe dici συνεργὸν adiutricem & cooperatricem Dei reſpectu gratiæ iuſtificantis, quia quam Deus ſolus producere poteſt, eam etiam ſuo modo ſiue moraliter ſiue ſecundum alios Theologos etiam Phyſicè per eleuationem producit: atque eo ſenſu dicit Apoſtolus θεοῦ συνεργοὶ ἐσμὲν *Dei adiutores ſumus*, & tertiæ Ioan. 1. συνεργοὶ τῇ ἀληθείᾳ *cooperatores veritati*. Deus vero homini tam proprie iuxta eumdem Clementem συνεργὸς dici non poteſt, quia homo ſolus non poteſt gratiam aut gratiæ effectum producere.

1. Cor. 3.

Ex hac diſtributione cauſſarum facile eſt quid in præſenti quæſtione decernas. Enimvero impropriè philoſophando, omnis cauſſa ſecunda & inferior dici poteſt inſtrumentum, præſertim ea quæ ſupernaturalem à Deo influxum accipit, quo ſenſu orationem aliquam ſic orditur Gregorius Theologus τὸ στόμα μου ἤνοιξα καὶ εἵλκυσα πνεῦμα. ὄργανόν εἰμι θεῖον, ὄργανον λογικόν, ὄργανον καλῷ τεχνίτῃ τῷ πνεύματι ἁρμοζόμενον καὶ κρουόμενον. Os meum aperui & attraxi ſpiritum, &c. Diuinum ſum inſtrumentum, inſtrumentum ratione præditum, inſtrumentum à pręclaro artifice ſpiritu compoſitum & pulſatum. Nihilominus tamen accuratè Philoſophando, Anima vel creatura quæcumque rationalis & vitalem & liberam operationem cum diuinâ gratiâ comproducens, eiuſdem operationis non quidem quatenus ſupernaturalis, ſed quatenus vitalis, libera & moralis actio eſt, cauſſa non ſolùm inſtrumentaria, ſed etiam principalis eſt, ſecunda quidem, & Deo vt primæ cauſſæ principali ὑπαλλήλως & ſubordinata. Confirmatur ex S. Thoma aliiſque Theologis, intellectus informatus lumine gloriæ concurrit ad viſionem beatificam vt cauſſa principalis, intellectus & volútas, inſtructa facultas vtraque habitibus Theologicis producit actus fidei, ſpei & charitatis, vt cauſſa principalis & cui actio tribuitur, ad quam ipſa vitaliter ſe mouet, ergo & anima ſeu voluntas cum gratiâ in eodem genere cauſſę principalis concurrit. Sed hęc ad Scholas mittamus. Audiamus Auguſtinum, & ab ipſo reſciamus quas cum gratiâ voluntati partes tribuat ex ſcripturis.

Naz. orat. 8.

Pſ. 118.

Vide Yſambertum ad qu. 12. 1. p. diſt. 3. a. 2.

S. Tho. 1. p. q. 18. a. 1

Aug. l. de gr. & lib. arb. c. 2.

S. AVGVSTINVS ad Valentinum de gratiâ & libero arbitrio. *Beatus ille, de quo Pſalmus dicit quod in lege Domini fuit voluntas eius, nonne ſatis indicat Voluntate ſuâ hominem in lege Dei conſiſtere? Deinde tam multa mandata quæ ipſam quodammodo nominatim conueniunt voluntatem ſicut eſt, noli vinci à malo, & alia ſimilia. In libris Euangelicis & Apoſtolicis quid aliud oſtenditur? vbi dicitur nolite vobis condere theſauros in terrâ: Nolite timere eos qui occidunt corpus: & qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: Pax hominibus bonæ voluntatis: Et quod dicit Apoſtolus, quod vult faciat, non peccat ſi nubat: qui autem*

Ro. 12.

Matt. 6. 10. 16. Luc. 2.

1. Cor. 7.

ſtatuit in corde ſuo non habens neceſſitatem; poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc ſtatuit in corde ſuo ſeruare Virginem ſuam, bene facit. Item dicit ſi autem hoc volens facio, mercedem habeo: & alibi, omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur: Et ad Philemonē *ne bonū tuum velut ex neceſſitate eſſet, ſed ex voluntate. Item Ioannes. Nolite diligere mundum & cætera huiuſmodi, nempe vbi dicitur: noli hoc & noli illud, & vbi ad aliquid faciendum vel non faciendum, in diuinis monitis* OPVS VOLVNTATIS *exigitur, ſatis liberum demonſtratur arbitrium. Nemo ergo Deum cauſetur in corde ſuo, ſed ſibi imputet quiſque cum peccat: Neque cum aliquid ſecundum Deum operatur,* ALIENET HOC A PROPRIA VOLVNTATE. Poſtea congruè monet hæc omnia dè voluntatis functione teſtimonia bene & ſanè intelligi, *dummodo adiutorio & gratiæ Dei locus relinquatur.* Hoc nimirum modo. *Nunquid non liberum arbitrium Timothei eſt exhortatus Apoſtolus dicens, Contine teipſum? Et in hac re poteſtatem voluntatis oſtendit, vbi ait, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis vt ſeruet Virginem ſuam. Et tamen non omnes capiunt verbum hoc, ſed quibus datum eſt: quibus enim non eſt datum aut nolunt, aut non implent quod volunt: quibus autem datum eſt, ſic volunt vt impleant quod volunt. Itaque vt hoc verbum, quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, &* DEI DONVM EST ET LIBERVM ARBITRIVM.

1. Cor. 9.
2. Tim. 3.
1. Ioan. 2.
Ibid. cap 4.
1 Tim. 5.
Matth. 19.

Eamdem diuinę gratię adiuuantis & liberi arbitrij coniunctionem veluti ſanctiſſimi ſupernaturalium cum naturalibus fœdus ne abrumperent, prouidè admodum ac religioſè Græci Patres obſeruarunt: dū vtriuſque concurſum tam ſollicitè exigunt, illumque precibus impetrandum, hunc ſtudio & conatu adhibendum pręcipiunt. Notum illud Gregorij Theologi de Patris ab errore Hypſiſtanorum reſipiſcentis conuerſione verba facientis οὐκ οἶδα πότερον, τὴν καλέσασαν αὐτὸν χάριν ἐπαινέσω πλέον ἢ τὴν ἐκείνου προαίρεσιν. Neſcio quam potius laudem, an gratiam quâ vocatus eſt, an ipſius voluntatem! S. BASILIVS aliquid ſimile antea, cui adde, οὔτε γὰρ ἡ περὶ τὰ καλὰ τῶν ἀνθρώπων ἐγχείρησις, δίχα τῆς ἄνωθεν βοηθείας πληρωθῆναι. οὔτε ἡ ἄνωθεν χάρις ἐπὶ τὸν μὴ σπουδάζοντα παραγένοιτ' ἄν· ἀλλ' ἑκάτερα συγκεκρᾶσθαι προσήκει. Id eſt. Ad res pręclaras neque hominum conatus abſque ſuperno adiutorio, finem perfectè aſſequatur, neque ſuperna gratia minime conanti adueniet, ſed vtraque coniungi, miſceri conuenit. Sanctus Gregorius Nyſſenus. τὸ τῆς ψυχῆς ἐν τῇ τῆς γεννήσεως ἀνακαινίσει μέγεθος καὶ κάλλος, ἀφ' οὗ δίδωσι διὰ τῆς τοῦ δεχομένου σπουδῆς ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, τῆς ἡμετέρας ἤρτηται γνώμης. Id eſt. Animi in ortûs ſui renouatione decus & modus, quæ ſpiritûs gratia largitur, per ſtudium ſuſcipientis, à ſententiâ noſtrâ pendens.] S. CHRYSOSTOMVS remouet primo ac proſcribit abſurdam & à Synodo Trident. anathemate fulminatam opinionem, de voluntate inſtar inanimorum per gratiam tractâ circumactâ, exponens id Apoſtoli ad Timotheum, *Gratias ago ei qui me confortauit, Chriſto Jeſu Domino noſtro.* ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ τὸ ἑαυτοῦ κατόρθωμα κρύπτων τὸ πᾶν ἀνατίθησι τῷ θεῷ, ἐπὶ τοσοῦτον ἐφ' ὅσον αὐτεξούσιον μὴ λυμήνασθαι. ἔφη γὰρ ἂν ἴσως ὁ ἄπιστος εἰ τὸ πᾶν τοῦ θεοῦ ἐστι, καὶ οὐδὲν παρ' ἡμῶν εἰσφέρεσθαι, ἀλλ' ὡς ξύλα καὶ λίθους μεταχινεῖ πρὸς φιλοσοφίαν ἀπὸ κακίας, τί

Græcorum Patrum de re ſenſus.
Naz. orat. 19.
S. Baſil. conſtit. c. 1
Nyſſ. or. de ſcopo
Chriſtiani to. 2.
Chr. ho. 3. in 1. Tim.

διὰ τί τὸν Παῦλον μὲν τοιοῦτον εἰργάσατο, τὸν δὲ Ἰούδαν οὐκέτι; ταύτην οὖν αἰχ- ροῖς τὴν αἴτησιν ὁρᾷ πῶς μετὰ συνέσεως τῷ λόγῳ κέχρηται. ἐπιστεύθην, φησὶν, ἐγώ. τοῦτο αὐτοῦ κατόρθωμα καὶ ἀξίωμα. ἀλλ' οὐκ αὐτοῦ ὅλον. ὅρα γὰρ τί φησι. χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ· τοῦτο τοῦ θεοῦ. εἶτα πάλιν τὸ αὐτοῦ, ὅτι πιστόν με ἡγήσατο· πάντως ἐπειδὴ ἔμελλεν ἐφ' ἑαυτοῦ χρησιμεύειν θέλων, φησὶν, εἰς διακονίαν. Id eſt. Vides quomodo vbique præclara ſua facta celat, totumque Deo aſcribit, ita vero tamen vt libertatem arbitrij minimè tollat. Dixiſſet enim profectò quiſpiam infidelis, ſi totum Dei eſt, nihilque è nobis infertur, ſed velut ligna & lapides à vitiis ad Philoſophiam nos transfert, quid eſt quod Paulum quidem talem fecit, Iudam verò longè diſſimilem? huiuſmodi ergo obiectioni occurrens, vide quam prudenti ſermone vſus eſt. Creditum eſt mihi Euangelium, inquit. Hoc iam ipſius rectè factum, ipſiuſque dignitas eſt; verum non ipſius id totum. Nam protinus ſubdit: gratias ago ei qui me confortauit, Chriſto Ieſu. Hoc profectò iam Dei eſt. Deinde rurſus quod ſuum erat adiunxit, quia me fidelem exiſtimauit. Prorſus id quia ex ſemet-

Chr.ho.53. ipſo illaturus erat aliquid, ponens inquit in miniſterio, &c. Plura ibidem. Idem in Geneſim σκόπει πῶς τῆς ἄνωθεν χάριτος ἐστὶ τὸ πᾶν· ὅταν γὰρ ἡμεῖς τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενέγκωμεν, δαψιλοῦς ἀπολαύσομεν καὶ τῆς παρὰ θεοῦ συνεργείας· ἵνα μὴ ῥαθυμοῦμεν μηδὲ ἀναπεπτωκότες ὦμεν, βούλεται καὶ ἡμᾶς τι συνεισφέρειν, ἵν' οὕτω καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπιδείξηται· καὶ οὔτε τὸ πᾶν τῆς ἄνωθεν γὰρ βοηθείας, ἀλλὰ δεῖ καὶ ἡμᾶς τι συνεισενέγκειν οὔτε παρ' ἡμῶν πάλιν ἀπαιτεῖ τὸ πᾶν εἰδὼς τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας τὴν ὑπερβολήν. Id eſt. Conſidera omnia eſſe diuinæ gratiæ. Cum enim id quod à nobis eſt inferimus, copioſè fruimur diuino auxilio: Ne deſides maneamus neue animo excidamus, vult etiam nos aliquid conferre, vt ſic ſua declaret, totumque diuini auxilij non ſit: ſed & oportet nos aliquid conferre: neque à nobis totum requirit, ſciens quanta ſit infirmitas noſtra, &c.] Verum

Iſid.Peluſ.lib.4. ep.51. ex Chryſoſtomo hæc ſatis cuius dictum creberrimum vtrumque, *totum à Deo eſt, non totum à Deo eſt* inferius expendemus, vbi agendum erit de gratiæ efficaciâ. Vnum addimus Chryſoſtomi diſcipulum Isidorum Peluſiotam epiſtola ad Theonem. ἡ θεία χάρις τῇ ἀνθρωπίνῃ κιρναμένη προθυμίᾳ σώζει τὸν ἄνθρωπον. διὸ καὶ ὁ τὸν Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα εἶπε· συνεργεῖ τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. Id eſt. Diuina Gratia humanæ induſtriæ mixta (nota quod S. Baſilius ſupra dixit συγκεκρᾶσθαι δεῖ ἑκάτερα vtraque miſceri oportet) ſaluum hominem facit. Quare is qui Chriſtum in ſe loquentem habebat, dixit: Cooperatur iis qui ſecundum propoſitum vocati ſunt] Macarium addere poſſemus & alios, ſed hæc ſatis ſuperque de gratiâ adiuuante, cui comitem voluntatem vt ſecundam ſubordinatam, principalem tamen cauſſam Sorbonicos Theologos meritò addidiſſe ex Ss. Patribus perſpicuè oſtendimus.

CAPVT QVINTVM.

Gratia vocans, præueniens, concomitans et ſubſequens, Græcis Patribus nota, commendata.

SVMMA CAPITIS.

I.

GRatia vocans eadem quæ operans & excitans Græcis Patribus non ignota.

II.

Gratiæ præuenientis nomen ac res ipſa Græcis Patribus æque ac ipſi S. Auguſtino non intacta.

III.

Gratia concomitans eadem cum cooperante & adiuuante Græcos Patres non fugit.

IV.

Gratia ſubſequens quid Sancto Auguſtino, S. Thomæ & Scholæ Theologis: nec illa Græcos Patres latuit.

I.

DIVISIO tertia gratiæ Actualis eſt in Gratiam vocantem ſeu præuenientem, concomitantem, & ſubſequentem, quam ſub nomine virtutis Chriſti approbat Synodus Tridentina Seſſione VI. In hac autem diuiſione omnes Theologi conueniunt Gratiam vocantem & præuenientem eamdem eſſe cum gratiâ operante & excitante: Gratiam quoque comitantem à cooperante & adiuuante ſolo ferè nomine diſtingui. De ſubſequente non vna ſententia eſt. Quemadmodum igitur gratia operans & excitans eadem gratia eſt, ſic vocans eadem eſt cum excitante ac proinde cum operante. Siue enim peccator à ſomno dicatur excitari per operantem gratiam, certè vocando dormiens excitatur *Samuel dormiebat in templo Domini & vocauit eum Dominus* 1. Reg. Siue dicatur à mortuis excitari, per gratiã quam ideo *ſuſcitantem* vocauit Gregorius Magnus, Ieſus Lazarum excitans *voce magna clamauit: Lazare veni foras, & ſtatim prodiit qui fuerat mortuus.* Quod quidem βασιλικὸν κέλευσμα, elegantiſſimè appellat S Cyrillus in Catenâ Græcâ. Ex vocatione autem illâ Lazari quatriduani, fœtentis nec tumulo ſolum, ſed pene ipsâ putredine ſepulti, Gregorius Theologus vocationem & conuerſionem peccatoris eximiâ allegoriâ deſcribit Λάζαρε δεῦρο ἔξω ἤκουσας τῆς μεγάλης φωνῆς ἐν τάφῳ κείμενος. τί γὰρ τοῦ λόγου μεγαλοφωνότερον; καὶ προῆλθες οὐ τετραήμερος νεκρός, ἀλλὰ πολυήμερος τῷ τετημέρῳ συναναστὰς καὶ τῶν ἐνταφίων δεσμῶν ἐξελύθης, μὴ νεκρωθῇς πάλιν. Id eſt. Lazare veni foras, magnam illam vocem in ſepulchro audiuiſti, quid enim Verbo vocalius eſt? & prodiiſti non quatuor, ſed plurium dierum mortuus, trium dierum

Trid. ſeſſ. 6. cap. 16.

1. Reg. 4.

Greg. in ho. 26. in Eu.

Ioan. 11.

Caten. 16.

N. 2. or. 30.

mortuo conſurrexiſti, & ſepulcralibus vinculis exſolutus es. Caue ne iterum moriaris, &c.

Nomen illud gratiæ vocantis non vno ſcripturæ loco fundatur: ſed vbi præcipuè nomen etiam gratiæ vnà expreſſum eſt epiſt. ad Galatas vbi VOCARI IN GRATIAM PER GRATIAM reperitur. v. 6. *Miror quod tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in Gratiam Chriſti* Gr. ἐν χάριτι & v. 15. *Cum autem placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris meæ & vocauit per gratiam ſuam.* Hinc S. Gregorius Theologus gratiam illam τὴν καλέσασαν χάριν Gratiam vocantem & ſtatim τὴν κλῆσιν *vocationem* abſolutè more ſcripturæ appellat. S. Baſilius Commentar. in Pſalmos ab illo loco legendus τρεῖς τῶν κεκλημένων συζυγίας *tres vocatorum ordines.* B. Chryſoſtomus in Matthæum τὴν δύναμιν τοῦ καλέσαντος τὴν ὑπακοὴν τοῦ κληθέντος virtutem vocantis, obſequium vocati per gratiam cōmendat. Et rurſus τὸ κληθῆναι καὶ καθαρθῆναι χάριτός ἐστι. τὸ κληθῆναι γὰρ οὐκ ἀπὸ τῆς ἀξίας γέγονεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς χάριτος. Vocari & purgari à Gratiâ eſt. Quod autem vocemur ex eo fit quod digni ſumus, ſed ex gratiâ. Palladius apud Cyrillum Alexandrinum τὴν ἄνωθεν κλῆσιν *ſupernam vocationem* nominat. μεθορμίζεσθαι ἐπὶ τὰ ἀμείνω πρέπει τῶν αἰσχίονων ἀπαίροντας καὶ προσίεσθαι μὲν ὡς ἥδιστα τὴν ἄνωθεν κλῆσιν. Decet igitur vt à turpibus egreſſi ad meliora contendamus, ſupernamque vocationem libentiſſimè amplectamur.] S. Iſidorus Peluſiota οὐχ ἡ κλῆσις μόνον ἀλλὰ καὶ πρόθεσις τῶν κεκλημένων τὴν σωτηρίαν ἐργάζεται. οὐ γὰρ ἠναγκασμένη γέγονεν ἡ κλῆσις, οὐδὲ βεβιασμένη, ἀλλ' ἑκούσιος. Id eſt. Non vocatio ſola, ſed & propoſitum vocatorum ſalutem operatur. Non enim neceſſitate conſtricta eſt vocatio, neque violenta, ſed ſpontanea.] Theodoritus in Epiſtolam ad Galatas ad hæc verba *ex eo qui vocat vos*, ἴδιον θεοῦ τὸ καλεῖν τὸ δὲ πείθεσθαι τῶν ἀκουόντων proprium Dei eſt vocare, obedire vero audiétium. Hæc ſatis ex Græcis ſcriptoribus quorum in ea re apertiſſima & quotidianæ lectioni obuia ac expoſita ſententia eſt. Ex S. verò Auguſtino nihil huc contulimus eo quod gratiæ vocantis ſingulis fere libris mentionem faciat, præcipuè lib. quæſt. ad Simplicianum quæſt. ſec. lib. IV. contra Iulianum. lib. ſec. ad Bonifacium, libro de prædeſtinat. Ss. &c.

Gal. c. 1.

Naz. or. in Patrem.

Baſil. in Pſ. 48.

Chryſ. ho. 31.

Hom. 6.

Cyrill. l. 1. de ador.

Lib. 4. ep. 51.

Theod. ad Gal. c. 5.

II.

Præueniens autem gratia nomen eiuſdem rei alterum eſt gratiæ operanti, excitanti & vocanti aptatum. Nullus fere acceptior eſt B. Auguſtino titulus quo Gratiam honorificè inſigniat, miſericordiæ diuinæ prærogatricem, gratiam præcedentem omnes omnino volūtatis motus liberaſque functiones, quam & *antecedentem gratiam* appellat *quæ præuenit omnem hominis voluntatem bonam, nec eam cuiuſquam in corde inuenit, ſed facit.* Quum autem dicitur præueniens reſpectu cuiuſcumque motûs actûſque deliberati ac ſpontanei, multo magis reſpectu actûs meritorij, non enim datur ex merito, ſed ad meritum, vt ait ex S. Auguſtino B. Proſper. Concilium Arauſicanum ſec. *Secundum ſcripturarum ſententias vel antiquorum Patrum definitiones, hoc Deo propitiante & prædicare*

S. Aug. ep. ad vitalem & l. de bono perſeu.

Ib. ep. ad Vital. & l. 2. ad Boni. c. 9.

debemus & credere, quod per peccatum primi hominis ita inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, vt nullus poſtea aut diligere Deum ſicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum, quod bonum eſt, poſſit, niſi gratia eum & miſericordia diuina PRÆVENERIT.

Qualis vero Græcis Patribus placuerit hac in re ſententia, paucis exquirendum. Quod attinet primùm ad nomen gratiæ præuenientis, nó eſt illud iis planè inuſitatum; legimus enim τὴν χάριν τὴν προλαβοῦσαν bis apud B. Baſilium libro de Baptiſmo quæ nullo aptiùs modo reddi poteſt, quàm gratiæ præuenientis vocabulo. Verba hæc ſunt τῆς χάριτος προλαβούσης τὰ παρ' ἡμῶν ὀφειλόμενα κατὰ πίστιν δι' ἀγάπης ἐνεργούμενα συναποτελέσωμεν. Id eſt. Gratiâ Dei nos præueniente, quæ noſtri ſunt officij ſecundum fidem per dilectionem operemur & confe- ramus. Legimus apud S. Chryſoſtomum τὴν χάριν τὴν ἐπιζητοῦσαν *gratiam quærentem* quæ ſanè præueniens eſt, quâ Deus venit quærere quod perierat, & inueniri à non quærentibus, vt ipſe ait apud Prophetam & Apoſtolum. Legimus apud Iſidorum Peluſiotam τὴν χάριν τὴν προηγουμένην Gratiam antecedentem, quo modo & S. Auguſtinus gratiam præuenientem appellat. Ille quippe epiſtolâ ad Strategium monachum μαθὼν τοίνυν ὅτι τῆς ἄνωθεν προηγουμένης ῥοπῆς, ὁ βουλόμενος καὶ πονῶν καὶ πάντα κινῶν, οὐ γὰρ ἀρκεῖ ψιλὸν τὸ θέλειν, καὶ μανθάνει, καὶ καρποφορεῖ, καὶ σώζεται. Id eſt. Percepta igitur diuini auxilij facultate quiſquis vult & allaborat, nec enim voluntas nuda ſufficit, tum addiſcit, tum fructum affert, tum ſalutem aſſequitur.

Gratiæ præuenientis nomen apud Græcos PP. Baſil. de bapt. l. 1.

Chryſ. in Gen. ho. 9

Iſid. l. 1. ep 71.

III.

Gratiam concomitantem facillimum eſt eamdem cùm adiuuante & cooperante agnoſcere: Illam autem apud S. Chryſoſtomum reperire eſt ſub nomine τῆς χάριτος συμπαρούσης *Gratiæ aſſiſtentis*, vti explicat illud Geneſeos. *Et erat Dominus cum Ioſeph & erat vir* ἐπιτυγχάνων *aſſequens* συμπαρῆν αὐτῷ ἡ ἄνωθεν χάρις καὶ αὕτη αὐτῷ πάντα τὰ δυσχερῆ ἐξευμάριζεν. Eamdem gratiam B. Proſper appellat *Gratiam ducem & Gratiam Comitem*: B. Bernardus *Gratiam ducentem*. Quæ quidem appellatio non raró apud Græcos Patres occurrit, diciturque χάρις τῆς χειραγωγίας ſiue χάρις χειραγωγοῦσα *Gratia manuductionis* ſiue *Gratia manuducens*. B. Baſilius ad verba Pſaltæ. *diriges iuſtum.* ἀναγκαία ὑπὲρ τοῦ δικαίου ἡ αἴτησις ἵνα τὸ κατὰ πρόθεσιν αὐτοῦ εὐθὲς καὶ τὸ ἀδιάστροφον τῆς γνώμης, τοῦτο τῇ παρὰ τοῦ θεοῦ χειραγωγίᾳ κατευθυνθῇ. Neceſſaria hæc pro iuſto petitio eſt, vt rectum & inuiolabile eius mentis propoſitum per Dei manuductionem regatur. Idem alibi exponens illud Salomonis: cor Regis in manu Dei οὐ σώζεται διὰ τὴν πολεμικὴν δύναμιν, ἀλλὰ διὰ τὴν θείαν χειραγωγίαν. σώζεται βασιλεὺς οὐ παρὰ τὴν πολλὴν δύναμιν ἀλλὰ παρὰ τὴν θείαν χάριν ὥστε ἀληθῆ καὶ πάντως εἶναι τὸν λόγον, ὅτι χάριτί ἐστε σεσωσμένοι. Id eſt. Cor Regis in manu Dei non per militarem potentiam, ſed per Dei manuductionem ſaluatur. Seruatur Rex non per multam virtutem, ſed per diuinam gratiam, ita vt verus ſit penitus ille ſermo, Gratia ſalui facti eſtis. B. Chryſoſtomus ad ea Pſalmographi verba: Domine deduc me in iuſtitiâ tuâ pro-

De Gratia concomitante.

Gen. 38.

S. Bern. l. de grat. & lib. arb.

S. Baſil. in Pſ. 7.

In Pſ. 33.

In Pſ. 6.

pter inimicos meos. *εἰς τὸν οὐρανὸν ἀποδημεῖν μέλλοντες χρείαν ἔχομεν τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἵνα καὶ δείξῃ καὶ στηρίξῃ καὶ χειραγωγήσῃ.* In cœlum peregrinaturi ſuperno indigemus auxilio quo doceamur, confirmemur, manuducamur.

IV.

De Gratia ſubſequente.

Circa ſubſequentem verò gratiam, quæ præuenienti ſemper opponitur ipſa primum homonymia ex variis eius ſignificatis diluenda eſt. Aliquando enim gratia ſubſequens ſumitur pro qualibet gratiâ quæ ſiue immediate ſiue mediatè operantem, excitantem ſeu præuenientem ſequitur: immediatè, quo ſenſu gratia adiuuans etiam ſubſequens dicitur à B. Auguſtino in Enchiridio *Deus nolentem præuenit vt velit, volentem ſubſequitur ne fruſtra velit.* Mediatè verò, dum ſumitur gratia ſubſequens pro ea omni gratiâ quæ conſenſum per adiuuátem perfectum ſequi ſolet, ad conſeruationem Gratiæ iuſtificantis, remotionem impedimentorum, tentationum victoriam, augmentum gratiæ, protectionem in ſtatu gratiæ, eiuſdem amplificationem & perſeuerantiam aliquam, ac tandem perſeuerantiam finalem & gloriæ poſſeſſionem diſponit, corroborat, perficit. Cuius gratiæ varias tum ſpecies, tum effectus complectitur Sanctus Auguſtinus celebratiſſimo illo loco libri de naturâ & gratiâ *Operamur & nos, ſed illo operante cooperamur, quia miſericordia eius præuenit nos. Præuenit autem vt ſanemur, quia & ſubſequitur vt etiam ſanati vegetemur. Præuenit vt vocemur, quia ſubſequitur vt glorificemur. Præuenit vt piè viuamus, ſubſequitur vt cum illo ſemper viuamus. Quia ſine illo nihil poſſumus facere. Vtrumque enim ſcriptum eſt, Deus meus miſericordia eius præueniet me, & miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ:* Similia Fulgentius libro de prædeſtinatione *Omne bonum præuenientis gratiæ largitate datur, eiuſdemque gratiæ ſubſequentis opitulatione ſeruatur.* Item. *Gratia voluntates hominum malas præueniendo mutat in bonas, eaſdemque bonas voluntates adiuuando ſubſequitur.* Idem l. 1. ad Mon. c. 11. *Præuenit vt fiat iuſtus, ſubſequitur iuſtum ne fiat impius, præuenit eliſum vt ſurgat, ſubſequitur eleuatum ne cadat.* Quo ſenſu prima gratia adiuuans dicitur etiam præueniens, & omnes aliæ ſuccedentes dicuntur adiuuantes ſubſequentes: Omnes verò reduci poſſunt ad Gratiam CONSERVATIONIS ET PROTECTIONIS, quæ non eſt vna ſpecie, conditione, vel numero Gratia, ſed multiplex prout varij actus ſupernaturales exercendi ad finem attingendum occurrunt. & complectitur quaſdam gratias extrinſecas, alias intrinſecas, quaſdam habituales, alias actuales, quaſdam ex actualibus excitantes alias adiuuantes, quorum prout aliæ aliis ſuccedunt, præuenientes & ſubſequentes dici poſſunt. Cætera Scholæ debentur.

S. Aug. Enchir. c. 39. & poſt eum Gregor. ho. 9. in Ezech. Lib. 1. c. 8.

Aug. l. de N. erga c. 32. & poſt eum.

Pſ. 58. & 22.

Fulg. l. 1. de præd. Chr.

Ita & S. Tho. 12. q. 3. art. 5. Gamach. ad iſtam qu. cap. 7. Duuall. qu. 4. a. 1.

S. Baſil. orat. in Iulittam.

Talem profecto gratiam ſignificare forſan voluit B. Baſilius nomine *τῆς βοηθείας τοῦ πνεύματος καὶ ἐπισκιώσεως τῆς χάριτος* Auxilij ſpiritûs & protectione gratiæ; quamuis enim interpres reddat per inhabitantem gratiam, reuera tamen ibi ſignificare quoque poteſt velut erectum tabernaculum tendentem, inumbrantem, protegentem, vt ſciunt qui aliquid

aliquid Græcè ſciunt Theodoriti & quidem alia explicatio eſt gratiæ illius ſubſequentis valdè ſingularis, exponētis illud *Miſericordia tua ſubſequetur me*, cum ait ἡ ἄῤῥητος θεοῦ φιλανθρωπία τὴν ἡμετέραν ἱκετείαν οὐκ ἀναμείνασα, ἀλλὰ καθάπερ τινὰς φεύγοντας καταδιώξασά τε καὶ φθάσασα καὶ μεταδοῦσα τῆς σωτηρίας τὴν ἐν τοῖς θείας οἴκοις παρέχει διαγωγήν. Id eſt. Ineffabilis Dei beneuolentia noſtrū obſequiū minimè expectans, ſed nos veluti fugientes perſequens & præueniens ac ſalutem impertiens habitationem nobis in cæleſtibus ſedibus concedit, &c. quo ſenſu Gratia ſubſequens eſſet gratia præueniens ac velut fugientibus inſtans, ac tandem velut inuitos intrare compellens: Nihilominus tamen aptius multò eſt de gratiâ ſalutis iam acceptæ pignus augente & protegente interpretari cum Latinis Patribus, quorum etiam expoſitionem Concilia ſuſceperunt. Quod quidem & Græcos Patres lædere non poteſt, quum ipſi eamdem Gratiam ſubſequentem ſub aliis titulis agnouerint & prædicarint. Vt enim dicere occeperam, conſeruantis & protegentis auxilij nomine videntur eam intellexiſſe. Idem Theodoritus enarrans illa Pſaltæ verba quibus omnia Gratiæ ſubſequentis officia continentur, *Quia fuiſti adiutor meus, & in velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua.* οἷόν τινι πτερύγων σκέπῃ, τῇ ἀμάχῳ με προμηθείᾳ φυλάττεις. φίλτρῳ θερμῷ πυρπολούμενος, τῷ σῷ πόθῳ προσδέδεμαι. οὕτω με διακείμενον ὁρῶν τῆς σῆς ἀξιοῖς προμηθείας Veluti quodam alarum tegumento inexpugnabili me prouidentiâ cuſtodis. Philtro velut ardente inflammatus, deſiderio tuo illigatus ſum. Cumque me ſic affectum videas, auxilio tuo me dignaris.] Eo ſane ſenſu Deus in ſacris vaticiniis dicitur non ſolum Adiutor, ſed & ſtatim protector, *Adiutor & protector meus, Protector ſaluationum* Pſal. xxvii. in quem videndus idem Theodoritus de gratia eadem loquens ſub nomine τῆς αὐτόθεν καὶ θείας ῥοπῆς, ἐπικουρείας, βοηθείας. Verum plura libro ſequenti vbi de perſeuerantiæ munere diſceptabitur, dicturi ſumus de gratia illa protectrice, quæ eſt *tabernaculum Domini in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem & in abſconſionem.*

Theod in Pſ. 12.

Euſebij quoque Didymi Maximi, Euthymij & aliorū in Catena Græc.

In Pſ. 62.

Pſ. 27.

Eſai. 4.

CAPVT SEXTVM.

Diuiſio Gratiæ in ſufficientem et efficientem, ex S. Patribus Latinis et Græcis, S. Thomâ cæteriſque Theologis tractatur.

SVMMA CAPITIS.

I.

DIuiſio Gratiæ operantis in ſufficientem & efficacem Lutheranis & Caluiniſtis odioſa, Catholicorum Doctorum eſt.

II.

Gratiam aliquam internam non efficacem agnouit S. Auguſtinus.

III.

Sententia Græcorum Patrum ex S. Script. Expoſitione.

I.

CELEBERRIMA in Scholis Theologicis partitione Gratiæ operantis, excitantis, vocantis & præuenientis in Gratiam efficacem quæ conſenſum à voluntatis arbitrio libere elicit, & ſufficientem quę eodem effectu propter voluntatis reluctationem & diſſenſum aliquando caret, *Magnum nobis oſtium apertum eſt, Aduerſarij multi*; quotcumque ſcilicet hodiernis diebus in Lutheri & Caluini caſtris militant. Lutherus enim ſolam gratiam efficacem admittit, adeoque iſtius opinionis DEDICATOR eſt, vt cum Tertulliano loquar. Caluinus nullam gratiam & motum Spiritus ſancti admittit niſi efficacem; contrarium ſentientes *Sorbonicos Sophiſtas, Pelagianos & Phreneticos* appellat. Ita ſentit & loquitur Petrus Martyr, ac tandem vt reliquos Sectariorum Heroas Iunium, Paræum, Chamierum, Molinæum prætermittamus, ſufficientem gratiam reſpuit, ſolam admittit efficacem Synodus ſeu potius ἀνδροσυναγωγὴ DORDRECTANA, ex quo latrocinio, ſic enim Pſeudoſynodos vocant Patres, miror nec tamen miror ab hæreſi πεπλανημένοις, latrocinatos eſſe.

1. Cor. 16.

Lutherus libro de ſeruo arbitrio.
Caluin. In Antidoto Concil. Trid. ad ſeſſ. 6. & 2. inſtit. c. 2. & 3.
Pet. Mart. in loc. com. tit. de grat.

Catholici Doctores omnes, quorum ſcripta ab Eccleſiæ Conciliis damnata prohibitaue non ſunt aut à ſummis Pontificibus, non omnem Gratiam excitantem neceſſario efficacem eſſe, darique gratiam aliquam vocantem, verè ſupernaturalem ac intrinſecam, quæ poſſit conſenſum voluntatis ad bonum ſalutis elicere, nec tamen propter liberam voluntatis electionem ac reſiſtentiam eumdem aliquando eliciat, omnibus in Scholis ac Sorbonicâ præſertim, ſemper profeſſi ſunt, hodieque profitentur. Illam aduerſus Hæreticos ſe tueri tāquam Eccleſiæ ſententiam, palàm docent, clamant & ſcribunt: ita vt contra-

riam nemo in Sorbonicâ Palæſtrâ publicis Theſibus propugnare meritò permittatur: Orthodoxam verò, ſingulis quæ de Gratiâ proponuntur aſſertionibus quotidie ipſa ſubſellia, parietes ipſi perſonent. Doctorum ego ſingularum, qui ad vnum omnes, id in Pariſienſis Scholæ auditoriis publicis Theorematis propoſuerunt, conſcripta teſtimonia, cum in manibus plurimorum exſtent, perferre poſſem, ſi per tempus ac inſtituti mei rationem liceret, quia verò nec vlli ea dubia ſunt, Profeſſorum à quibus illi doctrinæ depoſitum & παρακαταθήκην à maioribus acceptam acceperunt, teſtificatione ſolâ contentum iri Lectorem ſpero.

Philippvs Gamacæus, vir qualis? quantorum ἀντάξιος? *Gratia ſufficiens nemini prorſus denegatur, ſed datur reuera omnibus cuiuſcumque & ſortis, ſtatûs, conditionis fuerint, nec ſolum electis, ſed etiam reprobis aſſertio eſt contra Caluinum; & probatur ex ſcripturis, &c.* Gamach. 12. ad qu. 5. cap. 5. prop. 2.

Andreas Dvvallivs *Contra errores tam Pelagianorum quam Caluini ſtatuenda eſt concluſio. Legitima eſt diuiſio gratiæ præuenientis in ſufficientem & efficacem. Et quidem pro gratiâ ſufficiente, quatenus eſt auxilium, quo poſſumus conuerti, & tamen de facto non conuertimur, ſuppetunt nobis hæc teſtimonia Eſaiæ 5. &c.*

Nicolavs Ysambertvs *Diuiſionem Gratia in ſufficientem & efficacem negat Caluinus, pro hoc ſtatu poſt peccatum primi parentis, vultque ſolam efficacem nobis conferri à Deo: poſteriores Caluiniſtæ inefficacem quidem gratiam admittunt, ſed tantum extrinſecùs ſonantem, ſufficientem vero internam omnino negant vt conſtat ex eorũ Theſibus Theolog. de vocatione apud Franciſcum Iunium: his omnibus non obſtantibus ſit iſta noſtra concluſio. Actualis Gratia præueniens ſeu excitans rectè diuiditur in ſufficientem & efficacem, &c.* Tract. de grat. qu 2 de Grat. ſuff. ar. 1. To. 10. per. in fine nu. 32.

Professores Hodierni Doctiſſimi in Sorbonæ & Nauarræ Regiæ numeroſiſſimis ſcholis, quæ ſunt *turres Dauid ex quibus pendent mille Clypei domus armatura fortium* Hennequinus, Dautruius, Pereretius, Lemoïnus, Robertus Duvallius, & alij eamdem ſententiam contra Hæreticos ſentiunt & docent. Nubem teſtium! Frigida hæreticuli cuiuſdã negatio: *Doctores iſti recentiores à Ieſuitis id didicerunt:* Imò PP. Ieſuitæ, à Doctoribus Scholæ Pariſienſis in cuius fœcundiſſimo gremio ortum doctrinæ ſuæ, incunabula, ac incrementa debere ſe non inuiti agnoſcunt, atque gloriantur. Vnde & multis ante PP. Ieſuitas natos ſæculis B. Thomas Doctor Pariſienſis & Doctorum ſidus, Auxilium ſufficiens, quod ab hæreticulo negatum eſt, diſertè expreſſit his verbis. *Dicendum quod Gratia noui Teſtamenti etſi adiuuet hominem ad non peccandum, non tamen ita confirmat vt peccare non poſſit. Hoc enim pertinet ad ſtatum gloriæ: & ideo ſi quis poſt acceptam Gratiam noui Teſtamenti peccauerit, maiori pœna dignus eſt, tanquam maioribus beneficijs ingratus, & Auxilio ſibi dato non vtens. Nec tamen propter hoc dicitur quod lex noua iram operatur, quia quantum eſt de ſe* svfficiens *Auxilium dat ad non peccandum.* Addamus illi Scholaſticæ Theologiæ alterum velut ocellum, Ioannem Scotvm Doctorem quoque Pariſienſem. *Deus vult omnes homines ſaluare, quantùm ex parte ſui, voluntate nimirum ſua antecedente, pro quibus dedit dona naturalia & leges rectas &*

Cant. S. Thô. 12. q. 106. ar. 2. Scotus in 1. ſent. d. 46. qu. vii.

ADIVTORIA COMMVNIA SVFFICIENTIA *ad ſalutem. Ita dico, vult iſti illa adiutoria communia antecedentia ad ſalutem omnium, quibus iſte etiam poteſt* SVFFICIENTER BENE VIVERE ET SALVARI. Aliorum Doctorum teſtimonia alij collegerunt, etiam Thomiſtarum & DD. Louanienſium, qui numerum penè fugiunt, idcirco libenter eorum labori parco, & ad inſtituti mei lineas reuertor, quibus Græcorum Patrum cum B. Auguſtino & Orthodoxis aliis Doctoribus concordia deſcribitur.

II.

S. Auguſtinus admittit Gratiam aliquam minime efficacem.

Incumbit igitur nunc temporis, vt doceamus ex B. Auguſtino gratiam non omnem efficacem eſſe ſed aliquando Gratiam immitti à Deo quæ propter libertatem & refragationem voluntatis ab homine contemnatur & reſpuatur: quod quidem ex vno vel altero Doctoris eiuſdem teſtimonio comprobare ſufficiet. B. Auguſtinus ad Simplicianum Epiſcopum Mediolanenſem. Si voluiſſet Eſau & *cucurriſſet, Dei adiutorio perueniſſet, niſi* VOCATIONE CONTEMPTA REPROBVS FIERET. Iterum ibidem. *Non conſequenter vocationi vocatus obtemperat, atque vt obtemperet, in eius poſitum eſt voluntate.*

S. Auguſt. lib. qu. ad Simp. qu. 2.

Idem libro de Naturâ & Gratiâ, vbi reſpondet hominibus *de ignorantiæ difficultatiſque in prolem primi hominis traiectis vitijs, velut iuſtam querelam deponentibus. Breuiter reſpondetur hominibus vt quieſcant & aduerſus Deum murmurare deſinant. Rectè enim fortaſſe quererentur, ſi erroris & libidinis nullus hominum victor exſiſteret. Cum verò vbique ſit præſens qui multis modis per creaturam ſibi Domino ſeruientem, auerſum vocet, doceat credentem, conſoletur ſperantem, diligentem adhortetur, conantem adiuuet, exaudiat deprecantem: non tibi deputatur ad culpam quod inuitus ignoras, ſed quod negligis quærere quod ignoras. Neque illud quod vulnerata membra non colligis,* SED QVOD VOLENTEM SANARE CONTEMNIS.

Neque hilum valet quod Iunius & alij volunt B. Auguſtinum agere tantum de contemptu vocationis extrinſecæ, non vero Gratiæ; ſiquidem continentibus verbis habet B. Auguſtinus. *Ita & exhortatus ſum quantum potui ad rectè viuendum & Gratiam Dei non euacuaui, ſine quâ natura humana contenebrata atque vitiata illuminari non poteſt & ſanari. De qua re cum iſtis tota vertitur quæſtio, ne gratiam Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro, peruerſâ naturæ defenſione fruſtremur.* Deinde verò ſenſus Auguſtini ab ipſo Auguſtino accipiendus eſt, qui nunquam contra Pelagianos argumentatur ab externis auxiliis quæ illi bene volebant. Sed de internis de quibus & ibidem ſe loqui teſtatur, & libro octoginta trium quæſtionum, *qui vocatus eſt* INTRINSECVS, *vbi nullus hominum videt, qui non venit, inchoat meritum ſupplicij cum vocatus venire neglexerit.* Plura ibidem legenda.

S. Aug. lib. 83. qu. q. 68.

Aug. l. 2. de pecc. mer. cap. 17.

Adde verba eiuſdem libro de peccatorum meritis ſecundo. *Cum voluntate humanâ, gratiâ adiuuante diuinâ, ſine peccato in hac vitâ poſſit homo eſſe, cur non ſint, poſſem facillimè ac veraciſſimè reſpondere, quia homines nolunt,* &c. Quo loco manifeſtè ſumit gratiam adiuuantem pro excitante, nec mirũ, cum ambæ etiam communi nomine Auxilij apud Patres

vtriuſque linguæ & Theologos comprehendi ſoleant. Fit igitur vt homines nolint, etiam gratiâ aliquando præſente & auxilium porrigente, quod proinde non eſt ſemper efficax. Vnde idem poſtea. *Vt autem innoteſcat quod latebat & ſuaue fiat quod non delectabat, Gratia Dei eſt, quæ hominum adiuuat voluntates, quâ vt non adiuuentur in ipſis itidem cauſſa eſt non in Deo.* Tandem vero B. Auguſtinus agnoſcit *quaſdam fidei inchoationes conceptionibus ſimiles*, quas etiam Gratiæ diuinæ tribuit, *nihil horum tamen ſine miſericordiâ Dei*: ſunt illæ tamen cogitationes inefficaces, licet à diuinâ gratiâ excitatæ, non omnis igitur efficax eſt, ſed hac de re plura inferiùs. In 1. ad Simplic.

III.

Sententiam hac in re Patrum Græcorum ne fruſtra exquiramus, eam potiſſimum in Sacrorum contextuum explicatione inueſtigabimus, vt ex illâ meditatione cùm ex diuinæ ſcripturę intelligentiâ, tum ex ipſorum perſpectâ mente duplex labori noſtro fructus accedat. Sententia Græcorum Patrum ex S. Scripr. expoſitione

S. IRENÆVS attingens ad rem vocationis, illam Patabolam Euangelicam, *homo quidam fecit cœnam magnam & vocauit multos.* FACERE, inquit, *proprium eſt benignitatis Dei, fieri antem proprium eſt hominis naturæ. Si igitur tradideris ei quod eſt tuum, id eſt fidem in eum & ſubiectionem percipies eius artem & eris perfectum opus Dei. Si autem non credideris ei & fugeris manus eius, erit cauſſa imperfectionis in te, qui non obediſti, ſed non in illo qui vocauit. Ille enim miſit qui vocarent ad nuptias, qui autem non obedierunt ei, ſemetipſos priuauerunt regiâ cœnâ. Non igitur ars deficit Dei, potens eſt enim de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, ſed ille qui non conſequitur eam, ſibimet ſuæ imperfectionis eſt cauſſa. Nec enim lumen deficit propter eos qui ſemetipſos excæcauerunt: ſed illo perſeuerante quale & quale eſt excæcati per ſuam culpam in caligine conſtituuntur: neque lumen cum magnâ neceſſitate ſubijciet ſibi quemquam: neque Deus coget eum qui nolit continere eius Artem. Qui igitur abſtiterunt à paterno lumine, & tranſgreſſi ſunt legem libertatis, per ſuam abſtiterunt culpam, liberi arbitrij & ſuæ poteſtatis facti.*] Hactenus B. Irenæus, qui fruſtra ab hęreticis forſan explicabitur de Gratiâ exteriori, quod ſtare non poteſt vllâ ratione cum eius verbis quibus gratiam interiorem apertè ſignificat, eam vocans, *Artem Dei quâ fabricat ſubſtantiam eamque linit intus.* Præterea vero vbi paulò altiùs prouecti fuerimus oſtendemus hos & ſimiles de vocatione locos, non ſolum exteriorem vocationem, ſed etiam interiorem complecti. Matth. 22. Luc. 14. S. Iren. l. 4. c. 76. Ibid.

B. Gregorius Nyſſenus alludens ad illud Euangelij Ioan. XII. *Dum lucem habetis credite in lucem vt filij lucis ſitis, qui ambulat in tenebris neſcit quo vadat.* Εἰ δὲ φῶς τὸ ἀληθινὸν τὸ καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ λάμπον καὶ μέχρις ἡμῶν καταβαίη, καὶ ἡμεῖς φῶς ἐσόμεθα, καθὼς φησί που τοῖς μαθηταῖς ὁ κύριος· εἰ μὴ τῆς κακίας ῥύπος τῇ καρδίᾳ προσπλασσόμενος τὴν χάριν τοῦ ἡμετέρου φωτὸς ἀμαυρώσῃ. Id eſt. Si lux illa vera quæ vel in tenebris lucet, ad nos deſcendat, etiam nos lux erimus, vt Dominus quodam loco diſcipulis ait: niſi quibuſdam malitiæ ſordibus propiùs cordi admotis luminis noſtri gratia obſcuretur] Io. c. 12. v. 35.

B. Baſilius in Pſalmum XXXIII. explicans ex verba *Prope eſt Dominus* S. Baſil. in Pſ. 33.

τῇ ἑαυτοῦ ἀγαθότητι πᾶσιν ὁ κύριος ἐγγίζει. μακρύνομεν δὲ ἑαυτοὺς ἡμεῖς διὰ τῆς ἁμαρτίας· ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται. Id eſt. Suâ ipſius bonitate Dominus prope eſt omnibus: contra, noſmetipſi ab eo longè abſtrahimus per peccatum. Ecce enim ait omnes
Pſal. 72. 27. qui ſe elongant à te, peribunt, &c.

B. Gregorius Theolog. triplicem auerſionis à Deo & aduerſus gra-
In Apologetico. tiam ipſius reluctationis ſpeciem adducit atque mirificè exaggerat:
Pſ. 57. prima eſt ſimplex quædam ab ipſo receſſus & fuga δουλοπρεπὴς *ſeruilis*:
Ier. 8. v. 5. altera eſt obſtinatior, inſtar aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas φιλονεικία, quæ dicitur à Propheta, *auerſio contentioſa*. Quarta eſt quâ peccator in flagitia apertè ruit τῇ γυμνῇ κεφαλῇ, quam vocat τὴν παραπληξίαν *Stuporem*. Quorum omnium animæ Pathematum & morborum difficiliorem ait, eſſe per gratiam Dei curationem, adeoque μείζονος τῆς παρὰ θεοῦ συνεργείας extraordinario & maiori Dei auxilio eſt opus, propter reſiſtentiam vt ita loquar, quâ peccator, ſecus quam æger vulgo ſe gerit, communibus auxiliis Gratiæ παρ' ἑαυτοῦ πανούργως ἀντιτεχνᾶται καὶ ἀντισοφίζεται τοῖς παρὰ τῆς τέχνης προσαγομένοις & ſeipſo malitioſè molitur & prauâ quadam induſtria remediis ab arte propinatis aduerſatur.]

Iob. 21. B. Cyrillus Alexandrin. ex illo loco Iob, vbi peccator dicit Deo. Re-
S. Cyrill. in Oſea. n. cede *à me, vias tuas ſcire nolo.* ὁ Ἐφραῒμ αἰτιάσθω μᾶλλον τὴν ἑαυτοῦ δυσβουλίαν καὶ ἀπόστασιν, λελυπηκὼς οὐ μετρίως τὸν ἐπαμύνοντά τε καὶ σώζοντα θεόν, ὅταν τοίνυν πλημμελῶμεν ἡμεῖς ἑαυτοὺς μᾶλλον αἰτιασώμεθα φρονοῦντες ὀρθῶς, καὶ οὐχὶ τῆς θείας ὀργῆς. καταπεφρονήκαμεν γὰρ τοῦ πρέποντος καὶ ῥάθυμοι γεγόναμεν περὶ τὸ ἁνδάνον τῷ θεῷ. κολάζεσθαι δὲ ἀνάγκη τὸν ὑβριστὴν καὶ ἀχάριστον καὶ μονονουχὶ λέγοντα τῷ πάντων δεσπότῃ. ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, ὁδούς σου εἰδέναι οὐ βούλομαι. Id eſt. Ephraïm ſeu peccator culpare debet potius inſipientiam ſuam & auerſionem, vt qui oſtenderit valde auxiliantem ſibi Deum & ſalutem offerentem. Cum igitur peccauerimus, ſi non deſipimus planè, noſmetipſos potiùs non iram Dei damnabimus. Contempſimus enim officium & in Dei exequendâ voluntate ſegnes exiſtimus. Con-
Iob. 21. & Iob. 24. rebelles lumini. temptor autem & contumax puniri debet qui tantum non Deo dicat.
Vide Olympiodorum in cap. 21. v. 14 Recede à me, vias tuas ſcire nolo.]

Nemo non perſpicuè videt in iſtis Patrum locis Gratiam Dei à peccatoribus repelli, ac proinde inefficacem eſſe: quod ſanè non ipſius Gratiæ defectui, ſed Peccatorum malitiæ & peruicaciæ ab iiſdem tribuitur: idque ex ſequentibus ſcripturæ teſtimoniis eorumdem ac Latinorum etiam Patrum auctoritate luculenter expoſitis pleniùs oſtendetur.

CAPVT, SEPTIMVM.

In quo ſcripturæ teſtimonia quæ à Doctoribus Scholaſticis ad ſufficientem Gratiam comprobandam afferri ſolent SS. Patrum Græcorum et Latinorum expoſitione illuſtrantur.

SVMMA CAPITIS.

I.

Locus Eſaiæ cap. 5. Quid facere debui vineæ meæ & non feci, ex SS. Patribus Græcis & Latinis de Gratia ſufficientis ſubminiſtratione exponitur.

II.

Locus ex Prouerb. 1. Vocaui & renuiſtis &c.

III.

Locus ex Hieremiæ cap. 7. dicit Dominus, locutus ſum ad vos manè ſurgens & loquens & non audiſtis, &c.

IV.

Matthæi locus cap. 1. Væ tibi Bethſaida, &c.

V.

Alter Matth. cap. 23. Quoties volui congregare, &c.

VI.

Act. 7. Vos autem Spiritui *ſancto ſemper reſiſtitis.*

VII.

Locus S. Pauli ad Rom. 2. An diuitias eius bonitatis contemnis?

VIII.

Alij loci à nobis collecti & à Græcis Latiniſque Patribus de gratiâ ſufficiente inefficaci expoſiti.

I.

EA eſt inter vtramque Theologię partem, Poſitiuam dico & Scholaſticam, neceſſitudo, cum illa ſit principiorum, hęc concluſionum diuinæ ſapientiæ cognitio, vt egregie docet B. Thomas, vt altera præſidium opemque alterius perpetuò expoſcat. Quocirca locos illos quibus Scholaſticis Theologis vſitatum eſt Gratiæ inefficacis & ſufficientis, quam peccatores non rarò deſpiciunt ac reſpuunt, probationem admoliri, Ss. Patrum interpretatione ac illuſtratione locupletare, conſilij noſtri non fruſtra eſſe ſtudioſo lectori videbitur. S. Tho. 1. p. qu. 1. Bellarm. lib. 1. de grat. Gamach. ad qu. 1. Duual. de grat. qu. 5. & al.

Primus, qui ab iis vulgò affertur locus, ab Eſaiæ Prophetiâ decerptus eſt, *Judicate inter me & vineam meam quid debui illi facere & non feci, expectaui ab eâ vuas & attulit mihi labruſcas.* Locum hunc de Gratiæ auxiliis genti Iudaïcæ & ſub illius figurâ animæ à Deo oblatis & ab eadem neglectis aut repulſis interpretantur ſancti Patres, adeò vt pudere debeat hæreticos Theologaſtros qui hunc locum ad Chriſtianos nullâ ratione pertinere contendunt. B. Baſilius Magnus, εἴπατε τί τῶν εἰς κα- Eſai cap. 5. S. Baſil. in Eſ. c. 5.

πονηρίας αὐτῷ συντελούντων οὐχὶ γεγένηται; τί τῶν ἐπιβαλλόντων μοι περὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐπιμελείας οὐχὶ πεποίηκα; ὥστε εἰκότως νενομιστέον λέγεσθαι, ὑπὸ τοῦ λόγου, καὶ πρὸς ἡμᾶς κληθέντας ἐπὶ τὸ ποιεῖν τοὺς καρποὺς δικαιοσύνης, ὑπὸ φιλοπλουτίας ἐμπίπτομεν εἰς πειρασμὸν, καὶ παγίδα, καὶ ἀνοήτους ἐπιθυμίας. Id eſt. Dicite quidnam eorum quæ ad fructum producendum conducunt, minimè factum eſt? Quidnam eorum quæ mihi incumbebant, circa diligentem eius curam non feci, &c. Cęterum exiſtimandum eſt hęc ETIAM AD NOS DICI A VERBO, qui cum vocati ſimus ad faciendos iuſtitiæ fructus. per auaritiam incidimus in tentationem, & laqueum, & abſurdas cupiditates.]

Chryſ. in Eſ. cap. 5. 10. 2. B. Chryſoſtomus eumdem locum homiliâ quadam interpretatur *περὶ τῆς τοῦ θεοῦ συμμαχίας καὶ βοηθείας* de diuino auxilio & opitulatione, quam neglectam & contemptam & acerbo fructu iniquiſſime compenſatam Deus poſtea ſe ſubtracturum minitatur, *ἀφελῶ τὸν φραγμὸν αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς διαρπαγὴν, καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτοῦ καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα. ἀποστήσω, φησὶ, τὴν ἐμὴν συμμαχίαν, γυμνώσω τῆς βοηθείας, ἐρήμους καταστήσω τῆς τοιαύτης προνοίας.* Id eſt. Auferam ſepem eius, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. Auferam

S. Hier. l. 2. in Eſ. inquit auxilium meum, & præſidium meum, ac deſtituam eos ſpeciali meâ prouidentiâ] Concinit B. Hieronymus, *Tollitur auxilium Dei ab ijs qui indigni ſunt: vel ideo truculenta quædam & aſpera comminatur vt conuerſi ad pœnitentiam imminentia tormenta deuitent.* S. Theodoretus ibidem *τῆς θείας γύμνωσιν χάριτος καὶ τῆς παντοδαπῆς προνοίας* diuinæ Gratiæ & omnigenæ prouidentię ereptionem interpretatur, eſt ſpecialis auxilij ſubtractionem, poſt ſufficientem Gratiam reiectam

B. Cyrillus allegoriam illam neceſſario traducendam eſſe *εἰς ἀμπελῶνα νοητὸν* ad vineam ſpiritualem monet, erga quam *χεὶρ, καὶ φροντὶς, καὶ ἐπικουρία τοῦ δεσπότου manus, & cura, & auxilium Dei* fruſtra operam collocarit. Additque *περιφράττοντος ἡμᾶς τοῦ θεοῦ καὶ ἀποῤῥήτοις ταῖς ἐπικουρίαις μονονουχὶ καὶ ἀνατειχίζοντος, οὐκ ἐσόμεθα βατοὶ καὶ ἐν τάξει τρίβου τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν. ἀνιέντος τε τοῖς ἀδικεῖν ἐθέλουσι, καὶ φροντίδος τῆς ἄνωθεν ἀπαμφιεννῦντος θεοῦ, πάντως εἰς πεῖραν ἥξομεν κακοῦ.* Id eſt. Deo nos communiente & ſecretis Auxiliis velut muro cingente, peruij non erimus nec inſtar viæ ſpiritibus immũdis patentis. Si autem nos iniuriam facientibus dimittat, & curâ ſupernâ deſtituat Deus, omnia mala ſumus experturi, ſęcus, addit, quàm Iudæi qui *ἀπώσαντο τὸν δυνάμεων κύριον τὸν καταρδοῦντα νοητῶς ψυχὰς καὶ καρδίας καὶ καταπιαίνοντα δρόσοις ταῖς πνευματικαῖς.* Repulerunt Dominum virtutum qui corda & animas irrigat & rore ſpiritali pinguefacit, &c. B. Cyrillus ex iſtis verbis & aliis prolixioribus de gratiæ internæ auxilio intelligendus venit, tum etiam ad ſpiritalem animę Chriſtianę ſtatum manifeſtè ſpectat. Conferendus

S. Ambr. in Pſ. 36. eſt ille locus cum S. Auguſtino, ſerm, LIX. de 1166. Do. ſec. Ioan. Addere opus eſt Latinos Patres? certe ſufficiat S. Ambroſius hunc Eſaię locum tractans in explanatione cuiuſdam Pſalmi. *Eſt*, inquit, *vinea quædam in pectoribus fidelium, de quâ dicit Eſaias: vinea facta eſt dilecto in cornu vberi, hanc vineam Deus plantauit in cordibus noſtris. Hæc ergo vinea vuas faciat*

non

non iniquitatem, &c. Quin & B. Auguſtinus vineæ etiam iſtius Propheticæ allegoriam ad animæ noſtræ culturam transfert. B. Bernardus in Cantica ſerm. 59 & alij apud Commentarios videri poſſunt Latinorum Patrum quam Græcorũ teſtimoniis magis refertos, & in illud Eſaiæ LXV. *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem mihi.*

II.

Alter eſt locus Prouerbiorum cap. I. *Vocaui & renuiſtis: extendi manum meam & non fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis.* Vocatio, extenſio manus, conſilium, increpatio nunquid ſunt ſapientiæ non ſolùm foris prædicantis, ſed etiam intus per gratiam pulſantis præclara & certiora quædam argumenta? Ad huius loci intelligentiam Lectoris animum diſponens S. Baſilius docet neceſſarium in primis eſſe ad reſpondendum Deo, τὴν τοῦ πνεύματος συνεργίαν λαμβάνεσθαι S. Spiritus auxilium percipere; deinde verò nos aut perturbationum fluctibus ac procellis cedere, aut more nauclerorum in cœlum aſpicere & rectum virtutis clauum tenere, & ad Deum è cœlo vocantem tendere, quod idem eſt ac gratiam inefficacem aut efficacem experiri. At preſſiùs ad vocationem interiorem alij quos aduocabimus, vbi verba contextûs Græci aſcripſerimus, quæ ſic habent. ἐκάλουν καὶ οὐχ ὑπηκούσατε καὶ ἐξέτεινον λόγους καὶ οὐ προσείχετε, ἀλλὰ ἀκύρους ἐποιεῖτε ἐμὰς βουλάς, τοῖς δὲ ἐμοῖς ἐλέγχοις ἠπειθήσατε. *Vocaui & non obediuiſtis*: & extendi ſermones meos *& non attendiſtis, ſed irrita faciebatis conſilia mea. Theodot.* διεσκεδάσατε, id eſt diſſipaſtis (Theodotion & Aquila vt vulgata τὴν χεῖρά μου manum meam) *increpationibus meis non eſtis aſſenſi, vel rebelles fuiſtis* vt alij vertunt: Inferiùs verò verſu 29. τὸν λόγον τοῦ κυρίου οὐ προσείλοντο οὐδὲ ἤθελον ἐμαῖς προσέχειν βουλαῖς *Verbum Domini non aſſumpſerunt, neque meis volebant attendere conſiliis*: ἐμυκτήριζον δὲ ἐμοὺς ἐλέγχους. *Increpationes meas ſubſannabant*, quæ omnia veræ Dei gratiæ etiam interiùs pulſantis, inſuper habitæ & contemptæ, ſunt iuſtiſſimæ querelæ, Hæc, inquit Auctor vetus in Catenâ Græcorum quam Latinam ſolummodo habemus, ad operandi vim referri poſſunt, quam à ſapientia habebant cui conſentaneè operari noluerunt.]

Prou. cap. 1 v. 24.

Baſil. ho. in princip. Prou. to. 1.

Prou. 1 v. 24.

III.

Tertius locus Ieremiæ cap. VII. *Dicit Dominus: locutus ſum ad vos manè conſurgens & loquens & non audiſtis: & vocaui vos & non reſpondiſtis.* Theodoritus in commentariis ad Ieremiam hæc verba ſpectare docet τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν καὶ μεταμέλειαν οὐ ψευδῆ, ad vitæ in melius mutationem & non falſam pœnitentiam quæ ſine gratiâ haberi non poteſt, S. Hieronymus in eadem verba, dicit *Deum manè loqui ad animam hominum viribus corporis inſtauratis vegetiorem, non audiri vero à dormientibus, id eſt ab ijs qui mandata non ſentiunt Dei vocantis eos de nocte, vt eos de tenebris liberet*: & quamuis hæc verba ad populum Iudaïcum directè pertineant, addit. *Quicquid illi populo dicitur, intelligamus & de nobis*, &c.

Locus ex Ierem. cap. 7. v. 13.

Theodor. to. 2.

S. Hieron. lib. 8. in Ierem.

IV.

Matth. c. 11. & Luc. 10. Quartus ex Euangelio depromitur. *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.* Conuerſionem duarum illarum ciuitatum non ſolum per exterioris gratiæ miracula, ſed non niſi etiam per gratiæ interioris auxilia fieri potuiſſe certiſſimum eſt, cui vo-
S. Aug. Enchir. c. 65 luntatem humanam defuiſſe aſſerit S. Auguſtinus his verbis, *Non vtique Deus iniuſtè noluit ſaluos fieri, cum poſſent ſalui eſſe ſi vellent.* Illum
S. Baſil. moral. c. 1. Euangelij locum. B. Baſilius Moralium initio eodem ſenſu tractat, quia certum eſt nunquam exterioris gratiæ opera vt miracula, plagas, Prophetarum vaticinia & exhortationes abſque gratiæ interioris inſpirationibus, fuiſſe à Deo incredulis exprobrata, quum illa nihil ad ſalutem abſque his conferre poſſint. B. Ambroſius ex eodem loco colli-
S. Ambroſ. l. 7. in Luc. git *nemini remedium & Pœnitentiæ ſubſidium denegari.*

V.

Matth. 23. Ex Matthæi alio capite hic ſermo Chriſti loquentis adducitur, *Hieruſalem quoties volui congregare filios tuos ſub alas & noluiſti?* S. Irenæus ab
S. Iren. l. 4 c. 71. hoc loco diuinæ gratiæ cum libero arbitrio concordiam ſancit, *Aliud autem* quod ait: quotiens volui cógregare filios tuos & noluiſti? *Veterem legem libertatis hominis manifeſtauit, quia liberum eum Deus fecit ab initio habentem ſuam poteſtatem, ſicut & ſuam animam, ad vtendum ſententiâ Dei voluntariè & non coactum à Deo. Vis enim à Deo non fit. Sed bona ſententia adeſt illi ſemper. Et propter hoc conſilium quidem bonum dat omnibus, poſuit autem in homine poteſtatem electionis*, non ſolum, inquit Irenæi doctiſſimus expoſitor, per Prophetarum & Paſtorum exhortationes, ſed occultas etiam Spiritus ſancti in conſcientiis omnium hominum loquentis inſpiratio-
Nyſſ. ho. 15. in Cant. nes. B. Gregorius Nyſſenus hunc etiam locum adhibet & vnà cum altero Canticorum explicat ὀφθαλμοί σου ἀνεπτέρωσάν με. Oculi tui alas mihi dederunt, expoſuitque de gratiâ περὶ τῆς παρ' ἐκείνου φωτιζούσης ἡμᾶς χάριτος de gratiâ diuinâ nos illuminante, in cuius pennis eſt ſanitas vt ait Propheta; quam quidem Gratiam ſi volumus, admittimus,
Iſid. l. 1. ep. 180. & pro animi quoque libertate & libidine ἐν τῇ πρὸς τὴν κακίαν ῥοπῇ & ad malitiam propenſione auerſamur. Non abludit Iſidorus Peluſiota epiſt. ad Cleobulum.

VI.

Act. c. ap. 7. v. 51. Sextus ex oratione B. Stephani ad Iudęorum Synagogam exceptus eſt locus. σκληροτράχηλοι καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε *Dura ceruice & incircumciſi corde & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis*, monet B Chryſoſtomus hæc verba Prophetæ cuiuſdam eſſe, ſaltem prima intellige; nam & σκληροτράχηλος λαὸς dicitur Baruch. 2. 22. & antea Exodi 33. & 34. Sed à verbis ad ſenſum Spiritui ſancto nemo reſiſtit niſi gratiæ, quæ Spiritus ſancti motio eſt, reſiſtat, internæ quidem illi & cor tangenti, quâ poſſu-

mus τὴν ἀλογίαν διὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν ἀποθέσθαι καὶ πρὸς τὴν υἱοθεσίαν τοῦ θεοῦ ἀναβῆναι brutam veluti conditionem diuinâ gratiâ exuere & in adoptionem filiorum Dei peruenire, qualem Iudęos gratiam abieciſſe eique reſtitiſſe docet multis B. Chryſoſtomus orat. 1. in Iud. B. Cyrillus lib. 1. in Eſaiam verba illa de populo Iudaïco intelligenda proponit, quatenus erat διὰ μέσος τῶν πνευματικῶν ἐπικουρημάτων *ſpiritualibus auxilijs redundans.* S. Chr. ad pop. or. 34. Cyrill. to. 2. op. l. 1. or. 1.

VII.

Septimum ab Epiſtolâ B. Pauli ad Romanos locum hunc Theologi mutuantur. *An diuitias bonitatis Dei, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? ſecundum autem duritiam tuam & impœnitens cor Theſaurizas tibi iram in die iræ,* &c. Hæc verba licet diſerte Gratiam ſufficientem non exprimant, ſed tantum tralatitio hoc vocabulo τὸ χρηστὸν, χρηστότης τοῦ θεοῦ. Quod bonum eſt Dei, Dei bonitas: Nihilominus tamen eamdem gratiam iudicio Theologorum neceſſariò inferunt. Vnde Bellarminus aduerſus Nouatores ſcribens, *Cur enim, quæſo Deus ad pœnitentiam expectaret, quibus non dediſſet ſufficiens auxilium ad conuerſionem? non enim ignorat neminem poſſe conuerti & pœnitentiam agere, niſi cui vires ipſe dederit.* Sane mihi videtur hoc indubitatum præſertim conſideranti has voces τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει, id eſt, *Quod bonum eſt Dei ad pœnitentiam te adducit*, quibus verbis nulla ſunt aptiora ad gratiæ diuinæ motum pro iuſtificatione ſignificandum. Locus hic laudatur ab S. Ignatio Philoſophomartyre. 2. Cap. ad Ro. v. 4. Bellarm. lib. 1. de grat. & lib. arb. c. 2. Ignat. ep ad Eph.

VIII.

Ab illo Apoſtoli loco ad Romanos, Theologi conuolare ſolent ad locum Apocalypſeos cap. 3. *Ecce ſto ad oſtium & pulſo. Si quis audierit vocem meam & aperuerit ianuam, & intrabo ad illum, & cœnabo cum illo & ipſe mecum.* Sed quia locus hic communis eſt vtrique gratiæ & ſufficienti & efficaci, ideo tractandus eſt inferiùs. Interim vero quoſdam alios ex ſcripturis locos eamdem in rem ſubijcimus. Ex LEGE primùm, omnes illæ Dei optimi maximi ad primos parentes allocutiones, erant etiam internæ ad conuerſionem gratiæ inſpirationes, quibus tamen illi ſtatim non reſponderunt, imo excuſantes excuſationes in peccatis, peccato ſubinde peccatum addiderunt, vt multis oſtendit B. Chryſoſtomus ſtudioſiſſimè Lectori inſpiciendus ab illis verbis καὶ αὐτὸ τὸ καλέσαι πολλῆς ἐστι ἀφάτου φιλανθρωπίας, καὶ τὸ λέγειν ποῦ εἶ; πολλὴν ἔχει τὴν ἰσχὺν μετὰ τῆς φιλανθρωπίας· μονονουχὶ αἰνίττεται αὐτῷ διὰ τούτου λέγων πρὸς αὐτόν· τί γέγονεν, ἑτέρωθί σε κατέλιπον, καὶ ἑτέρωθι νῦν εὑρίσκω. ἑτέρᾳ δόξῃ ἠμφιεσμένον καταλιπὼν νῦν εὗρον ἐν γυμνότητι. ποῦ εἶ; πόθεν σοι συνέβη τοῦτο; τίς σε εἰς τοσαύτην ἤγαγε μεταβολήν. Ipſum vocare, eſt ineffabilis benignitatis, & dicere vbi es? magnam complectitur cum benignitate virtutem. Significat enim quaſi illi diceret: Quid accidit, in alio ſtatu te reliqui, in alio inuenio. Alia gloriâ veſtitum te reliqui, nunc in nuditate inue- Apocal. cap. 3. v. Bellarm. ib. Yſambert. tr. de grat. Geneſ. cap. 3. Chryſoſt. ho. 17. in Geneſ.

nio Vbi es vnde tibi hoc, quis te in hanc viciſſitudinem impulit quis latro &c.] Vide reliqua ibidem prolixa, ſed mira de verbis Dei ad primos parentes lapſos, quibus, inquit, συγκαταβαίνει αὐτῶν τῇ ἀσθενείᾳ καὶ ἐκκαλεῖται αὐτοὺς εἰς ὁμολογίαν τῶν ἐπταισμένων, condeſcendit ad eorum infirmitatem & ad peccatorum confeſſionem eos excitat, quam tamen ab iis non exorauit. Similia prorſus habet idem S. Chryſoſtomus de alloquio Dei ad Caïn: Vbi eſt Abel frater tuus? ἄγνοιαν προσποιεῖται ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης, ἵνα διὰ τῆς ἐρωτήσεως παρασκευάσῃ τὸν τοιαῦτα εἰργασμένον ἐπειχθῆναι πρὸς τὴν ὁμολογίαν τοῦ πλημμελήματος, καὶ δυνηθῇ συγγνώμης τινὸς ἴσως καὶ φιλανθρωπίας ἐπιτυχεῖν. Id eſt. Ignorantiam ſimulat benignus Dominus, hac interrogatione eum, qui talia patrauerat, præparans, vt ad peccati confeſſionem adduceretur, poſſetque peccati veniam forte & miſericordiam aſſequi.] Quæ ſane gratiæ cuiuſdam ſaltem ſufficientis ſeu inefficacis excitamenta eſſe nemo negauerit. Quid immiſſas prætereà Pharaoni de populo dimittendo Deoque ſibi conciliando cogitationes loquemur, cum ait, *Peccaui etiam nunc, Dominus iuſtus, ego & populus meus, impij?* quas licet commutarit ac cito abiecerit, à Gratiâ tamen profectas nec ipſe B. Auguſtinus negat, cui cum morem gerere non perſeuerarit, certè inefficacem fuiſſe oportet: in poteſtate enim Pharaonis ait fuiſſe Theodoritus ἢ ὑποτάττεσθαι, ἢ τῆς ἀνοίας χρωμένης καρδίας καὶ αὐθαδιζομένης τῷ θεῷ νικᾶν αὐτοῦ νικάνδιεσθαι τὴν δύναμιν. Id eſt. Vel Deo ſubijci & obſequi, vel corde inſipienti ac Deo reſiſtenti, virtutem eius iactanter velle ſuperare] quæ quidem facultas alternæ Deo ſubiectionis abſque gratiæ aliquo auxilio ad fuiſſe dici nequaquam poteſt: vt infra oſtendemus agendo de obduratis. Scriptum eſt etiam libro numeri. *Repuliſtis Dominum qui in medio veſtri eſt.* Deuteron. IX. *Contempſiſtis imperium Domini Dei veſtri, & non credidiſtis ei, neque vocem eius audire voluiſtis, ſed ſemper fuiſtis rebelles, &c.*

Chryſ. ho. 19. in Geneſ. 4.

Exodi cap. 9.

S. Aug. lib. 2. qu. in Exod. 24.

Theodorit. qu. 12. in Exod.

Num. c. 2. Deut. 9. 24.

Ex Prophetis. Pſalmo XCIV. *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis* quem locum B. Paulus ad fideles, ne gratiam Dei reſpuant, traducit ad Hebr. 3. & B. Chryſoſtomus homil. XXI. ad pop. Antioch. Ieremiæ cap. 3. *Nunquid vidiſti quæ fecerit auerſatrix Iſraël. Et dixi cum feciſſet hæc omnia, ad me reuertere & non eſt reuerſa.* Vide B. Chryſoſtom. hom. XI. de Pœnitentiâ. Ezechielis cap. XX. *Dixi ad eos: vnuſquiſque offenſiones oculorum ſuorum abijciat, & in idolis Ægypti nolite pollui: ego Dominus Deus veſter; & irritauerunt me, nolueruntque me audire, vnuſquiſque abominationes oculorum ſuorum non proiecit.* Rurſus Eſaiæ L. *In iniquitatibus veſtris venditi eſtis. In ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram, quia veni & non erat vir, vocaui & non erat qui audiret.* Quos quidem locos fruſtra Euſebius alijque Patres aduerſus Iudæos ipſos, multique etiam aduerſus Chriſtianos proponerent, niſi vltra vocationem exteriorem quæ ad ſalutem per ſe inutilis eſt, vocationem quoque gratiæ interioris ſignificarent.

Ierem. 3. v. 6.

Ezech. 20. v. 7.

Eſai. 50. 1. & 2.

Ex Evangelio Ioannis cap. I. *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: in mundo erat & mundus per ipſum factus*

Ioh. 1.

eum non cognouit: In propria venit & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum. &c. Ex illis verbis lumen Gratiæ omnibus exortum docet B. Auguſtinus, *quo omnes homines poſſint ſi velint ſe ad præcepta Dei ſeruanda conuertere.* Aug. l. 1. de Geneſ. ad lit. c. 3. Ioannis cap. xv. *Si non veniſſem & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo;* Ioan. 15. quẽ quidem locum non ſolum de locutione externâ, ſed etiam de locutione internâ per gratiam quam Iudæi repulerunt, intelligendum ex ſanctis vtriuſque linguæ Patribus infra docebitur.

Ex Apostolis Gratia quæ negligi, reſpui, in vacuum recipi, 2. Cor. cap. 6. contumaciâ quadam repelli poteſt, proculdubio inefficax eſt. At diuinus Apoſtolus ſecunda ad Corinthios Epiſtola, *συνεργοῦντες δὲ καὶ παρακαλοῦμεν μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς· λέγει γὰρ καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. Adiuuantes autem exhortamur ne in vacuum Gratiam Dei recipiatis. Ait enim tempore accepto exaudiui te & in die ſalutis adiuui te.* Legatur B. Chryſoſtomus ad eum locum Chryſ. in 2. ad Cor. ho. 12. vbi explicat in vacuum recipere gratiam duobus modis, vno quidem ſanctificantem gratiam, cum ea accepta ſtatim ad vomitum redit peccator: altero vero modo & ipſam gratiam actualem, *τὴν ἐνεργείαν καὶ τὴν δωρεὰν ἀποκρούειν*, aſpernando beneficium illius & gratuitum munus reſpuendo. Gal. 2. v. 21. Idem epiſt. ad Galatas. *In fide viuo filij Dei qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ non abijcio Gratiam Dei.* Fruſtra diceret ſe gratiam Dei non abijcere, ſi eam cuicumque abijcere eſſet impoſſibile, quod facit ille qui vitam ex lege inſtituit, ait Theodoritus ad eum locum. Idem cautiſſimè admonet diſcipulum 1. Tim. 4. 14. Timotheum *noli negligere gratiam quæ in te eſt*, quæ licet ob impoſitionem manuum videatur eſſe gratia ſanctificans & habitualis nihilominus tamen & auxilia actualia gratiæ ſacramentali annexa, vt omnes ſciunt Theologi, complectitur. Tandem ad Hebræos ſcribens monet illos non deesse Gratiæ Dei *ἐπισκοποῦντες μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ*. Heb. c. 12. v. 15. Contemplantes ne quis deficiat à Gratiâ Dei, quæ quidem verba ſi Græca attendantur, præcipue quidem videntur innuere ne quis à Gratiæ iuſtificantis ſtatu ſeſe dimoueat, nihilominus tamen quia idem ſtatus perpetuas Gratiæ auxiliantis illuſtrationes comprehendit, per quas admonemur ne Deum qui prior nunquam deſerit, deſeramus, ideo & de non contemnendis aut abijciendis Gratiæ excitantis inſpirationibus, probè intelligitur, etiam Eccleſiâ velut interprete quæ publicis precibus Deum orat, vt *nos à neglectu inſpirationum ſuarum liberet.* Ac demum ne quis dubitet etiam Apoſtoli ſenſum fuiſſe gratiam illam actu inefficacem fuiſſe poſſe, hominum ſcilicet amentiâ & perfidiâ, non ipſius defectu. Idipſum eſt quod apertè teſtatur eadem ad Hebræos epiſtolâ *πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καταπατήσας καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας; Quanto putatis deteriora mereri ſupplicia qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?* Quo loco *πνεῦμα τῆς χάριτος, χάριν τοῦ πνεύματος* Theodoritus interpretatur, ſpiritum gratiæ,

Gratiam ſpiritûs, quæ per ſpiritum Gratiæ expreſſa maiorem cum actualis gratiæ inſpiratione conſenſum habet. Eodem vero ſenſu Tertullianus dixit, *Dono Dei contumeliam facere*, & S. Gregorius Theologus dixit τὴν χάριν ἀπεθῆσαι, & rurſus τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίζειν, quod idem eſt ac gratiæ reſiſtere, quod aliis verbis explicat oratione Theologicâ idem, τοῦ μὲν θεϊκοῦ θελήματος οὐ πάντως ἑπομένου τοῦ ἰδίου, ἀλλ' ἀντιπίπτοντος, ὡς τὰ πολλὰ, καὶ ἀντιπαλαίοντος. Voluntate humanâ omnino Deo non obſequenti, ſed plerumque reſiſtenti & obluctanti.]

Tertul. aduer. Iud.
Naz. or. 8.
Naz. or. 36.

CAPVT OCTAVVM.

De origine Gratiæ ſufficientis inefficacis. Ac primo de voluntate Dei. Quâ ratione Deus omnes fieri ſaluos velit.

SVMMA CAPITIS.

I.

Potiores ſcripturæ loci proponuntur, ex quibus vniuerſalis pro ſalute omnium Dei voluntas intelligitur.

II.

Voluntas Dei duplex à Doctoribus Scholaſticis diſtinguitur: Antecedens & conſequens.

III.

Eadem diſtinctio fuerat antea SS. Patrum Græcorum.

IV.

Deus omnes vult ſaluos fieri voluntate antecedente non conſequente: Ex Chryſoſtomi & Damaſceni doctrina explicatur.

V.

Ex vi voluntatis antecedentis Deus dat media & auxilia ad ſalutem ſufficientia ex doctrinâ PP.

VI.

Mens S. Auguſtini & S. Thomæ circa locum Apoſtoli 1. Tim. 2. Vult Deus omnes homines ſaluos fieri.

I.

DIVINÆ voluntatis internuntia & fidiſſima velut interpres Scriptura eſt, eiuſdemque velut κήρυγμα editum, vt non ſemel S. Chryſoſtomus facundiſſimè prædicat: vnde ſicut Gratiæ ſufficientis ad ſalutem omnibus concedendæ rationem à diuinæ voluntatis fonte hauriendum profitemur: ita voluntatis eiuſdem notitiam à Scripturæ auctoritate deriuandam eſſe nemo diffiteri poteſt. De illâ autem voluntate ita ſcriptura loquitur. In Pſalmorum carminibus, literali Pſalmo: *Suauis Dominus Vniuerſis: & motiones eius ſuper omnia opera eius.* Qui locus à cuiuſdam gloſſematis vitio tuendus eſt, quod in nonnulla exemplaria Græca irrepſit, vbi loco vocis illius, vniuerſis legitur τοῖς ὑπομένουσιν, id eſt *ſuſtinentibus*: ſecus quam Hebræa

Pſal. 144. v. 9.

טוב־יהוה לכל *bonus Dominus omnibus*: Antiquiora quoq; & notæ melioris exẽplaria Græca habent χρηστὸς κύριος τοῖς σύμπασι *bonus ſeu ſuauis Dominus vniuerſis.* Ita legerunt etiam & expoſuerunt Patres Græci, quibus certè optima apographa defuiſſe nemo vel ſomniarit. Temperare non poſſum à Chryſoſtomo in huius expoſitione loci χρηστὸς κύριος τοῖς σύμπασι· τί ἐστι τοῖς σύμπασι; καὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ τοῖς ἐν παρανομίαις ζῶσιν, οὐχὶ τῷ Ἄβελ μόνον ἀλλὰ καὶ τῷ Καΐν· πάντα γὰρ ἀπὸ φιλανθρωπίας ἔργα. Id eſt. Bonus Dominus Vniuerſis. Quid eſt hoc vniuerſis? Et peccatoribus & in iniquitate viuentibus, non Abeli tantum ſed & Caïno (quem & à peccato expiare voluiſſe ſubijcit) omnia enim illius opera, à benignitate ſunt, &c.] Ita Theodoritus & alij in Catenâ Græcâ Illuſtriſſimi Seguerij Franciæ Cancellarij manuſcriptâ. Latini quoque Patres, etiam ij qui Græcos codices ſecuti ſunt. vt S. Hilarius. S. Auguſtinus legit *ſuauis Dominus omnibus.*

Sapientiæ cap. XI. *Miſereris omnium quia omnia potes. Diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti* (βδελύσσῃ abominaris) *eorum quæ feciſti. Parcis autem omnibus, quoniam omnia tua ſunt Domine, qui amas animas*, id eſt, homines, idem enim eſt hîc φιλόψυχος ac φιλάνθρωπος. Ezechielis cap. XXXIII. *Tu ergo, fili hominis, dic ad domum Iſraël. Sic locuti eſtis dicentes iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſuper nos ſunt & in ipſis nos tabeſcimus? quomodo ergo viuere poterimus? Dic ad eos: viuo ego dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à viâ ſuâ & viuat. Conuertimini. à vijs veſtris peſſimis, & quare moriemini domus Iſraël?* Sed & anteà cap. XVIII. *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à viis ſuis & viuat? Quare moriemini, domus Iſraël? quia nolo mortem morientis, dicit Dominus, reuertimini & viuite.* Heb. *num volendo volam mortem impij?* S. Baſilius hom. de Pœnitentiâ ὅρκῳ πίστωσαι τοῦ θεοῦ. λέγει ὁ θεός· ζῶ ἐγώ, λέγει κύριος. τοῦτο δὲ ὅρκος θεῷ πρέπον. ἐπεὶ γὰρ οὐκ εἶχε μείζονα ἑαυτοῦ ὀμνύει δὲ διὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν τὴν μετάνοιαν ἀναιρούντων· ζῶ ἐγώ, λέγει κύριος, καὶ μηδεὶς φοβείσθω, ὅτι οὐ θέλω τὸν θάνατον τὸν τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλ' ὡς ἐπιστρέψαι αὐτὸν καὶ ζῆν. ὁ ζῶν ζῆν τοὺς θέλει· οὐδὲ ὅτι ὀμνύει θεὸς ἀξιόπιστος; Id eſt. Iuranti Deo crede. Dicit enim Deus, viuo ego, dicit Dominus. Hoc juſjurandum Deo conuenit. Quoniam enim maiorem ſe non habet, jurat autem propter incredulitatem eorum qui pœnitentiam tollũt: viuo ego, dicit Dominus, & nemo terreatur, quoniam nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Qui viuit, vult viuere peccatorem. Eſtne Deus, etiam cum iurat, indignus cui fides adhibeatur? Theodoritus ad verba cap. XVIII. οὐ μὴ θελήσει θελήσω τὸν θάνατον τοῦ ἀνόμου, λέγει Ἀδωναΐ κύριος· οὐ τὸν θάνατον τοῦ ἀνόμου, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν ποθῶ. οὐδὲ γὰρ ἵνα κολάσω τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν ἐδημιούργησα, ἀλλ' ἵνα ζωῆς μεταδῶ. μαρτυρεῖ δὲ τοῖς λόγοις τὰ πράγματα. Id eſt. Nunquid voluntate volam mortem iniqui, dicit Adonaï, id eſt Dominus? Non mortem, inquit, iniqui, ſed pœnitentiam cupio. Neque enim vt punirem hominum naturam creaui, ſed vt cum eâ vitam communicarem. Et res verbis teſtimonium præbent, &c. Vide reliqua. Oſeæ cap. XI. *Conuerſum eſt in me cor meum, pariter conturbata eſt pœnitudo mea, quoniam Deus ego & non ho-*

Sap. 11. v. 24. 25. 27.

Ezech. 33. v. 10.

Ezech 18. v. 23.

Oſ. 1 v. 8. 9.

mo: non faciam furorem iræ meæ: non conuertar vt diſperdam Ephraim, quoniam Deus ego & non homo. Pulchrè S. Cyrillus in Oſeam explicat illud ὅτι θεός, ἐπειδὴ ἐστιν ἀγαθός, ἡμερότητος πηγὴ καὶ φύσεως ὃ κίνημα ἀναχαιτίζει. Quia Deus, quia bonus, quia benignitatis fons & origo, motum cohibet, vide ſequentia.

S. Cyrill. to 5.

Chriſtus apud S. Matthæum cap. XVIII. poſt allatum Paſtoris exemplum ouem errantem humeris reportantis, quo rationem reddiderat dicti ſui: *venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat*, addit, οὕτως οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τούτων. *Sic non eſt voluntas ante Patrem veſtrum vt pereat vnus de puſillis iſtis.* S. Petrus epiſtolâ ſecundâ *Deus patienter agit* μακροθυμεῖ *propter vos* vel *propter nos*, nolens aliquos perire, ſed *omnes ad pœnitentiam reuerti* χωρῆσαι *venire vel recipere & amplecti.*

Matth. 18. v. & Luc. 17.

Pet. ep. 2. c. 3. v. 9.

S. Paulus ad Theſſal. c. IV. *Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra.* Idem primâ ad Timotheum Epiſtolâ, omnium diſertiſſimè locutus eſt τοῦτο καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ· ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. εἷς γὰρ θεὸς εἷς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων χριστὸς Ἰησοῦς· ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις. Id eſt. *Homines vitam agere in omni pietate & caſtitate, hoc enim bonum eſt & acceptum coram Saluatore noſtro Deo: qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus: qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus, cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt.* Hîc Rhodus hîc ſaltus, vt inquiunt, ex huius loci, omnium aliorum pendet intelligentia; Quocirca obnixè Deus orandus vt oculos noſtros illuminet & mirabilia de lege illius conſideremus.

1. Tim. 2. v. 2.

Pſ. 118.

II.

Reuocanda ſunt paucis in memoriam ea quæ Theologi de voluntate Dei communi fere ſententiâ & ore docent cum S. Thomâ: voluntatem diuinam, vt actus eſt puriſſimus, ſuâ quidem naturâ & entitate formaliter vnam eſſe: ἰσοδυναμίᾳ tamen ob eminentiam & infinitatem ſuam, virtute & ratione eſſe multiplicem: propter varias ad obiecta varia quibus terminatur, relationes; iuxta illud Pſaltæ, *magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius*, aut ne quis hoc loco ſit contentus quia Hebraicè habetur *voluntates eorum*: Pſalmo altero *notas fecit filijs Iſrael voluntates ſuas.* Ex quo fluxit prima diſtinctio voluntatis diuinæ in voluntatem τῆς εὐδοκίας *Beneplaciti* & voluntatem ſigni. Voluntas Beneplaciti eſt propriè dicta voluntas, quæ formaliter in Deo eſt actualis ipſius volitio prout terminatur & applicatur certo cuidam obiecto quod Deo placet vt mundo creando, hominibus redimendis, peccatis puniendis. Voluntas ſigni, eſt extra Deum, ſignum aliquod voluntatis ipſius, quod in ſpeciem quintuplicem diſtribuitur à Magiſtro, Præceptum, prohibitionem, promiſſionem, conſilium, operationem: cuius diſtributionis non aliis quam S. Thomæ verbis reddenda ratio eſt. *Signa voluntatis dicuntur & quibus conſueuimus demonſtrare*

Gamach. ad qu. 19. cap. 1.

Pſ. 110.

Pſ. 102.

Magiſt. ſent. lib. 1. d. 46. v. Yſambert 1. p. ad qu. 19. ar.

nos

nos aliquid velle. Poteſt autem aliquis declarare ſe aliquid velle vel per ſeipſum, vel per alium. Per ſeipſum quidem inquantum facit aliquid vel directè vel indirectè & per accidens. Directè quidem cum per ſe aliquid operatur, & quantum ad hoc dicitur eſſe ſignum, operatio. Indirectè inquantum non impedit operationem: nam remouens prohibens dicitur mouens per accidens 8. Phyſ. & quantum ad hoc dicitur ſignum Permiſſio. Per alium autem declarat ſi aliquid faciendum, vel neceſſariâ inductione quod fit præcipiendo quod quis vult & prohibendo contrarium: Fiat voluntas tua. Matth. 6. *vel aliqua perſuaſoriâ inductione, quod pertinet ad conſilium. Quinque ſpecies illæ voluntatum ſigni non ſunt quidem in Deo, ſed tamen voluntas beneplaciti ſignorum illorum in Deo eſt, vt velle operari, velle permittere, præcipere, prohibere, conſulere.*

Voluntas iam beneplaciti diuini diuiditur à Theologis in volunta- S. Tho. 1. p. qu. 19. ar. 6 ad 1. Yſamb. ar. 3. tẽ *antecedentem & conſequentem. Antecedens* voluntas illa eſt quæ verſatur circa obiecta abſolutè & ſecundum ſe conſiderata; dicitur antecedẽs, quia ſub ea ratione antecedit omnem liberam cauſſalitatem cauſſæ ſecundæ, vnde à Patribus prima vel primaria nuncupatur, & à ſolo Deo eſt, ortumque habet ab ipſius perfectiſſimâ in bonum propenſione; nullâ penitus ex noſtris operibus nec præſentibus nec præuiſis occaſione ſumptâ. *Conſequens* autem voluntas Dei verſatur circa obiecta, præmiſſa omnium circumſtantiarum conſideratione, quæ tam ad res quã ad perſonas ſpectant, quibus bonum vel malum decernitur. Prima quidem voluntas non ſemper efficax eſt. Poſterior autem ſemper eſt efficax Pſalmo CXIII Omnia quæcumque voluit, fecit. Eſaiæ XIV. *Iurauit Dominus Deus exercituum dicens, ſi non vt putaui, ita erit: & quomodo mente putaui ita eueniet. Dominus decreuit & quis poterit infirmare?* Et cap. XLVI. *Conſilium meum ſtabit & omnis voluntas mea fiet.* Propterea quidam Theo- Bannes, Eſtius. 1. logi recentiores voluntatem antecedentem negarunt eſſe voluntatem beneplaciti, eamque proprie in Deo non eſſe dixerunt ac proinde ad voluntatem ſigni redegerunt. Perperam id quidem, nec ſolùm con- S Tho. de verit. qu. 23 ar. . Gamach. & Yſamb. ad qu. 19. tra S. Thomam qui voluntatem beneplaciti in antecedentem illam & conſequentem diſtinxit: ſed etiam contra ſenſum ſcripturæ in quâ actus poſitiuus & formalis diuinæ voluntatis, licet ſolum antecedentis & inefficacis, perſpicuè exprimitur & declaratur. Ezechielis cap. XXIV. Ezech. 24. 9. & 33. *Væ ciuitati ſanguinum! immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui & non es mundata à ſordibus tuis.* Verè voluit mundare, qui falſo id improperaret quod nefas dictu eſt, nec tamen quod voluit, factum eſt: nec enim mundata eſt: voluntas igitur vera, inefficax, nec ſimilis alteri efficaci quùm Chriſtus dixit. *Volo, mundare* Lucæ c. V Deinde voluntas illa ſaluos faciendi homines vniuerſos, de quâ ſtatim dicturi ſumus, eſt voluntas antecedens & inefficax; Similiter nolendi vt *vitam degant in omni* pietate & caſtitate, quod dicitur ab Apoſtolo eodem loco ἀπόδεκτον 1. Tim. 2. ἐνώπιον τοῦ θεοῦ *acceptum coram Deo*, quod non eſt aliud quam ei beneplacitum, & propriè volitum, vt Scholæ loquuntur, nec tamen vniuerſim impletur, ideoque voluntas illa antecedens, licet beneplaciti ſit, inefficax eſt.

III.

Diſtinctio illa diuinæ voluntatis in antecedentem & conſequentem non eſt ſcholæ commentum, vt hæretici quidam frigidè comminiſcuntur, ſed Ss. Patrum, eorumque maximè quos hîc vindicamus, Græcorum Primus non Ioannes Damaſcenus, vt exiſtimauit S Thomas. ſed Damaſceno plurimùm lectus & cultus Ioannes Chryſoſtomus hunc in modum de vtraque voluntate diſſeruit in Commentariis ad Epiſtolam S Pauli ad Epheſios, cuius contextum quam emendatiſſimum & ſummâ fide conuerſum hîc integrum deſcribimus. Exponit illa verba Apoſtoli

Epheſ.c.I.v.5.

προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτὸν κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. *Qui prædeſtinauit nos in filiorum adoptionem per Ieſum Chriſtum in ipſum* (εἰς αὐτὸν ſeſe) *ſecundum propoſitum* (εὐδοκίαν beneplacitum) *voluntatis ſuæ*: τουτέστι διὰ τὸ σφοδρῶς θελῆσαι, ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ, ὡς, ἄν τις εἴποι, αὕτη ἐστί. πανταχοῦ γὰρ εὐδοκία, τὸ θέλημά ἐστι τὸ προηγούμενον. ἔστι γὰρ καὶ ἄλλο θέλημα· οἷον θέλημα πρῶτον, τὸ μὴ ἀπόλεσθαι ἡμαρτηκότας. θέλημα δεύτερον τὸ γενομένους κακοὺς ἀπολέσθαι. οὐ γὰρ δὴ ἀνάγκη αὐτοὺς κολάζει ἀλλὰ θέλημα. τοιοῦτο καὶ ἐπὶ Παύλου ἐστὶν ἰδεῖν, οἷον ὡς ὅταν λέγῃ. θέλω πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς ἐμαυτόν. καὶ πάλιν θέλω νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν. εὐδοκίαν οὖν τὸ πρῶτον θέλημά φησι, τὸ σφοδρὸν θέλημα, τὸ μετ' ἐπιθυμίας θέλημα, τὸ πεῖσμα. οὐ γὰρ παραιτήσομαι καὶ κοινοτέρᾳ λέξει χρήσασθαι σαφηνείας ἕνεκεν τῶν ἀφελεστέρων. οὕτω γὰρ ἡμεῖς τὴν ἐπίτασιν τοῦ θελήματος δηλοῦντες κατὰ τὸ πεῖσμα ἡμῶν λέγομεν. ὃ οὖν λέγει τοῦτό ἐστι. σφόδρα ἐφίεται, σφόδρα ἐπιθυμεῖ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας. τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτως ἡμᾶς ἀγαπᾷ, καὶ πόθεν οὕτω φιλεῖ; ἀπὸ ἀγαθότητος μόνης. ἡ γὰρ χάρις ἀγαθότητός ἐστι. διὰ τοῦτό φησιν εἰς υἱοθεσίαν ἡμᾶς προώρισε θέλων, καὶ σφόδρα τοῦτο βουλόμενος. ἵνα ἡ τῆς χάριτος αὐτοῦ δόξα δειχθῇ εἰς ἔπαινον δόξης καὶ τὰ ἑξῆς. Repræſentatus eſt hic locus integerrimè ex Anglicanâ editione quæ Commelinianæ & Pariſienſi multo præſtat. Sic autem accuratè reddendus eſt. [Secundum beneplacitum voluntatis ſuæ, hoc eſt eo quod vehementer velit tanta eſt, vt ita dicam, ipſius cupido. Vbique enim εὐδοκία beneplacitum eſt voluntas primaria. Eſt enim voluntas alia præter iſtam. Exempli cauſsâ, Prima voluntas eſt vt peccatores non pereant: Voluntas ſecunda eſt, vt qui mali effecti ſunt, pereant. Non enim neceſſitas illos pœnis afficit, ſed voluntas. Hoc & in ipſo Paulo videre eſt, vt cum dicit, volo omnes homines eſſe ſicut & meipſum: & rurſum, volo iuniores nubere filios parere. Beneplacitum igitur priorem voluntatem dicit, vehementem voluntatem, voluntatem præcupidam, quæ dicitur πεῖσμα id eſt deſiderium cum vehementiâ & contentione. Non enim recuſabo vulgari dictione vti, quò id fiat rudioribus notius. Sic enim voluntatis intenſionem ſignificantes, dicere conſueuimus κατὰ τὸ ἡμῶν πεῖσμα, ſecundum vehementem perſuaſionem noſtram. Quod igitur ait, huiuſmodi eſt. Valde deſiderat, valde cupit ſalutem noſtram. Quâ de cauſſa igitur ita nos amat, vnde nos ita diligit? Ex ſola bonitate. Gratia enim bonitatis eſt, in adoptionem nos voluntariè prædeſtinauit, idque valdè volens, vt gratiæ ipſius gloria demonſtretur. In gloriam gratiæ

I.Cor.7.v.7.
I.Tim.5.

ipſius quâ gratificauit nos in dilecto, &c.]

In illo perinſigni contextu S. Chryſoſtomi plurima ſunt animaduertenda: Primò quidem PROPOSITVM VOLVNTATIS alio longè modo hîc ſumendum quam ad Romanos Epiſtolâ ſumatur, ſiquidem in ep. ad Rom. vocatur πρόθεσις, hic εὐδοκία: Locus Apoſtoli ad Romanos ſic habet τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν *his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti*, id eſt ſecundum decretum abſolutum & efficax diuinæ voluntatis conſequentis, & ordinatæ per eam prædeſtinationis. Item cap. ſequenti ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ θεοῦ πρόθεσις μένῃ. *Vt ſecundum electionem Dei propoſitum maneret*, vbi propoſitum, quod redditur voce πρόθεσις, ſignificat etiam decretum efficax voluntatis conſequentis pro electione ad gratiam & prædeſtinatione Sic & ſer. ad Timotheum *Deus liberauit nos & vocauit vocatione ſua ſancta non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum ſuum propoſitum* κατ' ἰδίαν πρόθεσιν καὶ χάριν *& gratiam quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſecularia*. Propoſitum ergo cum reſpondet voci τῆς προθέσεως ſignificat voluntatem conſequentem & decretum abſolutum: cum vero reſpondet voci τῆς εὐδοκίας ſignificat beneplaciti voluntatem, quæ poteſt etiam eſſe antecedens & non planè efficax. Nota 1. Ad Rom cap. 8. v. 28. Ro. c. 9. v. 11. 2. ad Tim. 1. v. 9.

Aduertendum ſecundo in id quod S. Chryſoſtomus interpretatur εὐδοκίαν, ὃ προηγούμενον θέλημα id eſt vel antecedentem, vel etiam excellentem, principem ſeu præcipuam voluntatem: hoc nimirum ſenſu quia primus eſt actus voluntatis qui in Deo concipitur reſpectu creaturarum quas creare decernit non ad perniciem (*Deus enim mortem non fecit* Sap. 1.) ſed ad ſalutem. Dicitur quoque à S. Chryſoſtomo præcipua voluntas quia reſpicit bonum vt bonum eſt abſolutè, ſimpliciter abſque vllis circumſtantiis illud determinantibus Quod autem adijcit, illud πρῶτον θέλημα σφοδρότερον primam illam voluntatem vehementiorem eſſe, hoc ſenſu verum eſt, quia prima illa ſeu antecedens volitio primò per ſe veluti occupat diuinam voluntatem eamque ad volendum creaturæ bonum applicat: deinde quia diuinæ bonitati conuenientiſſima eſt, naturamque illius ὑπεράγαθον propriùs aſſequitur, vt multis diſſerit S. Dion. l. cap. IV. de diuinis nominibus & S. Chryſoſtomus ad caput ſec. Epiſtolæ ad Romanos; nihilominus tamen alio ſenſu voluntas ſecunda ſeu conſequens ratione decreti abſoluti ac efficaciæ vltimæ, σφοδροτέρα vehementior dici poteſt. Ex eo quod autem B. Chryſoſtomus voluntatem antecedentem σφοδροτέραν intenſioren ac vehementiorem vocet facile eſt colligere eum ſentire voluntatem antecedentem in Deo verè exiſtere, nec voluntatem ſigni tantum, ſed etiam beneplaciti eſſe, quam idcirco non tantum εὐδοκίαν *beneplacitum* apud Paulum interpretatur, ſed etiam diuinæ bonitati & gratiæ vel maximè conſentaneam mirificis laudibus extollit. Atque vt ſcriptoris cuiuſdam Heterodoxi ſententia nihil obtineat, duplicem voluntatem Dei diſtinguentis vnam τὸ εὐάρεστον quaſi dicas beneplacentiæ quam ait eſſe eamdem cum voluntate ſigni apud Scholaſticos, & qua concedit Deum velle omnes homines ſaluos fieri: alteram τῆς εὐδοκίας quæ eſt voluntas beneplaciti apud eoſdem Theolo- Nota 2. Chamier. l. de prædeſtin.

gos quâ negat Deum velle ſalutem omnium: Ecce Chryſoſtomum ex aduerſo, qui voluntate τῆς εὐδοκίας beneplaciti vult Deum omnium ſalutem velle, idque σφοδρότατα, *vehementiſſimè*, adeo vt exprimi debeat per vocem hanc τὸ πεῖσμα.

Nota 3. Quod quidem tertiò notandum eſt. Mittimus ad Grammaticos vocis iſtius ſignificationem pro fune anchorali, à cuius vtpote validè cõſtringentis ac retinentis metaphorâ ad τὰ ἐχυρὰ traductam docet Euſtathius Archiepiſcopus Nicænus, officio tamen interpretis & Philologi fungens. Certũ eſt ſumi vocem πεῖσμα pro vehementi & firma perſuaſione & propoſito, quo ſenſu & apud Patres vſurpatur vt Clementem Alexandrinum qui & ideo βεβαιότατον πεῖσμα appellat; apud quem etiam in Protreptico voluntas illa vniuerſalis & antecedens quâ Deus vult omnes homines ſaluos fieri, dicitur τὸ προηγούμενον quaſi dicas præjacentem voluntatem.

Euſtath. ad Odyſſ. X.

Clem. Alex. lib. 7. Strom.

III.

Deus vult omnes ſaluos fieri voluntate prima & antecedente, ex S. Damaſc.

Non exiguam vero lucem B. Chryſoſtomi doctrinæ affert B. Damaſceni commentatio in Dialogo contra Manichæos. Ex quâ voluntatis antecedentis & conſequentis, quæ in Deo eſt, in Theologorum Scholis vſitata dudum applicatio ad prædeſtinationis & Gratiæ materiam admodum eluceſcet. προηγούμενον μέν ἐστι θέλημα ὅταν τις ἀφ' ἑαυτοῦ θέλῃ. ἑπόμενον δὲ ὅταν ἐκ τῆς τῶν γινομένων αἰτίας. προηγουμένως γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ θέλει ὁ θεὸς πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. ἁμαρτανόντων δὲ ἡμῶν θέλει παιδεύεσθαι ἡμᾶς πρὸς τὸ συμφέρον. καὶ τὸ μὲν προηγούμενον θέλημα θεοῦ τῆς ἀγαθότητός ἐστι. τὸ δὲ ἑπόμενον τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. Id eſt. Præcedens voluntas eſt quando quis ex ſeipſo vult aliquid: conſequens verò quando ex eorum, quæ fiunt, cauſſâ. Atque voluntate quidem præcedente ex ſeipſo vult Deus omnes homines ſaluos fieri & ad veritatis cognitionem venire Si verò peccemus vult nos quantum conducit, caſtigari. Et præcedens quidem Dei voluntas, bonitatis eſt: conſequens verò, iuſtitiæ ipſius.] Propiùs autem & menti & verbis S. Chryſoſtomi B Damaſcenus inſiſtit libro ſec. de fide Orthodoxâ, cap. de prouidentiâ χρὴ δὲ εἰδέναι ὡς ὁ θεὸς προηγουμένως θέλει πάντας σωθῆναι καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τυχεῖν. οὐ γὰρ ἐπὶ τὸ κολάσαι ἔπλασεν ἡμᾶς, ἀλλὰ πρὸς τὸ μετασχεῖν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, ὡς ἀγαθὸς ἁμαρτάνοντας δὲ θέλει κολάζεσθαι, ὡς δίκαιος. λέγεται οὖν τὸ μὲν πρῶτον προηγούμενον θέλημα καὶ εὐδοκία, ἐξ αὐτοῦ ὄν. τὸ δὲ δεύτερον ἑπόμενον θέλημα καὶ παραχώρησις ἐξ ἡμετέρας αἰτίας· καὶ αὕτη ἡ μὲν οἰκονομικὴ καὶ παιδευτικὴ πρὸς σωτηρίαν, ἡ δὲ ἀπογνωστικὴ πρὸς τελείαν κόλασιν. ταῦτα δὲ ἐπὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. τῶν δὲ ἐφ' ἡμῖν τὰ μὲν ἀγαθὰ προηγουμένως θέλει καὶ εὐδοκεῖ. τὰ δὲ πονηρὰ καὶ ὄντως κακὰ οὔτε προηγουμένως οὔτε ἑπομένως θέλει, παραχωρεῖ δὲ τῷ αὐτεξουσίῳ. τὸ γὰρ κατὰ βίαν γινόμενον οὐ λογικόν. οὐδὲ ἀρετή. Id eſt. Oportet autem noſſe Deum antecedenter velle omnes ſaluari & regni ſui conſortes fieri. Non enim ad pœnam nos creauit, ſed vt bonitatis ipſius participes eſſemus, vt qui bonus ſit: peccantes autem puniri vult vt iuſtus Dicitur autem prima antecedens voluntas & beneplacitum ex ipſo exiſtens. Secunda

S. Damaſc. in Manich. p. 563.

1. Tim. 2.

Damaſc lib. 2. de fid. cap. 29.

verò voluntas conſequens & permiſſio, ex cauſſa noſtra exiſtens. Et hæc duplex eſt vna quidem diſpenſatoria & erudiens ad ſalutem, altera vero deſperatiua ad extremam punitionem. Et hæc quidẽ de iis quæ in nobis non ſunt. Eorũ verò quæ in nobis ſunt bona quidem antecedenter vult & per beneplacitum: mala autem neque antecedenter neque conſequenter vult, ea vero libero arbitrio permittit. Id enim quod vi, ſeu ex neceſſitate fit, neque rationis eſt particeps, neque virtus eſt.]

IV.

Eadem fuit ſententia & loci Apoſtolici interpretatio, omnium ante Chryſoſtomum & à Chryſoſtomo ſanctorum Eccleſiæ Patrum, etiam ſancti Auguſtini, vt ſtatim oſtendemus, quanquam non ita explicata & verbis ad Scholæ methodum aptatis expreſſa: qui etiam ex illâ voluntate Dei quâ vult omnes homines ſaluos fieri, media & auxilia Gratiæ ad ſalutem ſufficientia deriuant S. Dionyſius in Eccleſiaſticâ Hierarchiâ. ὁ μὲν ἱεράρχης ἑκάστοτε τῇ πρὸς θεὸν ἀφομοιώσει ἅπαντας ἀνθρώπους θέλων σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν διακηρύττει πᾶσι τὰ ὄντως εὐαγγέλια θεὸν ἵλεω τοῖς ἐπὶ γῆς ἐξ οἰκείας ὄντα καὶ φυσικῆς ἀγαθότητος, αὐτὸν εἰς ἡμᾶς αὐτίκως ἀφικέσθαι διὰ φιλανθρωπίαν ἀξιώσαντα, καὶ τῇ πρὸς αὐτὸν ἑνώσει δίκην πυρὸς ἀφομοιῶσαι τὰ ἑνωθέντα κατὰ τὴν αὐτῶν πρὸς θέωσιν ἐπιτηδειότητα. ὅσοι γὰρ ἔλαβον αὐτὸν ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι. Id eſt. Hierarcha cum omnes ſigillatim homines ad Deum aſſimilatione ſaluos fieri & ad veritatis agnitionem venire cupiens omnibus vera Euangelia prædicat: Deum ipſum terræ incolis propria naturalique bonitate propitium ad nos pro humanitate ſumma deſcendiſſe vt ſui vnione, in morem ignis, vnita ſibi conformaret, quantum ad eorum conduceret deificationem: quotquot enim receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri &c. vbi valde admodum notanda ſunt verba, quæ non ſatis accurate ſeruauit Pachymeres in Paraphraſi, ἑκάστοτε ἅπαντας ἀνθρώπους σωθῆναι θέλων *ſigillatim omnes homines volens ſaluos fieri*, quæquidem optime reſpondent etiam verbis Petri Apoſtoli *non volens aliquos perire*, quantum attinet ad voluntatem antecedentem, homines vniuerſos non tantum quoad ſpeciem & prout in eâ confusè continentur, ſed etiam ſingulatim cognitos & amatos ſaluos fieri volentem. B. Ignatius Martyr, νουθετῶ αὐτοὺς καὶ προτρέπω, ἐάν ἄρα ἐνδῶσι. φιλάνθρωπος γάρ ἐστιν ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. διὸ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς. Commonefacere peccatores & adhortari ſi forte obediant ac dent manus. Clemens enim eſt Deus noſter, & omnes homines vult ſaluos fieri & ad veritatis agnitionem venire. Quapropter Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, &c. Adde his B. Athanaſium lib. de Incarn. B. Iuſtinum Martyrem Dial. cum Tryphone B. Ephrem ſer. de vit. Monaſt. B. Ambroſ lib de Paradiſo, &c.

Poſt Chryſoſtomum verò, qui iterum locum eumdem de omnibus & ſingulis exponit in Commentario ad primam Tim. & homilia

Ex hac voluntate antecedente, media ad ſalutem ſufficientia deriuantur ex SS.PP.

Dion. Eccl. hier. c. 2

1. Tim. 2.

2. Petri 3.

S. Ignat. epiſt. ad Philadelph.

1. Tim. 2.

Chryſ. ho. 9. de laudib. Paul.

To.2.Bibl.PP. quadam de laudibus B. Pauli, TITVS Boſtrorum Epiſcopus de Zachæo loquens ἔβλαστησεν ἐν αὐτῷ σπέρμα σωτηρίας, ὅπερ ἰδὼν ὁ Χριστὸς τοῖς τῆς

1.Tim.2. θεότητος ὀφθαλμοῖς, ὁ πάντας ἀνθρώπους θέλων σωθῆναι. Germinauit in illo ſemen ſalutis quod videns diuinitatis ipſius oculis Chriſtus qui vult omnes homines ſaluos fieri, &c.] Marcus Eremita opuſc. de Baptiſmo ὄντως ἐχθροί εἰσι τοῦ θεοῦ οἱ πονηροὶ λογισμοὶ οἱ τὸ θέλημα αὐτοῦ γενέσθαι διακωλύοντες. εἴπερ ὁ μὲν θέλει πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. ἐκεῖνοι δὲ διὰ προσπαθείας ἡμᾶς πλανῶσι καὶ τῆς σωτηρίας ἡμᾶς

1.Tim.2. ἀπείργουσι. Id eſt. Reuera cogitationes prauæ ſunt inimici Dei, prohibentes ne fiat voluntas eius: ſiquidem hic vult omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire: illa vero perturbatione ſeducũt nos & à ſalute excludunt] THEODORITVS in expoſitione epiſt. ad Timotheum θεῖος Ἀπόστολος δέησιν γίνεσθαι παρεγγυᾷ, ἵνα καὶ τῆς ἀσεβείας παυσάμενοι μεταμάθωσι τὴν εὐσέβειαν. πάντας γὰρ ἀνθρώπους βούλεται σωθῆναι. εἷς γὰρ θεός. οὐ γὰρ ἄλλος τῶν πιστῶν καὶ ἄλλος τῶν ἀπίστων ἐστὶ ποιητής. Id eſt. Diuinus Apoſtolus præcipit fieri orationes, etiam pro infidelibus, vt ab impietate deſinentes pietatem condiſcant. Omnes enim vult ſaluos fieri. *Vnus enim Deus*; nec alius quippe fidelium, alius infidelium Creator eſt. Oecumenius & Theophylactus Chryſoſtomi pene verbis totidem vtuntur. Suus aliis infra locus erit.

V.

Interpretatio & mens S. Auguſt. S. Thomæ aliorũque Doctorum. Diſcedere vero nos à mente ac interpretatione B. Auguſtini forſan aliquis expoſtulet, qui triplicem aliam loci Apoſtolici de voluntate diuinâ ſeruandorum omnium adducit & frequentat, in Enchiridio ad Laurentium & alibi. Prima explicatio eſt omnes homines Deum velle ſaluos fieri accommodata ſcilicet diſtributione: Omnes nempe, qui ſaluantur quia nemo ſaluus eſt, niſi quem Deus ſaluum fieri voluerit.

S.Aug.Enchir. c.103. B. Auguſtinus in Enchiridio, *Ita intelligere debemus quod ſcriptum eſt, qui vult omnes homines ſaluos fieri, tanquam diceretur nullum hominem fieri ſaluum niſi quem ſaluum fieri ipſe voluerit: non quod nullus ſit hominum niſi quem ſaluum fieri velit: ſed quod nullus fiat niſi velit: & ideo ſit rogandus vt velit, quia neceſſe eſt fieri ſi voluerit. De orando quippe Deo agebat Apoſtolus, vt hoc diceret. Sic enim intelligimus id quod in Euangelio ſcriptum eſt: qui illuminat omnem hominem: non quia nullus eſt hominum qui illuminatur, ſed quia niſi ab ipſo nullus illuminatur.* Hanc expoſitionem repetit multoties B. Auguſtinus in epiſt.

Ep.107. in Iul. l.4. c.8. ad Vitalem, lib. IV. in Iulian. lib. de prædeſtinatione ſanctorum cap VIII.

Altera expoſitio eſt in verbis Apoſtolicis intelligendam eſſe diſtributionem non pro ſingulis generum, hoc eſt pro omnibus omninò ſingularibus hominibus, ſed pro generibus ſingulorum hoc eſt pro omni & quouis hominum genere: pro Iudæis & gentibus, fidelibus & infidelibus, ſeruis & liberis, principibus & priuatis, paruis & magnis, quouis ſexu, ordine, conditione, ætate quia ex omnibus & quibuſuis hominum generibus & gradibus multi ſunt qui ſalui fiunt ad nutum, electionem & prædeſtinationem diuinæ voluntatis. B. Auguſti-

nus in Enchiridio. *Aut certè ſic dictum eſt: Qui omnes homines vult ſaluos fieri, non quod nullus hominum eſſet quem ſaluum fieri nollet, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos, quos dicit acturos fuiſſe pœnitentiam, ſi feciſſet: ſed vt omnes homines omne genus humanum intelligamus per quaſcumque differentias diſtributum, Reges, priuatos: nobiles, ignobiles: ſublimes, humiles: doctos, indoctos: integri corporis, debiles: ingenioſos, tardicordes: mares, fœminas; infantes pueros: adoleſcentes, ſenes: In linguis omnibus, in profeſſionibus omnibus, in voluntatum & conſcientiarum varietate innumerabili conſtitutos, & ſi quid aliud differentiarum eſt in hominibus, &c.* Lege reliqua, docta, ingenioſa & admodum diſerta. Enchir. c. 103. & lib. de corrept. & Grat. c. 15.

Tertia expoſitio S. Auguſtini habetur libro de correptione & Gratiâ. *Poteſt etiam ſic intelligi quod omnes homines Deus vult ſaluos fieri, quoniam nos facit velle. Sicut miſit Spiritum filij ſui clamantem Abba Pater id eſt nos clamare facientem. De ipſo quippe ſpiritu alio loco dicit: Accepimus ſpiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba Pater. Nos ergo clamamus, ſed ille clamare dictus eſt, qui efficit vt clamemus. Si ergo clamantem ſpiritum rectè dicit ſcriptura à quo efficitur vt clamemus: rectè etiam & volentem Deum à quo efficitur vt velimus.* Aug. l. de corrept. & Grat. c. 15. & 22. de Ciu. c. 2. Gal. 4. Ro. 8.

Triplicem illam eximij Auguſtini explanationem non deſunt qui improbent, eumque *locum Pauli nullo ex illis tribus modis rectè expoſuiſſe* affirment. Verum eam omnibus B. Auguſtini dictis reuerentiam exhibendam eſſe cenſemus, vt quoties commodè bonam in partem accipi poſſunt, ea probanda & complectenda vnicuiq; conſulamus. Quod equidem in hoc negotio percommodum eſt. Omnibus enim illis teſtimoniis quæ allata ſunt, S. Auguſtinus loquitur non ex hypotheſi ſolâ voluntatis primæ & antecedentis de quâ hactenus nobis ſermo fuit, ſed ex hypotheſi voluntatis ſecundæ, conſequentis, abſolutæ & efficacis, quâ nemini dubium eſſe poteſt Deum non velle homines vniuerſos ſalutem conſequi, alioquin omnes & ſinguli eam adipiſcerentur. Sin autem quæratur, quam ob cauſſam B. Auguſtinus ex Hypotheſi voluntatis conſequentis loquatur atque illis modis locũ Apoſtoli interpretetur: in promptu cauſſa eſt: agebat enim contra Pelagianos qui loco Apoſtoli in tantum abutebantur, vt eum extenderent ad omnes omnino homines etiam infantes, quorum dicebant Deum ſalutem velle, ſi modo ipſi vellent, voluntate ſcilicet non quidem præſenti & actuali vel abſolutè futurâ, ſed poſſibili & præuisâ, ac futurâ etiam ex ſolis arbitrij liberi viribus ſi vitam illis Deus prorogaret, quam poterat prorogare, ita ſi decreuiſſet. Quæ quidem omnia conſtant ex Epiſtola Proſperi ad B. Auguſtinum, atque ex confutatione B. Auguſtini libro 3. ad Bonifacium. Quin etiam, vti iam attigimus, præfractè contendebant Pelagiani Deum velle homines ſaluos fieri, ſi ipſi vellent propriâ voluntate Dei gratiam præueniente, vt teſtatur B. Auguſtinus, contra quem errorem diſputare non poterat niſi ex Hypotheſi voluntatis Dei efficacis, de cuius efficaciâ & vltimo effectu nempe actuali ſalutis conſecutione quæſtio vertebatur, quod patet his verbis B. Auguſtini. *Sed parentis Apoſtolicum teſtimonium & ab ei dicis*

Vaſquez 1. p. diſt. 83 cap. 2.

S. Aug. 3. ad Bonif. c. 7.

S. Auguſt. lib. 4. in Iul. cap. 8.

pulſantibus aperiri, qui omnes homines vult ſaluos fieri & in agnitionem veritatis venire, vt videlicet intelligamus DOCENTIBVS VOBIS *ideo non omnes ſaluos fieri & in agnitionem veritatis venire, quia ipſi nolunt petere, cum Deus velit dare, nolunt quærere, cum Deus velit oſtendere: nolunt pulſare cum Deus velit aperire. Sed hunc ſenſum veſtrum infantes ipſa ſuâ taciturnitate conuincunt, qui nec petunt, nec quærunt, nec pulſant, imo etiam cum baptizantur, reclamant, reſpuunt, reluctantur, accipiunt tamen &c.* Vide rel.

Vnde cum B. Auguſtinus ab eiuſmodi Pelagianorum altercationum cancellis & ambagibus liber eſt, locum B. Apoſtoli de omnibus & ſingulis hominibus interpretari non veretur. Imo & iam oriente, ſed nondum ſæuiente Pelagij errore, libro de ſpiritu & literâ quo loco quærit vnde ſit fides? *Si enim à naturâ eſt quomodo verum erit quod ait Apoſtolus: quid habes quod non accepiſti? ſi à Deo, excuſari poterunt infideles ideo ſe in infidelitate permanſiſſe quia fidẽ à Deo non acceperunt. Tandem cõtrouerſiam ita ſoluit. Prius igitur illud dicamus & videamus vtrum huic ſatiſfaciat quæſtioni, quod liberum arbitrium naturaliter attributum à Creatore animæ rationali, media illa vis eſt quæ ad fidem vel infidelitatem flecti poteſt: & ideo nec iſtam voluntatem quâ credit Deo, dici poteſt homo habere quam non acceperit, quandoquidem vocante Deo ſurgit de libero arbitrio quod naturaliter, cum crearetur, accepit.* VVLT AVTEM DEVS OMNES HOMINES SALVOS FIERI *& in agnitionem veritatis venire, non ſic tamen vt eis adimat liberum arbitrium, quo vel bene vel malè vtentes iuſtiſſimè iudicentur. Quod cum ſit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt, cum eius Euangelio non credunt: nec ideo tamen eam vincunt, verùm ſeipſos fraudant magno & ſummo bono, reperiri in ſupplicijs poteſtatem eius, cuius miſericordiam in bonis contempſerunt.* Ex his S. Auguſtini verbis liquidò manifeſtum eſt Deum, quantum in ſe eſt, antecedenti voluntate non aliquos tantum ex omnibus, nec ſolos electos, ſed etiam eos qui actu non ſaluantur, ſalutem conſequi velle, quum dicat ex iis etiam *quos Deus vult ſaluos fieri, quoſdam male vtentes libero arbitrio iudicari, quia contra voluntatem Dei faciunt.* S. Proſper Doctrinæ B Auguſtini ſtudioſiſſimus & intelligentiſſimus ſcriptor, non ſolum in libris de vocatione Gentium, ſed etiam cum Semipelagianis confligens ad obiectiones Vincentianas. *Sinceriſſime credendum eſt atque profitendum Deum velle vt omnes homines ſalui fiant: ſiquidem Apoſtolus cuius iſta ſententia eſt, ſollicitiſſime præcipit quod in omnibus Eccleſiis piiſſimè cuſtoditur, vt Deo pro omnibus hominibus ſupplicetur: ex quibus quod multi pereunt, pereuntium eſt meritum: quod multi ſaluantur, ſaluantis eſt donum.* Clarius idem ad Capitula Gallorum, ſententiâ VIII. *Qui dicit quod non omnes homines velit Deus ſaluos fieri, ſed certum numerum prædeſtinatorum, durius loquitur quam loquendum eſt de altitudine inſcrutabilis gratiæ Dei: qui & omnes vult ſaluos fieri atque in agnitionem venire veritatis, & voluntatis ſuæ propoſitum in eis implet quos præſcitos prædeſtinauit, prædeſtinatos vocauit, vocatos iuſtificauit, iuſtificatos glorificauit.*

S. Aug. l. de ſpir. & litt. cap. 32.

1. Tim. 2.

Proſper. lib. 2. c. 26 & 28.

Ad ob. Vinc. obi. 2.

1. Tim. 2.

Sententia Catholica à Pelagianiſmo vindicatur.

Deſinant igitur veteratoriæ Hæreticorum Caluinianorum calumniæ, qui interpretationem illam Pelagianicam eſſe, temerè falſoque criminantur, cum & S. Auguſtini ſit & Proſperi & omnium ab iis non

non diſſentientium Theologorum quos nulla Eccleſiæ cenſura confi-
xit: Diſcrimen quippe Pelagianæ expoſitionis antea certiſſimum ad-
duximus, qui hanc Dei voluntatem, non antecedentem ſolùm, ſed *Hilar. ep. ad Aug. & Aug. 4 in Iul. c. 8*
conſequentem, non erga omnes, ſed erga eos tantum qui vellent, &
velle propriis arbitrij auſpiciis & viribus, præuiderentur, explicabant:
à quo ſanè ſenſu Orthodoxi Doctores mirum quantum abhorreant. S. *S. Thom. in 1. ad Tim. c. 2. lect. 1.*
S. Thomas illum Apoſtoli locum expoſiturus, triplicem primo S. Au-
guſtini in Enchiridio expoſitionem quam ſuperius recenſuimus, ad-
ducit eamque, de ſecundâ & conſequenti voluntate nimirum, vt pro-
babilem, deinde addit. *Alio modo ſecundum Damaſcenum, vt intelligatur de voluntate antecedente non conſequente: In voluntate enim Dei licet non ſit prius & poſterius, dicitur tamen voluntas antecedens & conſequens. Item ſecundum ordinem volitorum voluntas poteſt conſiderari dupliciter, ſcilicet in vniuerſali vel abſolutè, & ſecundum aliquas circumſtantias & in particulari. Et prius eſt abſoluta conſideratio & in vniuerſali quam in particulari & comparata. Et ideo voluntas abſoluta eſt quaſi antecedens, & voluntas alicuius rei in particulari eſt quaſi conſequens. Exemplum de mercatore qui vult omnes merces ſuas ſaluare abſolutè, & hoc voluntate antecedente; ſed ſi conſideret ſalutem, non vult omnes merces per comparationem ad alia ſeruare, ſcilicet quando cum ſalute ſequitur ſubuerſio nauis. Et hæc voluntas eſt conſequens. Sic in Deo ſalus hominum omnium in ſe conſiderata habet rationem vt ſit volibilis. Et Apoſtolus hîc ita loquitur & ſic eius voluntas eſt antecedens. Sed ſi conſideretur bonum iuſtitiæ, & quod peccata puniantur ſic non vult. Et hæc eſt voluntas conſequens* Idem habet aliis locis, *S. Tho. de verit. qu. 23. ar. 2 & 1. p. q. 19. ar. 3. & cont. Gen. l. 2. 159.*
præſertim diſputans contra Gentes, vbi & ab illâ voluntate deriuat au-
xilia ſufficientia. *Deus quantum in ſe eſt, paratus eſt omnibus Gratiam dare; vult enim omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire*, ad Tim. 2. *Bonau. in 1. d. 46. q. 1. ar. 1.*
S. Bonauentura. *Deus voluntate beneplaciti vult omnes homines ſaluos fieri, voluntate antecedente. Deus vult omnium ſalutem quantum in ſe eſt & antecedenter connotatur in omnibus ordinatio ad ſalutem, tum ex parte naturæ datæ, tum ex parte gratiæ oblatæ.* Ioannes Scotus. *Licet illud dictum Apoſtoli poſſet exponi de diſtributione accommodatâ pro omnibus qui ſalui fiunt: tamen multo melius exponi poſſet de voluntate antecedente ſic: Vult omnes homines ſaluare & ſaluos fieri, quantum ſcilicet eſt ex parte ſui & voluntate ſuâ antecedente, pro quanto dedit eis dona naturalia, & leges rectas & adiutoria communia ſufficientia ad ſalutem.* *Scot. in 1. d. 46. q. vii.* *V. Duval. de grat. q. 5. Gamach. 5. q. 3. cap.*
Ab illis diuinæ ſapientiæ Doctoribus primariis cæteri Theologi in
Scholis Catholicis amplectuntur explicationem S. Chryſoſtomi
& S. Damaſceni de voluntate antecedente, quam etiam in re ipſa fuiſ-
ſe B. Auguſtini libro de ſpiritu & litera oſtendimus: amplectuntur, ho-
dieque in Sorbonicis dictant, prædicant. Non igitur Pelagiana, ſed *V. Malderum Epiſc. Ant. 12. q. 3. ar. 3.*
Orthodoxa, ſed antiqua, ſed perpetua, ſed Eccleſiæ ſenſui & voci ma-
ximè conſentanea eſt.

CAPVT NONVM.

De altero fonte Gratiæ ſufficientis, Chriſti morte et omnium hominum per illam Redemptione. Sententia Græcorum Patrum S. Auguſtini, S. Thomæ et Scholæ Sorbonicæ collata.

SVMMA CAPITIS.

I.

Controuerſia hæc cum Caluino & alijs hæreticis dudum agitata. Status controuerſiæ.

II.

Loci Scripturæ ex quibus hæc controuerſia tractatur à Ss. Patribus *& Theologis, proponuntur.*

III.

Sententia S. *Auguſtini, S. Thomæ, Concilij Tridentini & DD. Theologorum.*

IV.

Sententia Patrum Græcorum de Chriſti morte pro omnibus, & vniuerſali redemptione.

V.

Obiectionum ſolutio & confutatio, ex S. Auguſtini & Patrum aliorum Latinorum germanâ ſententiâ.

I.

SVSCEPTVM pridem ab Orthodoxis aduerſus Caluinum eiuſque poſtea ſectatores hac de re certamen, in primis admonendum duximus, vt ſi qui Catholicorum imprudenter ab horum partibus ſteterit, ne ſibi putet inuidiam conflari, ſed caueri potius vt confeſtim agnito errore pedem referat & ad caſtra Dei viuentis ſeſe recipiat. Verba recentis Caluiniſtæ rem ita habere teſtantur. *De efficaciâ mortis Chriſti Papiſtæ Catholicis litem mouent. Quæſtio eſt pro quibuſnam mortuus ſit* Chriſtus. *Reſpondent Papiſtæ pro omnibus hominibus indifferenter, cum electis tum reprobis: Et Caluinum damnant qui ſolis electis id beneficium aſſignarit: Papiſtæ affirmant eſſe contra fidem nos negamus.*

Caluin. com. in 1. & 17. c. Ioan.

Chamieri lib. 9. de mer. Chr. cap 4. vide Feuardent. in Theomachia Caluiniſt. l. 5. c. 15.

Controuerſiæ ſtatus eſt non de ſufficientiâ vt vulgo loquuntur, ſed de efficacia actuali mortis Chriſti: ſiquidem valorem & dignitatem tanti pretij eam eſſe nemo diffitetur, vt non ſolum hominibus electis, ſed etiam infinitis vel Angelorum myriadibus redimendis per ſe locupletiſſimè ſufficiat. Nemo etiam dubitat actualem & vltimam efficaciam mortis Chriſti, quæ à Patribus & Conciliis vocatur *fructus mortis Chriſti perceptus* locum non habere in reprobis, at in ſolis electis: Sermo igitur eſt de voluntate & intentione antecedente Chriſti, quâ primùm pati voluit, vtrum ea ſe ad omnes omnino homines vt Catholici ſentiunt, an ad ſolos electos, reprobis poſitiue excluſis, vt Caluiniſtæ

Conc. Trid. ſeſſ. 6.

volunt, ipſam extenderit, *Cum ingrediens in mundum dicit, hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi: holocautomata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: ecce venio, in capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam, Deus, voluntatem tuam.* Quo ex loco colligitur Chriſtum primâ ſui origine, cum intellectum ac rationis vſum perfectiſſimum, necnon rerum omnium cumulatiſſimam notitiam habuerit, obtuliſſe ſeſe Deo Patri, voluntatem diuinæ ſimilem pro humani peccati expiatione concepiſſe: oſtendimus autem antea Deum habuiſſe voluntatem antecedentem, neminem à ſalute excludendi, & omnes ſaluandi: Igitur & Chriſtum voluntatem omnes morte ſuâ redimendi, diuinæ reſpondentem habuiſſe neceſſe eſt & hæc voluntas in omnes homines gratiam diffundens dicitur à B. Cyrillo lib. 3. in Eſaiam σκοπὸς τῦ διασώζοντος *Saluatoris ſcopus*: quæ quidem voluntas cum infinitâ pretij dignitate coniuncta abunde ſufficit ad propoſitionem Catholicorum Doctorum probandam, Chriſtum ſcilicet mortuum pro omnibus & ſingulis hominibus fuiſſe, voluntate ſcilicet antecedente qua vult omnes per ſeipſum ſaluos fieri, licet conſequente voluntate non alios ſaluos fieri velit quam eos quibus vltima mortis ſuæ adhibetur efficacia, iuxta diuinæ prædeſtinationis ordinem, concurſum cauſſarum ſecundarum, diſpoſitionem rerum, voluntatis adultorum cooperationem inuoluentis. Hæc ita primùm conſtituenda iudicauimus, non ad Controuerſiam illam diſceptandam, id enim inſtituti non eſt noſtri: ſed vt hac in materiâ quæ ſit Græcorum Patrum cum S. Auguſtini & Theologorum mente conſenſio, indicemus. Quod vt iactis fundamentis conſtruamus, ſcripturæ locos, ex quibus huius veritatis demonſtratio quæritur, in medium adducimus.

II.

Primus eſto Chriſti apud S. Ioannem ita loquentis, *non veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluificem mundum. Qui ſpernit me & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum.* Hinc abſolutè dicitur Saluator mundi, Ioan. iv. & 1 Ioan. 4. Ex voluntate ſcilicet qua ſe in mundum veniſſe profitetur, vt mundum ſaluificaret. Ammonius ad eum locum cum aliis Patribus Græcis videndus in Catenâ περὶ σκοποῦ τῆς προνοίας. Ioan.12.47.

Secundus ex Epiſtolâ S. Ioannis primâ. ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον. καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe propitiatio eſt pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.* 1.Ioan.2.1.

Tert. ex Epiſtolâ ad Romanos. *Qui etiam proprio filio non pepercit, ſed pro omnibus tradidit illum.* Rom.8.32.

Quartus ex epiſtolâ alterâ S. Pauli ad Corinthios. *Si vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt: & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit.* 2.Cor.5.15.

Quintus ex Epiſtolâ ad Hebræos. *Videmus Ieſum propter Paſſionem* Heb.c.2.v 9.

mortis gloriâ & honore coronatum, vt gratiâ Dei pro omnibus guſtaret mortem.

1. Tim. 2. Sextus ex primâ ad Timotheum. *Vnus Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus: qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus.*

1. Tim. 4. Septimus ex eadem, *ſperamus in Deum viuum qui eſt Saluator omnium maximè fidelium.*

Ro. 14. Octauus rurſus ex epiſt. ad Romanos. *Noli cibo tuo illum perdere pro quo Chriſtus mortuus eſt.*

1. Cor. 8. Nonus ex primâ ad Corinthios. *Peribit infirmus in tuâ conſcientiâ frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt.*

Ep. 2. Pet. c. 2. 1. Decimus ex Epiſtolâ S. Petri. *In verbis erunt Magiſtri mendaces qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negantes.* Ex quibus locis aliiſque ſimilibus hanc Patres ac Theologi hauriunt doctrinam: non igitur ſoli electi empti, redempti ſunt: nec pro ſolis electis, ſed pro omnibus planè hominibus mortuus eſt Chriſtus: quod nunc demonſtrandum.

III.

Ignorat nemo quanto animi impetu, quantâ Doctrinæ vi & copiâ ingenij S. Auguſtinus aduerſus Pelagianos pro peccati originalis veritate dimicarit: nullum autem illi fortius telum fuit eo Apoſtoli loco ad Corinthios, *vnus pro omnibus mortuus eſt*: quod niſi de ſingulis hominibus Apoſtolus & Auguſtinus intellexerint, omnes nerui ac vires illius argumentationis inciduntur. Auguſtini verba ſunt libro ſexto contra Iulianum. (S. Aug. lib. 6. contra Iulian. c. 4.) Apoſtolus ait, *Commendat autem Charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Hoc tu dictum exceptis paruulis vis putari. Vbi ſi abs te quærã, ſi non ſunt inter peccatores habendi, quomodo pro eis mortuus eſt, qui pro peccatoribus mortuus eſt? Reſpõdebis non pro ſolis peccatoribus mortuum, quamuis ſit etiam pro peccatoribus mortuus. Quod quidem nuſquam legis in diuinis auctoritatibus, mortuum ſcilicet eſſe Chriſtum pro eis qui nullum habuerunt omnino peccatum. Sed attende quàm validis teſtimonijs vrgeatis. Tu dicis etiam pro peccatoribus mortuum. Ego dico nonniſi pro peccatoribus mortuum, ita vt reſpondere cogaris ſi nullo peccato paruuli obſtricti ſunt, non eſſe pro paruulis mortuum. Dicit enim ad Corinthios quoniam vnus pro omnibus mortuus eſt. Nullo modo hîc negare permitteris, nonniſi pro his qui mortui ſunt, mortuum fuiſſe Ieſum. Quos igitur hoc loco intelligis mortuos? Nunquid eos qui de corpore exierunt? quis ita deſipiat, vt hoc ſapiat? Eo modo itaque intelligimus mortuos, quomodo alibi dicit. Et vos cum mortui eſſetis in delictis, &c. Ac per hoc, vnus, inquit, pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. Oſtendens fieri non potuiſſe vt moreretur, niſi pro mortuis.* EX HOC ENIM PROBAVIT OMNES MORTVOS ESSE QVIA PRO OMNIBVS MORTVVS EST VNVS. *Impingo, inculco, infercio recuſanti. Accipe, ſalubre eſt, nolo moriaris. Vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. Vide quia conſequens eſſe voluit, vt intelligantur omnes mortui, ſi pro omnibus mortuus eſt.* Plura ibidem.

Ro. 5. 2. Cor. 5. Col. 2.

Quod etiam magis ac magis illuſtratur ex eiuſdem B. Auguſtini

collatione cum Iuliano qui cum ſignificationem vocis illius *Omnes* eluderet dicendo ſignificare *Multos*, audiamus quid reponat S. Auguſtinus, qui vocem illam *pro omnibus* non idem eſſe ac pro multis, ſed pro omnibus ac ſingulis inuictiſſimâ conſecutione demonſtrat. IVLIANVS DIXIT. *Omnes pro multis penè innumera ſcripturarum exempla teſtantur, ſecundum illud: omnes declinauerunt.* AVGVSTINVS RESPONDIT. *Hinc te exue ſi potes, quod vnus pro omnibus mortuus eſt, &c. aude dicere non omnes eſſe mortuos, pro quibus mortuus eſt* Chriſtus: *cum ſtatim tibi Apoſtolus fauces premat, & opprimat audaciſſimam vocem, quid ſequeretur oſtendens, & dicens: ergo omnes mortui ſunt: noli ſic laudare Apoſtolum, noli exponere, vt nolis audire ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt: quicquid argumenteris, quicquid Apoſtolicorum verborum coneris euertere, à morte quæ in peccato eſt, paruulos non oſtendis immunes.* Hoc argumentum reuera validiſſimum nullius plane fuiſſet roboris aut momenti tam apud Paulum quam apud Auguſtinum, ſi vox illa, omnes, in vtraque propoſitione pari non ſenſu, *nemine* ſcilicet *excepto* ſumenda eſſet: quod & Theſis ipſa Vniuerſalis Pelagianorum, quam S. Auguſtinus oppugnat, ſatis oſtendit, quâ pueros omnes & ſingulos à peccato Originis immunes aſſerebant: ad cuius euerſionem fruſtra locum Apoſtoli, *ſi pro omnibus vnus mortuus eſt ergo & omnes mortui ſunt*, inſumpſiſſet: ſi Iuliano licuiſſet reſpondere, vt vox *omnibus* in priori parte Hypotheticæ propoſitionis ſignificet pro multis tantum, ita & in poſteriori *pro multis* tantum, id eſt, pro adultis non vero pro infantibus ſumi debere. Nunquam ex hoc loco Iuliano præcluſiſſet effugium Auguſtinus. Intellexit igitur mortuus eſt pro omnibus & omnes mortui ſunt, NEMINE EXCEPTO quod diſertiſſimè affirmat libro xx. de Ciuitate Dei. His verbis. *Ait Apoſtolus: Ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt vnus: vt qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. Omnes itaque mortui ſunt in peccatis, nemine excepto, ſiue in originalibus ſiue etiam in voluntate additis, vel ignorando, vel ſciendo & non faciendo quod iuſtum eſt.* Quo ex loco S. Auguſtini indicato, Gulielmus Eſtius in ipſius doctrinâ verſatiſſimus tradit illum intellexiſſe verba Pauli, *Chriſtus pro omnibus mortuus eſt*, de omnibus & ſingulis hominibus, ac præterea filum ratiocinationis Sancti Pauli hunc ſenſum exigere. *Bona eſt ſequela, ſi pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, omnes mortuos eſſe morte peccati. Siquidem Chriſtus ad hoc mortuus eſt vt homines à peccati morte redimeret. Quare ſi* NVLLVS *eſt hominum pro quo Chriſtus non ſit mortuus; vtique conſequens eſt nullum eſſe qui ſit à peccato ſaltem originali immunis. Hic Commentarius ſupponit ſenſum generalem: ſcilicet pro omnibus in vniuerſum hominibus mortuum eſſe Chriſtum & non ſolum pro prædeſtinatis: non enim aliter ex hoc loco colligi poſſet omnes in vniuerſum homines morte peccati mortuos eſſe. Vnde &* AVGVSTINVS *aduerſus Pelagianos originale peccatum negantes, vtitur inter alia huius ſcripturæ teſtimonio, quo doceat ne quidem infantes recenter natos à peccato liberos eſſe, quoniam & pro eis mortuus ſit Chriſtus, vt libro 4. de Baptiſmo paruulorum cap. 27. & lib. 6. in Iulianum cap. 4. qui & eiuſdem Doctrinæ generalitatem expreſſit lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 6. recitatis & hoc loco verbis Apoſtoli.*] Et hæc de ſententia B. Augu-

Lib. ſec. oper. imperf. in Iul. c. 175. Pſ. 13.

S. Aug. 2. de Ciu. c. 6.

Eſtius com. in c. 3. ep. 2. ad Cor.

ſtini ſufficiunt, ſi quid aduerſari viſum fuerit, infra diluetur.

S.Tho in c.5 ep.2. Cor.lect.3.

S. Thomæ fons explicatio eiuſdem loci epiſtolæ ad Corinthios. *Quod infertur, ergo omnes mortui ſunt, exponitur primo vt dicatur omnes mortui ſunt morte peccati in Adam; non enim eſſet neceſſarium quod Chriſtus pro omnibus moreretur, niſi omnes mortui fuiſſent morte* peccati in Adam 1. Cor 15. *Sicut in Adam omnes moriuntur.* Idem in expoſitione huius loci, ad Hebræos,

Heb.2.

vt Gratiâ Dei pro omnibus guſtaret mortem, *abſolute pro omnibus quantum ad ſufficientiam, ſufficiens enim quantum ad ſe omnibus eſt* 1. *Tim.* 4. *qui eſt Saluator omnium maximè fidelium. Chryſoſtomus. Pro omnibus hominibus generaliter mortuus eſt, quia omnibus pretium ſufficit. Et ſi non omnes credunt, ipſe tamen quod ſuum impleuit.* Idem enarrans illud Pauli ad Timotheum,

1.Tim.2.lect.1.

vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. *Ponitur ratio ex parte hominis Chriſti, ibi vnus & mediator, &c. Vbi primò probat intentũ, ſecundò inducit ſignum ibi, qui dedit. Dicit ergo homo Chriſtus Ieſus eſt mediator Dei & hominum, non quorumdam, ſed inter Deum & omnes homines, & hoc non fuiſſet, niſi vellet omnes ſaluare.*

V. Bonau.in 1.d. 46.q.a.1.& 47 q.1. a.1.Scot.in 1.d.46. q.7. Lyran. in 1. Tim.c.2. Toſtat. in c.11. Ioſ.q 80.& 81.

In Antiſynodicis cap.7.

Cæteri poſt S.Thomam Scholæ Theologi tam vnanimi conſenſu in hanc ſententiam conſpirarunt, vt Ioannes Malderus Doctor Louanienſis & Antuerpienſis Epiſcopus eam omnium Catholicorum Doctorum eſſe doceat, addatque *Opinionem illam Caluiniſtarum, quæ negat pro omnibus & ſingulis hominibus Chriſtum mortuum eſſe, tolerandam non eſſe.* Eamdem quoque *Bezæ blaſphemiam errorem Antichriſtianum* vocat, fruſtra igitur eſſem, ſi omnes Doctorum Scholaſticorum locos huc conueherem, quibus nec colligendis manus meæ nec legendis oculi lectorum ſufficerent. In ſummâ, hæc eſt Doctorum Orthodoxorum ſententia, quorum ſcilicet ſcripta cenſuis Eccleſiæ intacta ſunt. Conſtans ac perpetua Sorbonæ Doctrina eſt, cuius vnicus eſto hîc fidejuſſor,

1.p. ad qu.19.cap.5

V. C. Philippus Gamachæus Doctor meus. *Explicatio loci illius, vult Deus omnes, ſaluos fieri eſt communis & omnium optima, vt Deus velit ſaluari omnes prorſus & ſingulos homines etiam paganos & infideles qui pereunt, ſicut & Chriſtus pro omnibus paſſus eſt.* Nunc autem inſtituti noſtri via repetenda eſt.

IV.

Sententia Patrum Græcorum.

Non diſcrepat igitur ab hac S. Auguſtini, S. Thomæ, aliorumque Theologorum Doctrina, Græcorum Patrum mens vnanimis: imò verò cæteris præluxiſſe videtur ad aſſerendam Chriſti pro omnibus mortem paſſi vniuerſaléque hominum omnium Redemptionem. S. IVSTINVS Philoſophomartyr hanc veritatem ex titulo Dei Patris omnium,

Iuſtin. Dial. in Tryph.

nec non ex eo quod Chriſtus omnium iniquitates portauit, id probat Dialogo cum Tryphone τὸν ἑαυτοῦ χριστὸν ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων τὰς πάντων κατάρας ἀναδέξασθαι ἐβουλήθη. Vniuerſorum Pater voluit Chriſtum pro cuiuſcumque generis hominibus, omnium maledictiones in ſe recipere.] Alludit Iuſtino Clemens Alexandrinus in ſtrom.

Clem. Alex. lib.7. Strom.

κήδεται συμπάντων ὅπερ καὶ καθήκει κυρίῳ πάντων γενομένῳ. σωτὴρ γάρ ἐστιν

Digitized by Google

οὐχὶ τῶν μὲν, τῶν δ' οὔ. πρὸς δὲ ὅσον ἐπιτηδειότητος ἕκαστος εἶχεν, τὴν ἑαυτοῦ διένειμεν εὐεργεσίαν. Chriſtus omnibus proſpicit, vt eum decet qui omnium Dominus effectus eſt. Non eſt enim, huius quidem Saluator, illius vero minimè. Verum munificentiam ſuam vnicuique, prout capax ipſius erat, diſtribuit. Idem in Pædagogo breuiſſimè & pleniſſimè λόγος αἰώνιος ἰδίᾳ τε ἑκάστοις καὶ κοινῇ πᾶσιν ἐστὶ σωτήρ. Verbum æternum & ſingulis, & omnibus in commune Saluator eſt. ORIGENES, ne à præceptore diſcipulum ſeiungamus. Apologiâ contra Celſum, quod quidem opus erroris expers, inſigne, laborioſum, celeberrimum opus vocat Cardinalis Baronius ad annum CCXLIII. χριστὸς δ' ὅσον ἐπ' αὐτῷ τῶν πανταχοῦ σωτὴρ ἦλθε πάντων ἀνθρώπων. Chriſtus.

Origen. l. 5 cont. Celſ.

S. Athanaſius multis eamdem doctrinam amplificat & illuſtrat ſermonibus, qui paucas in lineas haſce côtrahitur τὸ γὰρ ὑπὲρ πάντων ὀφειλόμενον ὁ λόγος ἀθάνατος ὢν, ἔλαβεν ἑαυτῷ σῶμα δυνάμενον ἀποθανεῖν, ἵνα ὡς ἴδιον αὐτὸ προσενέγκῃ· καὶ ὡς αὐτὸς ὑπὲρ πάντων πάσχων διὰ τὴν πρὸς αὐτὸ ἐπίβασιν καταργήσῃ τὸν διάβολον. Id eſt. *Propter debitum omnium commune, Verbum immortale exiſtens, corpus mortale ſuſcepit, vt illud tanquam ſibi proprium offerret. Atque vt ipſe pro omnibus patiens, per acceſſum ad illud, diabolum deſtrueret.* B. GREGORIVS Theologus contra Arianos diſſerens τὰ χριστοῦ πάθη δι' ὧν ἀνεπλάσθημεν. οὐχ ὁ μὲν ὁ δ' οὔ. πάντες δὲ οἱ τοῦ αὐτοῦ Ἀδὰμ μετασχόντες, καὶ ὑπὸ τοῦ ὄφεως παραλογισθέντες, καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ θανατωθέντες διὰ τοῦ ἐπουρανίου Ἀδὰμ ἀνεσώθημεν. Id eſt. Paſſiones Chriſti quibus reparati ſumus non hic quidẽ, ille vero non, ſed omnes quotquot Adæ participes eramus, & à ſerpente decepti, & per peccatum mortui, per cœleſtem Adam ſaluati ſumus.] Idem Theologiæ cognominis Doctor, hunc in modum aduerſus Chriſtianæ religionis & fidei hoſtes inuehitur. τί φασιν ἡμῖν οἱ συκοφάνται, οἱ πικροὶ τῆς θεότητος λογισταί, οἱ σκοτεινοὶ περὶ τὸ φῶς, ὑπὲρ ὧν χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανε, τὰ ἀχάριστα κτίσματα; Id eſt. Quid nobis dicunt calumniatores, quid acerbi diuiniraris cenſores, tenebroſi circa lumen, pro quibus in vacuum Chriſtus mortuus eſt, ingratæ creaturæ? Eumdem totidem verbis locum iterum apud eum leges.

Athan. lib. de Incarn. Verb.

Naz. or. 15.

Naz. or. in Chriſti natalem.

Naz. or. in Paſchã.

S. Ioannes Chryſoſtomus exponens illa verba vt *Gratia Dei pro omnibus guſtaret* mortem, in quibus id maxime animaduertendum eſt, quo ea ad ſingulos etiam ſpectare liqueat, haberi Græce ὑπὲρ παντὸς *pro omni pro quouis*, ſic ait οὐχὶ ὑπὲρ τῶν πιστῶν μόνον ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, αὐτὸς γὰρ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν. *Non pro fidelibus tantum, ſed pro vniuerſo orbe: ipſe enim pro omnibus mortuus eſt.* Clariſſimè vero dum exponit illud B. Pauli primâ ad Timotheum Epiſtolâ. *Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus.* τί οὖν; καὶ Ἑλλήνων, εἰπέ μοι; καὶ ὁ μὲν χριστὸς καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ Ἑλλήνων, σὺ δὲ οὐδὲ εὔξασθαι οὐκ ἀνέχῃ; πῶς οὖν, φησιν, οὐκ ἐπίστευσαν; ὅτι οὐκ ἠθέλησαν. τὸ αὐτοῦ μέρος ἐγένετο. Id eſt. *Quid ergo, & pro gentibus? dic mihi. Ita eſt, Chriſtus etiam pro Gentilibus mortuus eſt. Tu pro illis orare non ſuſtines. Et quo pacto, inquies, illi non crediderunt? quia noluerunt. Quod erat partium ipſius, impletum eſt.* Vetus interpres addidit, *cum in cruce penderet*, vt ad ver-

Chryſ. ho.

Chryſ. ho. 7. in 1. Tim.

ba ſequentia viam aperiret, μάρτυρειον δὲ πάθος φησί, ἤλθε γὰρ μαρτυρήσων φησὶ τῇ ἀληθείᾳ τοῦ πατρὸς καὶ ἐσφάγη. *Teſtimonium paſſionem vocat Apoſtolus: venit enim, inquit, vt teſtimonium Patris veritati perhiberet, & occiſus eſt*, &c.

Iſid.l.4.ep.205. S. Iſidorus Peluſiota epiſt. ad Olympium Preſbyterum Scholaſticum. ἆρ' οὖν εἰ κατ' ἐκεῖνο ἐγεγόνεις τὸ χρόνου προσῆλθες ἂν τῷ θεῷ λόγῳ καὶ κατητιάσω; οὐκ ἔσωσας τὸν Ἰουδαν, καίτοι λέγων οὐκ ἔσωσεν. ἀλλ' οἶμαι πάντας ἂν σε παραπλῆξίας καὶ τῆς ἐσχάτης καταψηφίσασθαι ἀπαιδευσίας. τοῦ μὲν γὰρ διδάσκοντός ἐστι τὸ μηδὲν παραλεῖψαι τῶν φερόντων εἰς πειθώ· τῶν δὲ ἀκροωμένων τὸ πεισθῆναι καὶ μή. τούτου τοίνυν οὐδὲν διαφέρει τὸ παρόν, εἰ τὴν αἰτίαν τῶν μὴ πεισθέντων ὁ μὴ πεπεικὼς οἴσομαι. Id eſt. Num tu igitur ſi eo tempore vixiſſes, acceſſiſſes ad Deum Verbum & culpam in eum conieciſſes? dicens, tu Iudam non ſaluaſti quanquam de facto dicendo non ſeruauit. Sed meâ quidem opinione omnes te pro demente habituri fuiſſent, & extremæ imperitiæ accuſaturi. Nam ad Doctoris quidem officium attinet nihil eorum quæ ad perſuadendum faciunt, omittere: Auditorum verò eſt perſuaderi vel non. Ab hoc igitur exemplo præſens nihil differt, ſi mihi rei ejus imputetur culpa, quod quæ volui, non perſuaſerim.] Ex his verbis liquidò patet Chriſtum voluiſſe & Iudam ipſum ſeruare.

Cyrill.l.4 in Io. B. Cyrillus Alexandrinus explanans illud Ioannis VI. *Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vitâ.* ἀποθνήσκω, φησίν, ὑπὲρ πάντων, ἵνα πάντας ζωοποιήσω, δι' ἐμαυτοῦ καὶ ἀντίλυτρον τῆς ἁπάντων σαρκὸς τὴν ἐμὴν ἐποιησάμην. οὐ γὰρ ἂν ἑτέρως τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου καταργηθῆναί ποτε, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν θάνατον, εἰ μὴ δέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς εἰς ὑπὲρ πάντων ἀντίλυτρον, ἦν γὰρ ὑπὲρ πάντας. Id eſt. Morior, inquit, pro omnibus, vt omnes viuificem per meipſum, & carnem meam pro omnium carne redemptionem dedi, &c Nec aliter enim vnquam deſtrui poterat is qui mortis habebat imperium, adeoque nec mors ipſa, niſi dediſſet
Heb.2. ſeipſum Chriſtus pro nobis, vnus redemptionem pro omnibus: erat enim ſuper omnes.] Id poſtea probat ex loco Pſalmi à Paulo adducto
Pſ.39. ad Hebr. x *Deus meus volui* & reperit, id dixit Chriſtus ὑπὲρ πάντων ὑφέξων δίκας· ἐσταυρώθη δὲ ὑπὲρ πάντων καὶ διὰ πάντας, ἵνα ἑνὸς ὑπὲρ πάντων ἀποτεθνηκότος οἱ πάντες ζήσωμεν ἐν αὐτῷ. Id eſt. Pœnas pro omnibus perpeſſurus: Crucifixus autem eſt pro omnibus & propter omnes, vt vno pro omnibus mortuo, omnes in ipſo viuamus.] His verbis clariſſimè comprobat intentionem Chriſti in Cruce & morte perferendâ fuiſſe vt omnia omnium peccata redimeret, & quantum in ſe erat, pro omnibus ſatisfaceret, eaque expiaret. Vnde & in eodem commentario exponens hæc verba. *Quum eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, & cuſtodiui eos & nemo ex iis periit, niſi filius perditionis*, do-
Cyrill.2.in Ioan. cet Chriſtum, quantum in ſe fuit, Iudam ſeruaſſe, per gratiam ipſi cum aliis Apoſtolis, communem, & addit, εἰ μὲν οὖν οὐ μετέσχε τῆς παρὰ δότη τῆς παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐπικουρίας ἐν ἴσῳ τοῖς ἄλλοις ἀπολαβὼν μαθηταῖς ἐπιδεικνύτω τις, ὁ Ἰούδα. εἰ δὲ τοῖς ἄλλοις ἐν ἴσῳ τὴν ἐκ τῆς θείας χάριτος ἔχων περιβολὴν ἐξ ἰδίων πλημμελῶν εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας κατώλισθε βάραθρον, πῶς

οὐ

οὐ τετήρηκεν ὁ Χριστὸς τῆς ἐκ τῆς οἰκείας ἡμερότητος ἐπιδοῦναι, καὶ ὅσον ἧκεν εἰς τὸ τῆς ἀσφαλείας ἐπιδοῦσαν διασώσαι τὸ ἄνθρωπον, εἰ μὴ τὸ παθεῖν ἠθέλησεν ἐξ ἰδίων θελημάτων αὐτός. Id eſt. Oſtendat ergo aliquis non licuiſſe proditori perinde ac aliis diſcipulis diuinâ frui gratiâ, & nos victos fatebimur. Sin autem perinde ac alij, diuinâ ſeptus gratiâ, nutu ſuo in perditionis barathrum decidit: quomodo non eum ſeruauit Chriſtus, qui ſuæ bonitatis ei opem impertiit, & quantum ſpectat ad rationem auxilij eum ſeruaſſet, niſi voluntate ſuâ ipſe malum ſibi vltro acceſſiſſet.] Siſtamus hîc gradum, aliàs in immenſum abire contingeret. Neminem Græcorum Patrum reperies qui Chriſtum, à ſuæ mortis communione fructuque repuliſſe dixerit, neminem qui non conſentientem cum diuinâ voluntate dixerit habuiſſe voluntatem quærendi & ſaluum faciendi quod perierat, redimendi quod in humano genere; diabolo fuerat manciparum. Quod etiam farentur eorum contemptores, qui iudicio ipſorum ſtare nolunt, *nulloſque imperfectius de Gratiâ quam Græcos Patres locutos eſſe* temerè ac iniurioſè iactant. Verum melior eſt racemus Ephraïm, vindemiis Abiezer. Iud 8.

V.

Age, videamus quid opponant Caluiniſtæ & in eorum caput amentata tela retorqueamus. *Auguſtinus totus meus eſt* inquit Caluinus. Nego tuum eſſe, imò tu nec illius es. At ille ſentit, inquit, Chriſtum pro ſolis electis mortuum eſſe. Quid ita? B. Auguſtinus lib. vi. contra Iulianum dixit, *Illi viuunt pro quibus, vt viuant, mortuus eſt qui viuebat. Quod apertiùs ita dicitur: Illi ſunt à mortis vinculo liberi, pro quibus mortuus eſt inter mortuos liber. Vel ſic multò apertiùs: illi ſunt liberati à peccato, pro quibus mortuus eſt qui nunquam fuerat in peccato.* Idem in Epiſtolâ ad Euodium. *Non perit vnus ex illis pro quibus mortuus eſt Chriſtus.* Obiectiones ex Latinis Patribus diluuntur. Lib. 2 inſtit.

Facilis & aperta reſponſio, hos & ſimiles etiam Proſperi ac Fulgentij locos de voluntate conſequenti & efficaci exponendo, ſecundum quam certiſſimum eſt pro iis tantum voluiſſe Chriſtum mori, quos voluntate quoque diuinâ conſequente & efficaci, ratione habitâ finalis per gratiam perſeuerantiæ, ſaluandos præuidebat: de illis autem qui actu ſaluantur vtroque loco allato loquitur, & disertè ad Euodium qui *in Chriſti carne gloriantes, nec ab eadem viâ recedentes, quia non perit vnus ex illis, qui mortuus eſt, ad eius perueniant hæreditatem.* Atqui de alterâ voluntate Chriſti antecedente quæſtio eſt, quæ & voluntati diuinæ antecedenti reſpondeat ſecundum quam, etiam B. Auguſtinus omnium & ſingulorum hominum maximè verò fidelium Chriſtum Redemptorem eſſe adeoque pro omnibus ſaluandis veniſſe, vixiſſe, mortemque paſſum eſſe non infitiatus eſt. Vtriam oſtendimus, & adhuc illa eiuſdem verba teſtantur. *Crucifixerunt Saluatorem ſuum, & fecerunt damnatorem ſuum.* Serm. 5. edit. Sirmondi. Idem etiam ſermone ad populum *Chriſtum ad quemuis hominem ita loquentem inducit, Vocas pecuniam ſanguinem tuum, & ideo exigis à ſeruo tuo empto fidem, quia pro eo dediſti non vtique ſanguinem, ſed nummum vel aurum. Ego quid dederim recolis? Tabulas tuas lege ſi non recolis: lege pro te mortem Salua-*

toris, lanceam percuſſoris, pretium Redemptoris, ſanguine meo tremi, morte meâ te emi.

Vbi diligenter conſiderandum eſt Redemptionem duobus modis ſpectari poſſe, primo quidem actiuè ex parte Chriſti redimentis: ſecundo paſſiuè ex parte redemptorum. Ex parte redimentis adhuc duobus modis, primo quidem ſecundum valorem ac dignitatem pretij, quam S. Proſper rectè *Potentiam pretij* appellat; & quidem hoc modo nemini dubium eſt pretium illud infinitum omnium damnatorum non ſolum exiſtentium, ſed etiam poſſibilium redemptioni plus æquo ſufficere: Altero vero modo quoad voluntatem redimentis in actuali pretij ſolutione quam adhuc duplicem conſtituimus antecedentem reſpectu omnium hominum B. Leo ſer. 1. *Chriſtus ſicut nullum à reatu liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit.* Conſequentem reſpectu ſolùm electorum, quæ reſpondet tum voluntati diuinæ gratiam efficacem intuitu illius exhibituræ, tum etiam voluntati humanæ adultorum, iſti gratiæ cooperaturæ & ideo ratione iſtius redemptionis paſſiuæ vltimũ redemptionis effectum complectentis Chriſtus ſolum eſt redemptor prædeſtinatorum: ratione verò pretij pro vniuerſo genere humano à ſe ſoluti, eſt redemptor omnium, *fit Redemptor*, ait S. Auguſt. ſer. 48. de verb. Do. Io. *qui barbaro dat pecuniam: redimit hominem.* Et hoc ſenſu *dedit ſe Redemptionem pro omnibus*, ad Tim. 2. & ſimul atque pretium iſtud omnibus, quantum in ſe eſt, ex illa generali voluntate profuturum ſoluit, *delens Chirographum quod aduerſus nos erat & affigens illud Cruci.* Omnes redempti, omnes liberati cenſentur, etſi reuera ſint qui nolint redemptionis beneficio & fructu gaudere. Imponit quiſquis nos illud à Pelagianis dicit mutuari. Loquatur Proſper Aquitanicus ad obiectiones Vincentianas. Recte dicuntur omnes Redempti, & tamen non omnes à captiuitate *eruti*: imo & B. Petrus *negantes eum qui emit eos.* 2. Pet. 2.

Col. 2.

Proſper. c. 1.

S. Hieronymus audet: *Mentitur Ioannes Baptiſta & digito Chriſtum & voce demonſtrans: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: ſi ſunt adhuc in ſæculo, quorum Chriſtus peccata non tulerit.* Atqui tam reprobi quam electi in ſæculo ſunt, paleæ tritico permixtæ, boni malique in eadem ſagenâ piſces: reproborum igitur peccata tulit Chriſtus; quorum peccata tulit, moriens tulit, ideoque morte ſuâ, eorum procul dubio Redemptor eſt, ſi redempti, vinculis exire velint, à quibus eos Redemptoris gratia excitat vt exeant. S. Leo. *Effuſio pro iniuſtis ſanguinis iuſti tam potens fuit ad priuilegium, tam diues ad pretium, vt ſi vniuerſitas captiuorum in Redemptorem ſuum crederet, nullum tyrannica vincula retinerent, quoniam ſicut Apoſtolus ait, vbi abundauit peccatum, ibi ſuperabundauit & gratia: Et cum ſub peccati præiudicio nati, poteſtatem acceperint ad iuſtitiam renaſcendi, validius factum eſt donum libertatis, quàm debitum ſeruitutis. Quam itaque ſibi in huius Sacramenti præſidio ſpem relinquunt, qui in Saluatoris noſtri corpore negant humanæ ſubſtantiæ veritatem? Dicant quo ſacrificio reconciliati quo ſanguine redempti?* Loquitur ibi de reprobis vt liquet &c. Poſtea. *Singulares in ſingulis mortes fuerunt, nec alterius quiſquam debitum ſuo fine perſoluit, cum inter filios*

S. Hieron. ep. ad Ocean. de digam.

S. Leo Epiſt. 85. ad Epiſcop. Paleſt.

hominum vnus ſolus Dominus noſter Ieſus Chriſtus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes ſunt etiam ſuſcitati, quæ ſanè verba non quidem de actuali omnium ſuſcitatione, ſed de propè ſiſſimâ ad ipſam, quantum in ſe fuit, procurandam Chriſti morientis voluntate & oblatione clariſſime pronuntiat. Vnde idem ſerm. 2 de Paſſ. *pro omnibus impijs mortuo Domino, potuiſſet etiam Iudas remedium conſequi.*

B. Primaſius, diſcipulus vt fertur S. Auguſtini: *Pro omnibus quidem ef-* Primaſ. in 1. ad
fuſus eſt ſanguis Chriſti, ſed credentibus prodeſt, incredulis verò erit in condem- Tim.
nationem. Concilium Arelatenſe Caniſio, Card. Baronio an 490. Binio & Sirmundo legitimum & probatum: pro cuius vindiciis ſcribit Proſper de Charris Abbas Arſitenſis, aduerſus Anonymos & Samboueum, qui alius a noſtro doctiſſimo eſt, pro ſuſcipiendâ Lucidi Preſbyteri retractatione, Ar. VI. *Anathema illi qui dixerit quod Chriſtus non pro omnibus mortuus ſit, nec omnes homines ſaluos eſſe velit.* Quod & in Epiſtolâ Lucidi reſipiſcentis ad aliam Epiſcoporum Synodum reperitur, *Chriſtum etiam Dominum & Saluatorem noſtrum, quantùm pertinet ad diuitias bonitatis ſuæ, pretium mortis pro omnibus obtuliſſe, & quia nullum perire velit, qui eſt Saluator omnium maximè fidelium diues in omnibus qui inuocant illum.*

Beda. *Tenebræ ſunt iniqui: ſed non tamen tales omnino ſuperna pietas deſpe-* Beda in Nat. Dom.
xit: verùm medelam ſalutis eius quâ ad videndum lucem peruenire poſſent, adhi-
buit. Rabanus Maurus. *Chriſtus pro omnibus dedit ſeipſum, neque enim pro* Raban lib 23. in
aliquibus mortem ſubire acquieuit, ſed omnibus volens in commune conferre bene- Epiſt Paul.
ficium, Paſſionem ſuſcipere dignatus eſt S. BRVNO. *Verè Deus vult omnes ſaluos* Bruno in 1. ad Tim. 2.
fieri, quod patet ex eo quia vnus eſt Deus, id eſt, Creator omnium, cumque Deus Hugo Victor. q. 15.
omnium Creator ſit, non eſt cauſſa quare benignitatem ſuam neget vni & det alteri in ſec. ad Corinth.
creaturæ, quam impius vtique ſibi negat. Chriſtus ſeipſum pretium dedit pro omnibus redimendis, ſed licet non omnibus pretium illud profuerit, quia in impietate perdurauerunt, Chriſtus tamen pretium dedit, quod ſufficiens eſſet saluti omnium ſi omnes boni eſſe vellent, & quia pro omnibus dedit, omnes æquè ſaluare voluit. in Pſ. qui hab.
S. BERNARDVS. *Poſſunt omnia dicere: Creator meus es tu: poſſunt omnes homines dicere,* REDEMPTOR *meus es tu.*

Rem denique totam confirmat omneſque paucis verbis difficulta-
tes præcidit Concilium Tridentinum. ETSI CHRISTVS PRO OMNIBVS Trid. ſeſſ. 6. cap. 23.
MORTVVS EST, *non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt: ſed ijs dumtaxat quibus meritum Paſſionis eius communicatur.* Vbi perſpicuè diſtinguit eos qui meritum Paſſionis & beneficium mortis Chriſti percipiunt ab aliis qui numero comprehenduntur omnium, pro quibus Chriſtus mortuus eſt, nec tamen gratiam cum ſanguine Chriſti profluentem excipere volunt [illegible]

Vt enim ad Græcos redeam, qui ſcopus noſter eſt, B. Maximus de Marim. centur. 1.
Charitate agens, ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν αὐτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ἐνδειξάμενος ὑπὲρ ὅλης τῆς ἀνθρωπότητος ἔπαθε, καὶ πᾶσιν ἐξ ἴσου τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως ἐχαρίσατο. εἰ καὶ ἕκαστος ἑαυτὸν εἴτε δόξης εἴτε κολάσεως καθίστησιν ἄξιον. Id eſt. Dominus noſter & Deus Ieſus Chriſtus, charitatem ſuam erga nos oſtendens, pro omni humanâ naturâ paſſus eſt, & omnibus ex æquo ſpem reſurrectionis præbuit: tametſi vnuſquiſque de Char.

ſemetipſum ſiue gloriâ ſiue pœna dignum reddit.] Quæ conferenda ſunt cum iis quæ ex B. Anſelmo citantur à R. P. Petauio, & ex aliis Latinis. *Nullum excipit qui velit redimi ad ſaluandum. In hoc enim patet quantum Deus homines diligat & eòs velit omnes ſaluos fieri, ſi peruerſitas eorum non obſtiterit: quia mediator Deus quem Deus inter ſe & homines poſuit, pro omnibus mortem ſuſtinuit, vt omnes à morte redimeret. Et ideo qui non ſaluantur, non eſt quod de Deo vel de mediatore poſſint conqueri, ſed de ſeipſis qui nec redemptionem, quam Mediator dedit, nec ſalutem quam Deus obtulit, voluerunt accipere.*

Anſel. in 1. Tim. c. 2. Petau. l. 10. Theol. dogm to. 1.

Obiectiunculæ vmbra quædam ſupereſt, à Dordracenâ Pſeudo-Synodo obliquè proiecta; Chriſtus pro iis tantum paſſus eſt & morte eos tantùm redemit pro quibus paſſurus orauit: ſed non rogauit pro aliis quàm pro electis; dixit enim. *Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt.* Igitur pro ſolis electis paſſus ac mortuus eſt Chriſtus.

Dordrech. Syn. ſub finem.

Ioan. 17. v. 9.

In promptu reſponſio Scholaſtica eſſe poteſt: ad Maiorem, pro quibus orauit ex inſtinctu voluntatis antecedentis vel conſequentis: Ad aſſumptionem verò: Chriſtus pro ſolis electis orauit, ex vi voluntatis conſequentis admitto, vt in illo Ioannis loco c. 17. v. 9 ex vi antecedétis, nego; quia in cruce *pro tranſgreſſoribus* in genere rogauit, dicendo, *Pater dimitte illis* Luc. 23. *Et aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.* At, inquiunt, pugnat Chriſtum oraſſe & non fuiſſe exauditum: Eadem recurrit ſolutio de geminâ oratione ex vnâ vel alterâ voluntate procedente: De priori enim quæ ex cóſequenti & efficaci voluntate oritur, dixit Chriſtus, *ſciebam quia ſemper me audis*. Ioan. 2. & Apoſtolus, *exauditus eſt pro ſuâ reuerentiâ* Heb. 5. De eâ vero oratione quæ ab inefficaci & antecedente voluntate eſt, dictú eſt Pſalmo 21. *Clamabo per diem & non exaudies.* Imo vero Chriſtus ita pro ſe orans non eſt auditus, cum dixit, *Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte*: Quis ergo pro aliis ex ſimili voluntate orantem, neceſſario ac ſemper exauditum contendat, qui nec ita pro ſe orans exorauit? Hanc reſponſionem probat S. Hieronymus aut vetus Auctor in Pſalmos: exauditum enim ait eſſe pro electis, pro reprobis non exauditũm. *Clamauit Chriſtus in cruce & orauit pro ſuis: exauditus & non exauditus. Exauditus pro prædeſtinatis: & non exauditus hoc pro illis qui non erant prædeſtinati.* Sed verè Hieronymus loquens de oratione alterâ. *Pater dimitte illis* explicanſque & applicans verba Eſaiæ 27. *Et ſuper hoc dimittetur iniquitas domus Iacob*, apponit conditionem, *propter Chriſti orationem auferetur peccatum eius ſi voluerit agere pœnitentiam.* Ita habet Theophylactus in commentario: ac proinde ab illâ oratione reprobi non ſunt excluſi, quoad auxilia ſcilicet ſufficientia per illam ipſis impetrata quibus ſi ad pœnitentiam & ſalutem bene vti recuſant, in ſolâ ipſorum culpâ poſitum eſt.

Eſ. 53. 1. Ioan. 2.

Tert. 4. in Marc. malè legit. ſiue, non.

Theodoret. in Pſ. 21

Vide Bellarm. de ſcript.

Hieron. in Eſ. S. Leo. ſer. 4. in Paſſ.

Theoph. in Luc. 23

Finem imponendi tempus cum B. Proſpero lib. de vocatione Gentium quem B. Proſperi eſſe agnoſcit & Ianſenius E. Yprenſis in ſuo Auguſtino, NVLLA IGITVR DVBITANDI RATIO EST *Ieſum Chriſtum Domi-*

Proſper. 2. de vocat.

num noſtrum pro impijs & peccatoribus mortuum, à quorum numero ſi aliquis liber inuentus eſt, non eſt pro omnibus mortuus Chriſtus: ſed pro omnibus mortuus eſt Chriſtus. Ne quis ergo Græcis Patribus indignetur aut eos iniuſte carpat ratos pro reprobis etiam Chriſtum mortuum fuiſſe: quam ob cauſſam Iuliano Parabatæ ſiue Apoſtatæ improperat S. Gregor. Theologus σὺ χεῖρα κατὰ τῆς ὑπὲρ σοῦ ἡλωθείσης τε καὶ διά σε; *Tu manum armabis aduerſus eam quæ pro te & propter te clauis transfixa eſt?* Et iam Iulianus in inferno ardebat: ſcripta enim eſt illa oratio poſt eius mortem. Sic etiam B. Chryſoſtomus orat. in S. Babylam eodem Iuliano, ſprerum ab eo Saluatorem ſuum pro ſe mortuum obijcit. Greg. Naz. or. 3. in Iul.

CAPVT DECIMVM.

Auxilium Gratiæ ſufficientis quomodo datur pueris ſine baptiſmo pereuntibus: quomodo etiam infidelibus opinione probabiliori, ex Græcis Patribus tractatur.

SVMMA CAPITIS.

I.

Pueros ſine baptiſmo pereuntes Gratiæ ſufficientis auxilio carere Theologi inſignes putant ex S. Auguſt.

II.

Theologorum altera ſententia communis & Sorbonica.

III.

Infideles negatiue qui nihil de Euangelio audire potuerunt, quomodo gratiæ ſufficientis auxilia percipiant.

IV.

Infideles poſitiue qui audierunt & repulerunt Euangelium.

I.

Detecto atque aperto fonte Gratiæ ſufficientis ex voluntate Dei quâ vult omnes ſaluos fieri, deinde ex Chriſti morte promanantis, iam illius aquæ veluti dioryx, alueus tramesque multiplex conſectandus eſt, vt quas in generis humani partes meat atque diffunditur, omnino non ignoremus. Quod quidem in huius fronte capitis pollicemur nos tantum ex opinione probabiliori tractaturos, quia neutra pars fidei auctoritate definita vulgò cenſetur. Celeberrimi quippe Theologi exiſtimant infantes illos præſertim qui non ſcelere aut delicto alieno, ſed perſæpe caſu vel naturæ ſolius vitio ante baptiſmum aut etiam baptiſmi facultatem, vt in aluo maternâ, extinguuntur, nullius auxilij Gratiæ ad ſalutem ſufficientis copiam habere, eoque iuſtiſſime deſtitui propter peccati per originem à primis parentibus traducti labem ac reatum. Prælucere Gregor. Ariminenſis in 1. ſent. d. 46. Vaſquez 1 p. diſp. 97. c. 20.

Aug. ep. 107.

videtur iis B. Auguſtinus epiſtolâ ad Vitalem. *Cum gratia multis paruulis non detur, & ſine illâ plerique moriantur: & aliquando cupientibus feſtinantibuſque parentibus, miniſtris quoque volentibus ac paratis, Deo nolente non detur, cum repente antequam dentur exſpiret, pro quo vt acciperet, currebatur &c. cum tam multi ſalui non fiant, non quia ipſi, ſed quia Deus non vult, quod ſine caligine manifeſtatur in paruulis*, &c. Similia habet B. Auguſtinus libro de dono perſeuerantiæ & libro VI. contra Iulianum exemplum ſtupore dignum proponit: *Et quod multò admirabilius aliquando adoptat in filium, quem format in vtero impuriſſimæ fœminæ, & aliquando non vult eſſe ſuum filium, quem format in vtero filiæ ſuæ. Ille quippe ad baptiſmum neſcio quâ prouiſione peruenit: iſte repentina morte non peruenit. Atque ita Deus in cuius poteſtate ſunt omnia, facit eſſe in Chriſti conſortio, quem formauit in diaboli domicilio & non vult eſſe in regno ſuo quem formauit in templo tuo.* Eumdem in modum diſſerit de *filijs infidelium quibus præſtatur hæc gratia, dum occulta Dei prouidentia in manus piorum quomodocumque perueniunt: aliquando fidelium filij non eam conſequuntur, aliquo impedimento exiſtente ne poſſit periclitantibus ſubueniri.*

S. Auguſt. de don. perſ. c. 14. & 6. in Iul. c. 14. de nat. & grat. c. 7. & 8.

S. Aug. de grat. & lib. arb. c. 22. & ep. 105.

II.

Doctrina Scholæ communis.

Obtinuit nihilominus in Scholis Theologicis oppoſita plane ſententia: nempe infantes licet in ſe immediatè & in propria vt aiût, diligentia, non habeant auxilium ad ſalutem ſufficiens intrinſecum, cuius minimè capaces ſunt; habere tamen extrinſecum in præparatione Dei qui generale baptiſmi remedium ad id inſtituit ac præcepit, cuius applicatio quin fiat. non ſtat per Deum, ſed per cauſarum naturalium ſeriem, diſpoſitionem, curſum, concurſum & actiuorum cum paſſiuis, vt aiunt, coniunctionem, vel cauſſarum per accidens colliſionem, quæ omnia cauſſæ primæ immutare non incumbit, *pericula omnia quæ morituroru regenerationem prohibere poſſunt, poteſtate ſubmouendo*, ait Proſper. 2. de vocat. c. 24. aut per cauſſæ cuiuſdam moralis negligentiam, imprudentiam, aut etiam malitiam; quam Deus vt cauſſa prima & vniuerſalis debet permittere non prohibere, vt multis oſtendit S. Baſilius libro quod Deus non ſit malorum auctor & S. Auguſtinus libris contra Manichæos, variis locis. Rationes huius ſententiæ legi poſſunt apud Doctores Scholaſticos pene vniuerſos: maximè apud magni nominis & inſignis notæ Andream Duuallium Profeſſorem Regium tractatu de Gratiâ quæſt. V. Yſambertum de Gratiâ ſufficiente Art. 3. Sciendum quoque eſt, auxilium illud quod ipſis pueris ſemper extrinſecum ac remotum eſt, eſſe perſæpe proximum & intrinſecum ipſis parentibus, vel iis quorum curæ & cuſtodiæ infantes vel amentes crediti ſunt, quorum imprudentiæ, negligentiæ vel malitiæ vincendæ Deus illuſtrationes ac motiones Gratiæ excitantis immittit, vbi bene ſignificat his verbis S. Proſper lib. 2. de vocatione Gentium. *Iſti ad illam pertinent gratiæ partem, quæ ſemper impenſa eſt vniuerſis nationibus, quâ vtique ſi bene vterentur ipſorum parentes, & ipſi per eos iuuarentur. Omnium namque exordia paruulorum, totaque illa necdum rationalis infantia ſub arbitrio iacent voluntatis alienæ, nec vllo modo eis niſi per alios cõſuli poteſt: & conſequens eſt illos ad*

Proſper. lib. 2. c. 13.

rorum pertinere conſortium, quorum vel recto vel prauo reguntur affectu. Verum præcipuus difficultatis nodus eſt in paruulis qui nullâ hominum culpâ ſoloque naturæ vel caſus diſcrimine moriuntur: quibus certe nullum aliud auxilium, præterquam in diuinâ voluntate antecedente, & in præparatione ſolâ reperire queas, non verò in poſſibili vllius remedij applicatione. Vnde B. Auguſtinus libro de naturâ & gratiâ. *Ego autem dico paruulum natum in eo loco vbi ei non potuit per Chriſti baptiſmum ſubueniri, morte præuentum ideirco talem fuiſſe, id eſt ſine lauacro regenerationis extitiſſe, quia eſſe aliud non potuit. Abſoluat ergo eum Pelagius aut Celeſtius & aperiat ei contra ſententiam Domini regnum cælorum, ſed non eum abſoluit Apoſtolus, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit in quo omnes peccauerunt.* Aug. de nat. & gr. c 8.& de grat. & lib.arb.c. Ioan.3. Ro.5.

Abſit vero abſit procul inhumana & impia Caluini ſententia, Deum creaſſe paruulos illos ad damnationem, *Deus enim non vult animam perire* 2. Reg. 14. ex quo Proſper ex ſenſu B. Auguſtini, *Deus neminem fecit vt periret.* Nec enim & expreſsè Deus gratiæ auxiliũ, & mortis Chriſti fructum denegauit, ſicut dæmonibus, præuiſa ipſorum ob peccatum proprium damnatione, qui nec dæmones ipſos ad interitum & damnationem creaſſe dici pio cuiquam poteſt, vt oſtendit B. Baſilius homilia quod Deus non ſit malorum auctor. Id neque ſentire neceſſe eſt in ſententia B. Auguſtini qui paruulos etiam illos pro quibus baptizandis ſollicitè & inſtantiſſimè curatum, non ſolum damnari pœna damni, ſed etiam pœnâ ſenſus, ſaltem mitiſſimâ credidit: quem ſequuntur Fulgentius lib. de fide ad Petrum cap. 3. & 27. S. Gregor lib. 9. moral cap 12. & alij apud Archiepiſcopum Thuamenſem peculiari ea de re tractatu. In quo fruſtra Gregorium Nazianzenum à contrariâ ſententiâ diſtrahere conatur. Aug. Enchir. c.3. & 1. de peccat. mer. c.16.3. in Iul 20. & ſer 14. de verb. Apoſt.

Habet Gregorius Theologus in oratione de Baptiſmo, οἱ μὲν οὐκ εἰσὶν ἐν δυνάμει τοῦ δέξασθαι τὸ βάπτισμα διὰ νηπιότητα. τοὺς μήτε δοξασθήσεσθαι, μήτε κολασθήσεσθαι παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ ἡγοῦμαι. ὡς ἀσφραγίστους μὲν, ἀπονήρους δὲ, ἀλλὰ παθόντας μᾶλλον τὴν ζημίαν ἢ δράσαντας, οὐ γὰρ ὅστις οὐ κολάσεως ἄξιος ἤδη καὶ τιμῆς ὥσπερ οὐδὲ ὅστις οὐ τιμῆς, ἤδη καὶ κολάσεως. Id eſt. Qui Baptiſmum ſuſcipiendi facultate carent, propter ætatem puerilem, exiſtimo eos neque gloriâ donandos, neque pœnâ multandos fore, vt qui baptiſmi quidem charatterem non habeant, ſed improbitate quoque non laborent, verum & ipſi damnum potius paſſi fuerint quam iniuriam fecerint. Neque enim quiſquis dignus ſupplicio non eſt, protinus honorem quoque meretur: quemadmodum nec quiſquis honore indignus eſt, ſtatim etiam pœnam prõmeretur.] Hactenus Gregorius Theologus, qui licet mentem ſuam de paruulorum à pœnis ſenſûs immunitate patefaciat, non tamen eam ſatis quibuſdam in diuerſa abreptis perſuadet. Nota de puerorum non baptizatorum damnatione.

Sic igitur locum illum Gregorij Theologi exponit Florentius Contius tractatu *de ſtatu paruulorum ſine baptiſmo decedentium.* Ad authoritatem illam Gregorij Nazianzeni dicendum nihil in ea reperiri poſſe quod theologis illis faueat, vt patebit cuicunque eam mediocri atten- Cap.15.

tione legenti, ibi enim quæſtionem ex alterius perſona ſibi diſſoluendam proponit, an baptiſmi appetitio pro baptiſmo ducenda ſit? quam vt diſtinctè terminet, enumerat tria genera hominum, qui baptiſmum non conſequuntur; quorum primi baptiſmum non ſuſcipiunt, quia eum aſpernantur ſecundi eum differunt, quamquam non contemnendo propter ſocordiam & ad explendas libidines; poſtremi qui in tertio genere poſiti ſunt, baptiſmum non aſſequuntur, quia eum accipere non poſſunt vel propter infantiam vel propter inopinatum & violentum caſum, quo efficitur, inquit, vt ne cupientibus quidem baptiſmum conſequi liceat. hanc inter ſupradictos differentiam docet iſte ſanctus, qui primi non ſolum aliorum ſcelerum pœnas pender, ſed baptiſmi contempti; ſecundi etiam pœnas luent quia baptiſmum omiſerunt, ſed leuioris quia non ob contemptum, ſed primi eo caruerint poſtremi in quibus ſunt infantes, qui à baptiſmo propter ignorantiam vt ait excidunt, & adulti, qui cupientes baptiſmum accipere, eum ſuſcipere non poſſunt, quia inopinato eſt erepta facultas eum ſuſcipiendi, nec celeſti gloria nec ſuppliciis à iuſto iudice afficientur, hoc eſt, illi qui cupiunt baptiſmum accipere propter hoc ſuum deſiderium, cum baptiſmum effectu non ſuſceperint ad cœlum ſiue ad gloriam non admittentur, quia quemadmodum, inquit, qui animo tantum & voluntate non autem reipſa cædem perpetrauit, non cædis damnandus eſt, ſic ille qui baptiſmum citra baptiſmi ſuſceptionem expetiuit, non vim baptiſmi obtinet, nec infantibus imputabitur ad ſupplicium carentia baptiſmi, quia non improbitate ſua illo caruerunt, ſicut primi & ſecundi. Hac ergo ratione affirmat illos poſtremi generis, qui cupientes baptiſmum, quem re ipſa non ſuſcipiunt cæleſti gloria non afficiendos & ex eorundem poſtremorum numero paruulos ignorantes baptiſmum, ſupplicio non afficiendos. Nihil igitur iſte ſanctus doctor hic tractat. Et hunc eſſe apertum ſenſum illius Doctoris conſtat ea ratione quam ibi ſubijcit, cur infantes & illi alij baptiſmum cupientes, non afficientur ſupplicio, quia hanc iacturam, inquit, paſſi potius fuerint, quam fecerint: vbi ſignificare non poteſt per iacturam quam non fecerunt, ſed patiuntur, peccatum originale quod ipſi ſecundum fidem in Adam commiſerunt atque adeo fecerunt, ſed ſignificat per illam iacturam, carentiã ſeu omiſſionem baptiſmi quam patiuntur & non fecerunt, ſicut primi & ſecundi illam improbitatem contemptûs & iuſtitiæ potius fecerunt quam paſſi ſunt] Hæc ſunt penè totidem verba Florentij Conrij ad explicationem illius auctoritatis.

Verùm hæc explicatio, Reuerendiſſimi Auctoris pace dixerim, loco B. Gregorij Theologi nullâ ratione quadrat, eique niſi vim affert, tenebras potius offundit aut certè fucum inanem facit. Lectori ſiquidem cordato ſatis innoteſcit Gregorium Theologum non ſolum agere de pœnâ contemptui vel omiſſioni Baptiſmi debitâ, ſed de integro ſtatu eorum qui ex hac vitâ ſine baptiſmate decedunt, ſiue illud contempſerint, ſiue ad explendas ſolum voluptates, eo nimirum dilato caruerint,

caruerint, ſiue tandem abſque contemptu vel negligentia quæ in infantes aut in eos qui ab illucentij ratione vſu perparũ vixerunt, cadere non poſſunt, morte ſunt abrepti. Hoſce autem Theologus aſſerit medio quodam fore ſtatu inter gloriam & pœnam, μήτε δοξασθήσεσθαι, μήτε κολασθήσεσθαι *neque glorificandos neque plectendos.* Quid per ſe clarius quid enucleatius eſſe poteſt, agi non tantum de peccati contemptûs punitione, ſed de toto ſtatu eorum qui tum à gloriâ excludendi tanquam ἀσφράγιστοι ſignaculo carentes, tum à pœnâ quâuis eximendi ſunt tanquam ἀπόνηροι malitiâ carentes? Atque vt id magis ac magis effulgeat: S. Gregorius ibi opponit ſtatum illum in quo futuri ſunt infantes, ſtatui illius primi hominum generis qui ad contemptum Baptiſmi alia quoque ſcelera & vitam παντελῶς κτηνώδη καὶ θηριώδη brutam omnino ac belluinam adiecerunt, ideoque inquit ἡγοῦμαι τοὺς μὲν καὶ δίκας ὑφέξειν ὥσπερ ἐκ τῆς ἄλλης πονηρίας, οὕτω καὶ τῆς τοῦ λουτροῦ καταφρονήσεως arbitror illos puniendos fore cum ob alia ſcelera, tum ob Baptiſma deſpectui habitum.] Quemadmodum igitur agit, vt perſpicuum eſt, de integro ſtatu illorum qui non ſolum ob baptiſmi contemptum, ſed etiam vniuerſim propter omnia peccata ſua æternâ damnatione plectuntur: ſic poſtea confert eorum ſtatui, aliorum quoque ſtatum qui ſine deſpectu voluntarie tamen baptiſma omiſerunt. Quos etiam puniendos docet & propter hoc peccatum omiſſionis ex deſidia & mollitie non ex contemptu, & propter voluptatum ἀπληστίαν? quid tandem ſupereſt, niſi vt de tertij ordinis hominum; puerorum præcipuè qui ex ignorantiâ ac impotentiâ, baptiſma caruerunt, toto in alterâ vitâ ſtatu agens, dicat quod reuera dixit eos μήτε δοξασθήσεσθαι μήτε κολασθήσεσθαι neque gloriâ neque ſupplicio afficiendos à iuſto iudice, ratione habitâ etiam peccati originalis, quod in illo ſtatu præcipuè continetur baptiſmo non deletum? propter quod tamen puniri non debent pœnâ ſenſus, quia nec cum vlla delectatione illicitâ, cui apud omnes Theologos pœna ſensûs reſpondet, nec cum propriâ voluntate, ſed neceſſario naturæ vitiatæ morbo traduce illud contraxerunt: ideo vt ait Gregorius Theologus, ἀπόνηροι καὶ παθόντες μᾶλλον τὴν ζημίαν ἢ δράσαντες, malitiâ carentes & damnum potius paſſi quam operati. damnum ſcilicet non regenerationis tantum, ſed & iuſtitiæ originalis. Summi quique Theologi de hoc loco ita ſenſerunt quamuis eum non tam accurate expenderint, vt videre eſt apud Card. Bellarminum lib. VI. de amiſſione Iuſtitiæ. *S. Gregorius Nazianzenus, inquit, vir ſine controuerſiâ doctiſſimus, & in fidei dogmatibus conſeruandis diligentiſſimus oratione in lauacrum, ante medium, tria genera hominum ſine baptiſmo decedentium eſſe dicit, quorum alij baptiſmum contempſerint: alij ex negligentiâ propriâ omiſerint: alij aliorum negligentiâ illo caruerint vt infantes. Quos fatetur plecti pœnâ damni, negat autem plecti aliâ pœnâ quæ dicitur ſensûs, quoniam illa propriæ improbitati debetur quâ illi carent* In eadem ſententia ſunt Magni illi Theologorum Principes, S. Thomas in ſec. ſent. diſt. 33. qu. 2. art. 1. & S. Bonauentura cuius argumenta ſumma

S.Tho.qu. diſt. de malo q 3. a. 1. Bonau. in 2. d 23.

fide & induſtria proponit Philippus Gamachæus in 1. 2. ad quæſt. 87. cap. 5.

Vt autem Scholaſticæ huic opinioni necnon germanæ loci eiuſdem Gregorij Theologi ſubſidium ex vetuſtiori ſcriptorum familiâ comparemus, non erit abs re Nicetæ Heracleenſis Epiſcopi commentarium ad eadem verba proferre, quæ ſic latinè à Billio reddita vulgo habemus. *Qui ob ætatis puerilis ignorantiam aut neceſſitatem ac vim aliquam maiorem baptiſmi expertes manſerunt, vt quidem ſignaculo carentes, cœleſti gloriâ non fruentur, vt autem minimè mali ſupplicijs non afficientur quoniam detrimentum potius paſſi ſunt quam fecerunt. Tres enim vt opinione aſſequor*, GRADVS *exiſtunt, vnus eorum qui ſupernis delicijs perfruuntur: alter eorum qui æternis ſupplicijs cruciantur: medius eorum qui nec cæleſtis regni voluptates ſentiunt, nec pœnis vllis torquentur, in quo pueruli qui baptiſmo perfuſi non ſunt.* Ad huius loci ſolem nemo lucernam habet opus accendere. Si quis Græca expoſcat, ecce ea ex antiquo Illuſtriſſimi Cancellarij Seguerij optimarum artium Patroni Codice repræſentamus. *οἱ δὲ ἐξ αἰτίας τῆς διὰ νηπιότητα ἢ ἐκ τυραννίδος ἀπομείναντες ἀβάπτιστοι ὡς μὲν ἀσφράγιστοι οὐ δοξασθήσονται, ὡς δὲ ἀπόνηροι οὐ κολασθήσονται, ζημίαν οὐδὲ ἐποίησαν, ἀλλ' ἔπαθον μᾶλλον τὴν ζημίαν· τρεῖς γὰρ οἶμαι τάξεις εἰσί· μία τῶν ἀπολαυόντων καὶ μία τῶν κολαζομένων, καὶ μέση τῶν μήτε ἀπολαυόντων μήτε κολαζομένων ἐν ᾗ καὶ οἱ ἀβάπτιστοι νήπιοι.*

Nicetæ locus comm. in Greg. Naz. ad orat. 40.

Nec eſt profectò quod huic ſententiæ de medio puerorum *ἀβαπτίστων* ſtatu tam auſterè S. Auguſtinus aduerſari dicatur. quia etſi quamdam mitiſſimam pœnam his infantibus infligi aliquando dicat, aliquando tamen idem agnoſcit mediam quamdam Dei ſententiam in eos prolatam libro 3. de libero arbitrio quam vocat. *Sententiam Iudicis mediam inter ſupplicium & præmium.* Denique dubium hac in re ſuum fatetur, imo & anxietatem. *Cum ventum eſt ad pœnas paruulorum magnis anguſtijs coarctor, nec inuenio prorſus quid reſpondeam.* Hæc obiter attigimus ne quis immunitatem illam à pœna ſenſus in pueris diceret eſſe ſententiam Pelagij & Celeſtij, qui non hoc, ſed aliud dicebant, nempe pueros illos eſſe tam felices quam erat Adam ante peccatum; vt habet S. Aug. l. 2. de peccato originali init. At hæc de peregrinâ quæſtione leuiter attigiſſe ſufficiat.

S. Aug. lib. 3. de lib. arbitr. c. 23.

S. Aug. ep. 28.

III.

Infideles negatiui quomodo auxilia ſufficientia percipiant.

Vt igitur è diuerticulo in viam; altera quæſtio eſt de infidelibus, vtrum Gratiæ ad ſalutem ſufficientis auxilia quædam à Deo conſequantur. Neceſſaria primum eſt Scholaſticorum diſtinctio, quâ duplex infidelium genus conſtituunt, vnum negatiuum, eorum videlicet qui nullam vnquam Euangelij prædicationem audierunt, vt enim ait Apoſtolus, *Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quo modo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante? fides ex auditu; auditus autem per Verbum Dei.* Alterum genus eorum eſt qui poſitiuè dicuntur infideles qui annuntiatum aut etiam explicatum ſibi Euangelium, vel audire noluerunt, vel auditum repudiarunt. Prioribus quidem præter lumen rationis quod ſalutis viam aperire, nec ſalutem

Ad Ro. 10. 14.

operari vel promereri poteſt, auxilia non quidem ſimul & ſemel omnia, ſed quædam ſaltem remota Gratiæ ſufficientis habere, quibus ſi bene vtantur proxima tandem habituri ſint, hoc modo tuetur S. Thomas. *Hoc pertinet ad diuinam Prouidentiam vt cuilibet prouideat de neceſſariis ad ſalutem, dummodo ex parte eius non impediatur: vnde ſi aliquis nutritus in Syluis inter lupos ductum rationis naturalis ſequeretur in appetitu boni & fugâ mali, certiſſimè tenendum eſt quod ei Deus vel per internam inſpirationem reuelaret ea quæ ſunt ad credendum neceſſaria vel aliquem fidei prædicatorem dirigeret, ſicut miſit Petrum ad Cornelium Act.* 10. Doctrina Scholæ Sorbonicæ hæc eſt apud Ph. Gamachæum *Pagani in ſummâ rerum diuinarum ignorantiâ & caligine verſantes, nec vllam Euangelij lucem habentes præter lumen naturæ, habent adhuc varias inſpirationes ſupernaturales quibus præueniuntur & excitantur, quibus ſi aſſenſum præbeant, futurum eſt vt Deus cætera ad ſalutem neceſſaria illis ſuppeditet, illoſque erudiat vel per ſe immediatè, vel per Angelos vel per homines, ſicut de Centurione, de Eunucho & alijs legimus.*

S. Thu. qu. 1. de verit. ar. 1.

Gamach. de grat. ad qu. 5. cap. 5.

De mente Patrum circa infidelium huiuſmodi paulatim orientem illuſtrationem, videnda ſunt ea quæ libro ſuperiori iam ex S. Auguſtino, Chryſoſtomo, Cyrillo attulimus, ne actum agamus: quibus & Chryſoſtomus iterum addi poteſt ἡ μὲν χάρις εἰς πάντας ἐκκέχυται, οὐκ Ἰουδαῖον οὐχ ἕλληνα, οὐ βάρβαρον οὐ σκύθην, οὐκ ἐλεύθερον, οὐ δοῦλον, οὐκ ἄνδρα, οὐ γυναῖκα, οὐ πρεσβύτην, οὐ νέον ἀποστρεφομένη, πάντας δὲ ὁμοίως προσιεμένη καὶ μετὰ τῆς ἴσης καλοῦσα τιμῆς. Id eſt. Gratia in omnes diffuſa eſt, non Iudæum, non Gentilem, non Barbarum, non Scytham, non liberum, non ſeruum, non virum, non mulierem, non ſenem, non iuuenem auerſatur, omnibus autem facilem ſe præbet, omnes pari honore vocat, &c. Hæc habet S. Chryſoſtomus in expoſitione verborum Euangelij, *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,* quæ quidem & S. Auguſtinus eodem explicat modo & S. Proſper lib. ſec. de vocatione Gentium, & S. Cyrillus lib. 1. in Ioannem vt poſtea docebimus.

Chryſ. hom 7. in Ioan.

Io. 1.

Lib. de Geneſ. ad litt.

IV

Infidelibus autem poſitiuis qui oblatum Euangelium repulerunt, illiuſque Doctrinam præſertim intellectam ablegarunt, non eſt dubitandum Gratiæ ſufficientis auxilia à Deo immiſſa eſſe, quibus pertinaciâ ſuâ & impiâ cæcitate reſtiterunt. Legendus S. Auguſtinus lib. XVIII. de Ciu. vbi prædicationem Euangelicam *non ſola oſtenta, prodigia, virtutes, ſed etiam Spiritus Sancti munera comitari ſcribit, quibus Dominus conteſtatur vt populi Gentium credentes in eum qui pro eorum redemptione crucifixus eſt, Chriſtiano amore venerentur ſanguinem martyrum quem diabolico furore fuderunt.* Id optime, cum alias fruſtra prædicatio, fruſtra etiam ſigna, miracula & aliæ huiuſmodi Gratiæ extrinſecus ſonantes, abſque Gratiâ intrinſecus mouente ſint, vt ſæpe ait idem Auguſtinus, *fruſtra Magiſter exteriùs docens niſi ſit Magiſter intus illuminans:* at poſita Gratiâ intrinſecâ ſufficiente, verè Deus ad oſtium ſtat & pulſat, & aperire vel non aperire tunc per Gratiam in hominum poteſtate eſt, ita vt poſtea ſis

De infidelibus poſitiuis Doctrina Sorbonica apud Duuallium de gr. qu. 5 ar. 5.

S. Aug. de ciu. li. 18. c. 50.

ἀναπολόγητοι inexcuſabiles, vt ait Apoſtolus ad Rom. 2.

Mar. 6. Luc 9. Seruator noſter Matthæi cap. 10. *Quicumque non receperit vos neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foras de domo vel ciuitate illâ excutite puluerem de pedibus veſtris, Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij quam ciuitati illi.* Act. Apoſtol. cap. XVII. Athenienſes poſt prædicationem Pauli, *Cum audiſſent reſurrectionem mortuorum quidam quidem irridebant, quidam vero dixerunt audiemus te de hoc iterum, quidam vero viri crediderunt.* Et poſtea qui Corinthi erant Iudæi cum in Synagoga

Act. 18. eorum Paulus prædicaſſet. *Contradicentibus eis & blaſphemantibus excutiens veſtimenta ſua dixit ad eos, ſanguis veſter ſuper caput veſtrum, mundus ego ſum ex hoc nunc ad Gentes vadam*: nam & eo Gentilibus prædicante multi Corinthiorum *credebant & baptizabantur. Dixit autem Dominus per viſionem in nocte Paulo: noli timere, ſed loquere & ne taceas*, &c. Ad quid, amabò, hoſce labores omnes Apoſtolis Deus imponeret, ſi gratiæ illæ omnes inutiles forent, vt reuera forent inutiles, ſi nullâ grariâ inreriori

Act. c. 26. humanas volunrates excirante, ipſarum ſcopus & effectus, nimirum conuerſio & fides remoueretur? Quid autem aptius ac expreſſius eo quod dixit Paulus, *Credis Rex Agrippa Prophetis. Scio quia credis. Agrippa autem ad Paulum: In modico ſuades me Chriſtianum fieri. Et Paulus, opto apud Deum & in modico & in magno non tantum te, ſed etiam omnes qui audiunt, hodie fieri tales qualis & ego ſum, exceptis vinculis his.* Quis quæſo in animum

S. Cyrill. Catech. 17 inducar, nullum omnino Gratiæ motum interioris Agrippam ſenſiſſe, dum hæc loqueretur? Adeo vt non dubiter S. Cyrillus Hieroſolymitanus ita de hac hiſtoria loqui ὅτι ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἀγρίππα τοσαύτην ἐκ πνεύματος ἁγίου κινητικὴν ἐν σοφίᾳ χάριν εἶχεν ὁ Παῦλος, ὡς αὐτὸν ἤδη τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων εἰπεῖν ἐν ὀλίγῳ με πείθεις χριστιανὸν γενέσθαι. Id eſt. Ex verſione Preuotij: Coram Agrippa Rege tantam ex Spiritu ſancto motricem gratiam habebat, vr ipſe iam rex Iudæorum diceret. Parum abeſt quin me feceris Chriſtianum, vel quin mihi perſuaſeris vt fierem Chriſtianus. Poſtea eamdem virtutem vocat τὴν ἐνεργητικὴν καὶ ἁγιοποιὸν τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμιν. Operatiuam & ſanctificantem Spiritus ſancti virtu-

Chryſ. lib. contra Gentiles. tem.] S. Chryſoſtomus encomio in S. Babylam loquens de præconibus fidei plurimos Gentilium ad Chriſtum conuertentibus ὅτι οὐκ ἐκείνων τὰ ῥήματα, οὔτε, τὰ θαύματα, ἀλλὰ τῆς εἰς αὐτοὺς ἐνεργούσης δυνάμεως τοῦ χριστοῦ. Non illorum verba neque miracula hoc efficiebanr, ſed Chriſti virtus in illos efficaciam ſuam infundens: addit ramen plurimos non credere, plurimos refragari, duplici de cauſſâ valde notandâ: primo quia multi audire & cognoſcere non curant ſeque gerunt ἀβασανίστως, ἀνεξετάστως rem ipſam conſiderare non dignantur: Secundo quia multi reipsâ διαπιστοῦσι, id eſt in Scholis, poſitiue gratiæ ad fidem excitanti repugnant, & ſicut poſtea de Iuliano Imperatore conqueritur, Chriſtum qui pro ipſis mortuus eſt, auerſantur & repellunr. Legendus idem hom. XVI. ad Pop. Antiochenum, vbi exponit verba illa Pauli Act. 26. *Opto apud Deum & in modico & in magno.* Plura cap. ſequenti quæ ad hoc etiam maximè pertineanr.

CAPVT VNDECIMVM.

Gratia ſufficiens an obduratis ac obcæcatis à Deo detur.

SVMMA CAPITIS.

I.

Gratiam ſufficientem obduratis & in malo obſirmatis denegari Theologi quidam celebres docuere.

II.

Scripturæ loca à Patribus explicata id ſuadent.

III.

Probabilius tamen Sorbonica doctrina indicat obduratis non ſemper gratiam denegari. Patrum vtriuſque linguæ teſtimonia ſuffragantur.

I.

FORMIDOLOSA plane ſapientis verba quàm primum ea de re cogitanti in mentem occurrunt. (*Conſidera opera Dei, quod nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit.* Eccl.c.7.v 14. Græca Paulo aliter habent ἴδε τὰ ποιήματα τοῦ θεοῦ ὅτι τίς δυνήσεται κοσμῆσαι ὃν ἂν ὁ θεὸς διαστρέψῃ αὐτόν. Vide opera Dei: quoniam quis poterit adornare quem Deus peruerterit? Hebraica verò *vide opus Dei, quia quis poterit dirigere quem ipſe curuauerit?* Symmachus apud S. Hieronymum, *diſce opera Dei quia nemo poterit corrigere, quod ille imminuit.* Quia verbum illud quod in Hebraicis eſt, hoc tantum libro occurrit, עוּת idcirco à variis variè redditur. At doctiſſimus Hieronymus verſionem noſtram probat, *deſpexerit*, in eo quod ex illo deſpectu Dei vt ex defectu luminis, caligo in animo denſiſſima oboriatur. Hæc & ſimillima Scripturæ loca, pleriſque Theologis in animum olim induxerunt, Deum nulla vel ſufficientis auxilia gratiæ concedere ijs qui in ſacris literis *deſpecti, indurati, excæcati, rebelles, derelicti* dicuntur. Ita ſentiunt Gregorius Ariminenſis in 1. d. 46. qu. 1. Ruardus Taperus Decanus Louanienſis ad art. 7. Louan. Alij ex recentioribus idem arbitrantur & S. Auguſtini doctrinæ conſentaneum prædicant, quod vnâ cum ſacræ Scripturæ locis iamjam exploraturi ſumus.

II.

Primus peccatorum, cuius cæcitas & obſirmata malitia in deſperato habita eſt, fratricida Caïn exſtitit; hic poſtquam maledictus fuit à Deo, *Dixit ad Dominum: maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Ecce eijcis me hodie à facie terræ & à facie tuâ abſcondar.* Gen.4.13. Ab eo tempore Caïn tantâ cæcitate & obduratione laborauit, vt nullam videatur percepiſſe gratiam, à Deo intantum derelictus & abiectus vt populi Iudaici à

Deo derelinquendi & *Gratiâ priuandi* figuram geſſerit vt multis diſſeritS. Auguſtinus libro XII. contra Fauſtum Manichæum. S. Gregorius
Cap 10. & ſeq. lib. XI. Moral. c. V. *(ain vocibus Dei ad moneri potuit, moueri non potuit, quia exigente culpa malitia iam intus Deus cor reliquerat, cui foris ad teſtimonium verba faciebat.*

Alterum eſt celebratiſſimum Pharaonis Ægypti Regis exemplum Exodi cap. IV. & VII. *Vide vt omnia oſtenta quæ poſui in manu tuâ, facias coram Pharaone: Ego indurabo cor eius.* Hebraice *aggrauabo* ſicut redditur & cap.
Aug. qu. 8. & 9. *ingrauit eſt cor ſuum.* S. Auguſtinus libro ſec. in Exodum. *Aſſiduè Deus dicit: indurabo cor Pharaonis & velut cauſſam infert cur hoc faciat, & implebo ſigna mea & portenta mea in Ægypto, tanquam neceſſaria fuerit obduratio cordis Pharaonis vt ſigna Dei multiplicarentur vel implerentur in Ægypto. Vititur ergo Deus bene cordibus malis, ad id quod vult oſtendere bonis, vel quid facturus eſt bonis. Et quamuis vniuſcuiuſque cordis in malitiâ qualitas, id quale cor habeat ad malum, ſuo fiat vitio, quod inoleuit ex arbitrio voluntatis: tamen qualitas mala vt huc vel illuc moueatur, cum ſiue huc ſiue illuc malè moueatur, cauſis ſit quibus animus propellitur: quæ cauſſæ vt exiſtant vel non exiſtant, non eſt in hominis poteſtate, ſed veniunt ex occulta prouidentia iuſtiſſima planè & ſapientiſſima, vniuerſum quod creauit diſponentis & adminiſtrantis Dei: vt ergo tale cor haberet Pharao, quod patientia Dei non moueretur ad pietatem, ſed potius ad impietatem, vitij proprij fuit: quod verò facta ſunt ea quibus cor ſuo vitio tam*
Vide & lib. 83. quæſt. qu. 1. *malignum reſiſteret iuſſionibus Dei: hoc eſt enim quod dicitur induratum quia non flexibiliter conſentiebat, ſed inflexibiliter reſiſtebat: hoc diſpenſationis fuit diuinæ, qua tali cordi euidenter iuſta pœna parabatur.* Sanè ex his verbis conſequi videtur Deum & indurando & indurato Pharaoni nullam plane gratiam quâ obdurationem illam vitaret aut exueret, dediſſe.

S. Aug. in Pſ. 80. Tert. Pſalmo LXXX. *D miſit eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.* Heb. dimiſi ſeu permiſi eos fortitudini ſiue duritiæ cordis eorum. Auguſtinus legit, *Dimiſi eos ſecundum affectiones cordis eorum.* Plus Græca vox ſonat ἐπιτηδεύματα.

Quarto Iſaiæ verba quæ afferuntur & Ioannis XII. *Propterea non poterant credere quia iterum dixit Eſaias: Excæcauit oculos eorum & indurauit*
Aug. tract. 53. in Io. *cor eorum.* S. Auguſtinus, *ſed dicit Propheta cauſſam aliam non voluntatis eorum: quam cauſſam dicit Propheta? Quia dedit illis Deus ſpiritum compunctionis oculos vt non videant & aures vt non audiant, & excæcauit oculos eorum & indurauit cor eorū: etiam hoc eorum voluntatem meruiſſe reſpondeo: ſic enim obcæcat, ſic indurat Deus deſerendo & non adiuuando, quod occulto iudicio facere poteſt, iniquo non poteſt.*

Quintò, Ieremiæ cap. VI. *Erudire Ieruſalem, ne forte recedat à te anima mea & ponam te deſertam* cap. XIII. *ſi mutare poteſt Æthiops pellem ſuam aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* & cap. LI. *Curauimus Babylonem & non eſt ſanata: relinquamus eam, quoniam peruenit vſque ad cælos iudicium eius.* Ad mentem vitiis deditam hæc correptionis verba pertinere docet S. Gregor. par. 3. de cura Paſtorali.

Sextò. Diuinus Apoſtolus ad Roman. cap. I. *Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum: Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitiâ: tradidit illos*

Deus in reprobum ſenſum. Traditio verò illa in ſenſum reprobum quam mitiſſimè vt accipiatur, nihil certè leuius ſignificare poteſt quam Dei deſerentis ab animâ receſſum, per Gratiæ ſubductionem, ita S. Chryſoſtomus atque ab eo Theophylactus ἐν τούτῳ παρέδωκεν ἀντὶ τοῦ εἴασεν, ἀπέλυσεν. ὥσπερ ἰατρὸς βοηθῶν τῷ κάμνοντι, εἶτα ὁρῶν ἀτακτοῦντα περὶ τὴν δίαιταν καὶ ἀπειθοῦντα αὐτῷ παραδίδωσιν αὐτὸν τῷ ἐπὶ πλέον νοσεῖν, ἀπολύει αὐτὸν καὶ ἐᾷ ὥστε τῷ οἰκείῳ θελήματι μὴ διακωλυθῆναι τῆς νόσου, Id eſt. Tertiò dicit tradidit pro eo quod eſt, permiſit, dimiſit, quemadmodum Medicus ſuccurrens ægrotanti, deinde videns ipſum prauè ſe gerentem circa diætam ſibique immorigerum, deſerit eum vt vehementiùs ægrotet & permittit vt ſuæ voluntati indulgens à morbo non conualeſcat.] Alia exempla ducis & lucis deſerentis vide apud eoſdem. S. autem Auguſtin. quomodo dictum Iuliani carpat, de ſolâ deſertione locum illum interpretantis, vide multa lib. v. contra Iulianum. Aug. l. 5. c. 3. Ro. 9. Exod. 5.

Septimò idem Apoſtolus eadem Epiſtolâ cap IX. *Dicit Scriptura Pharaoni quia in hoc ipſum excitaui te vt oſtendam in te virtutem meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuerſa terra. Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.* S. Auguſtinus *Cuius vult miſeretur & quem vult obdurat. Sed hæc voluntas Dei iniuſta eſſe non poteſt. Venit enim de occultiſſimis meritis, &c.* Aug. l. 83. qu q. 68.

Hæc & ſimilia Scripturæ ſacræ teſtimonia ſancti Patres ac Theologi varie explicant circa negotium obcæcatorum & obduratorum: omnes tamen ab impiâ & horrendâ ſententiâ Caluini multùm recedunt qui Deum animos peccatorum poſitiuè obcæcare & obfirmare contendit, *arcano motu, arcana inſpiratione.* Execrando ſcilicet illo capite quo Deum auctorem facit peccati. Aduerſus profligatiſſimam impietatem decernendi non eſt hic locus: ſufficiat omnibus eius ſtrophis præcidendis, vnicum illud & peruulgatum B. Auguſtini dogma. *Quærimus meritum obdurationis & inuenimus: merito namque peccati vniuerſa maſſa damnata eſt, nec* DEVS OBDVRAT IMPERTIENDO MALITIAM, SED NON IMPERTIENDO MISERICORDIAM. *Quibus enim non impertitur nec digni ſunt, nec merentur: at potiùs vt non impertiatur, hoc digni ſunt, hoc merentur. Quærimus autem meritum miſericordiæ nec inuenimus, quia nullum eſt, ne gratia euacuetur, ſi non gratis donetur, ſed meritis redditur.* Caluin inſtit. l. 1. c. 18. S. Aug. ep. 105. ad Sixtum.

Atque adeo vt ad præſens inſtitutum reuertamur, illi ancipitem S. Auguſtinum in hac ſententia definiendâ, fuiſſe credunt, qui aliis vtuntur locis ex libro de prædeſtinatione & gratiâ deſumptis, præcipue illo admodum decantato: *Pharao & Nabuchodonoſor quantum ad naturam ambo homines: quantum ad dignitatem ambo Reges; quantum ad cauſſam ambo captiuum populum* Dei *poſſidentes; quantum ad pœnam ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit eſſe diuerſos niſi quod vnus manum Dei ſentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, alter libero contra miſericordiſſimam Dei pugnauit arbitrio.* Verum vt Scholis non amplius illudat hic liber, non eſt ſancti Auguſtini, Poſſidio & Bedæ ignotus, & Caſſianum redolet. Duuall. tract. de grat. & al. De prædeſt. S. c. 13. & 14.

Quid ergo dicemus ad hæc? quædam alia ſunt Auguſtini teſtimonia, quibus aliquam obduratis Gratiæ vocantis particulam conceſſiſſe

Duuall. Gamach. Ytamb. tract. de grat.

videatur, quæ quidem aptiùs Græcorum Patrum ea de re ſententiis, quarum expectatione Lectorem diu nimis ſuſpenſum tenemus, committi ac inſeri poſſunt. Interim hoc conſtat, communem & tritam in Scholis Sorbonicis & aliis orthodoxis opinionem hanc inualuiſſe, Deum nempe ipſis obduratis auxilium Gratiæ ſufficiens aliquando largiri.

III.

Gratia ſufficiens an obcæcatis detur ex Græcis PP.

De Gratia vero ſufficiente peccatoribus occæcatis denegatâ an conceſſâ quid Græci Patres ex ſcripturæ præſertim explicatione cenſuerint, quidque cum iis quæ tuemur, ſit nobis cenſendum, paucis exponimus. In primis B. Baſilius Prophetæ verba expendens quæ ſic

Eſ. c. 5.

Græcis reſpondent *Væ qui trahunt peccatum veſtrum veluti funiculo longo & tanquam corrigiâ iugi vaccæ iniquitates. Qui dicitur feſtinato veniat quæ facturus eſt, vt nos videamus: & conſilium ſancti Iſraël, vt cognoſcamus*: duo diſtinguit obduratorum genera, vnum eorum qui verba illa proferunt im-

S. Baſil. in Eſ. c. 5.

pietatis plena, qui in atheiſmum & diuini iudicij atque ſæculi alterius incredulitatem inciderunt, δῆλον γὰρ ὅτι ἀπιστοῦντες περὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ καταφρονοῦντες τῆς ἀπειλουμένης, τοιαῦτα λέγουσιν. Id eſt. Euidens enim eſt eos talia dicere cum fidem futuri abijciunt & minas intentatas contemnunt, quod Achitophelem & Iudam feciſſe memorat: hi quando & quamdiu in hoc errore verſantur, ſunt inſanabiles. Alij vero ſunt qui adhuc Chriſti tribunal reformidant, & peccata ſua, licet ingentem ipſorum cumulum quotidie augeant, nondum tamen infidelitate cumularunt, ἀλλὰ μακροτέρας προθεσμίας ἐπιζητοῦσι πρὸς τὸ ἐν πλείονι χρόνῳ δυνηθῶσι τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ ῥύπου τῆς ἁμαρτίας ἀποσμῆξαι longiores inducias quærunt ad hoc vt animam ſuam à peccati macula eluere & abſtergere poſſint, & hi quidem valde periclitantur: trahunt enim iniquitates funiculo longo, non tamen omnem Gratiæ ſaltem ſufficientis iacturam videntur feciſſe. Verum caueant ſibi ne ad extremam obcæcationem perueniant κἀκείνη γὰρ ἐπιτήδευσις σχοινίον ἐστὶ ἁμαρτίας μεγάλης ἐπακτικόν huiuſmodi enim ſtudium in peccato demorandi, magni peccati funiculus attractiuus eſt: quod peccatum poſtea docet μέτρον τῆς ἀδικίας πληρῶσαι complere menſuram iniquitatis alludens ad illud Geneſ. xv. *Nondum completa ſunt iniquitates Amorrhæorum*: poſt quarum menſuram veluti completam aut infrequens aut remiſſa gratiæ ſufficientis excitatio contingit, non tamen omnino deſinit præſertim vbi præcepti neceſſitas occurrit, vt in progreſſu huius diſputationis patebit.

Naz. orat. 4. in Iul.

B. Gregorius Theologus de Apoſtatis deploratiſſimis loquens eos ita luget vt ſe Ieremiam imitari dicat qui muros ipſos ad lachrymas inuitat, non præſentes eorum pœnas, ſeu futurum cruciatum potius deflens quia creaturam præ creatore coluerunt, & manus impias Dei cultoribus intentarunt: tum addit: τοῦτο μὲν οὖν ἔστω τοῖς θεῷ φίλοις οὕτως ἐχέτω. τίς οἶδεν εἰ ὁ λύσας τοὺς πεπεδημένους θεὸς καὶ ἀνάγων ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου τὸν βαρύν τε καὶ κάτω νεύοντα, ὁ μὴ βουλόμενος τοῦ ἁμαρτωλοῦ τὸν θάνατον

θάνατον ἀλλὰ τὴν ἐπάνοδον, ὁ καὶ ἡμᾶς καθημένους ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου φωτίσας καὶ σοφίσας, καὶ τούτους ποτὲ ἀναλήψεται καὶ ποιμανεῖ τῇ ποιμαντικῇ ῥάβδῳ τὴν βαρεῖαν καὶ σιδηρᾶν καταθέμενος. Id eſt. Verum hæc quemadmodum Deo viſum erit, ita ſe habeanr. Ecquis nouit num Deus qui ſoluit compeditos grauemque & infra vrgentem à portis mortis in altum ſubleuat, qui peccatoris mortem non vult, ſed reditum, qui nos etiam ipſos in tenebris & vmbrâ mortis ſedentes, illuminauit ac ſapientiâ inſtruxit, hos quoque tandem recipiet, depoſitaque illa graui & ferreâ virgâ, paſtorali virgâ paſcet? Idem tamen agnoſcere videtur extremum aliquod peccatorum, cui nulla emendationis ſpes ſuperſit, nam vbi de Iuliano Imperatore Apoſtata dixit ἐμαίνετο καθ' ἡμῶν ἀεὶ τὸ Ibid. πλέον ὥσπερ κύμασιν ἐπεγείρων κύματα, ὁ καθ' ἑαυτοῦ πρότερον μανεὶς καὶ πατήσας τὰ ἅγια καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας, ἐπεὶ καὶ τὰς πάντων κακίας εἰς ἑαυτὸν συλλεξάμενος φαίνεται, Ἱεροβοὰμ τὴν ἀποστασίαν, Ἀχαὰβ τὴν μιαιφονίαν, Φαραὼ τὴν σκληρότητα, Ναβουχοδονόσορ τὴν ἱεροσυλίαν, πάντων ὁμοῦ τὴν ἀσέβειαν. Id eſt. Furebat ille in dies aduerſum nos vehementius, fluctus veluti ſupra fluctus excitans, qui in ſeipſum primùm inſanierat, & ſancta proculcarar, Spirituique Gratiæ contumeliam fecerat, &c quandoquidem eum in ſe vitia collegiſſe conſtat, defectionem nempe Ieroboam, crudelitatem Achab, duritiam Pharaonis, ſacrilegium Nabuchodonozoris, omnium denique in vnum collectorum impietatem.] Poſtea narrat excidium templi illius Iudaïci quod erigere conatus vbi eſſet Iulianus, omnia igne cæleſti opera disjecta conciderunt, Crux in cælo apparuit, alia oſtenta refulſerunt quorum aſpectu ac terrore plurimi infidelium Chriſtiani facti ſunt ὁ δὲ πᾶς κατὰ μικρὸν μανίαις οἰστρηλατούμενος καὶ δονούμενος ἐπ' αὐτὸ τὸ κεφάλαιον ἀπήντα τῆς ἑαυτοῦ συμφορᾶς. Iulianus autē furoris ſenſim ingraueſcentis oeſtro percirus & agitatus ad ipſum malorum ſuorum caput tandem deuenit.] Verùm hæc aliquis non tam de peccatorum quam de calamitatum faſtigio fortaſſis accipiat: aptius tamen de vtroque, vt ex ſequentibus eiuſdem quartæ Stylitenticæ verbis agnoſcere eſt.

B. Gregorius Nyſſenus conferens verba. Exodi *Indurauit Dominus* Ex.7.Ro.1. *cor Pharaonis* cum verbis Apoſtoli, *tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ* Caluini blaſphemiam planè quidem jugulat, Gratiæ tamen diuinæ nullam amplius obduratis facultatem relinquere videtur, οὔτε τῷ πάθει τῆς ἀτιμίας ὁ θεὸς ἔκδοτον δίδωσι τὸν πρὸς τοῦτο φερόμενον, οὔτε Φαραὼ θείᾳ βουλήσει σκληρύνεται, οὔτε ὁ βατραχώδης βίος ὑπὸ τῆς ἀρετῆς πλάσσεται. τίσιν οὖν παραδίδοται τῷ πάθει τῆς ἀτιμίας, σαφῶς ἔστι παρὰ τοῦ Ἀποστόλου μαθεῖν. ὁ μὴ δοκιμάσας τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, ὃν οὐκ ἀμυνόμενος ὁ θεὸς διὰ τὸ μὴ ἐπιγνωσθῆναι θεὸν εἶναι παρ' αὐτοῦ, παραδίδωσι τῷ πάθει. ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἐπιγνῶναι τὸν θεὸν, αἴτιον γὰρ τοῦ ἐμπαθῆ καὶ ἄτιμον βίον κατασυρῶναι. ὥσπερ γὰρ εἴ τινος εἰπόντος, ὅτι μὴ ὀφθεὶς ὁ ἥλιος τὸν δεῖνα τῷ βόθρῳ ἐνέρριψεν. οὐ τοῦτο λογιζόμεθα ὅτι ὀργῇ χρώμενος ὁ φωστὴρ τὸν μὴ βουληθέντα πρὸς αὐτὸν ἰδεῖν ἐπὶ τὸν βόθρον ἀπώσατο ἀλλ' οὕτως ἂν τὸ ῥηθὲν νοηθείη κατὰ τὸ εὔλογον, ὅτι τὸ μὴ μετέχειν τοῦ φωτὸς, αἴτιον τῷ μὴ βλέποντι τῆς εἰς τὸν βόθρον ἐστὶ καταπτώσεως. οὕτως διαγὲς ἂν εἴη καὶ τὸ τοῦ Ἀποστόλου νοεῖν τὸ τοὺς μὴ ἐπιγνόντας τὸν θεὸν τοῖς τῆς

ἀτιμίας ἐκδίδοσθαι πάθεσι. καὶ ὁ ἐσκληρῦσθαι παρὰ τοῦ θεοῦ ὁ Αἰγύπτιον τύραννον, οὐχ ὡς τὴν ἀντιτυπίαν ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ Φαραὼ τῆς θείας βουλήσεως ἐντεθείσης. ἀλλ' ὡς τῆς προαιρέσεως διὰ τῆς πρὸς τὴν κακίαν προσκλίσεως τὸν ἐκμαλάσσοντα τὴν ἀντιτυπίαν λόγον οὐ δεχομένης. Id eſt. Nec tamen turpitudini quemquam Deus tradit, nec Pharao inuitus ab ſipſo Deo in duritiem impellitur, nec vita ranarum à virtute confirmatur. Paulo poſt. Quomodo igitur paſſionibus ignominiæ quiſquam à Deo tradatur, ipſe Apoſtolus apertè nos docet dicens (qui non probauit Deum habere in notitiâ) is quum à Deo præſidium non habeat, eo quod Deum eſſe non agnoſcat, tradere eum paſſioni eiuſmodi dicitur Deus. Quod igitur Deum non agnoſcat id in cauſſa eſt quod paſſionibus deditæ & ignominioſæ vitæ ſit obnoxius. Quemadmodum enim ſi quis de homine qui in foueam decidit, dicat, Sol non viſus hominem in foueam conjecit, nullo nobis modo in mentem venit hunc ab irato Sole in foueam depulſum, ſed ſtatim intelligeremus, ideo in foueam lapſum, quoniam cæcitate ſuâ ſolis lucem aſpicere non potuit, ſic oportet il-

Vnde ex 8. v. 15. Pharao ingrauauit cor ſuum.

lud Apoſtoli dictum intelligere, eos nimirum qui Deum non cognouerant, ignominiæ paſſionibus traditos eſſe, & induratum à Deo fuiſſe tyrannum Ægyptium, non quia diuina voluntas duritiem in animum eius induxerit, ſed quia propriâ voluntate in malum inclinatâ, verbum quo eius durities emolliri poterat, minimè ſuſceperit.] Plura

Theophyl. in cap. 1 ad Rom.

eodem libro de vitâ Moſis ex quo prolixum hunc locum excerpere volui, quoniam à Theophylacto maximè laudatur Gregorij Nyſſeni nomen tacente in Commentario epiſt. ad Romanos χρήσιμον ὑποδείγματι ἐχρήσαντό τινες τῶν ἁγίων δι' οὗ ἐξομαλίζεται τὸ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς καὶ τὰ ἑξῆς. Quidam è ſanctis Patribus eleganti exemplo vſi ſunt, quo explanatur: tradidit illos Deus, &c. In illo vero Nyſſeni contextu videtur auxilium Dei denegari obcęcatis, niſi quis de efficaci id exponat, eo quod ſub finem, *Verbum emolliens duritiem* dicitur ab eorum προαιρέσει electione reijci, quod quidem ſignificare poteſt Gratiæ ſufficientis interiùs voluntati oblatæ motibus ab eadem, obnitente obicem poni.

S. Chryſ. ho. 25. in Gen.

B. Chryſoſtomus Gregorio vtrique videtur aſtipulari, homil. in cap. VII. Geneſ. vbi agit de centenario annorum, hominibus ante diluuium ad pœnitentiam conceſſo, vbi multa κατὰ τῶν τὰ ἁμαρτήματα ἐπιτεινόντων καὶ ἀνίατα ἁμαρτανόντων de iis qui peccata augent & tandem inſanabiles in peccando fiunt, quibus per extremam punitionem, quod

Chryſ. de pœnit. 5. 2.

per gratiam non eſt factum, imponendo peccatis finem, Deum impensè fauere oſtendit. Sed acerbiora multò habet hom. de pœnitentiâ. νῦν δέδοικα μειζόνως μὴ χαλεπώτερα τῶν προτέρων ἐπισπασώμεθα κακὰ, καὶ τότε δεξώμεθα πληγὴν ἀνίατον ἐκ τοῦ θεοῦ. ὅτε γὰρ τῆς συνεχῶς ἁμαρτανόμενος συγγνώμης τυγχάνῃ παρὰ τοῦ θεοῦ, εἶτα μηδὲ ἀπὸ τῆς ἀνεξικακίας ταύτης κερδάνῃ, ὁ ἄνθρωπος εἰς τὴν τῆς κακίας ἀπαλλαγὴν λοιπὸν τοῦτον παρασκευάζει καὶ μὴ βουλόμενον αὐτὸν τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν ἐπαγαγεῖν καὶ ἐκτεῖψαι αὐτὸν τέλεον, καὶ μηκέτι δοῦναι μετανοίας τινὰ προθεσμίαν, ὃ καὶ ἐπὶ τὸν Φαραὼ συνέβη καὶ τὰ ἑξ. Id eſt. Magis vereor ne prioribus peiora attrahamus mala, tuncque plagam à Deo accipiamus inſanabilem. Nam cum quis

aſſiduè peccans Dei conſequitur indulgentiam, & poſtea nihil ab hac æquabilitate lucrifacit homo, ad malitiæ derelictionem efficit vt Deus etiam inuitus illum ad malorum culmen deducat, funditusque conterat, nec amplius locum pœnitentiæ relinquat, quod & Pharaoni contigit, &c.] At in illa oratione pereleganti de S Babyla Epiſcopo & Martyre gratiam vtrique licet ἀναισθήτῳ inſenſibili non denegat; ſic enim percontanti reſpondet, εἰ δὲ λέγοι τις, τί οὖν οὐ προῄδει τὸν τύραννον ἀδιόρθωτον ἐσόμενον ὁ θεός; ἐροῦμεν ὅτι προῄδει μὲν, ἀλλ' οὐδέ ποτε παύεται διὰ τὴν πρόγνωσιν τῆς ἡμετέρας κακίας τὰ αὐτοῦ ποιῶν. ἀλλὰ κἂν ἡμεῖς μὴ δεχώμεθα τὴν νουθεσίαν, αὐτὸς τὴν φιλανθρωπίαν ἐπιδείκνυται τὴν ἑαυτοῦ. εἰ δὲ εἰς μείζονα ἑαυτοὺς ὠθοῦμεν κακά, οὐκέτι τοῦτο παρ' αὐτὸν οὐ διὰ τοῦτο μακροθυμοῦντα, ἵνα ἀπολώμεθα, ἀλλ' ἵνα σωθῶμεν, ἀλλὰ παρ' ἡμᾶς τοὺς ἐξυβρίζοντας εἰς τὴν ἄφατον ἀνεξικακίαν αὐτοῦ. Id eſt. Quod ſi quis dixerit, quid? nonne præuiderat Deus fore, vt hic tyrannus nunquam emendaretur? huic ita reſpondebimus: præuiderat quidem, ſed tamen ob id quod malitiam noſtram proſpiciat, quod ſuum eſt non intermitit: quin potius, etiamſi non admittimus admonitionem, clementiam in nos ſuam præſtat: qui ſi poſtea in grauiora etiam peccata impingimus, id certè non iam eo auctore euenit, qui non propterea lenis longanimiſque eſt, vt pereamus, ſed potius vt ſeruemur, verum nobis auctoribus fit, qui in illius immenſam tolerantiam contumelioſi ſumus] Quod idem eſt cum Paulo contumaces Gratiæ Dei ad Heb Denique idem agens de obcæcatis etiam iis qui prouidentiam negant, orandum eſſe valde Chryſ ho.3. in Geneſ.
monet & ad id obnixè hortatur, ἵνα ὀψὲ γοῦν ποτε πρὸς τὴν ἀληθῆ ὑγίειαν ἐπανέλθωσιν *vt ſaltem tandem aliquando ad veram ſanitatem redeant*: quod ex iiſdem fontibus haurit è quibus nos Gratiam ſufficientem 1. Tim. 2. qui vult omnes homines ſaluos fieri Ezech. 18. & 33. ex quibus inquit certum, ὁ θεὸς ἡμᾶς ἐδημιούργησεν οὐχ ἵνα ἀπολώμεθα, οὐδ' ἵνα εἰς κόλασιν ἡμᾶς παραπέμψῃ, ἀλλ' ἵνα σώσῃ. Quod Deus nos creauit non vt pereamus; neque vt nos in pœnam adigat, ſed vt ſaluos faciat. Quæ quidem & alia ſicut frequenter occurrunt, B. Chryſoſtomi dicta cum S. Auguſtini dictis non parum conſonant, vbi pro obcæcatis ac induratis ideo magis ac magis orandum docet multis quidem locis, ſed in omnium recenſione, vbi retractat ea quæ ſcripſerat *de peccato ad mortem* 1. Ioan. 5.
cum quis pugnat aduerſus gratiam qua reconciliatus eſt Deo. De quocumque quamuis peſſimo in hac vitæ conſtituto non eſt vtique deſperandum, nec pro illo imprudenter oratur, de quo non deſperatur. Lib. 1. retract. c. 19.
S. Proſper in lib. ad Articulos S. Auguſtino falsò impoſitos. *Hæc eſt mutatio excelſi qui innumeris lapſis dat pœnitentiam vt reſipiſcant à laqueis diaboli: à quo detinebantur ad ipſius voluntatem. Nemini autem Deus correctionis adimit viam, nec quemquam boni poſſibilitate diſpoliat*: Sed verba ſequentia in *ambiguum recidunt, quia qui ſe auertit à Deo, ipſe & velle quod b. num eſt, poſſe ſibi abſtulit.* Ps. 76. Proſp art. 15
Vt ad Græcos & præcipue ad B. Chryſoſtomum redeamus, ipſe de Iudæis in peccato inueteraſcentibus loquens, εἰ καὶ ἡμάρτανον, ἀλλ' ὅμως ἦσαν καὶ οἱ κατορθοῦντες ἐν αὐτοῖς, καὶ πρὸ πάντων ἡ τοῦ θεοῦ πρόνοια, καὶ ἡ πολύμετος χάρις ἐπιδημοῦσα. Quamuis peccaſſent, erant tamen qui eos corrigerent, aderat ipſis diuina proui-

Chryſ. ho. 1. de Laz. dentia, & ſpiritûs gratia de iis curam gerens.] Idem hom. de Lazaro χρὴ μηδέ ποτε ἀφίστασθαι τῶν πεπτωκότων à lapſorum curâ nunquam deſiſtendum eſt.

B. Iſidorus Peluſiota in priorem ſententiam propendere videtur
Iſid. l. 4 ep. 101. Epiſtola quadam de explicatione dicti illius Apoſtolici ex Propheta,
Rom. 2. *dedit illis Deus ſpiritum* compunctionis, τὸ ἔδωκε καὶ τὸ παρέδωκε κατὰ τοὺς τῆς ἱερᾶς γραφῆς νόμους καὶ τὰ ἰδιώματα, ἀφῆκεν ἐστὶ καὶ συνεχώρησεν. παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, κακίᾳ. οὐκ εἶπε παρέδωκε πληρωθησομένους, ἀλλ' ἤδη πεπληρωμένους ἀφῆκεν, ὥσπερ ἄν τις ποιμὴν ἀγαθὸς πρόβατα λοιμικῇ νόσῳ ἑαλωκότα ἔξω τῆς ἀγέλης ἀπελάσειε, καὶ τρόπον τινὰ τοῖς λύκοις παραδοίη, οὐ τῷ εἰς τὰ τῶν λύκων ἐμβαλεῖν στόματα, ἀλλὰ τῷ γυμνὰ δοῦναι τῆς οἰκείας ἐπιμελείας καὶ προστασίας. τὸ δὲ πνεῦμα κατανύξεως, κατὰ πλήξεως καὶ κατατρώσεως. Id eſt. Illud, dedit, & tradidit, ſe-
Ro. 1. cundum regulas ſacræ Scripturæ, idem eſt ac dimiſit, permiſit, vt in hoc loco, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, repletos omni iniuſtitiâ, malitia &c. non dixit tradidit replendos, ſed iam repletos dimiſit veluti cum bonus Paſtor oues aliquas contagioſo morbo correptas extra gregem abigit & quodammodo lupis tradit, non quod ipſas in ore luporum conijciat, ſed quod ipſas denudet ac priuet ſuâ curâ & præſidio. Spiritus autem compunctionis idem eſt ac percuſſionis, vulnerationis &c. Idem tamen alibi agnoſcit poſſibile eſſe homini peccatis licet aſſuefacto per gratiam Dei ἁμαρτίαν ἁμαρτίᾳ μὴ προσθεῖναι καὶ τὸ ῥεῦμα τῆς κακίας ἐπέχειν δυνηθῇ, τότε λήψεται ἡ πρὸς τὴν ἀρετὴν κίνησις peccatum peccato non cumulare & profluuium malitiæ cohibere, tunc motus vtique ad virtutem initium reſumet. Vnde & ad Maronem & altera ad Lamperium Epiſcopum ita ſcribit ὁ μὲν ἰατρικὸς Ἱπποκρά-
Id. l. 1. ep. 16. & 79. της παραινεῖ τοῖς κατεγνωσμένοις μὴ ἐγχειρεῖν. εἰ δὲ ἐπὶ τῶν σωμάτων ποτ' ἔδοξέ τισιν ἀληθὲς καίτοι πολλάκις ἐλεγχθὲν ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τῶν ψυχῶν πλέον ἐλέγχεται. οἴδαμεν γάρ τινας ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς κακίας, εἰς αὐτὴν ἀναβεβηκότας τὴν ἀρετῆς τὴν κορυφήν. τὰ μὲν γὰρ σώματα τῇ τῆς φύσεως ἀνάγκῃ δέδεται, αἱ δὲ ψυχαὶ τῇ τῆς προαιρέσεως ἐξουσίᾳ τετίμηνται. Id eſt. Medicus Hippocrates conſuluit ne deſperatis manus admoueretur. Quamuis autem in corporibus id quibuſdam verum eſſe videatur, etſi alioqui falſum perſæpe inuentum eſt: in animis tamen id magis falſum eſſe conuincitur. Nonnullos enim nouimus qui ex profundo vitij gurgite ad ipſam virtutis arcem aſcenderunt. Corpora quippe naturæ neceſſitate, tanquam vinculo conſtringuntur: animæ autem liberi arbitrij poteſtate ornatæ ſunt, &c.] Caue tamen exiſtimes Iſidorum velle id ſolo arbitrij liberi ductu fieri, qui antea diuinæ Gratiæ neceſſitatem toties prædicauit: atque de re eadem loquens nimirum de obduratorum eorumdem Zoſimi, Euſtathij & Maronis conuerſione precibus ſperandâ, ait ὡμολογημένην μὲν ἀπώλειαν, ἀλλ' ἄγε δίκαιοι ἂν εἴητε εὐχαῖς πρὸς τὸν θεὸν χρήσασθαι· τάχα πως αὐτοὺς ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς κακίας ἀνιμήσητε. θεῖον γάρ ἐστιν ὡς
Lib. 5. ep. 20 item 103. & 449 ad Hermogenem, Lampetium & Leontium Epiſcopos. ἔοικε τὸ ἔργον. Id eſt. Apertam quidem perditionem eſſe, nihilominus æquum fuerit vos preces ad Deum pro ipſis fundere: fortè eos è malitiæ barathro ſic extrahetis. DEI ENIM ID OPVS ESSE CONSTAT.

I. S. CYRILLVS Alexandrinus. De cumulo & menſurâ peccatorum primò ita loquitur: latina verba Græcis verbis ſolum vbi neceſſe erit, inſperſa deſcribam. [Menſuram, inquit, quamdam quæ ab Ieruſalem exibat, vidit Propheta, rogantique quid illud eſſet, reſpondit Angelus; hæc eſt iniquitas ipſorum in vniuerſâ terrâ, quod perinde eſt ac ſi dixiſſet: Hac menſurâ omnia appenduntur peccata, quæcumque per vniuerſam terram ſingulis quibuſque temporibus perpetrantur μέχρι γὰρ δὴ ποσότητος φανερᾶς ἰούσης ἡμῖν τῆς ἁμαρτίας ἐκταθῇ δὴ τότε τῆς δίκης ἀλυπότατος ὁ νομοθέτης. Vbi enim peccata noſtra vſque ad manifeſtam peruenerint magnitudinem, tum verò offenſus pœnas à nobis repetit ipſe legum conditor: frequenter autem ἐξ ἐμφύτου φιλανθρωπίας, καὶ πλημμελοῦντας ἀνέχεσθαι, πρὸς τῆς συμπληρώσεως οὐκ εἰσάγων ὀργὴν ἅπασαν insitâ quadam benignitate tolerat peccantes neque antequam completa ſit menſura, vniuerſam iram effundit. Itáque dixit Abrahæ, nondum completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum: Phariſæis autem qui effrænatè illum offenderant, dixit Chriſtus, & vos implete menſuram patrum veſtrorum: procedente itaque menſurâ talentum plumbi attollitur, iniiciturque in medium mulier menſuram implens; quæ etiam ore plumbi lapidem excepit: deinde dixit diuinus ille Angelus, hæc eſt iniquitas, &c.] Idem vocat τὴν ἀπορίαν τῆς ἄνωθεν ἐπικουρίας diuini auxilij inopiam quam patiuntur impœnitentes. Quum vero explicando huic Chriſti apud Ioannem dicto incumbit, *ſed dixi vobis quia & vidiſtis me & non creditis* προείρηκα, φησί, καὶ προείρηκα σαφῶς ὅτι δὴ πάντως διαμενεῖτε καὶ σκληροὶ καὶ τῆς ἡμῖν φιλαιτάτης ἀπειθείας ἀπελξ ἡμμένοι, τῶν ἐμῶν ἀμέτοχοι χαρισμάτων καταλειφθήσεσθε. καὶ πότε τοιοῦτόν τι εἴρηκεν ὁ Χριστός; ἀναμιμνήσκου λέγοντος πρὸς τὸ μανθάνειν προφήτην Ἡσαΐαν· πορεύθητι καὶ εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ· ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε· ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου. Id eſt. Præuidi, inquit, & prædixi clare vos in duritie permanſuros & veſtræ inobedientiæ mordicus adhærentes diuinæ gratiæ expertes relictum iri. Vbinam vero tale quippiam dixit Chriſtus? recordare apud Eſaiam dicere; Vade & dic populo huic: Auditu audietis & non intelligetis & videntes videbitis, & non videbitis incraſſatum enim eſt cor populi huius.] Paulo anteà dixerat eoſdem obduratos in ea pernitie eſſe vt Gratiam ipſam exhorreſcant ὡς καὶ ἀποδειλιᾶν τὴν χάριν. Et nihilominus tamen non integram ac peremptoriam hanc eſſe derelictionem B. Cyrillus alibi videtur ſentire, dum exponit illud Eſaiæ ſecundum Græc. *Sic ait Dominus Deus qui fecit te & formauit de ventre. Adhuc habebis auxilium.* λέγων δὲ τοῖς ἡμαρτηκόσι τό, ἔτι βοηθήσῃ, δίδωσι θαρρεῖν, ὅτι καίτοι πολλαῖς καὶ ἀφύκτοις αἰτίαις ἐνειλημμένοις ἡμερότητός τε καὶ φιλανθρωπίας τετήρηται λείψανον, καὶ ἀπείρξει οὐδὲν τὸ σώζεσθαι καὶ αὐτούς, εἴπερ ἕλοιντο μεταφοιτᾶν ἐπὶ τὰ ἀμείνω καὶ προσοδιστερα, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ συμβαίνοντα νόμοις. Id eſt. Cum ait peccatoribus. Adhuc habebis auxilium: in ſpem & fiduciam erigit, licet multis & ineuitabilibus culpis ſint impliciti, reſeruari tamen benignitatis & elementiæ reliquias, nec quicquam obſtare quominus & illi quo-

S Cyrill. lib. 3. de adorat.

Zachar 5.

Gen. 15.

Matth. 23.

Zachar. 5.

Lib. 1 de ador.

Cyrill. l. 3. in Io.

que ſeruentur, ſiquidem velint ad meliora redire ac decentiora, eiuſque legibus conſentanea.] At hæc in immenſum abeunt, plura cupientibus legatur Anaſtaſius Sinaïta, quæſt. xxix. Claudat S. DAMASCENVS lib. ſec. de fide, illis verbis ἐγκαταλείψεως εἰσὶν εἴδη δύο. ἔστι γὰρ ἐγκατάλειψις οἰκονομικὴ καὶ παιδευτική. καὶ ἔστιν ἐγκατάλειψις ἀπογνωστική. οἰκονομικὴ μὲν καὶ παιδευτικὴ ἡ πρὸς διόρθωσιν, καὶ σωτηρίαν, καὶ δόξαν τοῦ πάσχοντος γινομένη, ἢ καὶ πρὸς ἄλλων ζῆλον καὶ μίμησιν, ἢ καὶ πρὸς δόξαν θεοῦ. ἡ δὲ τελεία ἐγκατάλειψις, ὅτε τοῦ θεοῦ πάντα πρὸς σωτηρίαν πεποιηκότος, ἀνεπαίσθητος καὶ ἀνιάτρευτος, μᾶλλον δὲ ἀνίατος ἐξ οἰκείας προθέσεως διαμείνῃ ὁ ἄνθρωπος. τότε παραδίδοται εἰς τελείαν ἀπώλειαν, ὡς ὁ Ἰούδας. Id eſt. Duplex eſt derelictio. Eſt enim derelictio diſpenſatiua & eruditiua: Eſt alia derelictio finalis & deſperatiua. Diſpenſatoria quidem & eruditiua ad correctionem ſalutem & gloriam patientis facta, aut ad aliorum zelum & imitationem, aut ad Dei gloriam. Finalis vero derelictio, cum *Deo cuncta quæ ad ſalutem ſunt faciente*, inemendabilis, immedicabilis, magiſque inſanabilis ex proprio propoſito homo permanet, tunc enim traditur in finalem perditionem vt Iudas, &c.

Dam. l. 2. c. 29.

Ex hoc loco & aliis quos amplo ſatis numero dedimus, Patrum Græcorum locis ſatis hæc duo eluceſcunt, primum quidem quam immanis & deteſtanda ſit Caluini ſententia de actione poſitiuâ à Deo in hominum perditorum ac reproborum animis obdurandis: Alterum in obdurationis illius ſtatu miſerrimo decumbentibus, aliqua tamen ad ſalutem auxilia ſi non efficacia & ſpecialia, communia tamen ac ſufficientia non deeſſe præſertim vbi præceptorum ac tentationum occaſio & impetus obuerſatur, quod ſequenti capite de omnibus fidelibus, fidem ipſam, ſi modo fides ex ſacrâ Scripturâ Conciliis & Patrum conſenſu doceri poteſt, docere demonſtrabimus.

CAPVT DVODECIMVM.

Auxilium Gratiæ ſufficientis ad exequenda præcepta, peccatumque in tentatione deuitandum, omnibus fidelibus adultis concedi, Latini ex Scripturis, et Græci Patres docent.

SVMMA CAPITIS.

I.

ADuerſus Caluinum eiuſque aſſeclas hæc controuerſia iamdudum à Doctoribus Catholicis tractata eſt ex Concil. Trid.

II.

Gratiæ auxilium omnibus fidelibus dari ad præcepta exſequenda & tentationes vincendas, S. Auguſtini eiuſque diſcipulorum ſententia eſt.

III.

Græcorum Patrum mens eadem.

IV.

Idem ex alijs confirmatur.

V.

Auxilium Gratiæ ſufficientis quomodo ſemper & non ſemper omnibus ac ſingulis momentis detur.

VI.

Obiectionum aliquarum ex Græcis PP. ſolutio.

I.

NON ſunt nobis quærendi hac in controuerſiâ inter Catholicos Aduerſarij: ſiquidem nihil æquè nauſeabundum ad res optimas, Caluini hæreſiarchæ ſtomachum grauat atque illud. *Nouorum, vt vocat Pelagianorum Sorbonicorum Sophiſtarum dogma: Gratiam omnibus dari.* Sic enim & alijs verbis benignis admodum ac honorificis nos deſignat. PHRENETICOS NIHIL MOROR QVI GRATIAM PARITER ET PROMISCVE EXPOSITAM ESSE GARRIVNT. Præclarum Elogium à Doctore Pſeudoeuangelico aduerſus P Lombardum Epiſcopum Pariſienſem & Magiſtrum ſententiarum, necnon alios ab eo Doctores omnes Scholaſticos pronuntiatum, cui ſuccinunt omnes Sectarij, & perridiculè inter cæteros P. Molinæus, *Peſſimum quod reperio in opinionibus iſtis nuperis eſt* GRATIA ISTA SVFFICIENS *quam dicitur Deus dare omnibus hominibus.* Ab horum ſenſu non video quâ in re diſſentiant alij, qui totis libris in eo desudant vt perſuadeant, monſtroſam illam vt vocant, Gratiam ſufficientem Pelagianicam eſſe vt Caluinus ante dixerat, vlteriuſque aſſerunt, *non infidelibus ſolum, excæcatis & obduratis, ſed etiam fidelibus iuſtis quibuſdam Gratiam deeſſe quâ præcepta Dei poſſibilia fiant*: quam propoſitionem ne-

Caluin. 2. Inſtit. c. 2 aduerſus P. Lombard. & alios Theolog in 2 d. 26. & in Antidoto Concilij Trid.

Malderus refert plures Sectariorũ Belgicorum locos, & Epiſtolam Molinæi. qu. 3. de Grat. ar. 3.

Lib. 3. de Grat. Chr. c. 13.

Digitized by Google

mo benè ſentiens non iudicat vel ex ipſis terminis, è diametro aduerſari Concilij Tridentini Doctrinæ, & Canoni, *Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam iuſtificato & ſub gratiâ conſtituto eſſe ad obſeruandum impoſſibilia anathema ſit.* Quam quidem doctrinam non eſt quod aliquis nouæ cuiuſdam Theologiæ eſſe blateret, cum eadem Synodus in cap. xi. *Nemo temerariâ illâ & à Patribus ſub anathemate prohibitâ voce vti debet, Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum impoſſibilia, &c.* Aduerſus Caluinum autem qui primus Gratiam hanc ſub nomine *Gratiæ omnibus* Expoſitæ oppugnauit, Schola Sorbonica ſtrenuè hactenus dimicauit, vt antea vidimus, poſt cuius ſedulam in ea re tum ſcriptis elaboratiſſimis, cum diſputationibus quotidianis nouatam operam, nihil planè nobis inquirendum conficiendumve ſupereſſet niſi Doctrina B. Auguſtini in dubium reuocaretur, Græcorum deinde Patrum circa materiam eamdem parum indagata aut explanata ſententia pleroſque fugeret.

Trid. ſeſſ. 6. can. 18.

II.

Gratiæ auxilium ad præcepta exequenda neceſſariũ omnibus fidelibus adultis paratum ex S. Aug.

Ad primum igitur quod ſpectat, aſſerimus ex B. Auguſtino hanc penitus conſtare veritatem Orthodoxam, omnibus adultis fidelibus (de iis enim ſub ratione fidelium tantùm, non vero peccatorum ſeu communium ſeu obduratorum, de quibus antea egimus, prorſus agitur) ſiue iniuſtis, ſiue potiſſimum iuſtis, quotieſcumque præceptum aliquod vrget, cui vt poſſibile proximè reddatur, Gratia neceſſaria eſt, Gratiæ auxilium à Deo non denegari. Ex quo ſequitur contra eoſdem Auctores, Deum nunquam impoſſibilia iubere, adeoque iubendo aliquid quod abſque Gratiâ, cui iubetur impoſſibile eſt, Gratiam dare, vel Gratiæ facultatem offerre, ita vt non per Deum, ſed per hominem ſtet quominus præceptum illud exſequatur, ſiue ſemper obſtringat vt præceptum negatiuum, ſiue certo aliquo tempore & caſu vt præceptum affirmatiuum. Oſtenditur ex variis locis, ſed his præſertim. B. AVGVSTINVS tractatu quodam in Pſalmos exponens illud Chriſti, Maiorem Charitatem nemo habet quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis: *fecit ipſe quod docuit, fecerunt Apoſtoli quod ab illo didicerunt, & nobis faciendum prædicauerunt*, FACIAMVS *& nos quia etſi non ſumus quod ille, ſecundum id quod creauit nos, quod ille tamen ſumus ſecundum id quod factus eſt propter nos: & ſi ſolus feciſſet, fortè nemo noſtrum deberet imitari; Ita enim ille homo erat vt & Deus eſſet. Sed in eo quod homo erat, imitati ſunt Dominum ſerui, & diſcipuli magiſtrum, & fecerunt qui nos præceſſerunt in familiâ eius, Patres quidem noſtri, ſed tamen conſerui noſtri.* NEQVE IMPERARET *hoc Deus vt faceremus ſi* IMPOSSIBILE *iudicaret, vt hoc ab homine fieret. Si conſiderans infirmitatem tuam deficis ſub præcepto, confortare in exemplo: ſed etiam exemplum ad te multum eſt*, ADEST ille qui præbuit EXEMPLVM, VT PRÆBEAT ET AVXILIVM.] Omnia quæ in aſſertione noſtra diximus, locus hic Auguſtini cumulatiſſimè exhibet, nempe præcepti neceſſitatem, eiuſdem poſſibilitatem non ſecundum humanas vires ſolas, ſed per auxilium eiuſdem paratum & oblatum, quod poſtremis vocibus

S. Aug. in Pſ. 56.

Io. 15.

vocibus ſignificatur, *Adeſt ille vt præbeat ei auxilium.* Hoc vel vno loco aſſertionem eamdem munire ſatis eſſet, niſi de aliorum non quidem clariorum, ſed vſitatiorum omiſſione querela concitaretur. Enimveto B. Auguſtinus lib. de ſpiritu & literâ probat eos etiam qui ſub lege ſunt, quales intelligi debere dicunt aduerſarij omnes qui & hoc tempore ſunt exſortes Gratiæ Dei, vnde filij Dei eſſe poſſent, accepiſſe. S. Aug l. de ſpir. & lit. c. 31. vel 32. *Huc ergo tranſeant qui ſub lege ſunt, vt ex ſeruis filij fiant, nec ſic tamen vt ſeruire deſiſtant; ſed vt tanquam filij Domino & Patri liberaliter ſeruiant, quia* ET HOC ACCEPERVNT: DEDIT ENIM POTESTATEM *ille vnicus filius* Dei, *fieri credentibus in nomine eius, eoſque admonuit petere, quærere, pulſare vt accipiant & inueniant, & aperiatur eis, addens increpationem & dicens: ſi vos cum ſitis mali, noſti bona data dare filijs veſtris, quantò magis Pater veſter, qui eſt in cælis, dabit bona petentibus ſe?* Certum eſt autem illud *petere & pulſare* quod ait *eſſe in eorum poteſtate*, & quo etiam mediante ait *eos accepiſſe vt ex ſeruis filij fiant*, non poſſe fieri niſi per Gratiam Dei vocantem & excitantem: ſupponit igitur illos eam habere, quâ tamen nondum bene vtantur, quia nondum quærunt & pulſant, ad quod illos hortatur, neque profectò hortaretur ſi iam id feciſſent: Eſt in illis igitur Gratia hæc excitans, ſufficiens adhuc & nondum efficax. Tertio B. Auguſtinus libro 3. de libero arbitrio iam allegatus, De lib. arb. l. 3. c. 19. lib. de nat. & grat. c. 67. *Non tibi deputatur ad culpam quod inuitus ignoras, ſed quod negligis quærere quod ignoras: neque illud quod vulnerata membra non colligis, ſed quod volentem ſanare contemnes.* Dicunt quidam B. Auguſtinum mentem mutaſſe, cum priùs id incautè ſcripſerit, poſtea cautius ſcripſiſſe contra Pelagianos differentem. At hæc omnino verba habet atque exaggerat libro de natura & gratia contra Pelagianos. Quid hic, amabo, præter contemptum Gratiæ oblatæ, proindeque illius ſufficientis quam Scholæ prædicant, innuitur? Quartò eodem loco libri 3. de lib. arbitr. *Nulli eſt ablatum homini ſcire vtiliter quærere, quod inutiliter ignorat, & humiliter confitendam eſſe imbecillitatem, vt quærenti & confitenti ille ſubueniat, qui nec errat dum ſubuenit, nec laborat.* Quæ quidem eximia ſententia adhibita eſt à B. Auguſtino vt probet nemini impoſitam eſſe peccandi neceſſitatem, cui vt etiam occurreret, dixerat cap. XVIII. hominem quidem ſuæ infirmitatis admoneri per legem, ad quærendum donum Dei; ad id autem quærendum per adjutorium Dei moueri. *Præcepto*, inquit, *admonitum eſt liberum arbitrium vt quæreret donum Dei, quod quidem ſine ſuo fructu prorſus admoneretur, niſi prius aliquid dilectionis (id eſt gratiæ)* acciperet, vt addi *ſibi quæreret, vnde quod iubebatur, impleret*: quod poſtea oſtendit ex Scripturis Prouerb. 3. *Sapientia Dei legem & miſericordiam ſub linguâ* portat: & Pſ 83. *Etenim benedictionem dabit qui legem dedit.* Iuxta Græc. quo vtitur S. Aug. Nunquam igitur lex à Deo imponitur ſine gratiâ ad legem implendam ſufficiente. Quintò B. Auguſtinus in eâ veraque ſententia eſt neminem illius rei prætermiſſæ culpari potuiſſe ad quam non habuit ſufficiens auxilium lib. 3. de lib. arbitrio. *Ex conuerſione ad Deum, vt quiſque vinceret ſupplicium quod origo eius ex auerſione meruerat, non ſolum volentem non prohiberi, ſed adiuuari oportebat: ſic enim rerum Creator oſtendit, quantâ facilitate potuiſſet homo retinere quod factus eſt, cum proles eius* S. Aug. 3. de lib. arb. c. 10.

mo benè ſentiens non iudicat vel ex ipſis terminis, è diametro aduerſari Concilij Tridentini Doctrinæ, & Canoni, *Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam iuſtificato & ſub gratiâ conſtituto eſſe ad obſeruandum impoſſibilia anathema ſit.* Quam quidem doctrinam non eſt quod aliquis nouæ cuiuſdam Theologiæ eſſe blateret, cum eadem Synodus in cap. XI. *Nemo temerariâ illâ & à Patribus ſub anathemate prohibitâ voce vti debet, Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum impoſſibilia, &c.* Aduerſus Caluinum autem qui primus Gratiam hanc ſub nomine *Gratiæ omnibus* Expoſitæ oppugnauit, Schola Sorbonica ſtrenuè hactenus dimicauit, vt antea vidimus, poſt cuius ſedulam in ea re tum ſcriptis elaboratiſſimis, cum diſputationibus quotidianis nouatam operam, nihil planè nobis inquirendum conficiendumve ſupereſſet niſi Doctrina B. Auguſtini in dubium reuocaretur, Græcorum deinde Patrum circa materiam eamdem parum indagata aut explanata ſententia pleroſque fugeret.

Trid. ſeſſ. 6. can. 18.

II.

Gratiæ auxilium ad præcepta exequenda neceſſariũ omnibus fidelibus adultis paratum ex S. Aug.

Ad primum igitur quod ſpectat, aſſerimus ex B. Auguſtino hanc penitus conſtare veritatem Orthodoxam, omnibus adultis fidelibus (de iis enim ſub ratione fidelium tantùm, non vero peccatorum ſeu communium ſeu obduratorum, de quibus antea egimus, prorſus agitur) ſiue iniuſtis, ſiue potiſſimum iuſtis, quotieſcumque præceptum aliquod vrget, cui vt poſſibile proxime reddatur, Gratia neceſſaria eſt, Gratiæ auxilium à Deo non denegari. Ex quo ſequitur contra eoſdem Auctores, Deum nunquam impoſſibilia iubere, adeoque iubendo aliquid quod abſque Gratiâ, cui iubetur impoſſibile eſt, Gratiam dare, vel Gratiæ facultatem offerre, ita vt non per Deum, ſed per hominem ſtet quominus præceptum illud exſequatur, ſiue ſemper obſtringat vt præceptum negatiuum, ſiue certo aliquo tempore & caſu vt præceptum affirmatiuum. Oſtenditur ex variis locis, ſed his præſertim. B. AVGVSTINVS tractatu quodam in Pſalmos exponens illud Christi, Maiorem Charitatem nemo habet quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis: *fecit ipſe quod docuit, fecerunt Apoſtoli quod ab illo didicerunt, & nobis faciendum prædicauerunt,* FACIAMVS *& nos quia etſi non ſumus quod ille, ſecundum id quod creauit nos, quod ille tamen ſumus ſecundum id quod factus eſt propter nos: & ſi ſolus feciſſet, fortè nemo noſtrum deberet imitari; Ita enim ille homo erat vt & Deus eſſet. Sed in eo quod homo erat, imitati ſunt Dominum ſerui, & diſcipuli magiſtrum, & fecerunt qui nos præceſſerunt in familiâ eius, Patres quidem noſtri, ſed tamen conſerui noſtri.* NEQVE IMPERARET *hoc Deus vt faceremus ſi* IMPOSSIBILE *iudicaret, vt hoc ab homine fieret. Si conſiderans infirmitatem tuam deficis ſub præcepto, confortare in exemplo: ſed etiam exemplum ad te multum eſt,* ADEST *ille qui præbuit* EXEMPLVM, VT PRÆBEAT ET AVXILIVM.] Omnia quæ in aſſertione noſtra diximus, locus hic Auguſtini cumulatiſſimè exhibet, nempe præcepti neceſſitatem, eiuſdem poſſibilitatem non ſecundum humanas vires ſolas, ſed per auxilium eiuſdem paratum & oblatum, quod poſtremis vocibus

S. Aug. in Pſ. 56.

Io. 15.

vocibus ſignificatur, *Adeſt ille vt præbeat ei auxilium.* Hoc vel vno loco aſſertionem eamdem munire ſatis eſſet, niſi de aliorum non quidem clariorum, ſed vſitatiorum omiſſione querela concitaretur. Enimverò B. Auguſtinus lib. de ſpiritu & literâ probat eos etiam qui ſub lege ſunt, quales intelligi debere dicunt aduerſarij omnes qui & hoc tempore ſunt exſortes Gratiæ Dei, vnde filij Dei eſſe poſſent, accepiſſe. *Huc ergo tranſeant qui ſub lege ſunt, vt ex ſeruis filij fiant, nec ſic tamen vt ſeruire deſiſtant; ſed vt tanquam filij Domino & Patri liberaliter ſeruiant, quia* ET HOC ACCEPERVNT: DEDIT ENIM POTESTATEM *ille vnicus filius* Dei, *fieri credentibus in nomine eius, eoſque admonuit petere, quærere, pulſare vt accipiant & inueniant, & aperiatur eis, addens increpationem & dicens: ſi vos cum ſitis mali, noſti bona data dare filijs veſtris, quantò magis Pater veſter, qui eſt in cœlis, dabit bona petentibus ſe?* Certum eſt autem illud *petere & pulſare* quod ait *eſſe in eorum poteſtate,* & quo etiam mediante ait *eos accepiſſe vt ex ſeruis filij fiant*, non poſſe fieri niſi per Gratiam Dei vocantem & excitantem: ſupponit igitur illos eam habere, quâ tamen nondum benè vtantur, quia nondum quærunt & pulſant, ad quod illos hortatur, neque profectò hortaretur ſi iam id feciſſent: Eſt in illis igitur Gratia hæc excitans, ſufficiens adhuc & nondum efficax. Tertiò B. Auguſtinus libro 3. de libero arbitrio iam allegatus, *Non tibi deputatur ad culpam quod inuitus ignoras, ſed quod negligis quærere quod ignoras: neque illud quod vulnerata membra non colligis, ſed quod volentem ſanare contemnes.* Dicunt quidam B. Auguſtinum mentem mutaſſe, cum priùs id incautè ſcripſerit, poſtea cautius ſcripſiſſe contra Pelagianos differentem. At hæc omnino verba habet atque exaggerat libro de natura & gratia contra Pelagianos. Quid hic, amabo, præter contemptum Gratiæ oblatæ, proindeque illius ſufficientis quam Scholæ prædicant, innuitur? Quartò eodem loco libri 3. de lib. arbitr. *Nulli eſt ablatum homini ſcire vtiliter quærere, quod inutiliter ignorat, & humiliter confitendam eſſe imbecillitatem, vt quærenti & confitenti ille ſubueniat, qui nec errat dum ſubuenit, nec laborat.* Quæ quidem eximia ſententia adhibita eſt à B. Auguſtino vt probet nemini impoſitam eſſe peccandi neceſſitatem, cui vt etiam occurreret, dixerat cap. XVIII. hominem quidem ſuæ infirmitatis admoneri per legem, ad quærendum donum Dei; ad id autem quærendum per adjutorium Dei moueri. *Præcepto,* inquit, *admonitum eſt liberum arbitrium vt quæreret donum Dei, quod quidem ſine ſuo fructu prorſus admoneretur, niſi prius aliquid dilectionis* (*id eſt gratiæ*) acciperet, vt addi *ſibi quæreret, vnde quod iubebatur, impleret*: quod poſtea oſtendit ex Scripturis Prouerb. 3. *Sapientia Dei legem & miſericordiam ſub linguâ* portat: & Pſ 83. *Etenim benedictionem dabit qui legem dedit.* Nunquam igitur lex à Deo imponitur ſine gratiâ ad legem implendam ſufficiente. Quintò B. Auguſtinus in eâ veraque ſententia eſt neminem illius rei prætermiſſæ culpari potuiſſe ad quam non habuit ſufficiens auxilium lib. 3. de lib. arbitrio. *Ex conuerſione ad Deum, vt quiſque vinceret ſupplicium quod origo eius ex auerſione meruerat, non ſolum volentem non prohiberi, ſed adiuuari oportebat: ſic enim rerum Creator oſtendit, quantâ facilitate potuiſſet homo retinere quod factus eſt, cum proles eius*

S. Aug l. de ſpir. & lit. c. 31. vel 32.

De lib. arb. l. 3. c. 19. lib. de nat. & grat. c. 67.

Iuxta Græc. quô vtitur S. Aug.

S. Aug. 3. de lib. arb. c. 20.

Ii

S. Auguſt 3. de lib. arb. c. 15 & 16. l. de dual. anim. c. 12.

potuerit ſeparare quod nata eſt. Sextò, axioma eſt B. Auguſtini, *Nemo debet, nullus reus eſt ex eo quod non accepit, ex eo verò quod non fecit, quod debet, iuſtè reus eſt: debet autem ſi accepit & voluntatem liberam & ſufficientiſſimam facultatem.* Atqui in eo qui peccat Caluinus nec liberam voluntatem, nec ipſe nec aduerſarij ſufficientiſſimam facultatem, quæ tantum per Gratiam datur, quam ipſi peccantibus vllam dari negant, admittunt; Igitur nec reatum quod longè abſurdiſſimum eſt. Septimò tandem B.

Cap. 69.

Auguſtinus lib. de naturâ & gratiâ ad finem, *Eo ipſo quo firmiſſimè credimus Deum iuſtum & bonum impoſſibilia non potuiſſe præcipere, hinc admonemur & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus.* Dixerat eo-

Cap 43.

dem libro idem aliis verbis, vt reſponderet ignauæ peccatorum quorumdam & iniuſtæ querimoniæ qui dicebant ſe libidinis victores eſſe non poſſe; Deum ſcilicet vbique præſentem ad auxilium cuiuis præbendum adeſſe, vnde concludit: *Non igitur Deus impoſſibilia iubet, ſed iubendo monet & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis:* quibus verbis pru-

Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 18.

dentiſſime hæc adjecit Synodus, *& adiuuat vt poſſis*, quo nimirum auxilium ad exequenda præcepta ſufficiens nemini deeſſe, niſi ipſis deeſſe velint, oſtenderet. Denique Gratiam aliquam etiam internam à Deo immitti, quam ipſi inefficacem reddant, S. Auguſt. locis antea adductis declarauit, ex quibus hic benè tenendus lib. de ſpiritu & li-

Cap 34.

terâ. *Agit Deus vt velimus & vt credamus ſiue extrinſecùs per Euangelicas exhortationes, vbi & mandata legis aliquid agunt, ſi ad hoc admonent hominem infirmitatis ſuæ vt ad gratiam iuſtificantem credendo confugiat: ſiue intrinſecùs vbi nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mentem, ſed conſentire vel diſſentire propriæ voluntatis eſt.* Adde & illud ſermonis cuiuſdam, Eccl. 30. *Fili mi mi-*

Ser. 102 de temp.

ſerere animæ tuæ placens Deo: Deus te rogat vt tui miſerearis: cauſam tuam apud te agit, & non poteſt impetrare, &c. Sexcenta apud Auguſtinum ſimillima. Vniuerſalis ſupereſt locus eiuſdem Doctoris pro Gratia ſaltem re-

S. Aug 1. de Geneſ. in man. c. 1.

motè ſufficiente omnibus hominibus conceſsâ percelebris, *Illud lumen quo dictum eſt, erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum non irrationabilium animalium oculos paſcit, ſed pura corda eorum qui Deo credunt, & ab amore viſibilium rerum & temporalium*, SE AD EIVS PRÆCEPTA SERVANDA CONVERTVNT, QVOD OMNES POSSVNT SI VELINT, *quia illud lumen omnem hominem illuminat venientem in hunc mundum.*

Qui vero B. Auguſtino peculiari quadam neceſſitudine iuncti ſunt Latini Patres, auxilium etiam Gratiæ ad ſeruanda præcepta omnibus adultis fidelibus ſiue iuſtis ſiue iniuſtis, ſiue ea ſeruent ſiue non ſeruent, plerique vero omnibus omnino hominibus concedi à Deo per-

Cyp. de exh. mart. c. 10.

ſpicuè teſtantur B. Cyprianus, Afer vt Auguſtinus, non ſolùm vulgato illo textu *Deus omnibus ad cæleſtis Gratiæ cõſecutionem æqualitate libratâ ſe præbet Patrem*, &c. Vbi agit de æqualitate Gratiæ baptiſmalis, ſed & de difficillimo præcepto nempe Martyrij, vbi opus eſt, ſubeundi, tra-

S. Hilar. 2. de Trin. Munus quod in Chriſto, omne omnibus vnum patet, in tantum datur in quantum quis volet ſumere.

ctat, *In perſecutionibus nemo cogitet quod periculum diabolus importet, ſed imò conſideret quod* AVXILIVM *Deus præſtet: nec mentem labefactet humana infeſtatio, ſed corroboret fidem diuina protectio. Quando* VNVSQVISQVE *ſecundum Dominum promiſſa, & fidei ſuæ merita, tantùm accipiat de* DEI OPE, *quantùm*

Digitized by Google

ſe credat accipere. B. AMBROSIVS quem *Doctorem ſuum* meritò vocat B. Ambr.ſer.8.in
Auguſtinus. *Sol ille myſticus iuſtitiæ* OMNIBVS ORTVS EST OMNIBVS VE- Pſ.118.
NIT, OMNIBVS PASSVS EST, OMNIBVS RESVRREXIT. *Ideo autem paſſus eſt*
vt tolleret peccatum mundi. Si quis autem non credit in Chriſtum generali be- Chryſ.ita ho.7.
neficio ipſe ſe fraudat: vt ſi quis clauſis feneſtris radios Solis excludat: non ideo Sol in Io.
non eſt ortus illi qui calore eius ſe ipſe fraudauit: ſed quod ſolis eſt prærogati-
uam ſuam ſeruat: quod imprudentis eſt COMMVNIS *à ſe Gratiam lucis excludit.*
Ac ne quis illa Ambroſij verba de gratiâ extrinſecâ vt cauillatores fa-
ciunt, interpretetur, ipſe multo ſincerius aduerſus id genus ludibrij,
ſeſe interpretatur verbis ſequentibus. *Docet autem Deus & mentes illumi-*
nat ſingulorum, & claritatem cognitionis infundit, ſi tu aperias oſtia cordis tui, &
cæleſtis gratiæ recipias claritatem. S. HIERONYMVS B. Auguſtini ſanctus & Hier.l.33.in Eſ.
amicus æmulus. *Venit Chriſtus quærere & ſaluum facere quod perierat. Si au-*
tem requiſitus non inuenitur, non eſt quærentis vitium, ſed eius qui boni Paſtoris
fugerit manum. Dei *vocare eſt & noſtrum credere: nec enim ſi nos non credimus,* Idem.8.in Ezech.
impoſſibilis eſt Deus, ſed potentiam ſuam noſtro arbitrio derelinquit, vt iu- Ex S. Hilar. de
ſtè voluntas præmium conſequatur. Qui ergo noluerunt per me in te credere, iudi- Trin.
cium meum apud te eſt, quod omnia fecerim quæ facere eis debui. OROSIVS B.
Auguſtini neceſſarius. *Mea eſt hæc fidelis atque indubitata ſententia Deum* In Apolog. pro li-
adiutorium ſuum CVNCTIS ET SINGVLIS *miniſtrare*: adeſſe adiutorium Dei bertate arbitr.
PER SINGVLA ET PER SINGVLOS, *nemini hominum adiutorium deeſſe.* B.
PROSPER S. Auguſtini ſapientiæ conſultus: *Opitulatio Dei per innumeros* Proſper 1. de Voc.
modos ſiue occulto, ſiue manifeſto OMNIBVS *adhibetur. Et quod à multis refuta-* Gent c.16.27.28.
tur, ipſorum eſt nequitiæ, quod autem à multis recipitur & gratiæ eſt diuinæ & *vo-* & ſeq.
luntatis humanæ. Quod etiam ex fonte voluntatis diuinæ, vt nos antea,
deriuat. *Fit manifeſtum quod diuerſis atque innumeris modis omnes ho-*
mines vult ſaluos fieri, ſed qui veniunt Dei auxilio diriguntur; qui non
veniunt, ſuâ pertinaciâ reluctantur, &c. Totus liber illius ſecundus de vo-
catione Gentium huic veritati militat. S. Fulgentius Ruſpenſis Epiſ- Fulgent.c.7.
copus B. Auguſtini perſtudioſus, lib. de Incarnatione & Grat. *Homo*
tanti medicaminis Pœnitentiæ beneficio caret cuius gratiam contumax atque ingra-
tus oppugnat. Idem lib. de remiſſione peccatorum *Quid eſt periculoſius*
quàm vocantis Dei ſpernere voluntatem, &c. BEDA doctrinæ S. Aug. reti- Beda l.quæſt.qu.13
nentiſſimus. *Natura labens appoſito ſibi adiutorio recognoſcat ſe inexcuſabilem;*
Natura vero perſeuerans reddat Gratias Deo de appoſitione Gratiæ. S. Anſelmus
in lectione S. Auguſtini tritus. *Non ideo homo non habet Gratiam quia Deus*
non dat, ſed quia homo non accipit. Hæc ab S. Auguſtini diſcipulis & ama- Apud S. Bonauent. in 1.ſent.d.4.a.4.
toribus mutuari ſufficiat, quibus vnum S. Thomæ, qui totus in Auguſt.
peruoluendo fuit teſtimonium adhibemus. S. Thomas libro 3. contra S. Thom.l.3.cont. Gent.c.159.
Gentes idem habet quod ſupra S. Ambroſius & S. Chryſoſtomus, ſed
magis ad Scholæ normam: *Dixerunt quidam Deo: recede à nobis, ſcientiam*
viarum tuarum nolumus Iob. 21. Ipſi fuerunt rebelles lumini. Et cum hoc ſit in po-
teſtate liberi arbitrij impedire diuinæ gratiæ receptionem, vel non impedire, non im-
meritò culpa imputatur ei, qui impedimentum præſtat Gratiæ (habitualis, actualem
repellendo vt ibi exponit Ferrar.) *receptioni; Deus enim quantũ in ſe eſt paratus*
eſt omnibus gratiã dare, vult enim omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem ve-

ritatis venire vt dicitur 1. ad Tim. 2. Sed illi ſoli gratiâ iuuantur qui in ſeipſis gratiæ impedimentum non præſtant: ſicut Sole mundum illuminante in culpam imputatur qui oculos claudit. Idem ſanctiſſimus Doctor in expoſitione dicti Dominici. *Nemo poteſt poteſt venire ad me niſi Pater meus traxerit eum,* multoties Gratiæ eiuſmodi inefficaci, meminit, quâ Deus, quantum ex ſe eſt, omnes homines trahit: *Cor humanum ex ſe ad inferiora tendens non poteſt ſurſum eleuari niſi tractum: ſi verò non eleuatur, defectus non eſt ex parte trahentis, qui quantum in ſe eſt, nulli deficit, ſed eſt propter impedimentum eius qui non trahitur,* &c. Vide locum valde luculentum & prolixiorem quàm vt huic paginæ quadrare poſſit. Peccarem niſi S. Thomæ peramicum & ſupparem S. Bonauenturam adiungerem, illud etiam Chriſti Domini exponentem Io. vi. *Omnis qui venit ad me non eyciam eum foras. Ergo paratus eſt Deus omnes complecti, ergo defectus illuſtrationis non venit ex parte Dei, ſed ex parte noſtrâ. Item Apocalypſeos 3. Ecce ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis mihi aperuerit, intrabo ad eum &c. Sed ſi peregrinus volens hoſpitari, non recumbit in domo, non eſt ex parte ſui, ſed ſolum oſtiarij: Ergo ſimiliter & obdurationis non eſt cauſſa niſi qui non recipit Deum pulſantem &c.* Anſelm. ait, *Non ideo non habet homo gratiã quia Deus non dat, ſed quia homo homo non accipit.* Egregium illud par Theologorum Scholæ Principum abundè fulciendæ huic de gratiâ inefficaci, ſententiæ foret: verum & ad illud accedit omnium ab iis qui vixere, Theologorum conſenſus, quorum indicem alij texuere; Eos tantum excipio vnum aut alterum, quorum ſcripta Pontificiæ Cenſuræ notam experta ſunt. Sorbonici Doctores recentiores adiri vel etiam audiri poſſunt.

S.Tho comm in Ioan. cap. 6. lect. 5. q. 3.

S. Bonau in 1. d. 40. a. 4. qu. 2.

III.

Græcorum Patrum mens eadem proponitur.

Verum Græcos forſitan offendere videar Patres qui tam diu eorum promptiſſima hac in re ſuffragia poſtponam Ac primum quod ſpectat ad *Gratiæ omnibus expoſitæ* dictionem quam tantoperè exagitauit Caluinus, certe præſtantior Caluino, vt opinor, auctores habet, S. Chryſoſt. & S. Cyrill. qui χάριν προκειμένην idcirco vocant, *Gratiam in medio poſitam.*

Chryſ. ho. 1 in Act. Cyrill. in Ioel.

S. Baſil. in Martyrẽ Iulit. in Pſ. 61. & in Exortat. ad baptiſ.

Quod autem rem ipſam attinet, audiamus in primis B. Baſilium Magnum, qui exuberantem in omnes, certe fideles potiſſimum, gratiam ideo appellat τὴν ἄφθονον χάριν, cuius fontem in voluntate Dei filium pro vniuerſis tradentis eiuſdemque filij ſeſe in redemptionis pretium vltro dependentis agnoſcit atque veneratur: idque non ſemel ſed toto tempore procurandæ ſalutis. Idem homilia de fide τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πᾶσι τὴν παρ' ἑαυτοῦ χάριν δίδωσιν, Spiritus Sanctus omnibus gratiam ſuam largitur.] De ſalutis verò, quæ per gratiam ſolam datur, omnibus conceſſa facultate, B. Baſil. hom. in ſex. οὐδὲν ἀπρονόητον, οὐδὲν ἠμελημένον παρὰ θεοῦ. πάντα σκοπεῖ ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμός, πᾶσι πάρεστιν ἐκπορίζων ἑκάστῳ τὴν σωτηρίαν. Id eſt. Nihil prouidentiam, nihil curam Dei fugit, omnibus proſpicit peruigil oculus, omnibus adeſt, vnicuique ſalutis facultatem præbens]

Baſ. ho. 15.

Hom. 7.

Nyſſ. in Pſal.

S. Gregorius Nyſſenus S. Baſilij frater concordiam cum illo deſiderari ſuam non ſinit: cuius eximium illud primo occurrit, θεοῦ αἰσχρῶς

ἐστὶν ἡ φωνὴ τοῦ φθέγγειν ἐπὶ τοῦ αἰθέριου κωλύουσα, digna Deo vox illa eſt quæ interitum hominis vetat. Is oratione de Aſcenſione aptiſſime dixit οὐκ ἔστι τι τῆς καθ' ἡμᾶς βίον τῆς χάριτος ταύτης ἀμέτοχον. Nulla vitæ noſtræ pars eſt gratiæ iſtius expers] Quid ipſe de gratiâ inefficaci quæ à peccatore recipi poteſt, nec tamen recipitur, cenſuerit, antea diximus ex homil. xi. in Canticum, & adhuc intelligi poteſt eo quod dicit περὶ τῶν τῇ χάριτι ἀπειθούντων de iis qui gratiæ reſiſtunt, orat. de occurſu. Idem oratione ad eos qui acerbiùs iudicant, quam præ manibus latinam ſolùm habeo, Dominus in infinita millium millia miſericordiam tribuit, nec vult mortem peccatoris, ſed expectat vt reſipiſcat: eo fit vt ne illi quidem, qui priorem gratiam contumelioſiùs abiecerunt, meritò afficiantur ſupplicio, ſed à poſteriore miſericordiâ prior excipiatur, &c.] Ex Fr. Zini verſ.

S. Gregorius Theologus Baſilij αὐτάδελφος, oratione de moderatione in diſputationibus ſeruandâ, οὐ τινῶν ἀλλὰ πάντων, καὶ κοινὴ χάρις τοῦ ἑνὸς πλάσματος. οὔτε ἐν τῇ πίστει τὰ σώζοντα τῶν δυνατωτέρων, ἀλλὰ τῶν βουλομένων. Id eſt. Non quorumdam, ſed omnium & communis ad idem vnumque figmentum: in fidei ratione ea quæ ſalutem afferunt, non potentiorum ſed volentium ſunt.] Alia ſuperius ex eodem attulimus, alia inferiùs allaturi. Naz. orat. 26.

IV.

S. Chryſoſtomus eſt locupletiſſimus inter cæteros huius veritatis teſtis atque Doctor: cuius in eo fundamentum ſtatuit, quod Deus potentiâ illâ quam vocat τὴν χορηγητικὴν δύναμιν *administratricem* vel ſuppeditatricem *potentiam*, nulli omnino rei ad finem ſuum conſequendum ſuá ex parte in quoquam deſit. Adminiſtratrix illa potentia quam in rebus naturalibus præſertim ita vocat, in ſupernaturalibus dicitur ἡ χορηγία τοῦ πνεύματος *Suppeditatio S. Spiritus*, quæ multa complectitur τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, τὸν ἁγιασμὸν, τὴν δικαιοσύνην, τὴν υἱοθεσίαν. Redemptionem, peccatorum Remiſſionem, Sanctificationem, Iuſtitiam, Adoptionem, & proinde media omnia, ad iſthæc omnia quæ ſufficiant: Addit autem, Deum nempe non ſolùm habere poteſtatem auxiliandi, ſed etiam voluntatem & χεῖρα ὀρέγειν & facto ipſo manum præbere: Inde euenire vt Gratia tam communis nobis omnibus ſit, quàm natura. Fontem quoque ſemper apertum nobis eſſe idem prædicat vt ſequentia docebunt. Chryſoſtomus in Geneſ. δαψιλὴς ἡ τοῦ πνεύματος χάρις καὶ εἰς πάντας ἐγχεομένη Liberalis eſt ſpiritus Gratia & in omnes diffunditur.] Idem lib. de compunctione ἡ χάρις εἰς τὰς ἁπάντων ἐξεχύθη ψυχάς. Gratia Dei in omnium animas infuſa eſt, &c. Loquitur de gratia ad primam conuerſionem neceſſariâ.

Eximia S. Chryſoſtomi doctrina, & aliorum.

Chryſ. in Pſ. 144.

Chryſ. in Pſ. 150. & ho. 2. in Pſ. 48.

In Pſ. 45.

In Pſ. 48.

In Gen. ho 44.

Lib. 1. de comp. to. 4.

S. Macarius πάντες ἐσμὲν υἱοὶ τοῦ σκοτεινοῦ γένους καὶ πάντες τῆς αὐτῆς δυσωδίας μετέχομεν. ὅπερ οὖν πέπονθε πάθος ἐκεῖνος, τοῦτο πάντες ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀδὰμ ὄντες πεπόνθαμεν. μόνος ὁ κύριος ἐλθὼν ἐθεράπευσε τὴν πληγὴν ἐκείνην τῆς ψυχῆς τὴν ἀνίατον. προσδεχώμεθα τοίνυν τὸν θεὸν καὶ κύριον τὸν ἀληθινὸν θεραπευτήν ὃς μόνος δυνατός ἐστιν ἐλθὼν ἰάσασθαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν, χαρισα- S. Macar. ho. 30.

κῶς πολλὰ δι' ἡμᾶς· κρούει γὰρ ἀεὶ τὰς θύρας τῶν καρδιῶν ἡμῶν, ἵνα ἀνοίξωμεν αὐτῷ. Id eſt Omnes filij ſumus obſcuri illius generis, omnes eiuſdem fœtoris participes: quo igitur morbo laborauit Adam, eodem labo-
Eſa. 1. ramus qui ex ſemine eius orti ſumus. Solus Dominus veniens curauit illam animæ plagam inſanabilem. Quare ſuſcipiamus ipſum Deum ac Dominum, verum medicum, qui ſolus aeeedens ſanare poteſt animas noſtras, quique noſtri gratiâ laborauit vehementer: Pulſat enim perpetuo fores eordium noſtrorum vt aperiamus ei &c. ibid. plura.

Cyrill. l. 3. in Eſai. S. ‹ yrillus Alexandrinus generalem illam in omnes (potiſſimum fideles iure dixeris) gratiam in Chriſto ſic expreſſit, vt antea ſubmonuimus, ἡ τῆς υἱοθεσίας ἡ ἐπὶ Χριστῷ χάρις τό γε ἧκον εἰς τὸν τοῦ διασώζοντος σκοπὸν ἐπὶ πᾶσαν ἀνῆκε σάρκα, τουτέστιν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους. σάρκα ἐν τούτοις τὸν ἄνθρωπον νοητέον. εἰ δὲ φαίνοιντό τινες τῆς σωτηρίας ἠμοιρηκότες, ἀψευδὴς ἂν εἴη καὶ οὕτως ὁ τοῦ προφήτου λόγος. ὁ γὰρ σκοπὸς τοῦ τιμὴν δόντος καὶ διασῶσαι θελήσαντος, καὶ οὐχὶ τῶν κεκλημένων ἡ ῥᾳθυμία ἐξετάζεται. Id eſt. Gratia adoptionis in Chriſto quantum quidem ad ſcopum Saluatoris in omnem earnem, id eſt in omnes homines permeauit. Carnis enim nomine intelligere hominem oportet Si quidam videantur huius ſalutis expertes, verus tamen ſic eſt Prophetæ ſermo. Scopus enim & propoſitum pretium dantis & ſeruare volentis attenditur non deſidia
Hom. 2. vocatorum expenditur.] Idem homiliâ de feſtis Paſchalibus τὸν ἐκ ῥαθυμίας ἐφ' ἃ μὴ προσῆκε ὀλισθήσαντα διεγείρει, πάλιν καὶ μεταβάλλει θεός. οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τῶν προφητῶν ἐπιμαρτυρήσουσιν αἱ φωναί. ἄνω καὶ κάτω τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐπιστρέφειν πρὸς θεὸν συμβουλεύουσαι. οὐδένα γὰρ ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν δεσπότης, ὅτε μὴ πάντας ἐκάλει πρὸς σωτηρίαν. Id eſt. Qui ob ſegnitiem ad ea quæ minime decet, delapſus eſt, iterum excitatur & immutatur à Deo: quod & non minus Prophetarum voces teſtantur, quæ paſſim vt ad Deum conuertantur, peeeantes admonent. Nullum etenim tempus, pro ea quâ homines proſequitur, beneuolentiâ, Dominus prætermiſit, quo non omnes ad ſalutem vocaret Poſtea τὸ σκληρὸν, καὶ δυσήνιον, καὶ τὸ ἀμετάθετον τῶν ἁμαρτανόντων τῆς ἕξεως, duritiem, intractabilitatem, & obfirmatam peccantium conſuetudinem quomodo Deus infringere conſueuerit, exponit, ita vt legenti futilis illa de gratia exteriori, hæreticorum diſtinctiuncula prorſus huic loco ineptiſſima indicitur Idem in homilia de exitu animæ, peccatorem quemuis ita lugentem ſeque aceuſantem inducit δίκαια ἡ κρίσις τοῦ θεοῦ. ἐκαλούμην καὶ οὐχ ὑπήκουον. Iuſtum Dei iudicium, vocabar & non obtempera-
Cyrill. Glaph. lib. 2 bam, &c. De fidelibus quoque expreſſius loquens Glaphyris in Exodum, ἐν ἴσῳ μέτρῳ μικροῖς καὶ μεγάλοις διανέμει ἡμῖν ὁ χριστὸς τὴν παρ' ἑαυτοῦ χάριν καὶ ὁμοίως ἅπαντας ἀποτρέφει εἰς ζωὴν, συναγείρει τοῖς ἄλλοις ἐθέλων τοὺς εὐσθενεστέρους, καὶ ἱδροῦν ὑπὲρ ἀδελφῶν, καὶ τοὺς ἰδίους αὐτοῖς ἐκδαπανίζειν πόνους, καὶ τῶν ἄνωθεν χαρισμάτων ποιεῖν τε κοινωνούς. Id eſt. Modo æqualis omnibus nobis magnis & paruis ſuam dilargitur gratiam, & pariter omnes enutrit in vitam, vultque vnà cum aliis congregare etiam firmiores, atque ipſos etiam pro ſuis fratribus deſudare, adeoque illis

ſuos ipſorum labores mutuo dare, & participes ſupernæ gratiæ efficere.] Quam quidem gratiæ omnibus à Deo oblatæ copiam ex eodem fonte, ex quo ſuperius locuti S. Patres, hauſtam ac deriuatam docet commentariis in Ioannem, nimirum à Chriſti ſanguine pro omnibus effuſo, necnon vniuerſali omnium redemptione locum iam antea delibauimus, vbi ſemper ſui ſimilis pergit, ἐλήφθη γὰρ ἐξ ἡμῶν, σπέρματος γὰρ Ἀβραὰμ ἐπελάβετο, καθάπερ ὁ Παῦλός φησιν, ἀνετέθη δὲ ὡς ἐξ ἁπάντων, καὶ ὑπὲρ πάντων, ἵνα τοὺς πάντας ζωοποιήσῃ. Id eſt. Aſſumptus enim eſt ex nobis, etenim Abrahæ ſemen apprehendit, vt ait Paulus, oblatus eſt autem vt ex omnibus, ita & pro omnibus vt omnes viuificaret.] Cyrill. l. 4 in Ioan.

V.

Ecce igitur ex vnanimi Latinorum Græcorumque Patrum ſenſu, omnes ac ſingulos adultos homines, fideles præſertim diuinis Gratiæ actualis auxiliis inſtructos: quibus bene vtentes, vt poſtea ex iiſdem Patribus oſtendemus, à peccato reſurgere ſi velint, recte pieque operarj & ſalutem tandem adipiſci queant. Bene eſt. At illa vero præſidia Gratiæ num aſſiduè & abſque intermiſſione percipiunt, num vero ſi non certis ac ſtatis, variis tamen horis aut momentis? Enimverò priori quidem modo loqui ac philoſophari ea de re videntur vtriuſque linguæ Patrum nonnulli. Paulus Oroſius B. Auguſtini familiaris & diſcipulus, ampliſſimè: *Mea hæc eſt fidelis atque indubitata ſententia Deum adiutorium ſuum non ſolum in corpore quod eſt Eccleſia, verum etiam vniuerſis gentibus ſubminiſtrare & ſpeciatim quotidie pro tempore, per dies*, PER MOMENTA, PER ATOMOS, *& cunctis & ſingulis miniſtrare.* Inſiſtit velut ipſius veſtigiis, Concilium Senonenſe, cuius doctrina tanquam fons paruus poſtea in Concilio Tridentino in fluuium excreuit: ſic enim decernit, *Gratia neceſſitas libero non præiudicat arbitrio: cum illa ſemper in promptu ſit, &* NEQVE MOMENTVM *quidem prætereat, in quo Deus non ſtet ad oſtium & pulſet: cui ſi quis aperuerit, intrabit ad illum.* Quo loco Apocalypſeos bene admodum applicato, vitanda eſt Fauſti & Caſſiani interpretatio fraudulenta Deum ſtare ſemper ad oſtium & paratum eſſe ad pulſandum ſi modo priores id velimus; initium ſiquidem bonæ voluntatis à Dei pulſatione & motu, non verò pulſationis voluntatis noſtræ motus initium eſt, vt rectè oſtendit B. Auguſtinus libro de ſpiritu & literâ paucis his verbis, *Agit Deus vt neſcimus intrinſecùs vbi nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mentem.* Alibi locis in Pelagianos innumeris. Sed hæc obiter. Ad rem.

Sufficiés auxilium gratiæ omni tempore momentoque non datur, ſed opportune.

Concil. ſerm. c. 15.

Cap. 34.

An igitur ita continenter omnibus ac ſingulis momentis Gratiæ præuenientis auxilium animis omnium velut inſidere ſenſerunt Græci Patres? Equidem ita videtur ſentire S. EPHREM Syrus; *Diuinam prouidentiam & munificentiam ſedulo conſideremus vniuerſi: ſemper eius gratia corda noſtra viſitat, & ſi locum ſibi paratum inuenerit, ingreditur.* Non abſimili modo S. Chryſoſtomus οὐδέ ποτε ἐπιλείπει, πηγὴ γὰρ τοῦ πνεύματος ἁγίου τοῦτον τὸν θησαυρὸν ἀναβλύζει. ἡ χάρις ἕτοιμός ἐστιν ἐπιζητοῦσα τοὺς μετὰ δαψιλείας τοῦ-

Ephr. ſer. 1. de compunct.

S. Chryſoſt. ho. 36. in Gen.

τὴν ἀποδεχομένους. Id eſt. Nullo vnquam tempore deficit: fons enim Spiritus ſancti theſaurum hunc ſcaturire facit: parata eſt Gratia quærens eos qui ſe largiſſimè profluentem ſuſcipiant. S. MACARIVS ἡ χάρις ἀδιαλείπτως σύνεστι *Gratia indeſinenter adeſt.*

Verum hæc & ſimilia Patrum Latinorum Græcorumque dicta commodiſſimam Scholarum explicationem non patiuntur modò, ſed etiã expoſcunt. Quis enim ſiue peccatorum ſiue iuſtorum perpetuos, irrequietos, nullaque intercapedine interceptos in ſe Gratiæ ad bona vel meliora incitantis motus perſentire ſe aſſeueret? Pro loco igitur, pro tempore, pro opportunitate vel neceſſitate ſalutis id intelligendum eſt, & præſertim vbi neceſſitas præcepti incumbit: Non quin frequentiſſimè etiam extra præcepti neceſſitatem vrgentis, auxilia gratiæ excitantis animum commoueant, eique vel conuerſionis, vel faciendi ad perfectionem gratiæ progreſſus conſilia ingenerent: haud dubiè, ſed quia vbi neceſſitas præcepti ad conuerſionem vel ad noui peccati pugnam & fugam imminet, Deus qui nemini deeſt in neceſſariis, auxilium gratiæ ad exſequendum præceptum neceſſariæ nuſquam vnquam denegat. Quum ergo non ſingulis horis ac momentis præcepta exſequenda vel peccatorum tentationes vigeant, vt gratia ſingulis horis ac momentis animo noſtro velut inſideat, non eſt neceſſe. Vnde S. Chryſoſtomus oratoriè quidem, ſed appoſitè ad id, ſermone quodam de Lazaro. ὅρα σοφίαν Θεοῦ. οὔτε συνεχῆ τὴν κατηγορίαν ἐποίησεν εἶναι τοῦ συνειδότος (οὐ γὰρ ἂν ἠνέγκαμεν τὸ φορτίον, συνεχῶς ἐγκαλούμενοι) οὔτε οὕτως ἀσθενῆ, ὡς ἐκ πρώτης καὶ δευτέρας ἀπαγορεύσαι παραινέσεως. εἰ μὲν γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν ἔμελλεν ἡμᾶς κεντεῖν, κἂν ἀπεπνίγημεν ἀπὸ τῆς ἀθυμίας. εἰ δὲ ἅπαξ καὶ δεύτερον ὑπομνῆσαν ἀπέστη τῆς ἐπιτιμήσεως, οὐκ ἂν πολλὴν ἐκαρπωσάμεθα τὴν ὠφέλειαν. διὰ τοῦτο διηνεκῆ μὲν ταύτην ἐποίησεν εἶναι τὴν ἐπιτίμησιν, οὐ μὴν συνεχῆ. διὰ τοῦτο καὶ ἐκ διαλειμμάτων ἡμῖν τὸν τοῦ συνειδότος ἔλεγχον προσεβίβασεν. Id eſt. Vide ſapientiam Dei! Non continuam fecit conſcientiæ accuſationem, nec enim onus illud perferremus, ſi aſſiduè accuſaret: neque rurſus adeo leuem & imbecillam, vt poſt vnam aut alteram admonitionem deſperaret. Nam ſingulis diebus ac horis nos ſtimularet, nos animum deſpondentes ſuffocaret. Rurſus ſi poſt vnam aut alteram admonitionem deſiſteret, non multum fructûs nobis afferret. Idcirco fecit frequentem quidem eiuſmodi increpationem, ſed non perperam, &c. Idcirco & illud prouidit vt ex interuallis, conſcientiæ nobis redargutio accideret, &c.] Eodem plane modo nos de diuinæ Gratiæ inſpirationibus philoſophari debemus, atque B. Chryſoſtomus de conſcientiæ admonitionibus & increpationibus, quas nemo Catholicus diffitetur à diuinæ Gratiæ motu & auxilio pendere, cuius virtute aculei illi *& claui à Paſtore vno* id eſt Chriſto, in cordibus noſtris altiſſimè defiguntur.

Ch hom. 4. de Laz.

Eccli. 12.

VI.

Obiectiones Heterodoxorum contra ſuperioris de Gratiæ inefficacis auxiliis,

auxiliis, Doctrinæ tam Principia quàm Concluſiones, arceſſere in hunc locum ac diſſoluere meditabar; verùm dum illa elaborarem & conſcriberem, adeo confertas illas atque conglobatas deprehendi, vt illarum confutatio alterius exercitationis integræ operam merito depoſcere videatur. Eo fit vt eas, ſuas in claſſes probè diſtributas, ſincerè ac dilucidè propoſitas, omnibuſque ſuis neruis ac viribus inſtructas ſequens Caput Ss. Patrum Græcorum Latinorumque teſtimoniis & auctoritate profliget.

CAPVT XIII.

In quo Lutheri, Caluini, Chamieri, Iunij, Molinæi aliorumque Heterodoxorum obiectiones contra Gratiæ ſufficientis vel inefficacis Principia et Concluſiones orthodoxas ex SS. Patrum Græcorum et Latinorum auctoritate et certiſſimis argumentis euertuntur.

SVMMA CAPITIS.

I.

OBiectiones Synodi Dordracenæ contra mortis Christi ſcopum & redemptionem vniuerſalem, proponuntur & ſoluuntur ex S. Auguſt. & Patribus Græcis.

II.

Obiectiones contra probabilem puerorum, infidelium & obduratorum gratiam ſufficientem diluuntur ex iiſdem.

III.

Obiectionum pars prima contra Gratiam ſufficientem fidelium adultorum, ex S. Auguſtin. & reliquis Patribus confutatur.

IV.

Pars altera obiectionum pro impoſſibilitate præceptorum euertitur.

I.

OMNIVM qui antea ſcripſerant in antecedentem illam Dei voluntatem quâ vult omnes homines ſaluos fieri, in voluntatem Christi pro omnibus hominibus morientis, in redemptionem denique generalem, Heterodoxorum argumenta, in Dordracenam Synodum colluuione quadam vniuerſa confluxerunt: adeo vt illa prius hinc & inde diſperſa, vno quaſi alueo ibi coacta videas, quæcumque ex ſcripturis perperam explicatis aut applicatis alibi detorſerunt ἑτερόφρονες vt S. Cyrilli verbo vtar, δοκησίσοφοι, τὰ ὀρθὰ τῆς ἐκκλησίας δόγματα διαστρέφοντες aliud ſentientes ſibi ſapientes, recta Eccleſiæ dogmata peruertentes. Ea autem ex propriis auctorum verbis atteximus.

1.Tim.2.

S.Cyrill. in Michæam.

Dordracen. Synod. in iudicio Profeſſorum Belgic. Argum. 1.

ARGVMENTVM I. *Ex locis quibus mors Chriſti hoc pacto diſertè reſtringitur. Matth. 1. Vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſeruabit populum ſuum à peccatis ſuis Io. 10. Ego pono animam meam pro ouibus, nempe propriis & meis. Quemadmodum liquet ex comparatione verſ. 11. 12. & 16. Actor. 20. 28. vbi Paſtoribus Epheſinis commendat peculiariter curam Eccleſiæ, quam Deus proprio ſuo ſanguine acquiſiuit. Epheſ. 5. 25. Mariti diligite vxores proprias, quemadmodum Chriſtus dilexit Eccleſiam & tradidit ſemetipſum pro eâ vt ipſam ſanctificaret. Apocal. 5. 89 Tu mactatus es & emiſti nos Deo per proprium ſanguinem tuum ex omni familia, & lingua, & populo, & Gente, & feciſti nos Deo noſtro Reges, &c. In quibus omnibus locis etſi vox* ſolus *non exiſtat, tamen rebus per verba ſignificatis incluſa eſt, aut omnem efficaciam & argumentandi vim ex verbis illis tolli erit neceſſe. Nam ſi Chriſtus eſt ſaluator omnium populorum, fruſtra addidit Angelus* populum ſuum: *ſi Chriſtus poſuit animam ſuam æquabiliter pro omnibus, fruſtra dixit Chriſtus pro ouibus proprijs. Si Chriſtus emit ſuo ſanguine omnes & ſingulos homines, nullam vim argumenti habet, quod Paulus addit*, quam acquiſiuit ſanguine ſuo: *quemadmodum* nec mariti magis ſuas *quàm alienas vxores diligere debebunt, ſi Chriſtus ex æquali amore ſe tradidit pro omnibus in mortem, nec emptus dici poteſt ex omni populo, ſi reliqui non minus quam ipſi ſint empti.*]

Solutio Arg. 1.

Reſpondemus, iam ipſos Dordracenos myſtas pro Catholicis ad omnia reſponſionem occupaſſe: ipſi enim argumento & cæteris quæ poſtea afferuntur, hæc verba præfixerunt. *Si finem proprium ac ſingularem & vim ſaluificam mortis Chriſti ſpectes, aſſerimus Ieſum Chriſtum ex conſilio Patris & ſuo non pro reprobis & perituris, ſed tantum pro electis & credituris* EFFICACITER *eſſe mortuum, quod multis argumentis perſpicuis demonſtrari poteſt.*, quibus ſcilicet ad rem minimè controuerſam opus non erat. Verum & aliquid amplius ex Doctrina Ss. Patrum reſpondendum eſt. Dicimus igitur voluntatem humanam Chriſti conformem diuinæ fuiſſe: ac proinde ſicut diuina voluntas vna antecedens fuit, quâ omnium & ſingulorum hominum ſalutem voluit 1. Tim 2. altera vero conſequēs quâ ſolam electorum decreuit: vt antea ex S Ioanne Chryſoſtomo & Ioanne Damaſceno fusè diſſeruimus: ita & voluntas Chriſti ſe habuit, vt primò ſalutem vniuerſorum operari & pro omnibus mori vellet ac pro eorum redēptione pretium ſanguinis perſoluere: ſecundò verò & cōſequenter pro eorū ſolūmodo, qui electi à Patre volentes traherentur & in finem vſque perſeuerarent, ſalute. Prima quidem voluntas æqualiter ad omnes ſpectat, donec per ſecundam ad electos ſolos contrahatur ac veluti coarctetur, vt ad populum Dei propriū vel περιούσιον, peculiarem, gentem ſanctam, genus electum, Eccleſiam ſingulari modo Chriſti ſanguine acquiſitam: ſic enim ratione voluntatis ſecundæ, conſequentis & efficacis non eſt dubium Chriſtianos electos peculiari quadam prærogatiuâ à Chriſto redemptos, pretio non ſolum pro ipſis vt pro aliis perſoluto ſed etiam ad actualem ipſorum liberationem & ſalutem applicato; quo ſenſu dixit S. Chryſoſt., illud Apoſtoli *empti eſtis pretio*, proprium eſſe Chriſtianorum. τὸ δεσπότην ἔχειν, τοῦτο μὲν καὶ πρὸς Ἕλληνας ἡμῖν κοινόν. ὃ δὲ ἠγοράσθητε τιμῆς, ἡμῶν ἐξαίρετον. ἀναμιμνήσκει γὰρ τοῦ μεγέθους τῆς εὐεργεσίας, καὶ τοῦ τρόπου τῆς σωτηρίας, δεικνὺς

Chryſ in cap 1. ad Epheſ. ex S. Damaſc. 2. de fide c. 29. & dial. contra Manich.

Vide ſupra cap. 8.

Chr. ho. 18. in 1. Cor.

ὅτι ἀλλοτριωθέντες ἠγοράσθημεν. καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀλλὰ τιμῆς. Id eſt. Habere Dominum, illud quidem nobis cum gentilibus commune eſt: illud autem, empti eſtis pretio, noſtrum eſt & præcipuum: In memoriam enim reuocat magnitudinem beneficij & modum ſalutis, oſtendens quod cum eſſemus alienati, empti ſumus, & non abſolutè, ſed pretio.] Idem tamen Chryſoſtomus alibi Chriſtum mortuum eſſe pro gentilibus, non pro fidelibus tantum, illoſque vt hos redemiſſe, prædicat, vt antea protulimus; ſufficiat nunc id homiliæ in cap. 2. ad Hebr. οὐχ ὑπὲρ πιστῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, αὐτὸς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν. Non pro fidelibus tantum, ſed pro vniuerſo orbe, ipſe pro omnibus mortuus eſt.] Id. ho. 7. ad 1. Tim.

ARGVMENTVM 2. *Pro quibus Chriſtus mortuus eſt eorum loco tanquam ſponſor mortuus eſt, id eſt ſic pro iјs eſt mortuus vt eos à reatu mortis liberet: At reproborum loco tanquam ſponſor non eſt mortuus, id eſt pro his ſic non eſt mortuus, vt eos à reatu mortis liberet: ergo, &c. Minor certa eſt, aliàs enim à Deo puniri illi iuſtè non poſſent, cùm Deus vnum peccatum bis punire non poſſit, ſemel in Chriſto, ſemel in ipſis pereuntibus, à quibus ad vltimum vſque quadrantem debitum ſuum exigit. Matth. 5. 26. & 18. 34 Maior probatur ex vi vocis* ἀντὶ *Ro. 5. 6. 7. 8. & vſitatiſſimâ ſignificatione vocis* ὑπὲρ *quibus in hoc negotio ſcriptura vtitur, deinde ex locis ſequentibus. Eſai. 53. vbi dicitur, morbos noſtros pertuliſſe, dolores noſtros baiulaſſe, caſtigationem pacis noſtræ ei fuiſſe impoſitam, iniquitatem omnium noſtrûm in ipſum incurriſſe, & ſeipſum expoſuiſſe ſacrificium pro reatu peccatorum noſtrorum. Gal. 3. dicitur pro nobis factus eſſe maledictio. 2. Cor. 5. 21. dicitur pro nobis factus peccatum v. 15. Si vnus pro nobis mortuus eſt, ſanè & omnes illi mortui ſunt. Quod etiam ſacrificiorum typi demonſtrant, & voces* λύτρον καὶ ἀντίλυτρον, *quibus ſcriptura in hoc negotio vtitur.* Sec. Arg. Dordracenæ Synodi.

Reſpondemus hoc argumentum de iis tantùm concludere, pro quibus Chriſtus *Efficaciter* mortuus eſt, quod & ipſi Dordraceni ibidem agnoſcunt. Ita vt tamen Chriſtus etiam omnium vas & ſponſor ac fideiuſſor dici poſſit, primò ſufficientiâ ſeu *poteſtate pretij* vt antea ex Proſpero diximus: ſecundo verò & amplius, voluntate primâ & inefficaci omnes redimendi, non vero ſecunda & efficaci ex circumſtantiis rerum & perſonarum in ſe ſpectatis conſurgente. Vnde omnes illi textus ſacri ratione primæ illius voluntatis, ad omnes omnino homines ſpectant, vt illud Eſ. 53. *Verè languores noſtros ipſe tulit & iniquitates noſtras ipſe portauit* quæ quidem vt & ſequentia verba de omnibus hominibus exponit S. Cyrillus, & ſatis indicat ſcriptura ita exponendum eſſe, cum addit. *Omnes nos quaſi oues errauimus; vnuſquiſque in viam ſuam declinauit & poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrûm.* Luculenta ſunt B. Cyrilli verba ὁ ἀμνὸς ὁ ἀληθινός, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὁ τῆς σαρκὸς ὑπομείνας θάνατον ὅλην ἠλευθέρωσε τὴν ὑπ' οὐρανὸν καὶ θανάτου καὶ ἁμαρτίας. εἷς γὰρ ὁ πάντων ἀνταξιώτερος πέπονθεν ὑπὲρ πάντων, εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν. Id eſt. Agnus verus qui tollit peccatum mundi, mortem carne ſuſtinens vniuerſum ſub cœli complexu orbem liberauit & à morte & à peccato: vnus tanquam omnibus præſtantior, paſſus eſt pro omnibus, vnus pro omnibus mortuus eſt 2. Cor. 5. qui S. Cyrill. l. 5. in Eſ.

locus eſt Pauli neſcio quo conſilio à Dordracenis allatus, niſi vt eos conuinceret, cum de omnibus & ſingulis eum intelligat ipſe S. Auguſtinus libris in Iulianum. Quod autem attinet ad voces λύτρον & ἀντίλυτρον, ex iis cauſſæ noſtræ plurimum accedit, nam & Apoſtolus de omnium planè hominum redemptione verba faciens dixit. *Vnus mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus qui dedit ſemetipſum ἀντίλυτρον redemptionem pro omnibus*, non fidelibus tantum, ſed infidelibus etiam & iis qui pereunt in infidelitate, ait S. Chryſoſtom. quem vnum ſexcentis Pſeudoſynodorum myriadibus antepono.

S. Aug. li. 6. in Iul. c. 4 & 4. & 2. imperf.

1. Tim 2. 5.

Chryſoſt. ho. 7.

Arg. 4. Dordracen.

TERTIVM ARGVMENTVM. *Quibus promiſſiones veteris teſtamenti de Chriſto in mortem tradendo & fructu ac beneficijs ſalutaribus per eum ad Eccleſiam reipſâ reduturis, ſunt factæ, pro ijs ſolis mortuus eſt. At ſolis electis hæ promiſſiones ſunt factæ, ergo &c. Minor ex profeſſo probatur à Paulo Rom. 9. 7. 8. Nam ſoli filij promiſſionis cenſentur in ſemine, ad quos ſcilicet verbum illud de æternâ hæreditatis poſſeſſione pertinet. Et cap. 2 Electi aſſecuti ſunt (quod quærebat Iſraël) reliqui occalluerunt.*

Solutio.

Reſpondemus maiorem ſimpliciter eſſe falſam, vnde & Dordtaceni fateri coguntur, ſe intelligere de iis pro quibus ſolis *Efficaciter* mortuus ſit Chriſtus, non verò ſufficienter & voluntate antecedenti ſolùm & inefficaci: qui controuerſiæ præſentis Rhodus & ſaltus eſt. Niſi quis vellet promiſſionem duplicem diſtinguere vnam conditionatam, vt ſi volueritis bona terræ comedetis, Eſai 1. apud Chryſoſtom. antea & Baſil. in c. 1. I ſ. & alteram abſolutam: ita vt prior ad voluntatem inefficacem ſaluandi omnes, poſterior ad conſequentem referretur. Sed quid opus tantis? Maior falſa eſt, loquendo de promiſſione ἁπλῶς, tã pro aliis mortuus eſt Chriſtus, intentione pro iis ſatisfaciendi; quantum in ſe eſſet, quam pro iis quibus promiſſio in perſonâ Abrahæ facta eſt, Ro. 9 quid ita? quia *mortuus eſt pro omnibus qui mortui ſunt* 1. Cor. 5. atqui omnes omnino ad vnum homines mortui ſunt vnde, itidem colligit, *ergo omnes mortui ſunt*, & ita exponit S. Auguſtinus lib. VI. in Iulianum.

Arg. 5. Dordrac.

QVARTVM ARGVMENTVM. *Ex locis ſequentibus in quibus manifeſtò ad electos & credentes mors Chriſti propriè reſtringitur Joan. 11. 51. Prophetauit quod Chriſtus eſſet moriturus pro populo illo. Et non tantum pro populo illo, ſed vt filios Dei diſperſos in vnum congregaret. Ro. 8. 32. Qui proprio filio non pepercit, ſed pro omnibus tradidit illum, quomodo non cum illo omnia nobis gratificabitur? non gratificatur omnia cum illo nobis omnibus & ſingulis: ergo nec pro iis dedit filium ſuũ. Item v. 34. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus eſt qui mortuus eſt, imò & reſurrexit: ergo propriè pro non condemnandis eſt mortuus. Item Heb. 2. 10. Decebat eum per quem ſunt hæc omnia &c. vt multos filios in gloriam adducendo, principem ſalutis ipſorum per afflictiones conſeruaret. Nam qui ſanctificat & qui ſanctificantur, ex vno omnes. Quamobrem non pudet ipſum eos fratres appellare & v. 13. Ecce ego & pueri quos dedit mihi Deus. Quoniam igitur pueri illi ſunt participes carnis & ſanguinis, ipſe etiam ſimiliter eorum eſt particeps. Factus vt per mortem aboleret eum qui mortis habebat imperium. Ex quibus patet, ſingularem finem mortis Chriſti morientis fuiſſe, vt filios Dei & pueros ipſi à matre datos morte ſuâ*

liberaret. Sic & Heb. 9. 12. Chriſtus per proprium ſanguinem ſemel in ſancta eſt ingreſſus, æternam redemptionem nactus: in reprobis autem æterna eſſe non poteſt. Item v. 15. Propterea noui teſtamenti mediator eſt, vt morte factâ ad expiationem eorum, quæ ſub priore fœdere erant, peccatorum illi qui vocati ſunt, poſſeſſionem æternæ hæreditatis acciperent. Ergo finis proprius mortis Chriſti fuit vt vocati ſcilicet efficaciter eius fierent participes.

Reſpondemus nos Concluſionem iſtam poſſe ex præmiſſis locis S. Scripturæ tanquam ex principiis elicitam admittere, *Ergo finis proprius mortis Chriſti fuit, vt vocati ſcilicet efficaciter eius fierent participes.* Non enim iſtum finem proprium & peculiarem negamus qui reſpondet voluntati conſequenti ac efficaci Dei & Chriſti; ſed priùs aſſerimus finem quemdam generalem, non proprium, redimendorum omnium hominum qui reſpondeat Dei & Chriſti voluntati primæ antecedenti & inefficaci, quiquidem vocatur à S. Ioanne Chryſoſtomo τὸ πρῶτον θέλημα προηγούμενον prima & antecedens voluntas. Hunc autem finem & ſcopum Chriſtum ſibi propoſuiſſe vel ab ipſa primâ cogitatione quâ pati pro humano genere decreuit, teſtantur Ss. Patres, vt antea oſtendimus, vnus hic iterum loquatur S. Cyrillus præſtantiſſimus Theologus, vt omnes docti norunt, libro 3. in Eſaiam vbi loquens de ſacrificio Chriſti, ἡ ἐπὶ τούτῳ χάρις πλὴν ἧκεν εἰς τὸν τοῦ διασώζοντος σκοπὸν ἐπὶ πᾶσαν αὖ ἴσα σάρκα, πυτίσει εἰς πάντας ἀνθρώπους. σάρκας γὰρ ἀνθρώπους νοητέον. εἰ δὲ δὴ φαίνοιντό τινες τῆς σωτηρίας ἡμαρτηκότες, ἀψευδὴς ἂν εἴη καὶ οὕτως ὁ τοῦ προφήτου λόγος. ὁ γὰρ σκοπὸς τοῦ τιμήσαντος καὶ διασῶσαι θελήσαντος, καὶ οὐχὶ τῶν κεκλημένων τὸ ῥᾴθυμον ἐξετάζεται. Id eſt. Gratia in Chriſto quantum quidem ad SCOPVM ſaluantis in omnem carnem permeauit, id eſt, in omnes homines. Carnem enim intelligere oportet hominem. Quod ſi videas aliquos huius ſalutis expertes, verus tamen ſic eſt Prophetæ ſermo (videbit omnis caro ſalutare Dei. SCOPVS enim honorantis (id eſt pretium pendentis) & ſaluare volentis attenditur, non vero deſidia vocatorum.] Hoc igitur eſt quod dicebamus ſcopum & finem voluntatis illius primæ Dei & Chriſti, eſſe vt omnes ſaluentur per huius mortem, licet efficacia voluntatis conſequentis ad ſolos electos reſtringatur.

Solutio.

S. Chryſoſt. in cap. 1 ad Epheſ.

S. Cyrill. to. 1. in Eſ. to. iv. 507.

ARGVMENTVM QVINTVM. *Ex locis multis in quibus mors Chriſti cum ipſa redemptione neceſſario nexu coniungitur. Heb. 9. 26. Manifeſtatus eſt per oblationem ſuam ad abolendum peccatum. Et v. 28. oblatus eſt ad tollenda multorum peccata item cap. 10. 10. ſanctificati ſumus per oblationem corporis Chriſti. Et v. 14. vnâ oblatione conſummauit eos in perpetuum qui ſanctificantur.*

Arg. 5. Dordracen.

Reſpondemus poſteriorem quidem locum de ſolis iis qui actu iuſtificantur, & quos conſequenti & efficaci voluntate iuſtificare Chriſtus voluit, intelligendum, quales electos eſſe nunquam infitiati ſumus. Ex duobus locis prioribus contrariam Dordracenorum concluſioni veritatem concludi: Siquidem abſolutè finis ſacrificij cruenti Chriſti dicitur, *Abolendum peccatum, tollenda peccata multorum*, ſicut idem finis Danielis cap. ix. fuerat prænuntiatus, *vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, &*

impleatur viſio & Prophetia & vngatur ſanctus ſanctorum. Hæc omnia ſufficienter non efficaciter, ac proinde ea verè voluit ac intendit voluntate ſolum antecedenti Chriſtus, & oriens & moriens: Oriens, cum *ingredens in mundum dixit. Ecce venio vt faciam voluntatem tuam* vt explicat B. Paulus ep ad Hebr. cap. x moriens, quia ſicut omnes mortui ſunt, ita mortuus eſt pro omnibus 2. Cor. 5 at non ſoli electi mortui ſunt, ſed omnes planè Ro. 5. non tamen omnium peccata conſequenti & efficaci voluntate tollere voluit. Audiamus S. Chryſoſtomum, exponentem illum locum Heb. 9. 28. Ad multorum exhaurienda peccata: διὰ τί πολλῶν καὶ μὴ πάντων; ἐπειδὴ μὴ πάντες ἐπίστευσαν. ὑπὲρ ἁπάντων μὲν ἀπέθανε, τουτέστι τὸ αὐτοῦ μέρος, ἀντίῤῥοπος ἦν ὁ θάνατος ἐκεῖνος τῆς πάντων ἀπωλείας, οὐ πάντων δὲ τὰς ἁμαρτίας ἀνήνεγκε διὰ τὸ μὴ θελῆσαι αὐτούς. Id eſt. Cur multorum & non omnium? quoniam non omnes crediderunt. PRO OMNIBVS QVIDEM EST MORTVVS QVANTVM AD IPSVM ATTINET. Mors quidem illa ex æquo reſpondebat omnium interitui, omnium verò non ſuſtulit peccata quia ipſi noluerunt.

S.Chryſoſt. ho.17. ad Heb.

Arg.6. Dordracen.

SEXTVM ARGVMENTVM. *Ex locis in quibus mors Chriſti & eius efficacia ad ſolos hæredes pertinere dicitur, quorum cordibus noua lex inſcribitur, & quorum peccata remittuntur, ita vt non ampliùs in recordationem veniant. Hebr. 9. 15. vocatur mediator & ſanctificator noui fœderis: hocque morte ſuâ confirmaſſe dicitur v. 17. 18. Idem prolixè aſſerit cap. 10. v. 15. & ſeqq. atque ideo poculum Euchariſticum vocatur ſanguis noui teſtamenti. Et Gal. 32. v. 15. & 17. Promiſſiones fœderis Abraham factas & ſemini eius dicit eſſe per Chriſtum confirmatas.*

Solutio.

Reſpondemus primò hunc errorem eſſe Caluiniſticum, Nouum Teſtamentum ad ſolos electos pertinere, quum ad omnes regeneratos licet iuſtitiam ad tempus ſeruaturos reuera pertineat, quamdiu ab Eccleſiâ, hæreſi, ſchiſmate vel morte non ſeparantur. Error etiam eſt, Eccleſiam conſtare ex ſolis electis, & iuſtis, quum etiam ex multis iniuſtis & reprobis conſtet: vt toties ac toties docet B. Auguſtinus, innumeris præſertim contra Donatiſtas locis: eſt enim eadem domus in quâ vaſa ſunt aurea, argentea, fictilia: idem cœnaculum vbi Virgines aliæ prudentes, aliæ fatuæ: idem ouile vbi hirci & oues: eadem cœna in quâ alij veſtem nuptialem habent, alij non habent; eadem area in quâ triticum & paleæ: Eadem ſagena in quâ boni piſces malis permiſti ſunt, donec extrema dies aduenerit. Quod ſpectat autem ad promiſſiones & ad hæreditatem, cuius fœdus ſuo ſanguine Chriſtus ſanciuit, eſto illius ad ſolos electos efficacia pertineat, omnibus præſertim adultis fidelibus, tamen eiuſdem aliqua facta copia eſt, dum neque per Deum neque per Chriſtum mediatorem vllus ab eâ poſitiuè excluſus eſt, ſed ſolum ex hypotheſi propriæ hominum culpæ & pertinaciæ, *multi vocati, pauci electi*: multi vocati, id eſt omnes, ſicut Daniel. 12. *multi reſurgent* & Rom. 5. *multi peccatores.* Illi vero qui electi non ſunt ſimpliciter, *vocati non erant digni* Matth. 22. Quid ita verò? S. Chryſoſtomus. ὁ Χριστὸς ταῦτα διαλέγεται, περὶ τῆς κλήσεως, τοῖς μὲν οὐδέπω πεπιστευκόσι τὸ προσελθεῖν τῇ πίστει, τοῖς δὲ πεπιστευκόσι περὶ τῆς κατὰ τὸν βίον ἐπιμελείας. ἔνδυμα γὰρ βίος ἐστὶ καὶ πρᾶξις καὶ τῆς χάριτος ἦν ἡ κλῆσις. τίνος οὖν ἕνεκεν ἀκριβολο-

2. Tim. 2.
Matth. 25. 2.
Matth. 12. 2.
Matth. 3. 12.
Matth. 13. 47.
S. Aug tract. 6. in Io. Chryſ. ho. 6. in 2. ad Tim.

Matth. 22. 14. Aug. l. conc. Donat. coll. 10.

S. Chryſ. ho. 70. in Matth.

χεῖται; ὅτι τὸ μὲν κληθῆναι καὶ καθαρθῆναι χάριτος ἦν. τὸ δὲ κληθέντα καὶ τὰ καθαρὰ ἐνδυσάμενον μεῖναι τοιαῦτα διατηρούμενα, τῆς τῶν κληθέντων σπουδῆς. τὸ κληθῆναι δὲ οὐκ ἀπὸ τῆς ἀξίας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς χάριτος. Id eſt. Chriſtus hæc de iudicio diſſerit, infidelibus quidem nondum credentibus vt ad fidem accedant, fidelibus vero vt recte viuere ſtudeant. Veſtis enim nuptialis viuentis actio eſt. Verum cum per gratiam vocati ſimus, cur hæc ita accuratè diſputat? quia videlicet vocatio & purgatio ipſa ex gratiâ ſunt: vt vero vocatus & candida iam veſte indutus ſeipſum non maculet, ad diligentiam quoque pertinet. Vocaris enim non quia dignus es, ſed ex merâ gratiâ, &c.

Septimvm Argvmentvm. *Ex locis vbi Chriſtus dicitur pro ſolis electis & credentibus intercedere. Ioan. 7. non pro mundo rogo, ſed pro ijs quos dediſti mihi. Heb. 9. 24. Chriſtus in ipſum cœlum intrauit vt compareat in conſpectu Dei pro nobis. 1. Ioan. 2. Filioli mei, &c. Habemus aduocatum apud Patrem, & ipſe eſt propitiatio pro noſtris peccatis.* 7. Arg. Dordrac.

Reſpondemus. Sicut ex Ss. Patrum doctrinâ duplex Dei voluntas eſt, antecedens & conſequens: duplex Chriſti quoque morientis intentio quæ voluntati Dei reſpondet: venit enim non vt faciat voluntatem ſuam, ſed Patris: Deus autem neminem vult perire. Sic igitur duplex eſt Oratio Chriſti ſeu intentio in orando, vna conditionata, vt quidam vocant ſeu inefficax, altera efficax, illa pro omnibus, hæc pro ſolis electis, vt fuſe oſtendimus, neque iam ea retexere neceſſe eſt quæ capite IX. num. V ad eamdem obiectionem. Addimus tantum Chriſtum priorem illam ſuam intentionem ſatis declaraſſe in eadem ſuâ ad Patrem oratione, cum dixit, *vt credat mundus quia tu me miſiſti v. 21.* & antea Ioan. XII. *non veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluificem mundum.* Quem rectè vocat finem aduentûs Chriſti τὸν τῆς παρουσίας σκοπὸν Ammonius ibidem in Catenâ Græcorum. Solutio. S. Chryſ. in c. 1. ep. ad Epheſ. & Damaſc. cont. Manich.

Octavvm Argvmentvm. *Denique quia reprobos nunquam nouit Matth. c. 7. & 25. eorum non miſeretur, ſed odio habet Ro. 9. omnes occalleſcunt. Rom. 11. quæ omnia vt quam molliſſimè fieri poteſt, explicentur, tamen demonſtrant Chriſtum propriè & ex amore ſummo, ac cum propoſito certo ſaluandi pro ſolis electis eſſe mortuum.* Arg. 8. Dordrac.

Reſpondemus ignoratione Elenchi laborare hoc argumentum Dordracenum, concludit enim pro efficaci Dei voluntate erga electos ſolos propoſito Dei certo morte Chriſti expiandos & ſaluandos: quod quidem aſſerimus ſed ita vt nos minime pœniteat in Deo priorē voluntatē agnouiſſe, quâ primam & antecedentem Patres Græci & ab iis Theologi omnes orthodoxi vocant, quâ vult omnes homines ſaluos fieri 1. ad Tim. 2. *nolens aliquos perire,* 2. Petri 3 Chriſtus quoque ſimili voluntate, pro *omnibus mortuus eſt, qui mortui ſunt* 2. Cor. c 5. Nihil prohibet tamen quo minus & vtilius & excellentius pro electis mortuus ſit, qui ſingulari prærogatiuâ *empti ſicut primitiæ Deo & agno* Apoc. 14. quia licet ſit *Saluator maximè fidelium.* 1. Tim. 4. Eſt tamen *omnium* ibidem. Electi igitur tam decreto Dei quam intentione efficaci Chriſti patientis, ſunt inſigniter redempti; ſoli verò redempti quocum- Solutio.

que modo id demum eſt quod negamus.

Concilium Valentin. an. 855. to. 12. Concil. Gall ſub Remigio Lugdun.

Oſee 13.

Io. 3.

At eſt aliquis forſan qui his argumentis Dordracenis ſuppetias ferat ex Concilio Valentino tert. hoc enim perfugium vnum ſupereſt, Cap. IV. *Item de redemptione ſanguinis Chriſti, propter nimium errorem, qui de hac cauſſâ exortus eſt, ita vt quidam, ſicut eorum ſcripta indicant, etiam pro illis impiis, qui à mundi exordio vſque ad Paſſionem Domini in ſuâ impietate mortui, & æternâ damnatione puniti ſunt, effuſum definiant contra illud Propheticum, ero mors tua ô mors, ero morſus tuus, inferne: illud nobis ſimpliciter & fideliter tenendum ac dicendum placet, iuxta Euangelicam & Apoſtolicam veritatem, quod pro illis hoc datum pretium teneamus quibus ipſe Dominus noſter: ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſo, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et Apoſtolus, Chriſtus, inquit ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata.*

Cariſiaca Synod. an. 848. contra Goteſcalcum. Venilone Senonenſi præſide multis Epiſcopis ſedentibus.

Carisſ. art. 3.

Reſpondemus primò cauſſas quaſdam hiſtoricas eſſe ob quas in hoc Concilio quod reuera errore facti deceptum eſt, id fuerit conſtitutum, aduerſus alterius Synodi Cariſiacæ canonem, *Chriſtus Dominus noſter, ſicut nullus homo eſt, fuit vel erit, cuius natura in illo aſſumpta non fuerit, ita nullus eſt, fuit, vel erit homo pro quo paſſus non fuerit. Licet non omnes Paſſionis eius myſterio redimantur*: quoad redemptionis ſcilicet non ſolutionem tantum, ſed etiam perfectam applicationem vſque ad vltimum eius effectum, nempe gloriam. Vnde rationem addit Cariſiaca Synodus, *quia poculum humanæ ſalutis habet quidem in ſe vt omnibus proſit, ſed ſi non bibitur, non medetur.* Quæ verba ſunt B. Proſperi Concilium autẽ Valẽtinum, aliud videtur decreuiſſe, necnon & reprobaſſe hunc articulum qui tamen ex ſcripturæ & S. Auguſtini & Proſperi verbis conſtat. *Deus omnipotens ſine exceptione vult omnes homines ſaluos fieri, licet non omnes ſaluentur. Quod autem quidam ſaluentur, ſaluantis eſt donum, quod autem quidã pereant, pereuntium eſt meritum.* At cur hæc capitula damnauit Concilium Valentinum? ob prauam eorum explicationem & falſam, ab æmulis Hincmari Archiepiſcopi Remenſis viri ſui temporis doctiſſimi, in medium prolatam, quaſi voluiſſet ipſe cum Synodo Cariſiacâ, Chriſtum paſſum eſſe, vt Cain, Iudam, alioſque iam damnatos vel ab inferis reuocaret, vel ab iis remeandi, & ſalutem ſuam, quam deploratiſſimè in æternum perdiderant, denuò operandi poteſtatem faceret: quo ſenſu non eſt intelligenda Paſſionis Chriſti erga ipſos virtus, ſed ſolùm ratione voluntatis primæ & antecedentis omnes ſaluandi, deinde pro vniuerſo humano genere ſatisfactionem offerendi, cuius ipſi dum viuerent, compotes fieri potuerant: tandem verò gratias illas omnes ſufficientes promerendi, quas illis intuitu Paſſionis Chriſti Deus contulerat dum viuerent, quibus tanquam mediis bene vti noluerant, ſi voluiſſent autem redemptionis fructu potiri & ſalutem conſequi, planè in poteſtate habebant: vt expreſſe de ipſo Iuda aſſerit B. Cyrillus ſupra relatus in Ioannem. Verum Hincmarus illa Cariſiacæ Synodi Capitula contra Florũ Lugdunenſis Eccleſiæ Magiſtrũ & contra Valentinam Synodum, quam falsâ relatione deceptam oſtendit, præclarè tuetur ex Scripturis & Patribus in poſteriori opere contra Goteſcalcum

S. Leo ſer. 2. de paſſ.

Lib. de tenenda ſcript. volu. t. & de ſub. Epiſt.

Prædeſtinatianum,

Prædeſtinatianum, quod nuper ſummâ fide & diligentiâ editum eſt ab Iacobo Sirmondo Doctiſſimo S. I. Presbytero & Theologo. Adire Lector & inſpicere debet, quamprimum vacabit: nos ad noſtra properamus. De allegato verò ſuperiùs Synodi Valentinæ loco nil aliud ſentiendum quam quod ſupra innuimus, verum eſſe, ſi bene intelligatur de redimendis ab inferno, in quo nulla redemptio eſt, ſiue de reſtituendis per mortem Chriſti reprobis iam damnatis in ſtatum ſalutis aut poſſidendæ aut quærendæ: non verò ſi de actu promerendâ, gratiâ ſufficiente vel imperfectè efficaci, quam illi iam conſideratione meritorum Chriſti futuri, cuius ſanguine redempti ſunt in vitâ perceperant: cuius gratiæ vſu laudabili, conſequi poterant efficacem gratiam & ſalutem, quam conſequi neglexerunt. Certiſſimum enim eſt Chriſtum eatenus omnes homines redemiſſe quatenus omnem Gratiam quam Deus ipſis concedere decreuerat, merito ſuo ſolus acquiſiuit, vt oſtendimus lib. 1. cap de Gratiâ per Chriſtum. Vnde & Valentina Synodus ſatis teſtatur ſe nolle quicquam iuuare nouum errorem eorum qui dicunt *nullos eſſe à Chriſto redemptos niſi electos*, capite ſiquidem ſequenti ſic habet, *Item firmiſſimè tenendum credimus quod omnis multitudo fidelium ex aquâ & Spiritu ſancto regenerata, ac per hoc* VERACITER ECCLESIÆ INCORPORATA, *& iuxta doctrinam Apoſtolicam in morte Chriſti baptizata, in eius ſanguine ſit à peccatis ſuis ablata: quia nec in eis potuit eſſe vera regeneratio niſi fieret &* VERA REDEMPTIO: *cum in Eccleſiæ Sacramentis nihil ſit caſſum, nihil ludificatorium: ſed prorſus totum verum & ipſa ſui veritate & ſinceritate ſubnixum. Ex ipſa tamen multitudine* FIDELIVM ET REDEMPTORVM ALIOS SALVARI *æternâ ſalute, quia per gratiam Dei in Redemptione ſuâ fideliter permanent, ipſius Domini ſui vocem in corde ferentes, qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit:* ALIOS *quia noluerunt permanere in ſalute fidei quam initio acceperunt,* REDEMPTIONISQVE GRATIAM *potius irritam facere prauâ doctrinâ, vel vitâ quam ſeruare elegerunt, ad plenitudinem ſalutis & ad perceptionem æternæ beatitudinis nullomodo peruenire.* Nihil profecto clarius nec meridiano ſoli ſimilius, quam ex hoc loco conuinci, *omnes fideles eſſe vere Redemptos: & ſolos electos redemptos non eſſe,* quum aliqui ex redemptis pereant, ac proinde ex iis pro quibus Redemptor mortuus eſt. Hoc tamen libenter damus, electos ſpeciali iure & titulo redemptos eſſe præ aliis, quo ſenſu dicitur empti primitiæ Deo & agno, Apoc. 14. eo quod vltimum redemptionis effectum percipiant, quem *beneficium redemptionis* vocat Concil. Tridentin. Seſſ. VI. *Etſi Chriſtus* PRO OMNIBVS *mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt.* Eodem ſenſu dicimus cum B. Auguſtino *nullus eorum perit pro quibus mortuus eſt Chriſtus*: item contra Pelagianos aſſerentes pueros actu in Sacramento Baptiſmi redimi; illud vero redimi non eſſe à peccato liberari, quia eos nempe putabant peccati originalis expertes eſſe. *Vos non dicitis paruulos non debere baptizari, ſed pro magnitudine ſapientiæ veſtræ res mirabiles dicitis. In Sacramento Saluatoris baptizantur, ſed non ſaluantur: redimuntur, ſed non liberantur: lauantur, ſed non abluuntur: exorcizantur & exſufflantur, ſed à poteſtate diaboli non eruuntur. Hæc ſunt ſententiarũ portenta veſtrarũ, hæc inopinata myſteria dogmatum*

Synod. Valent. 3. cap. 5.

Matth. 10. 22. 24. 13

Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 3.

Aug. 3. in Iulian. c. 3

nouorum; hæc paradoxa Pelagianorum hæreticorum, mirabiliora quam Stoicorum Philoſophorum. Et poſtea. *Cæterum rogo te quomodo poteſt intelligi iſta redemptio, niſi à malo redimente illo qui redimit Iſrael ab omnibus iniquitatibus eius? vbi enim redemptio ſonat, intelligitur & pretium. De hoc autem pretio quare ſit fuſum, quid interrogamus alium? Redemptor ipſe reſpondeat, dicat ipſe mercator. Hic eſt, inquit, ſanguis qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Pergite adhuc pergite, & ſicut dicitis in Sacramento Saluatoris, baptizantur, ſed non ſaluantur: redimuntur, ſed non liberantur: lauantur, ſed non abluuntur: exorcizantur & exſufflantur, ſed à poteſtate diaboli non eruuntur: ſic etiam dicite, funditur pro eis ſanguis in remiſſionem peccatorum, ſed nullius peccati remiſſione mundantur.* Hæc diſputatio eò tendit & contendit vt doceat & conuincat, effectum redemptionis, nempe baptiſmi actualem in pueris applicationem, non poſſe verè dici redemptionem, niſi eam præcedat peccatum, à quo liberentur. Atque ita de redemptione non ſolum ſufficienti, ſed etiam efficaci ibi ſermo eſt. Alioqui de redemptione ſufficienti verum eſt illud S. Proſperi, *rectè dicuntur omnes redempti licet non omnes a captiuitate liberati ſint.* Sed hæc abundè, abſoluamus cum dicto Apoſtoli 1. Theſſal. 9 οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ θεὸς εἰς ὀργήν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν. *Non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum mortuum pro nobis.*

II.

Obiect. contra grat. ſuffic obdurat is conceſſum.
Caluin. l. 1 inſtit. c. 17. & 18. & l. 2. c. 4

Obiectionum contra Gratiam ſufficientem, quam diximus probabile eſſe induratis etiam & obcæcatis concedi. Prima Caluini eſt non repugnare poſitiuam à Deo immitti obdurationem & inflexionem in peccatis, in pœnam peccati. *Sic enim ait Deus dicit ſe aggrauaſſe cor Pharaonis. An indurauit non emolliendo? id quidem verum eſt, ſed plus aliquid fecit, quod obſtinatione pectus eius obfirmandum Satanæ mandauit. Vnde prius dixerat, Tenebo cor illius Ex. 10. Eludunt inſulſo cauillo quidam has loquendi formas, quia dum alibi dicitur Pharao ipſe aggrauaſſe cor ſuum, indurationis cauſa ponitur eius voluntas; ſed indurare, nudam permiſſionem non ſonat, &c.*

S. Baſil. ho. 9.

Verum hæc ſacrilega & impia doctrina ab omnibus ſanctis Patribus & Theologis reijcitur & anathemate deuouetur. B. Baſilius lib. quod Deus auctor mali non ſit, hoc primum conſtituit, τὴν κατασκευὴν conſtitutionem Pharaonis cum à Deo eſſet, malam eſſe non potuiſſe, indurationem verò, Dei permiſſione quidem ſed ex propria ipſius malitia prognatam. ἀλλ' αὐτὸς ἀπὸ τῆς ἄγαν κακίας ἀνίατος ὤν, ἐσκλήρυνεν αὐτὸν τῇ μακροθυμίᾳ ὁ σοφὸς τῶν ψυχῶν οἰκονόμος, id eſt. Ex malitiæ exceſſu factus eſt inſanabilis, obdurauit eum longanimitate ſapiens animarum diſpenſator &c. Sic Auguſtin. antea nos docuit eiuſmodi indurationem, à Deo factam dici *non quidem impertiendo malitiam, ſed non impertiendo miſericordiam.* Et iterum lib. de Nat. & Grat. cap. XXII. *cordis illa cæcitas facta eſt deferente luce ſapientia.* Vide quæ ſuperiori capite diximus. Si quis autem illam miſericordiæ ſubtractionem interpretetur, non ſolum gratiæ ſpecialis, vt ferè omnes Theologi intelligunt, ſed cuiuſcum-

S. Aug ep. ad Sixt.

que Gratiæ, tunc dicimus cum B. Auguſtino in expoſitione quarumdam propoſitionum Epiſtolæ ad Romanos. *Obduratum eſt cor Pharaonis vt tam euidentibus ſignis non moueretur. Quod ergo tunc Pharao non obtemperabat præceptis Dei, iam de ſupplicio veniebat. Non autem quiſquam poteſt dicere obdurationem illam cordis immeritò accidiſſe Pharaoni, ſed iudicio Dei retribuentis incredulitati eius debitam pœnam. Non ergo hoc illi imputatur quod tunc non obtemperaret quandoquidem obdurato corde obtemperare non poterat, ſed quia dignum ſe præbuit cui cor obduraretur priori infidelitate.* Sed hac de re poſtea vbi de neceſſitate gratiæ ad poſſibilitatem præceptorum.

III.

Tertia Claſſis obiectionum imminet aduerſus gratiæ ſufficientis adultorum fidelium aſſertionem quam eſſe de fide diximus. Prima hæc eſt. Gratia illa ſufficiens quâ poſitâ homo ea vti poteſt vel non vti, eſt adiutorium. Illud *Poſſibilitatis* Pelagianorum quod quidem tanta animi contentione atque etiam deteſtatione exagitauit, ac tandem vt hæreſeos damnaretur, effecit B. Auguſtinus. Sic enim adiutorium illud Poſſibilitatis deſcribebant & commendabant Auctores ipſi Pelagius & Celeſtius, auxilium adiuuans potentiam vt vel omnino poſſet, vel facilius poſſet velle & agere: indeterminatum ad velle & non velle, agere vel non agere: Sine quo tamen non ageretur: ac denique, quæ capitalis differentia eſt, arbitrio voluntatis humanæ ita in agendo & non agendo ſubiectum & attemperatum, vt ab eius nutu pendeat, & quodammodo expectet voluntatis imperium quo ad agendum vnà cum adiutorio illo propellatur vel ab agendo refrænetur. Hæc omnia conſtant, inquiunt, ex S. Auguſtino lib. de grat. Chr. cap. 5. & 8. lib. de peccator. merit. cap. 5. de corrept. & grat. cap. 12 & alibi non rarò.

Obiectiones cõtra gratiam ſufficientem fidelium.

Apud Ianſen. l. 5. de hær. Pelag. c. 2.

Reſpondemus falſam calumnioſam, & longè abſurdiſſimam ſententiæ vniuerſalis Theologorum de ſufficientis gratiæ auxilio, cum adiutorio *poſſibilitatis*, quale Pelagiani inducebant, comparationem: quum tot diſcrimina inter vtrumque reperiantur, quorum vel vnum ad illius odioſiſſimi mendacij confutationem cumulatè ſufficeret. Diſcrimen primum eſt, quod adiutorium illud *poſſibilitatis* ex meris & ſolis naturæ viribus admittebant Pelagiani; ita vt Deo tantum vt Creatori & vt naturæ eiuſque facultatum vt intellectus, voluntatis eorumque omnium quæ ab ipſis emanant, aut ad ipſas conſequuntur, auctori adiutorium illud aſcriberent: quod quidem poſtea ementito gratiæ nomine induerunt. Quis autem ſexcentorum & amplius cum S. Thomâ, Theologiæ ſcriptorum dixit adiutorium gratiæ ſufficientis à natura vel à Deo vt authorem ſolum naturæ expectandum eſſe? Nugæ, gerræ, ſed ceteræ calumniæ. Sed quia Pelagiani adiutorium illud *Poſſibilitatis Naturalis* ad credendum & amandum ſuper omnia Deum ſufficere dicebant, vt nullâ præterea gratiâ comitante ſeu adiuuante ad id agendum opus eſſe tuerentur. Theologi vero gratiâ ſufficientem aſſerentes,

Solutio, contra Caluinum l. 1. inſtit. qui ideo vocat Sorbonicos, Sophiſtas & Pelagianos.

S. Aug. de Gr. Chr. c. 25. vocat naturalem.

gratiam adiuuantem ad credendum actu perneceſſariam affirmant. Quin ita ſit, iudicet lector ex eo quod pollicetur Pelagio B. Auguſtinus.

S. Aug de Gr. Chr. cap. 47.

Quantum attinet ad iſtam de diuina gratiâ & adiutorio quæſtionem, tria iſta quæ apertiſſimè diſtinxit, attendite: poſſe, velle, eſſe: id eſt poſſibilitatem, voluntatē, & actionem. SI ERGO CONSENSERIT NOBIS *non ſolam poſſibilitatem in homine, etiamſi nec velit, nec agat bene, ſed ipſam quoque voluntatem & actionem, id eſt, vt benè velimus & benè agamus, quæ non ſunt in homine niſi quando bene vult & benè agit: ſi vt dixi conſenſerit etiam ipſam voluntatem & actionem diuinitus adiuuari, vt ſine illo adiutorio nihil benè velimus & agamus, eamque eſſe gratiam Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, in quâ nos ſua non noſtra iuſtitia iuſtos facit, vt ea ſit vera noſtra iuſtitia quæ nobis ab illo eſt*, NIHIL DE ADIVTORIO GRATIÆ DEI, *quantum arbitror, inter nos controuerſiæ relinquetur.* Atqui Theologi omnes Gratiæ ſufficientis aſſertores *non ſolam poſſibilitatem in homine, ſed voluntatem* ipſam & actionem diuinitus adiuuari profitentur, ergo falsò, malè, temerè, calumniosè cum Pelagio aduerſus Auguſtinum ſentire ab heterodoxis dicūtur. Tertium diſcrimen eſt quod

Gratia vbilibet & qualiſlibet Pelag. apud Aug. de gr. Chr. c. 5. & 14.

Pelagiani adiutorium gratiæ, ſi modò illud aliquando ſupernaturale eſſe fateri coacti ſunt, extrinſecum tantùm & præterea, non ſimpliciter ad agendum, ſed ad *facilius* tantummodo agendum requiri dixerunt. Catholici verò Doctores intrinſecum, & ſimpliciter & abſolutè neceſſarium dixerunt, vt eſſet *vnum de prærequiſitis ad agendum* ſicut ſcholæ loquuntur & quotidie perſonant. Cætera diſcrimina ex aliis obiectionibus patebunt.

Obiect. 2. Ex Anonymo Gallico.

OBIECTIO ALTERA. Diuerſum eſt penitus auxilium gratiæ quod homini concedi debet poſt lapſum, ab auxilio quod ante lapſum eidem conceſſum eſt: atqui ante lapſum erat auxilium ſufficiens, ergo poſt lapſum diuerſum ab eo eſſe debet, nimirum validius & potentius & planè medicinale, hoc eſt nonniſi efficax. Innititur hæc obiectio

S. Aug l. de nat. & grat. c. 43.

verbis B. Auguſtini. *Quis neſcit enim hominem ſanum & inculpabilem factum, & libero arbitrio, atque ad bene viuendum poteſtate liberâ conſtitutum? ſed nunc de illo agitur quem ſemiuiuum latrones reliquerunt &c. Sed medicinâ poterit*

L. 1. de Gr. Chr. c. 3.

quod vitio non poteſt. Quæ cum ita ſint, inquit Auctor recens, iam differentia ſanæ & ægrotæ voluntatis, quantum ad benè viuendum, incipit ſublucelſcere: nempe voluntas ſana ita robuſta erat per inſtitutionem primæuæ ſuæ libertatis, quâ primus homo creatus eſt rectus, vt ſeipſa nutu ſuo perinde ad bonum volendum atque ad malum ſponte flecteret, non à gratiâ vel cupiditate flecteretur. Siſtamus hic quæſo & bona illa verba poſtrema, primo contemplemur.

Solutio.

Reſpondemus igitur primò errorem eſſe dubio procul intolerandum, Gratiam Dei in ſtatu innocentiæ & iuſtitiæ originalis *non flexiſſe voluntatem humanam ad bonum volendum.* Exhorreſcunt aures Chriſtianæ ad iſta non paradoxa, ſed paradogmata. Quod enim officium eſſe poterat gratiæ tunc excitantis & præuenientis? ſi non flectebat, non mouebat; ſi non mouebat, non excitabat, ſi non excitabat, gratia operans & præueniens non erat. Verum ad ſuperiora reuehamur. Diuerſum eſt, inquiunt, auxilium gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ quam integræ &

& iuſtitiâ originali indutæ. Diuerſitatem penes ſubſtãtiam non agnoſco, penes gradum & modum agnoſco: Eadem autem Gratia etiam ſufficiens diuerſos habet gradus, intenſior in illis, remiſſior in iſtis eſſe poteſt. Quid multa, nihil aliud exigit S. Auguſt. niſi vt hæc validior, robuſtior, POTENTIOR SIT, ad hoc vt ſanare poſſit, dein alleuare, poſtmodum excitare. Hæc omnia & ſufficiens poteſt, & aliquando etiam facit eo quo poſtea dicturi ſumus modo. B. AVGVSTINVS libro de correptione & gratiâ. *Sancti in certamine laborantes ac periclitantes, dari ſibi pugnandi vincendique virtutem per Chriſti gratiam poſcunt: Adam verò nullâ tali rixâ à ſeipſo aduerſus ſeipſum tentatus atque turbatus in illo beatitudinis loco ſuâ ſecum pace fruebatur. Proinde etſi non interim lætiore, verumtamen* POTENTIORE *gratiâ indigent iſti.* Potentior vero Gratia vt efficax vna, alterâ efficaci eſſe poteſt, ita ſufficienti ſufficiens: ac proinde nihil efficit argumentum de ſolâ efficaci concludens. At neutra ſufficiens attingit effectum, Ais? nego: ſemper enim effectum aliquem producit proximum, nempe motionem & excitationem voluntatis, *Deo enim tangente cor hominis, homo illam inſpirationem abijcere poteſt*, ait Concil. Trid. ſeſſ. vi. conſenſum vero aliquando elicit, licet non infallibiliter, vt capite xv. explicabimus. Quod autem in obiectione dicitur omnem gratiam Medicinalem ſemper efficacem eſſe, id falſum putat & S. Auguſtinus lib. de nat. & grat. ſub finem, *imputatur tibi ad culpam, quod volentem ſanare contemnis.* Eodem ſæpe modo B. Chryſoſtom. v. orat. in S Iulianum *ὁ κάμνων οὐ δέχεται εὐθέως τὴν παραίνεσιν*, æger non ſtatim admonitionem admittit & in homiliâ quadam de Pœnitentia explicans illud Pſalm. *Nolite obdurare corda veſtra: ὁ ἰατρὸς ὑβριζόμενος ὑπὸ τοῦ θεραπευομένου οὐ καταφρονεῖ τὰ βοηθήματα, οὐκ ἀμύνεται τὸν νοσοῦντα, πόσῳ μᾶλλον ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν ἡμῶν*; id eſt. Medicus contumelia ab eo quem curat, affectus, non negligit remedia adhibere, non vlciſcitur in ægrotum, quantò magis animarum medicus noſtrarum, &c. Innumera paſſim apud Chryſoſtomum & cæteros Patres

S Aug. de cor. & grat. c. 2. vbi multa de comparatione Adami & lapſorũ.

Obiect. 3. ex Anonymo Gallico.

To. 1. ad pop. ho. 77

OBIECTIO 3. In hoc proprie Maſſilienſium, aliàs Semipelagianorum error ſitus erat, quod aliquid reliquum primæuæ libertatis putauerint in homine lapſo, quo ſicut Adam, poſſit gratiâ vti & non vti. Ergo idem ſentire cum gratiâ ſufficienti error eſt.

Obiectio 3. ex Apologet. Gall.

Reſpondemus in eo non eſſe ſitum Semipelagianorum errorem, ſed in eo quod exiſtimarint eſſe in homine aliquod fidei initium ſine gratiâ, & affectum credendi ex ſolis naturæ viribus coorientem, quo ſi vellet ad gratiæ auxilium peruenire poſſet. Diſertiſſime teſtatur id prima contra Maſſilienſes querela ab Hilario & Proſpero ad B. Auguſtinum delata, necnon ipſe B. Auguſtinus lib. de prædeſtinatione ſanctorum. Proſper ep. ad Auguſtin. vno verbo, *Multi ſeruorum Chriſti qui in Maſſilienſi vrbe conſiſtunt, &c. cum duo ſint quæ humanam operentur ſalutem, Dei ſcilicet gratia & hominis obedientia, priorem volunt obedientiam eſſe quam gratiam: vt initium ſalutis ex eo qui ſaluatur, non ex eo credendum ſit ſtare, qui ſaluat.* En tota Maſſilienſium hæreſis, *de initio ſalutis à libero arbitrio ſine vlla gratia præueniente.* At omnes Theologi, motûs ad ſalutem

Solutio.

initium à Gratiâ arceſſant, & progreſſum & finem, in quo igitur, & à quibus Pelagianiſmi vel Semipelagianiſmi inſimulari ſunt? Caluino tantùm de ipſis licuit, deinde reliquis ab eo ſectatiis qui nihil quam importunè & ad vſque conuitia vocitare, ampliùs poſſunt.

Caluin lib. 2. inſtit. ideo Sorbonicos Sophiſtas nouos Pelagianos vocat.

Dices: iuuandi ſunt enim, ſed ad veritatem inueſtigandam, non vero opprimendam aduerſarij, dices inquam, S. Auguſtinum initio libri de prædeſtinatione Ss. videri referre illos Maſſilienſes, admittere gratiam præuenientem: ait enim. *Peruenerunt iſti fratres noſtri vt præueniri voluntates hominum Dei gratiâ fateantur, atque vt ad nullum opus bonum vel incipiendum vel perficiendum ſibi quemquam ſufficere poſſe conſentiant quod plurimum eos à Pelagianorum errore diſcernit.* Reſpondemus B. Auguſtinum referre eos id ſenſiſſe de *bono opere* non quæcumq; etiam fidei, ſed de eo quod *primum fidei actum* conſequeretur: *fidei* enim ſiue *credulitatis* vt vocat, ſiue *credendi initium* volebant à nobis eſſe ante gratiam Dei, vnde Auguſtinus addit quod libri ſui futurum eſt argumentum; *Prius itaque fidem quâ Chriſtiani ſumus, donum Dei eſſe debemus oſtendere. Sed nunc reſpondendum eis eſſe video qui diuina teſtimonia quæ de hac re adhibuimus, ad hoc dicunt valere, vt nouerimus ex nobis quidem nos habere ipſam fidem, ſed incrementum eius ex Deo: tanquam fides non ab ipſo donetur nobis, ſed ab ipſo tamen augeatur in nobis eo merito quo cœpit à nobis.* Contra hunc errorem non verò contra noſtram veritatem armatur & dimicat B. Auguſtinus aduerſus Maſſilienſes toto libro de Prædeſtinatione Ss.

Obiect. 4. in Anonymo Apologet. Gallic.

S. Aug. l. de prædeſt. Ss. c. 2.

Obiectio v. In doctrinâ B. Auguſtini duplex eſt adiutorium voluntatis: nam aliud eidemmodi eſt *ſine quo* voluntas velle non poteſt, ſic tamen vt velle vel nolle, vti vel non vti adiutorio in eius libero relinquatur arbitrio: aliud *quo fit* determinatè vt voluntas velit. Hoc ergo verum & genuinum diſcrimen eſt inter vtriuſque ſtatûs adiutorium, quod adiutorium ſanitatis ſeu integræ libertatis influeret aut non influeret cum voluntate, prout voluntas vellet aut nollet, pleniſſiméque ipſius arbitrio ſubderetur: Medicinale verò, ipſum benè velle fatiſcienti ægroteque voluntati tribuat. Hoc in primis probat ille diuerſus operandi modus quem adiutoriis cuiuſque ſtatûs tribuit S. Auguſtinus libro de correptione & gratiâ. *Adiutoria ipſa diſtinguenda ſunt. Aliud eſt* Adiutorium sine qvo *aliquid non fit: & aliud eſt* Adiutorium qvo *aliquid fit. Nam ſine alimentis non poſſumus viuere, nec tamen cum affuerint alimenta, eis fit vt viuat qui mori voluerit. Ergo adiutorium alimentorum eſt, ſine quo non fit, non quo fit vt viuamus. At vero beatitudo quam non habet homo, cum data fuerit, continuò fit beatus. Adiutorium eſt enim non ſolùm ſine quo verùm etiam quo fit propter quod datur.* Erat autem adiutorium primi hominis, non quo fieret, ſed ſine quo non poſſet opus bonum fieri. *Tale quippe erat, inquit, adiutorium quod deſereret cùm vellet & in quo permaneret ſi vellet, non quo fieret vt vellet.* Adiutorium vero infirmæ captiuæque voluntatis vult eſſe tale *quo fiat* vt velit. *Primo namque homini datum eſt adiutorium perſeuerantiæ non quo fieret vt perſeueraret, ſed ſine, quo per liberum arbitrium perſeuerare non poſſet: Nunc verò ſanctis in regnum Dei per gratiam prædeſtinatis, non tantùm tale adiutorium perſeuerantiæ datur, ſed tale vt eis perſeueran-*

Ex eod. Apologet. Gallico.

S. Aug. cap. 12.

Aug. 26. c. 2.

Cap. 12.

tia ipſa donetur. Item. *Hæc prima eſt gratia quæ data eſt primo Adam: ſed hæc potentior eſt in ſecundo Adam. Prima eſt enim quâ fit vt homo iuſtitiam habeat ſi velit: ſecunda ergo plus poteſt, quâ etiam fit vt velit, & tantùm velit tantoque ardore diligat, vt carnis voluntatem contraria concupiſcentem, voluntate ſpiritûs vincat.* Plura ibidem Cap. 2.

Reſpondemus ex duobus illis capitibus libri de prædeſtinatione Ss. bene quidem colligi diſcrimen inter Gratiam perſeuerantiæ quæ Adamo in primæuo innocentiæ ſtatu conceſſa eſt, à gratiâ perſeuerantiæ quæ nunc prædeſtinatis à Deo conceditur: ex eo quod illa primo parenti conceſſa ſufficiens tantùm exſtitit quia in ſtatu innocentiæ minimè perſeuerauit, cum tamen perſeuerare poſſet: hæc verò efficax eſt quâ prædeſtinati ipſi in iuſtitia finali perſeuerant Verum ex eo diſcrimine, quod vel ex ipſo euentu facillimè colligitur obliquiſſimè infertur Adam, imo etiam Angelos, non habuiſſe vllam gratiam efficacem, ſicut etiam prauiſſimè infertur homines lapſos poſt Chriſtum & à Chriſto nullam gratiam ſufficientem aut inefficacem, nec vllam aliam præter efficacem percipere, quod tot locis, tot teſtimoniis Ss. Patrum, tot perſpicuis demonſtrationibus antea falſi conuicimus. Quod primum enim ſpectat erroris iſtius caput, certo certius eſt Gratiam illam quâ Adam credidit in Chriſtum venturum ſibi à Deo in myſticâ illâ Ecſtaſi reuelatum, de quâ Geneſ 2. in Euangelio Chriſtus, & in epiſtola ad Epheſios loquitur Apoſtolus; certiſſimum, inquam, gratiam illam fuiſſe, hoc eſt effectus ſupernaturalis præſtantiſſimi ἐνεργητικὴν effectiuam, fidei enim actus nonniſi à Gratiâ efficaci eſſe poteſt vt multis probat B. Auguſtinus lib. de prædeſtin. SS. Nec vllus ſtatus excipiendus eſt, etiam perfectiſſimus Angelorum, vt oſtendimus lib. 1 Nulla ſiquidem natura eſt tam nobilis, valida, quibuſuis numeris abſoluta, quæ abſolutè non indigeat gratiâ efficaci ad producendum effectum verè ſupernaturalem vel minimum, quanto magis excellentiſſimum? Deinde vero, Angeli nunc beati habuerunt gratiam qua actu perſeuerarunt ſimilem gratiæ primi hominis, vt inquiunt aduerſarij ſupra: nullo vnquam loco dixit aut cogitauit B. Auguſtinus, illam Angelorum gratiam fuiſſe ſolum *Adiutorium ſine quo non*, non verò *adiutorium quo* cum reuera fuerit illud adiutorium tale vt per illud de facto perſeuerarint, hoc eſt adiutorium efficax. Quod rectè confirmari poteſt ex eo quod aduerſarij aſſerunt omnem gratiam & nullam aliam præter efficacem eſſe gratiam per Chriſtum, at Angeli ſanctificati fuere ex Gratiâ per Chriſtum, vt docet B Cyrillus lib. ix. de Adoratione *ἄγγελοί τε καὶ ἀρχάγγελοι καὶ τὰ ἔτι τούτων ἐπέκεινα ἢ αὐτὰ δὲ τὰ χερουβὶμ, οὐχ ἑτέρως ἅγια πλὴν ὅτι διὰ μόνου χριστοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι.* Id eſt. Angeli & Archangeli, iiſque excelſiora, ipſa denique Cherubim, non aliter quam PER CHRISTVM SOLVM in ſancto Spiritu ſancta ſunt. Quod iiſdem pene verbis B. GREGORIVS Magnus *nullus neque hominum neque Angelorum ſanctus eſt niſi per Chriſtum.* Ergo Gratiam efficacem quâ ſancti fierent, Angeli habuerunt: Similem Adam habuit, vt fatentur, igitur habuit etiam efficacem illam, quâ

Match. 19. Eph. 5.

S. Cyrill. 9. de ador. to. 1.

Greg. in 1. Reg. c. 2.

Vide lib. 1. huius operis cap. 5.

eſt efficacem à libero arbitrio nuſquam ſecludit, vt videre eſt apud eumdem de Angelis loquentem libro XII. de ciuitate Dei *nonniſi operante Deo, operante adiutorio Creatoris, Deo debent quod iuſte viuunt.* Angelos autem beatos habuiſſe aliam Gratiam præter ſufficientem aperte teſtatur B. Auguſtinus ex collatione malorum, qui ſufficientem ex confeſſo aduerſariorum habuerant, eodem cap. IX. lib. XII. de ciu. AVT SI MINOREM ACCEPERVNT AMORIS DIVINI GRATIAM, *quam illi qui in eadem perſtiterunt: aut ſi vtrique boni æqualiter creati ſunt, iſtis malâ voluntate cadentibus,* ILLI AMPLIVS ADIVTI *ad illam beatitudinis plenitudinem peruenerunt.* Adhæc vero oſtendimus eodem loco B. Auguſtinum aliquam Gratiam ſufficientem homini poſt lapſum concedere. Percontor enim quid intelligat per *adiutorium*, in poſtremis hiſce verbis: *nunc autem quibus deeſt tale adiutorium, iam pœna peccati eſt; quibus autem datur, ſecundum gratiam datur.* Aut intelligit Gratiam ſufficientem, aut intelligit Gratiam efficacem per illud, *tale adiutorium*; ſi Gratiam efficacem, id volumus, dicimus enim eam non omnibus dari, ſed quibuſdam, vt ibi diſerte habet: Si autem Gratiam ſufficientem, vt fert obiectio: conſequitur Gratiam ſufficientem quibuſdam dari, habet enim, *quibus autem datur, per gratiam datur*, id eſt gratis datur. Perſpicuum verò eſt B. Auguſtinum vltimis illis verbis loqui de auxilio efficaci, quod quidem licet cum ſufficiente collatum vocet, *tale adiutorium* non oportet interpretari quaſi ſufficiens ſit, ſed quod ſufficienti ſimile ſit in ratione genericâ auxilii, & quia eadem eſt entitas & ſubſtantia vtriuſque gratiæ, licet gradus, modi & relationes diuerſæ ſint: toto enim capite cõfert adiutorium quod nunc datur ſanctis perſeuerantibus, & per illud *permanentibus & cum ardore diligentibus, & carnis voluntatem ſpiritus voluntate vincentibus*, cum eo quod datum eſt Adæ non perſeueranti, tametſi cum eo perſeuerare potuerit. Cætera Gratiam ſufficientem abdicantium argumenta ad Gratiam efficacem propiùs ſpectant, ideoque in capita quædam ſequentia differenda.

S. Aug. cap. 9. & in Pſ. 70.

S. Aug. ibid. lib. de corrept. & gr. c. 1. & cap. ſeq. vide.

Execrandam prætereà neoterici vernaculi blaſphemiam qui Gratiam ſufficientem dicit *eſſe eam quæ à diabolo daretur, ſi diabolus gratiam daret*: eo quod culpabiliores reddat peccatores: At ipſe idem vernaculus antea cum auctore ſuo dixerat Adamum habuiſſe à Deo gratiam ſufficientem; quâ igitur fronte talem eſſe dicit qualem diabolus daret? Ratio vero quam affert, nullius ponderis eſt: gratia enim illa culpabiliores reddit peccatores non per ſe, ſed per accidens, quia illam auerſantur: ſicut Euangelium & ſermo Chriſti Iudæos etiam culpabiliores effecit: & ipſius miracula Capernaïtas Corozaïm & Bethſaïda, & longanimitas Dei quoſcumque in peccatis iram ſibi theſaurizantes in die iræ, magis obnoxios reddit: de Iudæis ait Chriſtus: ſi locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent: & Chriſtus ipſe dicitur *lapis offenſionis, petra ſcandali, & ſignum cui contradicetur, poſitus in ruinam multorum*: ergo ob iſtam rationem Gratia ſufficiens, licet neglecta magis reos efficiat, diabolicæ tamen ſimilis dici abſque impietate non poteſt.

Apol. I. p. 1. Gall.

Io. 15. Chryſ. l. 4 de Sacerdot. v.

IV.

Obiect. 1.
Caluin. 2 iuſt c. 5. & 6. & in Antidoto Conc Trid.
Lib. de corr. & gr.

Obiectionum, quæ aduerſus præceptorum poſſibilitatem cui Gratia ſufficiens neceſſario coniuncta eſt, Prima eſt apud Caluinum lib. ſec. Inſtitutionum: Auguſtini ſententia eſt Deum impoſſibilia aliquando præcipere, ait enim ad Valentinum *iubet Deus quæ non poſſumus*. Vnde & pluribus aliis ex locis perſimilibus ſequitur in doctrina B. Auguſtini nihil eſſe certius ac fundatius, quam eſſe præcepta quædam quæ hominibus non tantum infidelibus, obcæcatis, obduratis, ſed fidelibus quoque & iuſtis volentibus, conantibus ſecundum præſentes quas habent vires, ſunt impoſſibilia: deeſſe quoque gratiam quâ fiant poſſibilia.

Solutio.
Aug. de nat. & gr. c. 43. & 69.
Lib de gr. & liber. arb. c. 16.
S Auguſt ſer. 3. de verb. Apoſt. 2. Cor. 12. 9.

Reſpondemus, nos huic B. Auguſtini propoſitioni quam dilucide poſtea exponemus, opponere veriſſimum & ſimpliſſimum eiuſdem dictum lib. de Natura & Gratiâ DEVS IMPOSSIBILIA NON IVBET. Item. DEVS IVSTVS ET BONVS IMPOSSIBILIA PRÆCIPERE NON POTVIT. Quomodo igitur B. Auguſtinus alibi dixit, *iubet Deus aliqua quæ non poſſumus*? Solutio facilis, quæ non poſſumus ex viribus naturæ concedo, ex viribus gratiæ, Nego. Sic enim ſoluit S. Auguſtinus ex Apoſtoli vel potius Dei ad Apoſtolum verbis. *Sufficit tibi gratia mea, non ſufficit tibi voluntas tua.* Verum obiectio aliud ſubſumit: Deeſt Gratia, inquit. Imò non deeſt: ſufficiens enim immediatè adeſt, ad petendam & impetrandam efficacem, ſiue actu fidei, ſiue ſpei, ſiue precibus, ſiue bonis operibus quæ ſuo modo orant, vt poſtea dicemus: efficax verò mediatè per ſufficientem. Germana B. Auguſtini ſinceraque mens hæc

S. Aug. de grat. & lib. arb. c. 16.

eſt, *Magnum aliqui Pelagiani ſe ſcire putant, quando dicunt non iuberet Deus quod ſciret non poſſe ab homine fieri.* QVIS HOC NESCIAT? *Sed ideo iubet aliqua quæ non poſſumus, vt nouerimus quid ab illo petere debeamus: ipſa eſt enim fides, quæ orando impetrat, quod lex imperat. Eccleſ. 15. ſi volueris, conſeruabis mandata &c. Certum eſt enim nos mandata ſeruare ſi volumus, ſed quia præparatur voluntas à Domino, ab illo petendum eſt vt tantum velimus quantum ſufficit vt volendo faciamus.* Sic etiam cum ſuperius dixit, *Deus impoſſibilia non iubet, ſed iubendo monet & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis.* Atqui petere non poſſumus abſque gratia ſufficiente ad petendum, vt enim ait diuinus Apoſtolus. τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα καθ' ὃ δεῖ οὐκ οἴδαμεν. ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. *Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus*: ſequitur Solutio: *Sed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus* poſtulat, id eſt poſtulare nos facit, vt exponit S. Auguſtinus, dixerat enim immediate antea Apoſtolus ὡσαύτως καὶ τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. *Similiter ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. Nam quid oremus*, &c. Quomodo igitur adiuuat poſtulans ὑπερεντυγχάνων *ſuperintercedens*, id eſt, per Gratiam vehementer nos intercedere faciens; quemadmodum exponit S. Chryſoſtomus ad eum locum, & S. Auguſtinus lib. 1. & 2. contra Maximinum & nos de eo loco inferiùs. Vt autem oſtenderet Dei Gratiam hanc nunquam homini deeſſe quoties præceptum naturæ viribus impar occurrit,

Concilium Tridentinum huic S. Auguſtini dicto adiecit, duo hæc verba mire quadrantia, & *adiuuat vt poſſis* totam ſententiam ita complectens, *Nemo temeraria illa & à Patribus ſub anathemate prohibita voce vti debet, Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia: nam Deus impoſſibilia non iubet, ſed iubendo monet & facere quod poſſis & petere quod non poſſis, & adiuuat vt poſſis.* Ne quis ſcilicet diceret, at petere gratiam ſine priori gratiâ adiuuante non poſſum, quæ mihi deeſt: idcirco Synodus iure ſuo addidit; ET ADIVVAT VT POSSIS. Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 2.

Obiectio 2. vt de iuſtis interim taceamus, certe Gratia quæ ad præceptum exſequendum neceſſaria eſt, poteſt merito ac iuſtè peccatoribus à Deo denegari, in pœnam ſcilicet peccati ſiue actualis, quod magno numero ac frequentiâ ab adultis committitur, ſiue etiam originalis etſi actualia deſint, quod quidem etiam gratiâ indignos homines, Deoque inuiſos reddit. Quod illud S. Auguſtini ſpectat. *Et quamuis ſeipſi excuſare videantur, non admittit hanc excuſationem qui ſcit ſe feciſſe hominem rectum, eique obedientiæ dediſſe præceptum, nec niſi eius, quo malè vſus eſt libero voluntatis arbitrio, etiam quod tranſiret in poſteros, manaſſe peccatum.* Obiect. 2. S. Aug. ep. 105. & de correp. & gr. c. 2.

Reſpondemus Gratiam ex ſe quatenus gratia eſt tam iuſtè poſſe denegari, quam verum eſt homini cum datur, gratis dari & vt ait S. Auguſtinis nullis præcedentibus meritis bonis, imò multis malis: Denegari vero ſufficientem non poſſe, ſtante præcepto, & præcepti obligatione ad cuius exſecutionem Gratia abſolutè neceſſaria eſt: vt enim ait S. Leo DEVS IVSTE INSTAT PRÆCEPTO QVI PRÆCVRRIT AVXILIO. S. Auguſtinus ante Leonem, *Non imperaret hoc Deus vt faceremus, ſi impoſſibile iudicaret vt ab homine fieret; ſi conſiderans infirmitatem tuam, deficis ſub præcepto, confortare in exemplo. Sed etiam exemplum multum eſt ad te: adeſt ille qui præbuit exemplum vt præbeat & auxilium.* S. Ioannes Chryſoſtomus ante Auguſtinum πῶς ἔλεγες ὅτι τὸ θέλειν ἀρκεῖ; τὸ θέλειν μετὰ τῶν ἔργων τὸ ἀντιλαμβανόμενον τοῦ πράγματος τῷ πονοῦντι· ἔχομεν γὰρ συνεργοῦντα καὶ συμπράττοντα τὸν θεόν. Id eſt. Quomodo dixiſti quod ſufficit velle? Velle cum operibus laboranti fert opem: Deum enim COOPERANTEM ET ADIVVANTEM habemus; quod etiam protendit vel ad eos qui εἰς τὴν ἐσχάτην μανίαν inciderunt in vltimam amentiam, obcæcatos & induratos, Paræneſi ad Theodorum. Sed abſurdum, inquis, Gratiam deberi: cum Deus nulli debeat, multo minus debitori vt peccatorem ſcriptura vocitat. *Hoc litigare eſt, non diſputare* vt ait S. Auguſtinus Deus dixit ſe *vineæ ſuæ omnia quæ debuit, feciſſe* apud Eſaiam. Deus vineæ, id eſt, populo Iſraëlitico nihil debebat, debebat ſibi, bonitati ſuæ, veritati ſuæ, pacto ſuo, veracitati ſuæ; addo hic & quodammodo iuſtitiæ ſuæ debere: ex hypotheſi enim quod præcipiat, eo quod iuſtus eſt nihil impoſſibile vt præcipiat, iuſtitiæ ſuæ debet id poſſibile efficere, quod præcipit, ſi alias niſi efficiat, impoſſibile ſit. Idcirco B. Auguſtinus dixit *firmiſſimè creditur* DEVM IVSTVM ET BONVM *impoſſibilia non potuiſſe præcipere.* Quo referri poteſt illud Gregorij Nyſſeni τοῦ ἀγαθοῦ, τοῦ σοφοῦ, τοῦ δικαίου ἀπόδειξις. τὸ μὲν γὰρ ἐθελῆσαι σῶσαι, τῆς ἀγαθότητος ἐστὶ μαρτυρία. τὸ

Solutio. S. Leo ſer. de Paſſ. Dom. S. Aug in Pſ. 56. Chryſ. ho. 16. ad Hebr. Eſai. cap. 16. Greg. Nyſſ. orat. Catechet.

δὲ συναλλαγματικὴν ποιήσασθαι τὴν τοῦ κρατουμένου λύτρωσιν τὸ δίκαιον δείκνυσι. Id eſt. Bonitatis, ſapientiæ, iuſtitiæ demonſtratio. Voluiſſe enim ſalutem dare, bonitatis teſtimonium eſt. Quod autem tanquam ex pacto ſiue contractu fecit redemptionem eius qui tenebatur, iuſtitiam oſtendit.

Obiectio 3. In doctrina B. Auguſtini neceſſitas non impedit quominus peccetur: præſertim cum peccatum eſt pœna peccati. Vnde cum B. Auguſtino obiectum à Pelagianis fuiſſet quod ita definiſſet aliquando *Peccatum eſt voluntas retinendi vel conſequendi quod iuſtitia vetat & vnde liberum eſt abſtinere.* Ita reſpondet B. Auguſtinus, *Hoc definitum eſt, quod tantummodo peccatum eſt non quod etiam pœna peccati.* Deinde vero, ad Iulianum. *Multum erras qui vel neceſſitatem nullam putas eſſe peccandi, vel illam non intelligis illius peccati eſſe pœnam, quod nulla neceſſitate commiſſum eſt.*

Lib de duab. anim.

Lib. 1 oper. imperf. in Iul. 37. & 155.

Solutio.

Part 3.

S. Aug. l. 3. de lib. arb. c. 18.

Reſponſione optimâ ad hoc argumentum fraudare nolim auctorem celeberrimum Theologiæ Profeſſorem R. P. Petrum à S. Ioſepho Fulienſem aſcetam, libro defenſionis S. Auguſtini. Difficultatis huius præclaram ſolutionem repetit ex S. Auguſtino lib. 3. de libero arbitrio. Hoc breuiſſimum tene. *Quæcumque iſta cauſſa eſt voluntatis*, SI NON EI POTEST RESISTI, SINE PECCATO EI CEDITVR *Si autem poteſt, non cedatur, & non peccabitur. An forte fallit incautum? ergo caueat ne fallatur. An tanta fallacia eſt, vt caueri omnino non poſſit? Si ita eſt, nulla peccata ſunt.* QVIS ENIM PECCAT IN EO QVOD NVLLO MODO *caueri poteſt?* Ex his Auguſtini verbis hoc primum conſtat, nullam eſſe propriè dictam *Peccandi neceſſitatem.* Si quam igitur *neceſſitatem peccandi* eſſe dixit alibi B. Auguſtinus, nunc videndum eſt quibus de peccatis loquebatur & de qua etiam neceſſitate: vt cum eodem loco meminit peccatorũ quæ vel ex ignorantiâ inuincibili vel ex concupiſcentiâ oriuntur, quibus vitandis dicit non *habere liberum arbitrium eſſe iuſtiſſimam pœnam, vt amittat vnuſquiſque quo bene vti noluit.* Quibus verbis non neceſſitatem, neque priuationem propriè dictam liberi arbitrij, ſed difficultatem ſolam ſignificari, probant ea quæ reſpondet iis qui conquerebantur eiuſmodi vitia in prolem primi hominis eſſe transfuſa, *Rectè fortaſſe quererentur, ſi erroris & libidinis nullus hominum victor exiſteret: cum verò vbique ſit præſens qui multis modis per Creaturam ſibi Domino ſeruientem, auerſum vocet, doceat credentem, conſoletur ſperantem, diligentem exhortetur, conantem adiuuet, exaudiat deprecantem: non tibi deputatur ad culpam quod inuitus ignoras, ſed quod negligis quærere quod ignoras: neque illud quod vulnerata membra non colligis, ſed quod volentem ſanare contemnis. Iſta tua propria peccata ſunt.* Eadem verba ne quis dicat B. Auguſtinum incautè profudiſſe ante Pelagium exortum, repetit & confirmat & aduerſus Pelagium intorquet libro de naturâ & gratiâ: in quibus non ignorantiam inuincibilem, ſed ſolam vincibilem eſſe propriè peccatum, concupiſcentiæ peccata non committi ex neceſſitate cum vitari poſſint aut ſanari, luculenter oſtendit. Quum igitur aliis locis ait eſſe peccata quædam ignorantiæ & infirmitatis quæ neceſſitate fiunt: id intelligit, vel quia motus primo primi concupiſcentiæ neceſſarij, & ignorantiæ inuincibilis tenebræ, aliquando pec-

cata à B. Auguſtino dicuntur: eo quod à peccato primi parentis, *peccato illo liberæ voluntatis originem ducunt*, vt ipſe met loquitur, *ſicut linguam vocamus non ſolum membrum quod in ore mouemus, dum loquimur, ſed etiam quod huius membri motum conſequitur, id eſt, formam tenoremque verborum.* Vel quia conſenſus etiam in illos motûs, qui vere peccatum eſt, ſecundum radicem illam neceſſariam à quibus initio concitatur neceſſarius dici poteſt, quemadmodum verè liber eſt quatenus à voluntate liberâ proficiſcitur. Aut profectò tandem peccata quæ verè peccata ſunt, cum neceſſitate, id eſt magnâ cum difficultate ea vitandi coniuncta ſunt, præſertim peccata ex conſuetudine, *cui dum non reſiſtitur, fit neceſſitas* vt ipſe ait. Quæ tamen non eſt proprie dicta neceſſitas, ſed ea tantum de quâ idem B. Auguſtinus ait, *Hanc vincere difficillimum eſt: Et tamen hanc ipſam conſuetudinem, ſi ſe quiſque non deſerat, & Chriſtianam militiam non reformidet, illo duce atque adiutore ſuperabit.*

S.Aug.de lib.arb. l.3.c.19.

S.Aug.2.de pecc. mer c.10.

S.Aug.l.8. confeſſ.

S.Aug.l.1.de ſer. Dom.in monte.

Atque vt aliquid ex noſtris Patribus Græcis, quos S. Auguſtinus non aſpernatur, adiungamus, vnus ſaltem audiatur Gregorius Theologus τὸ δύνασθαι ἢ μὴ δύνασθαι πολύσημον. τὸ μὲν γὰρ ὡς λέγεται κατὰ δυνάμεως ἔλλειψιν καί ποτε καὶ πρός τι. τὸ δὲ ὡς ἐπὶ πλεῖστον, τὸ δὲ ὡς οὐκ εὔλογον. τὸ δὲ ὡς ἀβούλητον. πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν πονηροὶ ὄντες; πῶς γὰρ ἀδύνατον ἢ ὡς ἀβούλητον; Id eſt Impoſſibile multa ſignificat. Dicitur enim ex defectu facultatis & aliquando & relatiuè ad res varias. Aliud eſt vt plurimùm. Aliud vt à ratione alienum. Aliud vt à voluntate abhorrens. Vt Matth. 12. Quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? Quo enim pacto id impoſſibile, niſi quia voluntas repugnat? Addit aliud τὸ φύσει μὲν ἀδύνατον θεῷ δὲ δυνατὸν βουληθέντι, naturæ quidem impoſſibile, Deo autem volenti poſſibile. Quale certè eſt peccati per Gratiam fuga, & conuerſio peccatoris. Reliqua aduerſus poſſibilitatem præceptorum argumenta, ex ſequentis controuerſiæ diſceptatione pendent.

Greg.Naz.orat.36.

CAPVT XIV.

In quo demonſtratur gratiæ ſufficientis ereptione ſeu negatione Deum nunquam deſerere niſi prius ab homine deſeratur.

SVMMA CAPITIS.

I.

DEſeri neminem à Deo niſi qui prius Deum deſeruerit, à Scripturâ, Concilijs & Patribus Theologi tanquam axioma receperunt.

II.

Intelligitur Theologicum illud axioma, de Gratiâ inhærente & habituali, licet non ſolâ ex PP. Græcis & S. Auguſtino.

III.

Intelligitur illud axioma non de ſola gratia habituali, ſed etiam de actualis gratiæ auxilijs ex S. *Auguſtino & PP. Græcis.*

IV.

Obiectiones ſoluuntur, de tentatione ſupra vires agitur, ex S. *Auguſt. & alijs.*

V.

Rurſus aduerſus præceptorum impoſſibilitatem diſſeritur ex ijſdem PP.

I.

S. Tho. lect. 1. in cap. 1. ep. 1. ad Cor.

QVANTA controuerſiæ huius de gratiâ Chriſti nullos præter quam deſertores deſerente, cum ſuperiori ſit affinitas, docere poſſunt eximia S. Thomæ verba in illud Apoſtoli epiſt. ad Corinth. *Ita vt nihil vobis deſit in vllâ gratiâ expectantibus reuelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti qui & confirmabit vos vſque in finem ſine crimine in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti fidelis Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius, &c.* Ad hæc ita S. Thomas. *Non videretur autem fidelis Deus, ſi nos vocaret ad ſocietatem filij, & nobis denegaret, quantum in ipſo eſt, ea per quæ peruenire ad eum poſſemus. Vnde Ioſue 1. dicit* NON TE DESERAM NEC TE DERELINQVAM. Ex hoc ſcripturæ loco & aliis ſimilibus Theologorum antiquiſſimi Sancti Patres hoc axioma efformarunt DEVS NEMINEM *deſerit, niſi prius deſeratur.*

S Aug. de ciu. l. 13. c. 1.

Vſurpat illud creberrimè B. Auguſtinus ac primum libro XIII. de Ciuitate Dei exponens illud Geneſeos ſec. In quacumque die comederis ex eo, morte morieris. *Deſeritur anima ſua vitâ, quod illi Deus eſt:* NON ENIM DESERTA EST, VT DESERERET: SED VT DESERERETVR, DESERVIT. *Tanquam diceret quâ die me deſerueritis per inobedientiam, deſeram vos per iuſtitiam.* Idem habet libro de natura & gratia contra Pelag.

Lib. de nat. & gr. c. 26.

S. Baſil. ho. 9.

S. Baſilius antea dixerat. ὅσον Ἀδὰμ ἀφίςατο τῆς ζωῆς, τοσοῦτον προσήγγιζε τῷ θανάτῳ. ζωὴ γὰρ ὁ θεός. στέρησις δὲ τῆς ζωῆς θάνατος. ὥστε ἑαυτῷ τὸν

θάνατον ὁ Ἀδὰμ διὰ τῆς ἀναχωρήσεως τοῦ θεοῦ κατεσκεύασε, κατὰ τὸ γεγραμμένον ὅτι ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται. οὕτως οὐχὶ θεὸς ἔκτισε θάνατον, ἀλλ' ἡμεῖς ἑαυτοῖς ἐκ πονηρᾶς γνώμης ἐπεσπασάμεθα. Id eſt. Quantum Adam à vitâ receſſit, tantum morte propinquauit. Vita namque Deus: vitæ vero priuatio, mors. Itaque Adam ſibi mortem ob diſceſſum à Deo parauit, ſecundum quod ſcriptum eſt, ecce omnes qui elongant ſe à te, peribunt. Quamobrem ſanè apparet Deum nequaquam mortem feciſſe, ſed noſmetipſi ex prauâ mente ipſam attraximus.] Eumdem Pſalmi locum tractans B. Chryſoſtomus adhuc diſertius loquitur. πῶς οὖν πολλοὶ κατέπεσον, φησίν; ἑαυτοὺς ἀποστερήσαντες τοῦ θεοῦ, οὐ καταλειφθέντες ὑπ' αὐτοῦ. ἰδοὺ γὰρ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπό σου, ἀπολοῦνται. Id eſt. Quomodo ergo, inquiunt, multi corruerunt? Illi ſeipſos Deo priuauerunt, non autem à Deo derelicti ſunt. Ecce enim qui elongant ſe à te, peribunt. Idem conſiderans Ieremiæ verba: corripiet te auerſio tua & malitia tua increpabit te ὅταν ὁ θεὸς προνοῶν καὶ κηδόμενος καταφρονῆται, ἀφίησι καὶ καταλιμπάνει. Cum Deus prouidentiam & curam habens contemnitur, dimittit & derelinquit.] S. Cyrillus non abludit, ad Eſaiam, in die illa erit ſolitudo &c. καταχερσούμεθα ἔσθ' ὅπου ἵνα θεῷ προσκρούειν παραιτούμεθα Cum Deum non veremur offendere, à Deo deſerti reddemur. Idem lib. 3. in eumdem Prophetam ὁλοσχερῶς ἀποφοιτῆσαι θεοῦ, ἐστὶν ἀνῃρῆσθαι παντελῶς τῆς παρ' αὐτοῦ χάριτος quæ quidem verba inferius adducenda & explicanda ſunt. Eodem libro tomo ſeu ſectione 3 ὅταν ἔσθ' ὅπου γὰρ τὴν χέρσον κεχερσωμένα παραρρίπτωσιν οἱ κεκτημένοι, καὶ λόγος αὐτοῖς οὐδεὶς κἂν εἰ πολὺ αὐτοῖς ἐπιφέροιτο βλάβος. οὕτω καὶ ὁ φιλάρετος ἡμῶν θεὸς, ἀφίησι ψυχὴν καὶ ψιλὴν ἁπάσης ἀποφαίνει γυμνὴν, εἰ καρπῶν ἐρήμη γένοιτο τῶν εἰς ἀγαθουργίαν. Id eſt. Quemadmodum loco quæ inculta iacent negligunt & abijciunt poſſeſſores, & nulli eis curæ eſt quodcumque damnum ipſis inferatur: ita & Deus noſter virtutis amans, relinquit animam & omni nudam deſtitutamque miſericordiâ reddit, vbi bonorum operum fructu vacua fuerit.] Ex his.

S. Chryſ. lib. 1 de prouid.

Pſ. 72.

Chryſ in Pſ. 2. & in florileg de non cont. Eccl. dil.

Cyrill. in Eſ. l. 1.

Concilium Tridentinum ſeſſ. vi. *Deus ſuâ gratiâ ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur.* Inde omnes Theologi neceſſitatem gratiæ ſufficientis optima ratiocinatione deducunt; Quotidiana compertum eſt experientiâ iuſtos in peccatum etiam letiferum labi; Igitur eo momento quod eorum lapſum antecedit, non habent gratiam actualem quâ lapſum ſuum prohibere poſſint, quod dici non poteſt: adhuc enim iuſti ſunt & gratiâ habituali ſanctificati, ac proinde à Deo nondum deſerti ſunt, quem nondum deſeruerunt: Gratia illa actualis quam accipiunt tunc temporis à Deo, aut eſt ſufficiens aut efficax: atqui efficax non eſt, cum effectu ſuo careat nempe peccati fugâ vel depulſione, in quod nimirum iuſti illi ſtatim prolabuntur: Ergo eſt ſufficiens ſeu inefficax.

Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 2.

II.

Orthodoxum illud axioma veriſſimum, dum intelligitur ac exponitur de ſubtractione iuſtitiæ quam ſanctus Auguſtin. innuiſſe

videtur, per illa verba ſi vos me deſerueritis per inobedientiam, deſeram vos per iuſtitiam &c. quanquam id poſſit de ordine iuſtitiæ Dei non vero de iuſtitiæ inhærentis ſecundum gratiam habitualem denudatione neceſſario intelligi debeat. Et tamen nihilominus id veriſſimum, vt dixi eo ſenſu, quia Deus ſemel iuſtificatis nunquam Gratiam illam quâ iuſtificari cœperunt informantem & habitualem ſubducit, niſi prius illum peccato letali offenſum non ſolum perfidioſè

S. Aug. 8. de Geneſ. ad lit. c. 12.

deſeruerint, ſed etiam cum iniuriâ repulerint. B. Auguſtinus lib. 8. de Geneſi ad literam. *Non ſic homo à Deo iuſtus fit, vt cum ab eo factus fuerit iuſtus, abſcedat, ſicut à corporis medico ſanatur & abit. Non ita Deus operatur hominem iuſtum, id eſt iuſtificando eum, vt ſi abſceſſerit, maneat in abſente quod fecit: ſed potius ſicut aër præſente lumine non factus eſt lucidus, ſed fit: quia ſi factus*

V. & in Pſ. 70. c. 2.

eſſet non fieret, ſed etiam abſente lumine lucidus maneret: ſic homo à Deo ſibi præſente illuminatur, abſente autem continuò tenebratur, à quo non locorum interuallis, ſed voluntatis auerſione diſceditur, &c. Ita & in Confeſſionibus illud

Lib 4. Confeſſ. c. 9. & c. 11.

pietatem ſpirans. *Te nemo amittit niſi qui dimittit. Non deſeritur Amor ſi ipſe non deſerat.*

Permulta non diſſimilia in lectione Græcorum Patrum occurrunt, de Deo nunquam deſerente donec prius deſeratur: quæ ad Gratiam maximè ſanctificantem & habitualem iuſtitiam referenda ſunt. S. Baſilius Seleucienſis. ὁ θεὸς οὐκ ἀφαιρεῖ βίᾳ τὴν χάριν, οὐδὲ προσέλκει τὰ δῶρα ἀνάγκῃ, οὐδὲ ὠθεῖ τὴν γνώμην, παρατρέπει τὴν φύσιν. Id eſt. Deus non tollit vi gratiam, neque neceſſitate dona contrahit, neque mentem corrumpit, neque naturam peruertit.] Rationem è ſcripturâ petitam reddit S Chryſoſtomus Comment. in Matthæum καίτοι ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα καὶ αἱ δωρεαὶ τοῦ θεοῦ· ἀλλὰ τοσοῦτον ἴσχυσεν ἡ κακία, ὡς καὶ τοῦτον λῦσαι τὸν νόμον. Id eſt Quamuis ſine Pœnitentiâ ſint gratiæ & dona Dei irreuocabilia, tantum tamen malignitas valet, vt hanc quoque legem

Chryſ. ho. 65. in Matth.

ſuperauerit.] Hæc ſufficiunt in re minimè obſcurâ aut in controuerſiam adductâ.

III.

Verum aliâ ex parte non deſunt, qui axioma idem receptiſſimum, de gratiæ actualis auxilio intelligi poſſe præfractè negent: præſertim in Doctrina S. Auguſtini, à cuius mente diſcedere per quam enormiter dicunt, qui Deum nunquam priorem auxilia gratiæ ſuæ excitantis & adiuuantis ab homine iuſto remouere dixerit. De S. Auguſtini mente primùm ergo diſſerâmus. Vt igitur diutius illius ſenſum non diſſimulemus, aſſerimus S. Auguſtinum de gratiæ etiam actualis auxiliis id intelligere, Deum ſcilicet ea homini iuſto nunquam denegare, prius quam ab eo per mortalis peccati perduellionem abſceſſerit. Hoc primum ſatis exprimi poteſt ex ijs locis qui ab eo ſupra prolati ſunt; libro ſiquidem octauo de Geneſi ad literam, oſtendit ideo Deum non de-

S. Aug. 8. de Gen. ad lit. c. 12.

ſerere hominem, poſtea quam eum iuſtum fecit, ex neceſſitate bonæ operationis, & neceſſarium eſt homini Dei præſentis auxilium ad bene agendum; atqui auxilium Dei ad bene agendum eſt auxilium

gratiæ

gratiæ actualis ergo intelligit Deum non deſerere etiam quoad auxilia
gratiæ actualis; verba ipſius id clarius docebunt, quæ ea quæ ſuperius
allata ſunt, continenter inſequuntur. *Ille itaque operetur hominem bonum
atque cuſtodiat qui incommutabiliter bonus eſt: ſemper ab illo fieri ſemperque perfici
debemus, inhærentes ei, & in eâ conuerſione quæ ad illum eſt permanentes, de quo
dicitur, mihi autem adhærere Deo bonum eſt: & cui dicitur, fortitudinem meam* Pſ. 72.
*ad te cuſtodiam. Ipſius enim ſumus figmentum non tantum ad hoc vt homines ſi-
mus, ſed etiam ad hoc vt boni ſimus. Nam & Apoſtolus cum fidelibus ab impie-* Pſ. 58.
*tate conuerſis, gratiam quâ ſalui facti ſumus, commendaret: gratiâ enim, inquit,
ſalui facti eſtis per fidem & hoc non ex vobis, dei donum eſt, non ex operibus ne* Ephes. 5.
*forte quis extollatur. Ipſius enim ſumus figmentum creati in Chriſto Ieſu in operi-
bus bonis, quæ præparauit in operibus bonis vt in illis ambulemus*: deinde, *Deus
enim eſt qui operatur in nobis.* At quis, amabo, tam ſupinè hallucinari Confeſſ. l. 4 c. 9.
poſſit, vt hæc omnia dicta non videat & ab Apoſtolo & ab Auguſtino, & 2.
de gratiâ actuali ad bona opera neceſſariâ quam ibidem Auguſt. aſſe-
ruit ſemper à Deo operante & cuſtodiente homini tribui, *donec ab eo
voluntatis auerſione diſcedatur?* Alter autem locus geminus ex Confeſſio-
nibus, vtrique gratiæ aptari poteſt, tametſi breuiſſimus. Sic & lib. XII.
de ciu. c. XV ex ratione generali *non deſerta eſt hominis voluntas vt deſere-
ret, ſed vt dẽſereretur, deſeruit. Ad malum quippe eius prior eſt voluntas eius: ad
bonum vero eius prior eſt voluntas Creatoris eius ſiue vt eam faceret, quæ nulla
erat: ſiue vt reficiat, quæ lapſa perierat.* At longè enucleatius de Gratiâ ad
bene operandum requiſitâ loquitur tractatu ſec. in Ioannem. *Opus eſt
vt habeas vnde videas quod tibi nunquam recedit. Opus eſt vt non deſeras & non
deſeraris. Noli cadere & non tibi occidet. Si tu feceris caſum, ille tibi faciet occa-
ſum. Si autem tu ſtas, præſens tibi eſt.* At fide ſtamus; nulla fides. nulla etiam
à peccato præſeruatio eſt abſque gratiâ protectionis quæ ſubſequens
eſt, ac proinde actualis vt antea diſſeruimus. Tandem vero certum eſt
S. Auguſtinũ inſtitutum ſuũ non omittere diſputando contra Pelagia- S. Aug. lib. de nat.
nos, quod quidem erat tantum de gratiæ actualis neceſſariis auxiliis: & grat. cap. 26.
In ea autem diſputatione libro de naturá & gratiâ, vbi pluribus verbis
aperuit diſſimilitudinem Chriſti cum medico *qui cum ſanauit hominem
abſcedit ab eo & Deo dimittit.* Addit, *Ipſe autem Deus cum per mediatorem
Dei & hominum, hominem Ieſum Chriſtum ſpiritaliter ſanat ægrum, vel viuifi-
cat mortuum, id eſt iuſtificat impium, & cum ad perfectam ſanitatem, hoc eſt ad
perfectam vitam iuſtitiamque perduxerit*, NON DESERIT SI NON DESERA-
TVR, *vt piè ſemper iuſteque viuatur.* Atqui præterquam quod in iſtis libris
non agit ex profeſſo S. Auguſtinus niſi de neceſſitate auxilij actualis,
vt omnes norunt: *ad hoc* vt pie iuſteque viuatur, auxilium actuale ab-
ſolute neceſſarium eſt; ſi ergo ad hoc Deus non deſerit vt ait S. Augu-
ſtinus, *vt pie iuſteque viuatur*, ad hoc certe vt eatenus non deſerat, qua-
tenus auxilia Gratiæ actualis ad piè iuſteque viuendum neceſſaria pro-
roget. Interpres ad extremum eſto Auguſtini ſui, B. Proſper lib. 1. reſ-
ponſ. pro S. Auguſtino, *vires obedientiæ non ideo cuiquam ſubtraxit, quia
eum non prædeſtinauit: ſed quia receſſurum ab ipſa obedientia prauidit, ideo eum
non prædeſtinauit.* Hoc meridiano fulgore clarius eſt.

Neque profecto minus perſpicue Græcorum Patrum ſententia col-
Euſeb.l.11.c.11. lucet. Euſebium prætermitto lib. xi. de præparatione qui ex Philoſo-
pho externo diſputat & probat quis ille ſit, qui ἔρημος θεοῦ καταλείπεται
Deo vacuus relinquitur, is ſcilicet qui cum Deum præ ſuperbiâ prior
reliquerit, poſt modum nullum ex Dei ope, quam iuſti ſemper habet,
S.Baſil.in Pſ.7. ad vitia cohibenda retinaculum tendi ſibi ſentiat. S. Baſilius expoſi-
tione in Pſalm docet eos qui in ſtatu gratiæ ſunt, ſi velint, inexpugna-
biles eſſe, quod fieri non poteſt abſque auxilio Dei actuali, ἄτρωτοι καὶ
ἄσπιλοι ὡς ἀχείρωτοι ὄντες καὶ ἐλεύθεροι ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ διαπαιδαγωγοῦνται. Id eſt.
Qui ſine vulnere & ſine maculâ ſunt, tanquam inexpugnabiles & libe-
ri à Chriſto fouentur. Deinde addit κενὸς δὲ ἀποπίπτει ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν
ὁ τῆς χάριτος ἐκ τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ ἐκπεσών. Id eſt Inanis autem
ab inimicis ille decidit, qui ex gratiæ, quæ per Chriſtum eſt, plenitudi-
ne excidit: ibidem vero & aliis in Pſalmos, vbi de diuino auxilio agi-
tur, explanationibus docet iuſtum à diuino auxilio ſpiritali nunquam
derelinqui, legatur idem Comm. in cap. 5. Eſaiæ vbi Deus non aufert
ſeptum à vinea, niſi poſtquam fecit labruſcas, ideo inquit ab animâ
Chryſ.ho.46.in Matth. Deus recedit. ἐπειδὴ οὐκ εἰς δέον ἐχρήσατο τῇ παρ' αὐτοῦ βοηθείᾳ quia
eius auxilio vſus non eſt S. Chryſoſtomus huc appoſitè confert dictum
illud Chriſti apud Matthæum. *Quicumque habet, dabitur ei & abundabit:*
illudque explicat de auxilio diuino in verſione veteris interpretis,
quam præ manibus nunc habeo. De eodem auxilio ſpirituali, quod iu-
Chryſ.to.:. ſtis nunquam, Deum quouſque non deſerunt, Deus intermittit Idem
Chryſoſtomus mira hom. viii. ad populum Antioch. ex hom. 3 contra
Dan. 9. Iudæos ex illo Danielis loco aptiſsimo. *Qui ſeruas pactum tuum, & [illegible] cor-
d am [illegible] d ligentibus te & ſeruantibus præcepta tua.* Pleniſsime vero in illud
Chryſ.in c.10. 1 ad Cor. Apoſtoli 1. ad Cor. *Fidelis autem eſt Deus qui non patietur vos tentari ſupra id
quod poteſtis; ſed faciet etiam cum tentatione prouentum.* Qua de re poſtea
Cyrill.3.in Eſ. cum eo agendi locus erit. S. Cyrillus lib. 3. in Eſaiam docet eos tantum
qui à Deo plane & ὁλοσχερῶς & omni modo abſcedunt, ἀμοιρῆσαι τῆς
τοῦ θεοῦ χάριτος καὶ ἐπικουρίας Dei gratiæ & auxilij expertes fieri: idem
prolixius confirmat lib. ix. in Ioannem ad ea verba *qui manducat mecum
panem, leuauit contra me calcaneum ſuum,* vbi Chriſtum à Iuda non Iudam à
Chriſto primum deſertum oſtendit.

IV.

Obiectiones proponuntur. Quanquam hæc autem veriſsima & omnium Patrum conſenſu te-
ſtatiſsima ſint, non tamen non nemini placere poſſunt, qui obijcit S.
Auguſtinum hoc tota doctrinæ mole agere vt ab eo diſcamus, Deum
adiuuare & non adiuuare hominem hoc vel illo modo, plus aut minus
3. de Gr.Ch.c.13. deſerere, aut non deſerere, prout ei viſum fuerit. *Vnde,* inquit *fi-
delibus quoque & iuſtis nolentibus & conantibus, ſecundum præſentes quas ha-
bent vires præcepta quædam ſunt impoſſibilia: deeſt quoque gratia quâ poſſibilia
fiant. Hoc enim S. Petri exemplo, aliſque multis quotidie manifeſtum eſſe qui ten-
tantur vltra quam poſſint ſuſtinere. Hoc itaque proprium S. Petri malum fuit, quam-
uis & fidelis eſſet & bonus, quando non ſolum iam volebat pro Chriſto mori, ſed*

etiam de ſuâ fortitudine multa promittebat pro quâ impetrandâ orare debuiſſet. Itaque gratiâ deſertus implere non potuit, quod ſe velle ſentiebat. Quod enim, inquit Auguſtinus homo SINE GRATIA *poſſit, timor beati Apoſtoli euidenter oſtendit.* S. Aug. ſer. 124 de temp. *Per ſolum enim liberum arbitrium, non addito etiam Dei adiutorio, promiſerat ſe pro Domino moriturum. Sed quid eſt homo,* SINE GRATIA DEI *niſi quod fuit* Ser. 106. de diuerſ. *Petrus cum negaret Chriſtum?* Ita & alio quodam ſermone *ſecutus eſt Dominum paſſurum, ſed tunc non potuit ſequi paſſurus. Secutus eſt pedibus, nondum idoneus ſequi moribus. Promiſit ſe moriturum pro illo & non potuit nec cum illo. Plus enim auſus erat, quam eius capacitas ſuſtinebat,* plus promiſerat quam poterat. Idem de aliis habet ad ea verba Chriſti *Poteſtis bibere calicem, &c. non poteſtis &c,* Quibus ex locis inquit ille recentior, patet quæ ſit In Pſ. 103. & tract. 66. in Ioan. illa deſertio Dei & impotentia faciendi præcepti, cum lex inſonat foris & gratia intus deficit; nec exigua etiam eorum eſt hallucinatio quâ putant ſemper adeſſe homini gratiam petendi, cum plurimis etiam gratiam petendi feruenter vel omnino petendi Deus largiatur; vnde apertiſſimum eſt fidelibus multis deeſſe ſufficientem gratiam & conſequenter illam perpetuam quam quidam prædicant faciendi poteſtatem]

Reſpondemus è diametro, nemini adulto præſertim fideli & iuſto Solutio. de quo iam quæſtio eſt deeſſe gratiam auxilij maioris, cum neceſſe eſt ad implendum præceptum vrgens, implorandi: idque capite ſequenti ex profeſſo demonſtrabitur. Nunc vero, vt quod præſentis eſt negotij accuratè pertractetur, agendum eſt de lapſu Petri Chriſtum negantis: Negamus itaque Petrum omni gratiæ auxilio etiam ſufficienti, ad maius auxilium poſcendum & impetrandum deſtitutum fuiſſe. Quamuis enim dicatur fuiſſe *ſine gratiâ Dei* à B. Auguſtino id intelligi debet Vide Aug. de grat. Chr. cap. 45. de gratiâ ſpeciali & efficaci non vero de ſufficienti, maximè vero de mediatè ſufficienti ad gratiam ampliorem & validiorem ex ſenſu humilitatis, fidei, ſpei, fiduciæ & Charitatis actu, & orationis virtute impetrandam. Cui enim orthodoxo in mētem veniat Petrum neceſſitate inexorabili adactum fuiſſe vt peccaret, non potuiſſe à primâ Chriſti negatione temperare, gratiam nullam habuiſſe quâ flagitium iſtud vitare poſſet? Certè B. Chryſoſtomus quantum attinet ad ſpecialis & Chryſ. ho. 83. in Io. efficacis auxilij ſubtractionem, eam agnoſcit ſimilibus penè cum Auguſtino verbis, ad illud, erat autem Petrus ſtans & calefaciens ſe: Βαβαὶ πόσῳ κηρῷ κατείχετο ὁ θερμὸς καὶ ἀκμητικὸς ἀπαγομένου τοῦ Ἰησοῦ; ὁ μετὰ τοσαῦτα οὐδὲ κινεῖται λοιπὸν, ἀλλ' ἔτι θερμαίνεται. ἵνα μάθῃς ὅση τῆς φύσεως ἡ ἀσθένεια, ὅταν ὁ Θεὸς ἐγκαταλείπῃ. Id eſt. Papæ! quo ſapore (κάρῳ legendum non κηρῷ) calor ille vehemens Petri contabuerat capto Ieſu? Neque enim poſt tanta mouetur, ſed adhuc ſe calefacit, vt intelligas quanta ſit naturæ imbecillitas, quando Deus eam deſerit. Si vero ad gratiam quamcumque etiam ſufficientem animum aduertas, non eam ei planè denegatum S. Chryſoſtomus B. Petro, imo eam habuiſſe aſſerit, aliquo modo efficacem, quantum ſcilicet ad fidei internæ conſeruationem, cuius amittendæ tentatione perculſum fuiſſe, gratiæ tamen di-

uinæ auxilio ſeruatum ait *ὑπέρθη δὲ καὶ τῆς ὁμολογίας τῆς πίστεως ἐξέπεσεν, εἰ συνεχώρησεν ὁ Χριστὸς τῷ διαβόλῳ πειράσαι ὅσον ἠβούλετο, τίς ἕτερος ἂν διανήσηθη χωρὶς τῆς αὐτοῦ βοηθείας*; Id eſt. Cum Petrus & à fidei confeſſione excidiſſet, ſi quantum vellet, tentare diabolo Chriſtus permiſiſſet, quis alius abſque ipſius auxilio poterit vnquam reſiſtere? Addit verò rationem ex Paulo, fidelis Deus qui non patiatur vos tentari ſupra id quod poteſtis, de quâ paulo pòſt dicturi ſumus. S. Cyrillus ſub finem libri xi. & initio lib. xii. comm. in Ioannem, fatetur quidem hoc Petri lapſu doceri Apoſtolos Spiritus ſancti dona nondum accepiſſe, neque fuiſſe *κεχαλκευμένους παρὰ τῆς ἄνωθεν χάριτος*. Gratiâ ſupernâ fuiſſe confirmatos nihilominus tamen gratiam aliquam in Petro agnoſcit, quâ etiam tunc temporis ad Chriſtum diligendum incitatus fuerit, gratia

S.Leo ſer.9.de Paſſ.

autem dilectionis non poteſt minor eſſe quam ſufficiens & inefficax illa quam propugnamus. S. Leo ab eo non diſſentit. Ita Petrum alloquens. *Affuit dextera Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ labentem te priuſquam deijcereris, exciperet: & firmitatem ſtandi, in ipſo cadendi periculo recepiſti. Vidit in te Dominus non fidem fictam, non* DILECTIONEM *auerſam, ſed conſtantiam fuiſſe turbatam. Abundauit fletus vbi non defecit affectus &c.* Quod autem de aliis Apoſtolis dictum eſt, quibus dixit Chriſtus, Calicem *bibere poteſtis*? Auguſtinus vero addit *non poteſtis*: reſponſio facilis: nondum vrgebat præceptum de Martyrio ſubeundo: quæſtio vero eſt, de gratiæ neceſſitate, vrgente etiam neceſſitate præcepti hîc & nunc adimplendi, quâ ſtante obligatione, dicimus gratiam à Deo nunquam denegari aut ſubtrahi ad illud implendum mediatè ſaltem ſufficientem.

Obiectio altera eiuſdem recentioris, S. Auguſtinus docet quarumdam cupiditatum tentationes, aliquorum hominum vires ita ſuperare,

Aug.3.de lib.arb. c.18.

vt eas ſuperare non poſſint: hinc illud eſt lib. 3. de libero arbitrio *quod videat homo quod recte faciendum ſit & velit nec poſſit implere: & quod amiſerit poſſe cum velit: quod erret inuitus & reſiſtente atque torquente do-*

1.Cor.10.

lore carnalis vinculi, non poſſit à libidinoſis operibus temperare, quod ſint neceſſitate facta improbanda, vbi vult homo recte facere & non poteſt. Ex quo fit vt illum Apoſtoli locum, *fidelem eſſe Deum qui non patiatur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum vt* POSSITIS *ſuſtinere* nullo

Aug.lib.13.de Trin. c.19.male cit.

modo tam indiſcretè intelligat, vt hoc in omnibus omnino fidelibus obſeruetur. *Sed circa eos iſta ſeruantur de quibus Apoſtolus dicit: ſcimus quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.*

Reſpondemus ad primum S. Auguſtini locum, ab eo conſiderari liberum arbitrium ſecundum imminutas & afflictas per lapſum peccati naturæ corruptæ vires, nudas quidem illas & in eo ſtatu quo de illa loquens S. Proſper ait, Natura quæ ſibi committitur, dimittitur: non vero ſecundum gratiæ auxilia eidem per Chriſtum parta & à Deo conceſſa, de quibus ait Apoſtolo, *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.* Vnde poſtea docet in hominis poteſtate *vt libidinis*

victor exiſtat & l de nat. & gr. c. 67. Alterum verò quod petitur ab interpretatione quam adhibet loco Apoſtoli, de efficaci quidem gratia verum eſt, quâ electi actu ſalutem ſuam operantur: non tamen ſufficientem reſpectu eorumdem aliquando cum in peccatum decidunt, nec reproborum ſæpiſſimè dum eamdem gratiam oblatam reſpuunt, excludit. Ratio eſt quia certiſſima B. Auguſtini mens eſt, omnes qui tentatione premuntur aut agitantur, poſſe ac debere humiliter de ſeipſis ſentire, infirmitatem ſuam agnoſcere, bona opera efficere, diuini præſidium ſpiritûs inuocare, quæ omnia citra gratiam fieri nunquam poſſunt, *nemo enim poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto* 1. Cor. 2. *Aliud eſt tentari, ſine quo nullus probatus eſt iuſtus, aliud in tentationem induci, quod eſt à tentatore ſeduci. Hoc eſt ergo quod oramus vt non permittat nos Deus tentari ſupra id quod quod poſſumus, ſed faciat cum tentatione prouentum vt poſſimus ſuſtinere*: Et in Pſ. 118. Vtrumque ſcripturæ locum tractans, *Promiſit ſe daturum periclitantibus, quod dici voluit ab orantibus. Verbum Dei eſt adiutorium, gratiæ pollicentis.* ibid. & apud Bedam in Comment. ep. 1. ad Corinth. Rectè præcinuerat S Chryſoſtomus τὸ δύνασθαι ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ῥοπῇ κεῖται. Poſſibilitas in Dei Gratiâ conſiſtit, quam omnibus, ſi eâ velint vti, adeſſe ibidem docet. Alij Patres Græci videndi ſupra lib. 1. cap. XXVI. de peccati fugâ. S Thomas hunc in locum *fidelis Deus, &c. Oſtendit paratum adiutorium in tentatione, commendat Deum adiutorem qui dat nobis reſiſtendi potentiam. Verè fidelis Deus qui dat potentiam ne vincamur, gratiam vt mereamur, conſtantiam vt vincamus. Dicit ergo fidelis, &c. quaſi diceret vos ad hoc hortor & moneo, quod Poteſtis*, &c. Non igitur Deus deſerit iuſtos quibus poteſtatem repellendæ & vincendæ tentationis adijcit. Et procul dubio niſi eam adijceret, præcepti deſineret obligatio ad impoſſibile nullum adigentis

Ser. 182. de temp. de alijs vero operibus l. de Catechiſ. rud. c. 25.

S. Chryſ. ho. 14. in c. 10. ad Cor.

S. Tho. in cap. 10. ad Cor. Lect.

Obiectio 3. Sed multis adhuc modis præcepta erunt poſſibilia abſque gratia ſufficiente. Primo quidem ex obiecto cui flexibilitas liberi arbitrij, quo ſenſu dixit S. Auguſtinus, *fides non eſt omnium, ſed poſſe habere fidem omnium eſt*: ſec. propinquius per fidem, tanquam per ſemen orationis & bonorum operum: Tertio per charitatem inchoatam.

Aug. de prædeſtin. SS. c. 5.

Reſpondemus id non eſſe de his rebus tanquam diuinis, philoſophari ſed de humanæ ſalutis negotio prorſus ludere. Agitur enim de potentiâ ſeu poſſibilitate morali non Metaphyſicâ, proximâ non remotiſſimâ, præcepti exſequendi, hîc & nunc vrgentis & obligantis. Impoſſibile eſt autem moraliter imo & Phyſicè voluntatem quantumuis arbitrij flexibilitate præditam, fide illuſtratam, Charitate etiam perfectiſſimâ habituali infirmatam, abſque auxilio actuali in actum ſupernaturalem erumpere: tam impoſſibile, inquam, ac homini cuipiam impoſſibile eſſet loqui aut currere ſi Deus concurſum illi naturalem denegaret, quo certè caſu aut iniuſtus aut ſtultus eſſet qui homini iſti ſermonem aut progreſſum imperaret. Vnde, iterum dico, bene dixit S. Chryſoſtomus τὸ δύνασθαι ἐκ τῆς θεοῦ ῥοπῆς poſſibilitas ex

Chryſ in ep. 1. Cor. c. 10.

S. Aug. lib. 3. de lib. arbitr.

Dei gratia eſt. Bene S. Auguſtinus. *Ex eo quod non accepit, nullus reus eſt. Ex eo vero quod non facit quod debet, iuſtè reus eſt. Debet autem, ſi accepit & voluntatem liberam, & ſufficientiſſimam facultatem.* At ne ſufficientem
S. Leo. ſer. 16. de Paſſ. quidem accepiſſe vult recentior. Bene demum S. Leo *Deus iuſtè inſtat præcepto qui præcurrit auxilio.* Igitur ad præceptum quod poſſibile moraliter eſſe debet, alias indignum Deo bono & iuſto eſt ex doctrina B. Auguſtini, dum inſtat, vrget, obligat, Gratia ſufficiens à Deo conceditur.

Ridiculum autem, quod aliquis addit, Deum iuſtè imponere homini præcepta quædam impoſſibilia, in pœnam peccati non ſolum proprij, ſed etiam primi hominis, à qua omnes originem duxerunt. Nunquid enim tot aliaque tanta ſunt pœnarum iuſtiſſimarum genera, quibus Deus in reos animaduertit atque vlciſcitur, vt inijcienda ſit in manum illius ſpecies quædam pœnæ iniuſtiſſimæ, nempe impoſſibilium legum impoſitio, quam nec in mortali legiſlatore abſque dementiæ ſuſpicione toleraremus? At vitio humano res iſta facta eſt impoſſibilis; quo nempe gratiæ munus amiſſum eſt. Eſto id verò; num miles qui arma fornace diſſoluit, aut ſiniſtra dexteram ſibi amputauit, pugnare iterum ac vincere iſdem armis eademque dextra iubebitur? non certè, ſed alio plectitur modo: quid ita? quia im-
S. Aug. de nat. & grat. cap. 67. poſſibile nec reo ad mortem damnato pro pœna à ſapienti iudice imponitur. *Non tibi deputatur ad culpam*, inquit S. Auguſtinus, *quod inuitus*
Sub fin lib. *ignoras, neque illud quod vulnerata membra non colligis, ſed quod volentem ſanare contemnis*: Et poſtea, *Scimus Deum bonum & iuſtum impoſſibilia non potuiſſe præcipere.*

Ioan. c. 12. v. 39. Ad extremum languet ac deficit aduerſarius Theologorum, in hac obiectione ex Ioannis cap. XII. *Iudæi non poterant credere quia iterum dixit Eſaias, excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum.*

Reſpondemus illud non poterant credere quod habetur v. 39. Simpliciſſimè idem eſſe cum eo quod habetur de iiſdem v. 37. *Cum autem tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum.* Quemadmodum dicitur Geneſ. *non poterant fratres* Ioſeph ei quicquam pacificè loqui, id eſt non loquebantur ei pacifice; non quod vtique non poſſent, ſed quod
Tr. 53. nollent. S. Auguſtinus in Ioannem. *Dicitur nobis, ſi non potuerunt credere quod peccatum eſt hominis non facientis quod non poteſt facere? ſi autem non credendo peccauerunt, potuerunt ergo credere & non fecerunt; ſi ergo potuerunt, quomodo dixit Euangelium propterea non poterant credere? Audiſtis fratres mei propoſitam quæſtionem: nempe quàm profunda ſit cernitis: Sed reſpondemus vt poſſumus: non poterant credere quia hoc Eſaias Propheta prædixit. Hoc autem Propheta prædixit, quia Deus hoc futurum eſſe præſciuit. Quare autem non poterant ſi à me quæratur, cito reſpondeo quia nolebant: malam quippe eorum voluntatem præuidit Deus, & per Prophetam prænuntiauit ille cui abſcondi futura non poſſunt.* Sic expoſuit antea Gregorius Theologus orat. XXXVI.
Caten. id Ioan. c. 12. Sic AMMONIVS & Theodorus Heracleotes in Catenâ Patrum Græcorum οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν οὐκ ἐξ ἀνάγκης αὐτοὺς εἰς τοῦτο ἀγούσης, ἀλλ' ἐφ'

ἀφ' ἕκαστος αὐτῶν προείλετο. Id eſt. Credere non poterant nullâ quidem eos impellente neceſſitate, ſed ex propriâ cuiuſque electione. Verum inſtat ex Auguſtino ibidem. *Sed aliam, inquis, cauſſam dicit Propheta non voluntatis eorum, quia dedit illis Deus ſpiritum compunctionis & indurauit cor eorum &c. Etiam hoc eorum voluntatem meruiſſe reſpondeo: ſic enim excæcat, ſic obducat Deus deſerendo & non adiuuando, quod occulto iudicio facere poteſt, iniquo non poteſt.* Reſponſio in promptu eſt, *hæc verba deſertionem Dei ſignificare, quoad auxilia ſpecialia & efficacia gratiæ, non vero quoad ſufficientia. Vnde S. Auguſtinus ibidem addit, ne audeat quiſquam liberum arbitrium ſic defendere vt nobis orationem qua dicimus & ne nos inferas in tentationem, conetur auferre: rurſus ne quiſquam neget voluntatis arbitrium & audeat excuſare peccatum. Sed audiamus Dominum* ET PRÆCIPIENTEM, ET OPITVLANTEM ET IVBENTEM *quid facere debeamus &* ADIVVANTEM *vt implere poſſimus. Agendæ ſunt gratiæ, quia data* EST POTESTAS: *& orandum, ne ſuccumbat infirmitas.* S. Chryſoſtomus in Catenâ ὅτι ὁ θεὸς οὐ μόνον οὐ παραδίδωσιν, ἀλλ' οὐδὲ ἐγκαταλιμπάνει, ἐὰν μὴ βουληθῶμεν, ἄκουσον τί φησιν. οὐχὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διιστῶσιν ἀνάμεσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν. καὶ πάλιν οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπ' ἐμοῦ ἀπολοῦνται. ὁ δὲ χριστὸς μέλλων ἀπόλλυσθαι τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ δακρύει. οὐ γὰρ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. Id eſt. Quod Deus non ſolum non tradit nos (in reprobum ſc. ſenſum & obcæcationem) SED NE QVIDEM NOS DERELINQVAT SI VELIMVS: audi quid dicat: nonne peccata veſtra diuidunt inter me & inter vos? Iterum: Qui longe diſcedunt à te, pereunt. Chriſtus autem cum peritura eſſet Ieruſalem, etiam lacrymatur: non enim vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat.] Non deſerit igitur Deus niſi deſertores: Imo nec deſertores ipſos niſi gratiæ efficacis, nunquam vero ſufficientibus auxiliis deſtituit, quo minus præcepto vrgenti facere poſſint ſatis: ſi modo gratiæ lucem, ductum & motum ſequi non detrectent.

Aug. tr. 53. in Ioan.

S.Chryſ. in Caten. c.12.

Eſa. 59.

Oſee 4.

Ezech. 18.

CAPVT XV.

In quo declaratur gratiam ſufficientem eſſe Gratiam piæ diſpoſitionis ad efficacem.

SVMMA CAPITIS.

I.

OMnium ſaluti comparatam à Chriſto gratiam eſſe ex Apoſtolo docetur ad ſenſum PP.

II.

Gratiæ ſufficientis deſcriptio, Gratia diſpoſitionis ſupernaturalis ad efficacem, quæ duobus modis confertur à Deo, ex Script. & PP.

III.

Gratia hæc ſufficiens quomodo in Schola Sorbonica deſignetur. Gratia petendi, Gratia orationis, Gratia piæ diſpoſitionis.

IV.

Gratia piæ diſpoſitionis ex bonorum actuum & præſertim orationis ad Gratiam efficacem impetrandam neceſſitate apud S. Auguſtinum & apud Patres Græcos ſtatuitur.

I.

DIVINVS Apoſtolus vniuerſalem Chriſti venientis, laborantis & morientis erga homines prouidentiam, & beneficentiam quam ſuperius ex multis illius locis teſtatam fecimus, iterum hunc in modum commendat: *ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines, in iuſtificationem vitæ.* Hic autem locus cum de iuſtificatione efficaci, quam omnes homines non conſequuntur (vitio autem non conſequuntur ſuo qui ſunt ipſius expertes) intelligi non poſſit, ſane de ſufficienti per gratiam ſimilem iuſtificatione intelligatur penitus neceſſe eſt: cuius origo à Chriſti meritis vniuerſum in orbem promanantibus deriuatur. Quamobrem appoſitè verba illa ſic Paraphraſi donauit Theodoritus Cyrenſis Epiſcopus εἰ ἐκεῖνα ἀληθῆ, ὥσπερ οὖν ἀληθῆ, ὡς ἐκείνου τοῦ Ἀδὰμ παραβεβηκότος ὅλον τὸ γένος ἐδέξατο τοῦ θανάτου τὸν ὅρον, εὔδηλον ὡς ἡ τοῦ σωτῆρος δικαιοσύνη πᾶσιν ἀνθρώποις πραγματεύεται τὴν ζωήν. Id eſt. Si hæc vera ſunt, vt vera ſanè ſunt; quemadmodum illo Adam præuaricante vniuerſum genus mortis ſententiam paſſum eſt: ita certum eſt iuſtitiam Saluatoris omnibus hominibus ſalutem negotiari. Plurima autem emphaſis eſt in illo verbo πραγματεύεται, quod ex parte Chriſti omnem operam ad id inſumi & adhiberi ab eo ſignificat, vt in nullo deſit quod ad procurandam hominum omnium ſalutem conducat, vt ait B. Paulinus Auguſtini ſtudioſiſſimus, *omnem hominem*, inquit, *quantum in ſe eſt, ſaluum facit Chriſtus, oſtendit*

Ep. ad Rom. 5.

Paul ep. 1.

oſtendit in ratis, quod omnibus ſi velint, proſit. Quo quidem ex capite gratiæ ſufficientis à Chriſto vbertim manantis atque ſalientis copiam vt ex fonte quodam gratiarum inexhauſto deduximus, cui quidem ſoli inimici *Ioſeph iacula habentes inuiderunt: nos benedicimus Domino de fontibus Iſraël, ibi Beniamim adoleſcentibus in mentis exceſſu, Principes Iuda, duces eorum*: ſummi quique Theologi & omnes orthodoxi Doctores, quibuſcum in templo Dei canimus *Manda, Deus, virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis à templo ſancto tuo.* Gen. 49. Pſ. 67.

II.

Quando vero ad Gratiæ ſufficientis notionem apertiùs explicandum, verumque ab efficiente diſcrimen aperiendum huc diſceptationis vſque prouecti ſumus: Cenſemus primo cum aliis Theologis non eſſe diſcrimen illud naturæ vel entitatis diuerſæ: vtraque enim eſt actio Dei ſupernaturalis intellectum & voluntatem afficiens & moraliter tantùm differens, propter habitudinem & modum coniunctionis certæ & immediatæ cum effectu quam vel ipſo nomine efficax ſonat; quamquidem relationem certò ac infallibiliter, vt inquiunt, ac etiam immediatè cum ipſo effectu ſupernaturalis & liberi conſenſus completi ſufficiens non habet, ſed, vel contingenter vel mediatè. Arbitramur proinde & dicimus ſecundò gratiam ſufficientem eſſe gratiam diſpoſitionis ſupernaturalis ad gratiam efficacem, vtpote ex cuius bono vſu & effectu incompleto Deus poſtea gratiam completi effectûs certò productiuam ſeu effectiuam, creatæ voluntati concedat. Deſcriptio gratiæ ſufficientis.

Quo fit vt accuratè ſit animaduertendum Gratiam efficacem duobus modis à Deo conferri: primò quidem ſolitariè & immediatè abſque Gratiâ diſpoſitionis ſeu gratiâ ſufficiente præcedenti: ſecundò vero & vt plurimùm & mediatè & præcedenti gratiæ ſufficientis vel ſemel, vel pluries oblatæ, paulatimque auctæ acceptatione bonoque vſu tanquam præuiâ diſpoſitione. Vterque modus ſuis apud ſcripturam ſanctoſque Patres argumentis non caret. Primo ſiquidem modo excitatus repente videtur ad Pœnitentiam Dauid, qui quamprimum ſenſit ſe à Deo per Prophetam perſtringi, dixit *Peccaui Domino.* Eleganter & conciſè S Baſilius εἶδε τὸ τραῦμα. προσέφυγε τῷ ἰατρῷ· ἡμάρτηκα φησὶ καὶ εὐθὺς ἡ ἴασις. Vidit vulnus: confugit ad medicum: Peccaui, inquit, & ſtatim ſanatio. Ita videtur ſemel vocatus ſemel ac ſimul conuerſus S Matthæus, efficaciſſimâ quidem gratiâ, nullius ſufficientis præuio molimine: vt ipſe de ſe ingenuè narrat: *Quum tranſiret Ieſus inde, vidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine & ait illi, ſequere me, & ſurgens ſecutus eſt eum.* B. Hieronymus, *Maieſtas diuinitatis occulta primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu. Si enim in Magnete lapide & ſuccino hæc eſſe vis dicitur, vt annulos & ſtipulam & feſtucas ſibi copulent: quanto magis Dominus omnium creaturarum ad ſe trahere poterat, quos volebat?* B Chryſoſtomus τοῦ καλέσαντος δύναμις, τοῦ κληθέντος ὑπακοή. οὐκ ἀντέτεινεν, οὐδὲ ἀμφισβητῶν εἶπε, ἀλλ' εὐθέως ὑπήκουσε ἐμαρτύρει τῇ εὐπειθείᾳ τοῦ καλέσαντος διὰ τῆς 1. Reg. 2. Baſ. ho. 28. Matth. 9. Hier. lib. in Matth. Chryſ. ho. 31.

ἀ ϖρᾶσα τῆς ὑπακοῆς. Id eſt. Virtus vocantis, obedientia vocati; non repugnauit, nihil ambigens dixit, confeſtim obediuit; teſtimonium perhibuit opportunitati vocantis, perfecta vocati obedientia] Sic
Luc. 22. 61. etiam Petrus ad nutum oculi conuerſus, apud S. Lucam. *Et conuerſus*
S. Ambr. l. 10. *Dominus reſpexit Petrum, & recordatus eſt Petrus*. S. Ambroſ. lib. comm. in Luc. *Quos Ieſus reſpicit, plorant delictum. Negauit primò Petrus & non fleuit quia non reſpexerat* Dominus. *Negauit ſecundo, non fleuit, quia nondum reſpexerat Dominus. Negauit tertio & reſpexit Ieſus, & ille amariſſimè fleuit.* Qui-
Lib. 3. de Conſ. Eu. c. 6. dam priſcorum interpretum volunt Petrum à Ieſu abſente intus in corde reſpectum fuiſſe, & ſubito illo gratiæ aſpectu conuerſum. S. Augu-
Pſ. 6. ſtinus *non eſt corporalis iſta reſpectio diuinitus facta, vt miſericorditer Domino reſpiciente pœniteret eum & ſalubriter fieret, ſicut quotidie dicimus, Reſpice &*
Aug. de ſpir. & l. cap. 34. *exaudi me, & conuertere Domine & libera animam meam.* Paulus tandem ſpirans minarum & cædis *viſi cuiuſdam ſuaſione* quam intrinſecus Dei
Act. 9. gratiâ comitatur, vt docet S. Auguſt. lib. de ſpiritu & litt. repentino &
S. Aug. l. 1. ad Simplician. qu. 2. fin. Gratiæ efficaciſſimæ motu quàm *ſubitò circumfulſit lux de cœlo, vocem audiuit dicentem ſibi: Saule Saule, &c. Ego ſum Ieſus &c.* Conuerſus, *dixit, Domine quid me vis facere?* B. Auguſtinus quo non fere libro gratiæ efficaciam prædicat? *Quam rabida voluntas, quam furioſa, quam cæca, hic tamen vna deſuper voce proſtratus, occurrens vtique tali viſo, quo mens illa & voluntas refractâ ſæuitiâ retorqueretur & corrigeretur ad fidem, repente ex Euangelij mirabili perſecutore, mirabilior prædicator effectus eſt.* Mira, mira lege apud
To. 5. ho. 47. Chryſoſtomum homil. ad illa verba: Paulus ſpirans minarum & cædis. A ɫor. ıx Ex quibus liquidum erit, Gratiam illam quâ ſubito hami iniectu magnus ille piſcis captus eſt, fuiſſe inopinatiſſimam ſimul & potentiſſimam, nullamque aliam immediate præcedentem habuiſſe, cuius diſpoſitione introduceretur.

Alter autem eſt modus Gratiæ ſpecialis impetrandæ & obtinendæ, per gratiam piæ diſpoſitionis, ſiue ſufficientem, ex cuius acceptatione & bono vſu mouetur Deus vt efficacis Gratiæ lucem & motum hu-
Philipp. Gamach. manæ menti ac voluntati immittat. Vtrumque modum aſſequendæ Gratiæ efficacis etiam apud S. Auguſtinum reperire eſt: Is enim libro de ſpiritu & literâ ſic habet. *Ideo lex iubet, vt admoneat quid faciat fides: vt cui iubetur ſi* NONDVM POTEST, *ſciat quid petat: Si autem* CONTINVO *poteſt & obedienter facit, debet etiam ſcire quo donante poteſt.* Primus modus gratiæ efficacis à Deo ſine ſufficiente datæ, deſignatur illis verbis, SI CONTINVO POTEST: alter vero cum ſufficiente illis verbis SI NONDVM POTE T, PETAT. Nam petitur efficax per ſufficientem. Iterum S. Au-
Aug. de nat. & gr. guſtinus lib. de natura & gratia, *Deus iubendo monet & facere quod poſſis* (per efficacem) *& petere* (per ſufficientem) *quod non poſſis*: quibus verbis recte Synodus Tridentina addidit ad vtriuſque gratiæ complementum, *& adiuuat vt poſſis*. Hæc autem ex ſequentibus eluceſcent.

III.

Gratiam itaque ſufficientem optimè deſcribit Schola Sorbonica

apud Philippum Gamachæum Regium Theologiæ Profeſſorem: Auxilium Gratiæ ex cuius ope & bono vſu homo à Deo excitatus Gratiam efficacem conſequi poteſt. Quod præclarè oſtendit ex doctrina Tridentinæ Synodi ſeſſ. vi. vbi declarat homines poſſe bona opera perficere, dummodo gratiæ diuinæ non defuerint: additque hanc rationem quia ſicut *Deus cœpit bonum opus, ita & perficiet*: quaſi diceret aliqua auxilia primum dari hominibus ad ſalutem, quibus dum bene vtuntur cætera deinceps acquirant: explicatur id clarius ex cap. vi. eiuſdem ſeſſionis, vbi Concilium ex profeſſo varia auxilia enumerat, quibus peccatores diſponit ad iuſtificationem: primum eſt cum gratiâ excitati fidem ex auditu concipiunt, credentes vera eſſe quæ dicuntur: alterum vbi anima aduertũt ſe peccauiſſe: Tertium cùm vtiliter concutiuntur timore diuinæ iuſtitiæ; Quartum vbi per timorem conuertunt ſe ad miſericordiam. Quintum, cum ex conſideratione miſericordiæ in in ſpem veniæ & peccatorum remiſſionis eriguntur. Sexto tandem ac poſtremo Deum ſuper omnia diligere incipiunt: ita enim textus Concilij intelligi debet, vt varij ſint gradus actualis gratiæ, alij aliis priores à primæ vocationis exordio vſque ad perfectam iuſtificationem. Nos igitur ex iis aliquos vt plurimum hac veluti via dari aſſerimus, & plures vel pauciores ſicut Deo placuerit. Summa enim rerum penes Deum eſt. B. Auguſtinus. *Cur autem illum adiuuet, illum non adiuuet, illum tantum, illum autem non tantùm: iſtum illo, illum iſto modo, penes ipſum eſt, tam ſecreta ratio & excellentia poteſtatis.* Exploratum enim eſt varios eſſe gradus ſufficientis gratiæ, vel ex vno Chriſti apud Matthæum dicto: Væ tibi Corozaïm, væ tibi Bethſaïda, *quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sydoni remiſſius erit in die iudicij, quam vobis.* Idem colligi poteſt ex cap x 1. *Regina Auſtri & Niniuitæ ſurgent in iudicio aduerſus generationem iſtam, eamque condemnabunt.* Simile quid ex Propheta Ezechiele decerpi poteſt. Sed ad rem. Auxilia igitur Gratiæ ſufficientis ſunt diſpoſitiua ad efficacem, & ipſa quoque ſecundum ſe ſpectata poſſunt dici efficacia non ſimpliciter effectûs completi ad iuſtificationem vel ad meritum, ſed efficacia ſecundum quid effectûs videlicet incompleti, inchoati, diſpoſitiui & præparantis impetrantis primo remotè, propius ac tandem proximè; qualis eſt actus fidei, actus ſpei, actus timoris, ſeruilis primum, deinde filialis, imperfecti primum dein paulatim perfectioris, atque inter hæc omnia, orationis. Vnde Theologiæ celeberrimus Profeſſor Alphonſus Lemoïnus Doctor Sorbonicus, Gratiam illam ſufficientem docuit eſſe Gratiam petendi, ſeu Gratiam orationis de quâ toties B. Auguſtinus: & verum id quidem ſententiæque noſtræ prorſus conſentaneum, hoc ſenſu quod apud B. Auguſtinum fides & ſpes etiam orant & omnia bona opera, quæ in complexum gratiæ ſufficientis veniunt, ſuo quiſque modo peculiari, apud Deum pro impetranda ab eo gratia efficaci intercedunt. Nos autem, vt prioribus inſiſtamus veſtigiis, vt gratiam ad illa bona opera gratiæ efficacis auxilium attrahentia actum fidei,

Gratia ſufficiens apud Sorbonicos quomodo deſcribatur ex Gamach. q. 1. de gr. c. 5. Trident. ſeſſ. 6 c. 13.

S. Aug. ſec. de peccator. mer. c. 5.

Ezech. c. 16. 51.

ſpei, timoris, patientiæ, cuiuſcumque virtutis ſimul cum ſtatu dationis perſeuerantis vno verbo complectamur, vocamus gratiam illam ſufficientem, gratiam PIÆ DISPOSITIONIS: cuius ſibi ſuccedentibus variis motibus reſpondendo, iiſque bene vtendo, quod à noſtra voluntate poſt eam conceſſam pendet, gratiam efficacem comparatum iri Deo fauente ſperamus & credimus. Sic autem ſe rem habere præſertim ex præcipuo & frequentiori ipſius effectu ad quem maxime inclinat, nimirum ex oratione & precatione, tam ſecundum B. Auguſtini quam Græcorum Patrum hactenus inexploratam mentem tradituri ac explanaturi ſumus.

IV.

Gratia piæ diſpoſitionis & S. Aug

S.Aug.c.19.

Gratiam *Piæ diſpoſitionis* ex triplici præſertim capite apud B. Auguſtinum elicere & omnium oculis exponere perfacile eſt. Primò quidem ex humilitatis ſenſu, qui ex propriæ infirmitatis & indignitatis agnitione naſcitur; ita B. Auguſtinus librò de peccatorum meritis vbi docet verum illum & natiuum humilitatis ſenſum eſſe à Gratiâ tantum. *Vitium ſuperbiæ niſi adiuuante gratia ſuperatur, ad iuſtitiam nemo conuertitur.* Hæc verba manifeſte oſtendunt, humilitatis ſenſum eſſe à Gratiâ ad iuſtitiam diſponente.

L. 83.qu.q. 68.& de ſpir. & lit. c. 29. de gr. & lib. arbitr. c.14. legatur ep. 105. ad ſextum.

Secundò ex actu fidei, quo credimus in Deo ſolo noſtræ infirmitatis remedium eſſe conſtitutum: hic actus fidei nondum iuſtificat, ſed ad iuſtificationem valdè diſponit, & proinde eſt à Gratia ſufficiente, non verò efficaci, ſed ad efficacem impetrandam diſponente. B. Auguſtinus fidei primordia vocat *quaſdam fidei inchoationes conceptionibus ſimiles. Harum tamen nihil eſt ſine gratiâ miſericordiæ Dei.* De fide verò perfectiori ait, *Spiritus gratiæ facit vt habeamus fidem, vt per fidem impetremus orando vt poſſimus facere quæ iubemur.*

S.Aug. ep. ad ſextum.

Tertio igitur eadem gratia piæ diſpoſitionis ex orationis neceſſitate conſtat: quia ſicut oratio eſt neceſſaria ad impetrandam gratiam efficacem, ita gratia eſt ſemper neceſſaria ad orationem ad quam *adiuuat ſpiritus etiam nondum inhabitans.* Clariſſimè B. Auguſtinus ſi dixerimus *mentem præcedere orationis, vt donum gratiæ* (efficacis) *conſequatur. Impetrando quidem oratio quicquid impetrat, donum Dei eſſe oſtendit, ne homo exiſtimet à ſeipſo ſibi eſſe, quod ſi in poteſtate haberetur, non vtique poſceretur: verumtamen ne ſaltem orationis putarentur præcedere merita, quibus non gratuita daretur gratia, ſed iam nec gratia eſſet, quia debita redderetur: etiam ipſa oblatio inter gratiæ munera reperitur. Quid enim oremus, ait Doctor Gentium, ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid eſt interpellat pro nobis, niſi interpellare nos facit? &c. dixerat enim antea ſpiritus ipſe adiuuat infirmitatem noſtram &c.* Vide locum prolixum & decrecrorium.

Quarto tandem gratia piæ diſpoſitionis probatur ex quorumuis bonorum operum quæ ad impetrandam Gratiam efficacem præcedunt & iuuant, quæ cum nondum à Gratiâ efficaci fiant certè à Gratia ſufficiente quam nos diſponentem appellamus, fieri ea neceſſe eſt.

B. Auguſtinus extremis lineis libri de Catechizandis rudibus. *Opera miſericordiæ cum piâ humilitate impetrant à Domino vt non permittat ſeruos ſuos tentari plus quam poſſint ſuſtinere.* Illas autem bonas actiones tum ſupernaturales eſſe, tum à *ſpiritu gratiæ nondum tamen inhabitante* fieri docet B. Auguſtinus epiſtolâ ad Sextum.

Aug c.25.

S. Aug. ep. 105.

Hæc omnia etiam à gratiâ diſponente in animâ produci humilitatis ſenſum, actum fidei, orationem, pia quæque virtutum opera, efficacem tandem gratiam à Deo impetrare Græci Patres præclarè docent. De Actu fidei & de virtutum operibus iam diximus. Permulta libro 1. De oratione quæ ab eadem gratia diſponente proficiſcitur & gratiam efficacem impetrare ſolet, hîc ampliùs loquendum eſt. B. Cyrillus Hieroſolymitanus de draconis tentatione ſuperandâ diſſerens, hæc præcepta tradit, fidei actum conſulit, orationis aſſiduitatem, ἑτοίμασον τὴν καρδίαν, πυκνότερον εὔχου ἐν ἐμοὶ τὸ εἰπεῖν, ἐν σοὶ δὲ τὸ προσθέσθαι, ἐν θεῷ δὲ τὸ πληρῶσαι. Mentem præpara, ora frequentius, meum hoc dicite eſt, tuum agere, Dei perficere: hæc omnia autem à Dei potentiâ & miſericordiâ expectanda ibidem inculcat. B. BASILIVS in Aſceticis docet primo orationis vim totam à Spiritus ſancti inſpiratione pendere ex loco Apoſtoli ad Rom. VIII. Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus: deinde quanta ſit vis orationis ad impetrandam gratiam quâ peccata remittuntur: quâ qui piè precatur ὁ τὸ πρέπον μὴ προδιδοὺς, οὐ προδοθήσεταί ποτε ἐκτὸς τῆς θείας συμμαχίας. Officium ſuum non deſerens, à gratiæ diuinæ auxilio non deſtituitur. B. GREGORIVS Nyſſenus πολλῆς ἡμῖν χρεία τῆς πρὸς θεὸν ἀναβάσεως, ἵνα νοήσωμεν, τίνων προσχρεύομεν. ἔμψυχος δὲ γίνεται καὶ διὰ τούτου τῆς προσευχῆς ὁ τόνος, ὅταν γνῶμεν τίνων προσχρήζομεν. καὶ οὕτως ἐκχεῖται ἡ δέησις ἡμῶν διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀντὶ ῥημάτων. Id eſt Magno ad Deum aſcenſu nobis opus eſt, vt cognoſcamus, quorum indigi ſumus, contentio vero orationis viuida efficitur, augetur, atque ex animi ſententia profertur, cum agnoſcimus quorum indigi ſimus: atque ſic oratio noſtra potius per oculos lachrymantes) quam verba effunditur. Idem vero talem orationem à Deo inſpirante pendere docet hom. 1. de oratione, ſine qua exemplo prodigi ne Patrem nominare, tantum abeſt vt bene precari poſſit. Id verò dilucidè habet oratione de ſcopo Chriſtiani. δώσει καὶ αὐτὸς ὁ κύριος τοῖς αἰτοῦσιν ὅπως εὔχεσθαι δεῖ, κατὰ τὸ εἰρημένον, ὁ διδοὺς εὐχὴν τῷ εὐχομένῳ. Id eſt Suggeret etiam Dominus ipſe petentibus, quomodo precandum ſit, iuxta id quod dictum eſt [Qui dat precem precanti.] Inter alia vero orationis elogia, hoc maximè reponit, προσευχὴ κρινομένων παρήγορος oratio reorum patrona δεδεμένων ἄνεσις vinctorum relaxatio &c. B Macarius hom. de curſu ſtadii Chriſtiani de peccatorum conuerſione ſermonem habens, docet primo Deum eſſe ἕτοιμον ποιεῖν τὴν βοήθειαν Deum ad auxilium præbendum paratum eſſe: deinde verò, ὁ θεὸς ὡς ἀγαθὸς καὶ μόνος ἰατρὸς τῶν πνευματικῶν, τῇ ψυχῇ ἐν νόσῳ τυγχανούσῃ τῆς ἀγνοίας καὶ κακίας, ἀπιστίας τε καὶ ἀφοβίας, καὶ τῶν λοιπῶν τῆς ἁμαρτίας παθῶν, προσερχομένῃ τῷ κυρίῳ καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν ἐπιζητούσῃ καὶ εἰς τὸ αὐτοῦ ἔλεος ἀποσκοπούσῃ καὶ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος παρ' αὐτοῦ δέξασθαι ἐπιθυμούσῃ τὴν ἀπολύτρωσιν

Gratia piæ diſpoſitionis apud SS. Patres Græcos.

Cyrill. Catech. præfat.

S. Baſil. reg. breuior. interr. 261. & conſtit. Monaſt. c. 1.

Greg. Nyſſ. in Pſalmos Naz. etiam hom. 17. fin. & Theodorit. in c. 10. pr. ad Cor. de tentat.

Orat. 1. & 2. de or.

To. 2.

Orat. 1. de orat.

Macar. ho. 4.

δωρήσασθαι τῆς ἰάσεως. Id eſt. Deus bonus ſolus medicus ſpiritalis, Animæ laboranti morbo malitiæ, infidelitatis, temeritatis & reliquis peccati affectionibus, ad Dominum accedenti, & auxilium ipſius quærenti, & in miſericordiam ipſius intuenti, ac ſpiritus gratiam flagitanti, liberationem & medicinam concedet] Ac ne quis iſtam diuini auxilij poſtulationem à propriis viribus eſſe fingat, ἡ τοιαύτη ψυχὴ τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας ἀξιοῦται, διὰ τῆς πίστεως ἐπιτυχοῦσα τῆς ἐπουρανίου δωρεᾶς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐν πληροφορίᾳ διὰ τῆς χάριτος ἀναπαύσασα. Id eſt. Eiuſmodi anima auxilium conſequitur, cum per fidem cœleſte donum fuerit conſtitura, & deſiderium ſuum per gratiam in ſpe certiſſimâ collocarit, &c. Macarius iterum meminit *eiuſdem gratiæ precum* τῆς χάριτος τῆς εὐχῆς

Hom. 19. quam à Deo tradit, concedit ei qui per eam τὴν τοῦ πνεύματος χάριν ad ſpiritus gratiam aſpirat, ad quam etiam cæterarum virtutum officia multum iuuare prædicat: licet aliquando & ſolis precibus ea impetretur: ἐνίοτε γὰρ γίνεται πρὸς αὐτὸν ἡ θεία χάρις αἰτοῦντα καὶ δεόμενον. ἀγαθὸς γὰρ καὶ χρηστός ἐστι θεὸς καὶ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτὸν δίδωσι τὰ αἰτήματα αὐτῶν. Aliquando gratia diuina deprecanti tantum & petenti datur Quia bonus eſt & clemens Deus, & petentibus poſtulata largitur] Conſulit tamen reliqua bonorum opera orationi adiungi tum ad conſequendam, tum ad conſeruandam augendamque gratiam.

S.Chryſ. in Pſ. 9. B CHRYSOSTOMVS in Pſalm. IX Exponens illud, *Adiutor in opportunitatibus* διπλῆν λέγει τὴν εὐεργεσίαν ὅτι καὶ βοηθεῖ καὶ ὅτι εἰς καιρόν. ἐνταῦθα καὶ ἕτερόν τι ᾐνίξατο. ὅτι δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐνεργοὺς εἶναι. ὁ γὰρ βοηθῶν τῷ ἐργαζομένῳ βοηθεῖ. οὐ τοίνυν ἡμᾶς ἀναπεπτωκέναι δεῖ, ἀλλὰ καὶ ἱκετηρίας εἰσφέρειν, καὶ ἐλεημοσύνας, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν ἅπαντα. Id eſt. Duplex auxilium dicit, & quod adiuuet, & quod in opportunitate adiuuet. Hîc etiam aliquid aliud ſignificauit, nempe quod nos operari oporteat. Qui enim adiuuat, vtique operantem adiuuat. Non igitur oportet nos animo deficere, ſed & preces afferre, & Eleemoſynas, & omnia quæ à nobis afferri poſſunt.] De omnibus ſimul bonis operibus ibi loquitur, ad gratiam comparandam per gratiam faciendis: Quorum numero preces quoque

Ita & in Matth. ho. 64. & 67. comprehendit: de precibus vero ſolis alibi multoties. Idem in Pſalm. CXXIX. de redemptione iniquitatum verba faciens, μένωμεν παρακαλοῦντες, δεόμενοι. καὶ μηδέποτε ἀποστῶμεν κἂν λάβωμεν, κἂν μὴ λάβωμεν. εἰ γὰρ τοῦ δοῦναι κύριος, καὶ τοῦ πότε δοῦναι κύριός ἐστι, καὶ τὸν καιρὸν ἀκριβῶς οἶδεν αὐτός. μένωμεν τοίνυν ἱκετεύοντες, παρακαλοῦντες, θαῤῥοῦντες αὐτοῦ τῷ ἐλέει καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ μηδέποτε τὴν ἑαυτῶν ἀπογινώσκωμεν σωτηρίαν, ἀλλὰ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρωμεν. Id eſt. Perſeueremus rogantes & orantes, & nunquam deſiſtamus ſiue acceperimus, ſiue non acceperimus. Si enim dare ſitum eſt in eius poteſtate, in eius etiam poteſtate ſitum eſt, quan-

Sap. 12. do velit dare. Tempus autem optimè nouit. Perſeueremus ergo ſupplicantes, rogantes, confidentes miſericordiæ ipſius & clementiæ, quæ

Chr. to. 1 ho. 68. v. & ho. 1. de debitore to 5. noſtra ſunt afferamus &c.] Verum & gratiam ad bene orandum requiri non obſcurè ſentit ac docet homil 2. de precatione, ter ita loquens ἀμήχανον αἰθέριον τι δυνηθῆναι θείαν ἐνεγκεῖν ὁμιλίαν ἄνευ τῆς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος, δεῖ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος ἐλθοῦσαν εἰς ἡμᾶς ἐπιῤῥῶσαι καὶ

θαῤῥῆσαι, εἰς δὲ τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν δέχεσθαι. Id eſt. Impoſſibile eſt homini vt diuinæ allocutioni ſufficiat, abſque operatione ſpiritus: oportet vt gratia ſpiritus ad nos veniens nos fortes & fidentes reddat, vt ſpiritus efficaciam aſſequamur. Legenda ad calcem vſque homilia eſt. De gratia quoque diſponente neceſſariâ ad Actus fidei, ad Eleemoſynas & pia opera quæ gratiam efficacem iuſtificationis præcedũt Chryſ hom 30. in acta. ac veluti prouocant: facundè diſſerit hom. in Acta. μηδὲν ἡμέτερον εἶναι νομίζωμεν ὅπου γε καὶ αὐτὴ ἡ πίστις οὐχ ἡμέτερον. ὅτι δὲ οὐχ ἡμέτερον ἄκουε Παύλου λέγοντος. καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ἡμῶν. θεοῦ δὲ δῶρον ἐλεημοσύνην ἔδωκας. Id eſt. Nihil noſtrum eſſe putemus, vbi ne ipſa fides noſtra eſt. Quod Eph. 2. autem noſtra non ſit fides, audi Paulum dicentem: & hoc non ex nobis, Dei donum eſt. Eleemoſynas dediſti, quid hoc? &c. Orationem vero non ſolum propriam, ſed & alienam multum ad conuerſionis gratiam efficacem conciliandam prodeſſe docet hom. VII. in Epiſt. ad Timoth. & orat. 1. de peccat. Orationem propriam certum eſſe illius medium, modo conditiones habeat orationis quas ibi & orat. 1cc. fuſè deſcribit & tractat, quas B. Auguſtinus paucis his verbis complexus S. Aug. l. de nat. & & gr. c. 7 & c. 68. & de lib. arb. & gr. c. 15. 16. 17. eſt. *Vtique his omnibus qui ſic petunt, & tantùm petunt, quomodo & quantum res tanta petenda eſt.* B. Ioannes CLIMACVS in ſcalâ paradiſi de homine Climac. gradu 19. loquens ſæpe orante οὐ προσοχθίσει, εἰ συμβῇ, οὐ πίπτει εἰς τέλος. προσευχὴ γάρ ἐστι θεοῦ τυραννὶς εὐσεβής non offendet, quod ſi offendere contingat, non cadet in finem: Oratio enim eſt pia quædam Dei tyrannis.] Verum & addit poſtea orationem doceri à Deo: προσευχὴ διδάσκαλον τὸν θεὸν ἔχει τὸν διδάσκοντα ἄνθρωπον γνῶσιν, καὶ διδόντα εὐχὴν τῷ εὐχομένῳ. Id eſt. Oratio Deum Doctorem habet, qui docet hominem ſcientiam & qui ſuggerit orationem oranti.

Ex his & aliis profectò ſimillimis apud Græcos Patres quotidie & confertim occurrentibus, vt nihil clarius eſſe poſſit, ſic clarum eſt, gratiam aliquam eſſe *piæ diſpoſitionis* ad gratiam efficacem aſſequendam; ſicut de vtraque docens B. Auguſtinus contra Pelagium ſcripſit: VT S. Aug. lib. de grat. Chr. cap. PERVENIATVR AD ADIVTORIVM DEI, AD DEVM NON CVRRITVR SINE ADIVTORIO DEI. *Adiutorium Dei ad quod curritur & peruenitur*, eſt gratia efficax: Adiutorium Dei quo curritur eſt gratia ſufficiens diſponens, quæ omnibus vt concedatur, ſuperius explicatum ac demonſtratum eſt.

CAPVT XVI.

De Gratia Efficaci ex Patrum Græcorum S. Auguſtini et S. Thomæ Doctrinâ.

SVMMA CAPITIS.

I.

DE *Gratiæ efficacis apud Patres Græcos nomenclatura & notione.*

II.

Theologorum Scholaſticorum variæ expoſitiones & deſcriptiones gratiæ efficacis.

III.

S. *Auguſtini &* S. *Thomæ inſigniora quædam acroamata de gratia efficaci cum Græcorum Patrum ſimilibus effatis collata.*

I.

GRATIAM efficacem, quæ ſemper cum effectu conuerſionis ad Deum & gratiæ ſanctificantis ſiue ſecundæ coniuncta eſt, Græcis Patribus exploratiſſimam eſſe, nullus qui vel in ipſorum opera ſemel aſpexerit, ignorare poteſt. Efficacem ipſi quoque non ſemel appellant. B. Irenæus *operationem Dei effectricem* appellat in fragmentis. B. Baſilius libro de Spiritu ſancto ad Amphilochium. B. Chryſoſtomus orat. ſec de

S.Cyrill.1. de ador. to.1. precatione. B. Cyrillus lib. 1. de Adoratione vbi & elegantiſſimis & efficaciſſimis verbis gratiam efficacem deſcribit. ἔνδειγμα πυτι καὶ σφόδρα τρανὲς τοῦ μὴ μόνοις ἡμᾶς παραθήγεσθαι λόγοις, καὶ ταῖς ἐς νοῦν παρακλήσεσιν ἀποφοιτᾷν ἁμαρτίας, ἥκειν δὲ καὶ εἰς τοῦτο λοιπὸν ἡμερότητος τὸν εἰς ἡμᾶς τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα θεὸν, ὡς ΕΝΕΡΓΟΝ ποιεῖσθαι τὴν ΕΠΙΚΟΥΡΙΑΝ. κατέχει δὲ ἐκρατήσας τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου. καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με. ἐπεὶ γάρ ἐστιν οὐ λίαν εὐσθενὴς ἡ ἀνθρώπου φύσις, οὔτε μὴν ἀποχρώντως ἔχουσα πρὸς τὸ διεκδεδῦσαι τοῦ κακοῦ, συναθλεῖ πως αὐτῇ πρὸς τοῦτο θεὸς καὶ διττὴν ἀπονέμων ὁρᾶται τὴν χάριν, νουθετεῖ διαπείθων καὶ ἐπικουρίαν εὑρὼν καὶ ἀμείνω τιθεὶς τοῦ παρὰ πόδας τι καὶ τυραννοῦντος κακοῦ Id eſt. Argumentum admodum euidens nos non verbis tantùm & admonitionibus in animum immiſſis incitari vt à

Pſ.72. peccatis recedamus ſed etiam ad tantam erga nos benignitatem deſcendere omnium Saluatorem Deum, VT EFFICACI NOS AVXILIO iuuet, iuxta illud, tenuiſti dexteram meam, & in voluntate tuâ deduxiſti me. Nam quia hominis natura non eſt firma valdè, neque ſatis virium habet vt emergere è vitiis poſſit, opem illi fert in ea re Deus. Itaque duplicem gratiam tribuere noſcitur: tùm enim monitis ſuadet, cum adiutoria inuenit, eaque validiora efficit præſenti malo, nos tyrannide quadam vrgente.] Non poterat equidem Gratiæ nomen efficacis,

efficacis, vis, operatio, ac effectus eiuſdem diſertioribus & potentioribus verbis non adumbrari ſolum, ſed etiam exprimi. Asterivs Epiſcopus Amaſenus hanc gratiam, miſericordiæ vim trahentem vocat. B. Chryſoſtomus iterum *ἄμαχον βοήθειαν* alibi appellat, *inſuperabile auxilium* ad eum plane ſenſum cum Auguſtino, ſed hæc inferiùs.

Aſterius apud Photium Bibl. C.

II.

Methodus autem, quam hactenus ſtudioſè obſeruauimus id à nobis iam expoſcit, vt Theologorũ, qui Scholam Chriſtianam inſtar palæſtræ cuiuſdam aſſiduâ exercitatione terunt, multiplices de gratiâ efficaci ſententias audiamus Circa varietatem autem illam id in primis monendum exiſtimo, nemini piorum eam aut odioſam aut ingratam hactenus viſam eſſe, vt qui probè nouerint in rebus diuinis ſemper ſupereſſe quod quæratur; & à Chriſtianis Philoſophis, eatenus nec otioſè nec temerè diſputari, dum Scripturæ diuinituſque traditæ fidei canon inuiolatus cuſtodiatur. B. Auguſtinus lib. 2. contra Pelagium & Celeſtium: *longe aliter ſe habent quæſtiones iſtæ quas eſſe præter fidem arbitratur Celeſtius, quam ſunt illæ in quibus ſaluâ fide, quâ Chriſtiani ſumus, aut ignoratur quid verum ſit & ſententia definitiua ſuſpenditur, aut aliter quam eſt, humanâ & infirmâ ſuſpicione conijcitur* Exempla duplicis illius quæſtionum generis & diſcrimina ſubijcit. Tertullianus antea dixerat, *Quæramus ergo in noſtro, & à noſtris & de noſtro: idque duntaxat quod ſaluâ regulâ fidei poteſt in quæſtionem deuenire.*

De pecc. Orig. c. 23

De Præſc.

De Gratia igitur efficaci Theologi primò quidam ſic cenſent: eam prout à ſufficiente condiſtinguitur, conſiſtere in vehementiori quâdam vocatione, alij in qualitate quadam per modum habitûs animæ infusâ, alij in actu quodam & motione tranſeunte, Phyſicè tamen voluntatem prædeterminante ad conſentiendum vocationi: Alij in ſolâ connotatione denominatiuâ & relatione ſolum extrinſecâ ad effectum, Dei præſcientiâ hanc gratiam ſolùm ſufficientem, hanc efficacem futuram præuidentis, vtramque velut diſcernente. Omnes iſtas opiniones quas ad amuſſim perpendere & diſcutere, ab inſtituto noſtro diſcedere eſt, probè diſploſas videbis apud Andream Duuallium tract. de Grat. qu. VII. Et Scholaſtice admodum apud ſubtiliſſimum Nicolaum Yſambertum, cuius opera modò excuduntur, tractatu de Gratiâ. Supereſt igitur vt receptiſſimam omnium in Schola Sorbonica ſententiam proponamus, quam Philippi Gamachæi Regij Theologiæ Profeſſoris verbis conceptam damus: *Efficax gratia completa conſiſtit in congruitate, opportunitate & attemperatione diuinæ vocationis cum libero arbitrio, cum ingenio & ſenſibus noſtris accommodata: ex quâ vocatione ſemel poſita ſequatur certus & infallibilis hominis conſenſus, nec poſſit non ſequi, ſpectatis omnibus circumſtantijs.*

Qu. 3. de grat. efficaci.

Ad qu. 3. cap 6.

III.

Sic expreſſa, ſic expoſita de Gratiâ efficaci Theologorum Sorboni-

CAPVT XV.

In quo declaratur gratiam ſufficientem eſſe Gratiam piæ diſpoſitionis ad efficacem.

SVMMA CAPITIS.

I.

OMnium ſaluti comparatam à Chriſto gratiam eſſe ex Apoſtolo docetur ad ſenſum PP.

II.

Gratiæ ſufficientis deſcriptio, Gratia diſpoſitionis ſupernaturalis ad efficacem, quæ duobus modis confertur à Deo, ex Script. & PP.

III.

Gratia hæc ſufficiens quomodo in Schola Sorbonica deſignetur. Gratia petendi, Gratia orationis, Gratia piæ diſpoſitionis.

IV.

Gratia piæ diſpoſitionis ex bonorum actuum & præſertim orationis ad Gratiam efficacem impetrandam neceſſitate apud S. Auguſtinum & apud Patres Græcos ſtatuitur.

I.

DIVINVS Apoſtolus vniuerſalem Chriſti venientis, laborantis & morientis erga homines prouidentiam, & beneficentiam quam ſuperius ex multis illius locis teſtatam fecimus, iterum hunc in modum commendat: *ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines, in iuſtificationem vitæ.* Hic autem locus cum de iuſtificatione efficaci, quam omnes homines non conſequuntur (vitio autem non conſequuntur ſuo qui ſunt ipſius expertes) intelligi non poſſit, ſane de ſufficienti per gratiam ſimilem iuſtificatione intelligatur penitus neceſſe eſt: cuius origo à Chriſti meritis vniuerſum in orbem promanantibus deriuatur. Quamobrem appoſitè verba illa ſic Paraphraſi donauit Theodoritus Cyrenſis Epiſcopus εἰ ἐκεῖνα ἀληθῆ, ὥσπερ οὖν ἀληθῆ, ὡς ἐκείνου τοῦ Ἀδὰμ παραβεβηκότος ὅλον τὸ γένος ἐδέξατο τοῦ θανάτου τὸν ὅρον, δῆλον ὡς ἡ τοῦ σωτῆρος δικαιοσύνη πᾶσιν ἀνθρώποις πραγματεύεται τὴν ζωήν. Id eſt. Si hæc vera ſunt, vt vera ſanè ſunt; quemadmodum illo Adam præuaricante vniuerſum genus mortis ſententiam paſſum eſt: ita certum eſt iuſtitiam Saluatoris omnibus hominibus ſalutem negotiari. Plurima autem emphaſis eſt in illo verbo πραγματεύεται, quod ex parte Chriſti omnem operam ad id inſumi & adhiberi ab eo ſignificat, vt in nullo deſit quod ad procurandam hominum omnium ſalutem conducat, vt ait B. Paulinus Auguſtini ſtudioſiſſimus, *omnem hominem*, inquit, *quantum in ſe eſt, ſaluum facit Chriſtus, oſtendit*

Ep. ad Rom. 5.

Paul ep. 1.

oſtendit in raris, quod omnibus ſi velint, proſit. Quo quidem ex capite gratiæ ſufficientis à Chriſto vbertim manantis atque ſalientis copiam vt ex fonte quodam gratiarum inexhauſto deduximus, cui quidem ſoli inimici *Ioſeph iacula habentes inuiderunt: nos benedicimus Domino de fontibus Iſraël, ibi Beniamim adoleſcentibus in mentis exceſſu, Principes Iudæ, duces eorum*: ſummi quique Theologi & omnes orthodoxi Doctores, quibuſcum in templo Dei canimus *Manda, Deus, virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis à templo ſancto tuo.* Gen. 49. Pſ. 67.

II.

Quando vero ad Gratiæ ſufficientis notionem apertiùs explicandum, verumque ab efficiente diſcrimen aperiendum huc diſceptationis vſque prouecti ſumus: Cenſemus primo cum aliis Theologis non eſſe diſcrimen illud naturæ vel entitatis diuerſæ: vtraque enim eſt actio Dei ſupernaturalis intellectum & voluntatem afficiens & moraliter tantùm differens, propter habitudinem & modum coniunctionis certæ & immediatæ cum effectu quam vel ipſo nomine efficax ſonat; quamquidem relationem certò ac infallibiliter, vt inquiunt, ac etiam immediatè cum ipſo effectu ſupernaturalis & liberi conſenſus completi ſufficiens non habet, ſed, vel contingenter vel mediatè. Arbitramur proinde & dicimus ſecundò gratiam ſufficientem eſſe gratiam diſpoſitionis ſupernaturalis ad gratiam efficacem, vtpote ex cuius bono vſu & effectu incompleto Deus poſtea gratiam completi effectûs certò productiuam ſeu effectiuam, creatæ voluntati concedat. Deſcriptio gratiæ ſufficientis.

Quo fit vt accuratè ſit animaduertendum Gratiam efficacem duobus modis à Deo conferri: primò quidem ſolitariè & immediatè abſque Gratiâ diſpoſitionis ſeu gratiâ ſufficiente præcedenti: ſecundò vero & vt plurimùm & mediatè & præcedenti gratiæ ſufficientis vel ſemel, vel pluries oblatæ, paulatimque auctæ acceptatione bonoque vſu tanquam præuiâ diſpoſitione. Vterque modus ſuis apud ſcripturam ſanctoſque Patres argumentis non caret. Primo ſiquidem modo excitatus repente videtur ad Pœnitentiam Dauid, qui quamprimum 2. Reg. 2 ſenſit ſe à Deo per Prophetam perſtringi, dixit *Peccaui Domino.* Eleganter & conciſè S Baſilius εἶδε τὸ τραῦμα. προσέφυγε τῷ ἰατρῷ· ἥμαρτον φησὶ καὶ εὐθὺς ἡ ἴασις. Vidit vulnus: confugit ad medicum: Peccaui, inquit, & ſtatim ſanatio. Ita videtur ſemel vocatus ſemel ac ſimul conuerſus S Matthæus, efficaciſſimâ quidem gratiâ, nullius ſufficientis præuio molimine: vt ipſe de ſe ingenuè narrat: *Quum tranſiret Ieſus inde, vidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine & ait illi, ſequere me, & ſurgens ſecutus eſt eum.* B. Hieronymus, *Maieſtas diuinitatis occultæ primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu. Si enim in Magnete lapide & ſuccinis hæc eſſe vis dicitur, vt annulos & ſtipulam & feſtucas ſibi copulent: quanto magis Dominus omnium creaturarum ad ſe trahere poterat, quos volebat?* B Chryſoſtomus τοῦ καλέσαντος δύναμις, τοῦ κληθέντος ὑπακοή. οὐκ ἀντέτεινεν, οὐδὲ ἀμφισβητῶν εἶπε, ἀλλ' εὐθέως ὑπήκουσε ἐμαρτύρει τῇ συνηθείᾳ τοῦ καλέσαντος διὰ τῆς

Nota. Baſ. ho. 28. Matth. 9. Hier. lib. in Matth. Chryſ. ho. 31.

ἀπλῶς αὐτῆς ὑπακοῆς. Id eſt. Virtus vocantis, obedientia vocati; non repugnauit, nihil ambigens dixit, confeſtim obediuit; teſtimonium perhibuit opportunitati vocantis, perfecta vocati obedientia] Sic
Luc. 22. 61. etiam Petrus ad nutum oculi conuerſus, apud S. Lucam. *Et conuerſus*
S. Ambr. l. 10. *Dominus reſpexit Petrum, & recordatus eſt Petrus*. S. Ambroſ. lib. comm. in Luc. *Quos Ieſus reſpicit, plorant delictum. Negauit primò Petrus & non fleuit quia non reſpexerat* Dominus. *Negauit ſecundo, non fleuit, quia nondum reſpexerat* Dominus. *Negauit tertio & reſpexit Ieſus, & ille amariſſimè fleuit*. Qui-
Lib. 3. de Conſ. Eu. c. 6. dam priſcorum interpretum volunt Petrum à Ieſu abſente intus in corde reſpectum fuiſſe, & ſubito illo gratiæ aſpectu conuerſum. S. Augu-
Pſ. 6. ſtinus *non eſt corporalis iſta reſpectio diuinitus facta, vt miſericorditer Domino reſpiciente pœniteret eum & ſalubriter fieret, ſicut quotidie dicimus, Reſpice &*
Aug. de ſpir. & l. cap. 14. *exaudi me, & conuertere Domine & libera animam meam*. Paulus tandem ſpirans minarum & cædis *viſi cuiuſdam ſuaſione* quam intrinſecus Dei
Act. 9. gratiâ comitatur, vt docet S. Auguſt. lib. de ſpiritu & litt. repentino &
S. Aug. l. 1. ad Simplician. qu. 2. fin. Gratiæ efficaciſſimæ motu quàm *ſubitò circumfulſit lux de cœlo, vocem audiuit dicentem ſibi: Saule Saule, &c. Ego ſum Ieſus &c.* Conuerſus, *dixit, Domine quid me vis facere?* B. Auguſtinus quo non fere libro gratiæ efficaciam prædicat? *Quam rabida voluntas, quam furioſa, quam cæca, hic tamen vna deſuper voce proſtratus, occurrens vtique tali viſo, quo mens illa & voluntas refractâ ſæuitiâ retorqueretur & corrigeretur ad fidem, repente ex Euangelij mirabili perſecutore, mirabilior prædicator effectus eſt*. Mira, mira lege apud
To. 5. ho. 47. Chryſoſtomum homil. ad illa verba: Paulus ſpirans minarum & cædis. Actor. IX Ex quibus liquidum erit, Gratiam illam quà ſubito hami iniectu magnus ille piſcis captus eſt, fuiſſe inopinatiſſimam ſimul & potentiſſimam, nullamque aliam immediate præcedentem habuiſſe, cuius diſpoſitione introduceretur.

Alter autem eſt modus Gratiæ ſpecialis impetrandæ & obtinendæ, per gratiam piæ diſpoſitionis, ſiue ſufficientem, ex cuius acceptatione & bono vſu mouetur Deus vt efficacis Gratiæ lucem & motum hu-
Philipp. Gamach. manæ menti ac voluntati immittat. Vtrumque modum aſſequendæ Gratiæ efficacis etiam apud S. Auguſtinum reperire eſt: Is enim libro de ſpiritu & literâ ſic habet. *Ideo lex iubet, vt admoneat quid faciat fides: vt cui iubetur ſi* NONDVM POTEST, *ſciat quid petat: Si autem* CONTINVO *poteſt & obedienter facit, debet etiam ſcire quo donante poteſt*. Primus modus gratiæ efficacis à Deo ſine ſufficiente datæ, deſignatur illis verbis, SI CONTINVO POTEST: alter vero cum ſufficiente illis verbis SI NONDVM
Aug. de nat. & gr. POTEST, PETAT. Nam petitur efficax per ſufficientem. Iterum S. Auguſtinus lib. de natura & gratia, *Deus iubendo monet & facere quod poſſis* (per efficacem) *& petere* (per ſufficientem) *quod non poſſis*: quibus verbis rectè Synodus Tridentina addidit ad vtriuſque gratiæ complementum, *& adiuuat vt poſſis*. Hæc autem ex ſequentibus eluceſcent.

III.

Gratiam itaque ſufficientem optimè deſcribit Schola Sorbonica

apud Philippum Gamachæum Regium Theologiæ Profeſſorem: Auxilium Gratiæ ex cuius ope & bono vſu homo à Deo excitatus Gratiam efficacem conſequi poteſt. Quod præclarè oſtendit ex doctrina Tridentinæ Synodi ſeſſ. vi. vbi declarat homines poſſe bona opera perficere, dummodo gratiæ diuinæ non defuerint: addirque hanc rationem quia ſicut *Deus cœpit bonum opus, ita & perficiet* quaſi diceret aliqua auxilia primum dari hominibus ad ſalutem, quibus dum bene vtuntur cæ era deinceps acquirant: explicatur id clarius ex cap. vi. eiuſdem ſeſſionis, vbi Concilium ex profeſſo varia auxilia enumerat, quibus peccatores diſponit ad iuſtificationem: primum eſt cum gratiâ excitati fidem ex auditu concipiunt, credentes vera eſſe quæ dicuntur: alterum vbi anima aduertūt ſe peccauiſſe: Tertium cùm vtiliter concutiuntur timore diuinæ iuſtitiæ; Quartum vbi per timorem conuertunt ſe ad miſericordiam. Quintum, cum ex conſideratione miſericordiæ in in ſpem veniæ & peccatorum remiſſionis eriguntur. Sexto tandem ac poſtremo Deum ſuper omnia diligere incipiunt: ita enim textus Concilij intelligi debet, vt varij ſint gradus actualis gratiæ, alij aliis priores à primæ vocationis exordio vſque ad perfectam iuſtificationem. Nos igitur ex iis aliquos vt plurimum hac veluti via dari aſſerimus, & plures vel pauciores ſicut Deo placuerit. Summa enim rerum penes Deum eſt. B. Auguſtinus. *Cur autem illum adiuuet, illum non adiuuet, illum tantum, illum autem non tantum: iſtum illo, illum iſto modo, penes ipſum eſt, tam ſecreta ratio & excellentia poteſtatis.* Exploratum enim eſt varios eſſe gradus ſufficientis gratiæ, vel ex vno Chriſti apud Matthæum dicto: Væ tibi Corozaïm, væ tibi Bethſaïda, *quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sydoni remiſſius erit in die iudicij, quam vobis.* Idem colligi poteſt ex cap x 1. *Regina Auſtri & Niniuitæ ſurgent in iudicio aduerſus generationem iſtam, eamque condemnabunt.* Simile quid ex Propheta Ezechiele decerpi poteſt. Sed ad rem. Auxilia igitur Gratiæ ſufficientis ſunt diſpoſitiua ad efficacem, & ipſa quoque ſecundum ſe ſpectata poſſunt dici efficacia non ſimpliciter effectûs completi ad iuſtificationem vel ad meritum, ſed efficacia ſecundum quid effectûs videlicet incompleti, inchoati, diſpoſitiui & præparantis impetrantis primo remotè, propius ac tandem proximè; qualis eſt actus fidei, actus ſpei, actus timoris, ſeruilis primum. deinde filialis, imperfecti primum dein paulatim perfectioris, atque inter hæc omnia, orationis. Vnde Theologiæ celeberrimus Profeſſor Alphonſus Lemoïnus Doctor Sorbonicus, Gratiam illam ſufficientem docuit eſſe Gratiam petendi, ſeu Gratiam orationis de quâ toties B Auguſtinus: & verum id quidem ſententiæque noſtræ prorſus conſentaneum, hoc ſenſu quod apud B. Auguſtinum fides & ſpes etiam orant & omnia bona opera, quæ in complexum gratiæ ſufficientis veniunt, ſuo quiſque modo peculiari, apud Deum pro impetranda ab eo gratia efficaci intercedunt. Nos autem, vt prioribus inſiſtamus veſtigiis, vt gratiam ad illa bona opera gratiæ efficacis auxilium attrahentia actum fidei,

Gratia ſufficiens apud Sorbonicos quomodo deſcribatur ex Gamach. q 1. de gr c 1. Trident. ſeſſ. 6 c 13.

S. Aug. ſec. de peccator. mer c. 5.

Ezech. c. 16. 51.

ſpei, timoris, patientiæ, cuiuſcumque virtutis ſimul cum ſtatu orationis perſeuerantis vno verbo complectamur, vocamus gratiam illam ſufficientem, gratiam PIÆ DISPOSITIONIS: cuius ſibi ſuccedentibus variis motibus reſpondendo, iiſque bene vtendo, quod à noſtra voluntate poſt eam conceſſam pendet, gratiam efficacem comparatum iri Deo fauente ſperamus & credimus. Sic autem ſe rem habere præſertim ex præcipuo & frequentiori ipſius effectu ad quem maxime inclinat, nimirum ex oratione & precatione, tam ſecundum B. Auguſtini quam Græcorum Patrum hactenus inexploratam mentem tradituri ac explanaturi ſumus.

IV.

Gratia piæ diſpoſitionis & S. Aug

Gratiam *Piæ diſpoſitionis* ex triplici præſertim capite apud B. Auguſtinum elicere & omnium oculis exponere perfacile eſt. Primò quidem ex humilitatis ſenſu, qui ex propriæ infirmitatis & indignitatis agnitione naſcitur; ita B. Auguſtinus librò de peccatorum meritis vbi docet verum illum & natiuum humilitatis ſenſum eſſe à Gratiâ tantum. *Vitium ſuperbiæ niſi adiuuante gratia ſuperatur, ad iuſtitiam nemo conuertitur.* Hæc verba manifeſte oſtendunt, humilitatis ſenſum eſſe à Gratiâ ad iuſtitiam diſponente.

S.Aug.c.19.

Secundò ex actu fidei, quo credimus in Deo ſolo noſtræ infirmitatis remedium eſſe conſtitutum: hic actus fidei nondum iuſtificat, ſed ad iuſtificationem valdè diſponit, & proinde eſt à Gratia ſufficiente, non verò efficaci, ſed ad efficacem impetrandam diſponente. B. Auguſtinus fidei primordia vocat *quaſdam fidei inchoationes conceptionibus ſimiles. Horum tamen nihil eſt ſine gratiâ miſericordiæ Dei.* De fide verò perfectiori ait, *Spiritus gratiæ facit vt habeamus fidem, vt per fidem impetremus orando vt poſſimus facere quæ iubemur.*

L. 83. qu. q. 68. & de ſpit. & lit. c. 29. de gr. & lib. arbitr. c. 14. legatur ep. 105. ad ſextum.

Tertio igitur eadem gratia piæ diſpoſitionis ex orationis neceſſitate conſtat: quia ſicut oratio eſt neceſſaria ad impetrandam gratiam efficacem, ita gratia eſt ſemper neceſſaria ad orationem ad quam *adiuuat ſpiritus etiam nondum inhabitans.* Clariſſimè B. Auguſtinus ſi dixerimus *mentem præcedere orationis, vt donum gratiæ* (efficacis) *conſequatur. Impetrando quidem oratio quicquid impetrat, donum Dei eſſe oſtendit, ne homo exiſtimet à ſeipſo ſibi eſſe, quod ſi in poteſtate haberetur, non vtique poſceretur: verumtamen ne ſaltem orationis putarentur præcedere merita, quibus non gratuita daretur gratia, ſed iam nec gratia eſſet, quia debita redderetur: etiam ipſa oblatio inter gratiæ munera reperitur. Quid enim oremus, ait Doctor Gentium, ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid eſt interpellat pro nobis, niſi interpellare nos facit? &c. dixerat enim antea ſpiritus ipſe adiuuat infirmitatem noſtram &c.* Vide locum prolixum & decretorium.

S.Aug. ep. ad ſextum.

Quarto tandem gratia piæ diſpoſitionis probatur ex quorumuis bonorum operum quæ ad impetrandam Gratiam efficacem præcedunt & iuuant, quæ cum nondum à Gratiâ efficaci fiant certè à Gratia ſufficiente quam nos diſponentem appellamus, fieri ea neceſſe eſt.

B. Auguſtinus extremis lineis libri de Catechizandis rudibus. *Opera miſericordiæ cum piâ humilitate impetrant à Domino vt non permittat ſeruos ſuos tentari plus quam poſſint ſuſtinere.* Illas autem bonas actiones tum ſupernaturales eſſe, tum à *ſpiritu gratiæ nondum tamen inhabitante* fieri docet B. Auguſtinus epiſtolâ ad Sextum. Aug c.15. S.Aug.ep.105.

Hæc omnia etiam à gratiâ diſponente in animâ produci humilitatis ſenſum, actum fidei, orationem, pia quæque virtutum opera, efficacem tandem gratiam à Deo impetrare Græci Patres præclarè docent. De Actu fidei & de virtutum operibus iam diximus. Permulta libro 1. De oratione quæ ab eadem gratia diſponente proficiſcitur & gratiam efficacem impetrare ſolet, hîc ampliùs loquendum eſt. B. Cyrillus Hieroſolymitanus de draconis tentatione ſuperandâ diſſerens, hæc præcepta tradit, fidei actum conſulit, orationis aſſiduitatem, ἑτοίμασον τὴν καρδίαν, πυκνότερον εὔχου ἐν ἐμοὶ τὸ εἰπεῖν, ἐν σοὶ δὲ τὸ προσθέσθαι, ἐν θεῷ δὲ τὸ τελειῶσαι. Mentem præpara, ora frequentius, meum hoc dicere eſt, tuum agere, Dei perficere: hæc omnia autem à Dei potentiâ & miſericordiâ expectanda ibidem inculcat. B. BASILIVS in Aſceticis docet primo orationis vim totam à Spiritus ſancti inſpiratione pendere ex loco Apoſtoli ad Rom. VIII. Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus: deinde quanta ſit vis orationis ad impetrandam gratiam quâ peccata remittuntur: quâ qui piè precatur ὁ τὸ πρέπον μὴ προδιδοὺς, οὐ προδίδοται ποτε ὑπὸ τῆς θείας συμμαχίας. Officium ſuum non deſerens, à gratiæ diuinæ auxilio non deſtituitur. B. GREGORIVS Nyſſenus πολλῆς ἡμῖν χρεία τῆς κατὰ θεὸν ἀναβάσεως, ἵνα νοήσωμεν, τίνων πτωχεύομεν. ἔμψυχος δὲ γίνεται καὶ ἐνδιάθετος τῆς προσευχῆς ὁ τόνος, ὅταν γνῶμεν τίνων πτωχεύομεν. καὶ οὕτως ἐκχεῖται ἡ δέησις ἡμῶν διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀντὶ ῥημάτων. Id eſt Magno ad Deum aſcenſu nobis opus eſt, vt cognoſcamus, quorum indigi ſumus, contentio vero orationis viuida efficitur, augetur, atque ex animi ſententia profertur, cum agnoſcimus quorum indigi ſimus: atque ſic oratio noſtra potius per oculos (lachrymantes) quam verba effunditur. Idem vero talem orationem à Deo inſpirante pendere docet hom. 1. de oratione, ſine qua exemplo prodigi ne Patrem nominare, tantum abeſt vt bene precari poſſit. Id verò dilucidè habet oratione de ſcopo Chriſtiani. δώσει καὶ αὐτὸς ὁ κύριος τοῖς αἰτοῦσιν ὅπως εὔχεσθαι δεῖ, κατὰ τὸ εἰρημένον, ὁ διδοὺς εὐχὴν τῷ εὐχομένῳ. Id eſt Suggeret etiam Dominus ipſe petentibus, quomodo precandum ſit, iuxta id quod dictum eſt [Qui dat precem precanti.] Inter alia vero orationis elogia, hoc maximè reponit, προσευχὴ κοινωνούντων πανήγυρις oratio rerum patrona δεσμίων ἄνεσις vinctorum relaxatio &c. B Macarius hom. de curſu ſtadii Chriſtiani de peccatorum conuerſione ſermonem habens, docet primo Deum eſſe ἕτοιμον πρὸς τὴν βοήθειαν Deum ad auxilium præbendum paratum eſſe: deinde verò, ὁ θεὸς ὡς ἀγαθὸς καὶ μόνος ἰατρὸς τῶν πνευματικῶν, τῇ ψυχῇ ἐν νόσῳ τυγχανούσῃ τῆς ἀγνοίας καὶ κακίας, ἀπιστίας τε καὶ ἀφοβίας, καὶ τῶν λοιπῶν τῆς ἁμαρτίας παθῶν, προσερχομένῃ τῷ κυρίῳ καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν ἐπιζητούσῃ καὶ εἰς τὸ αὐτοῦ ἔλεος ἀποσκοπούσῃ καὶ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος παρ' αὐτοῦ δέξασθαι ἐπιθυμούσῃ τὴν ἀπολύτρωσιν

Gratia piæ diſpoſitionis apud SS. Patres Græcos.

Cyrill. Catech. præfat.

S.Baſil.reg.breuior.interr.261. & conſtit. Monaſt. c.1.

Greg.Nyſſ.in Pſalmos Naz. etiam hom. 17. fin. & Theodorit.in c 10. pr. ad Cor. de tentat.

Orat.1. & 2. de or. To.1.

Orat.1.de orat.

Macar.ho.4.

δωρήσασθαι τῆς ἰάσεως. Id eſt. Deus bonus ſolus medicus ſpiritalis, Animæ laboranti morbo malitiæ, infidelitatis, temeritatis & reliquis peccati affectionibus, ad Dominum accedenti, & auxilium ipſius quærenti, & in miſericordiam ipſius intuenti, ac ſpiritus gratiam flagitanti, liberationem & medicinam concedet] Ac ne quis iſtam diuini auxilij poſtulationem à propriis viribus eſſe fingat, ἡ τοιαύτη ψυχὴ τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας ἀξιοῦται, διὰ τῆς πίστεως ἐπιτυχοῦσα τῆς ἐπουρανίου δωρεᾶς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐν πληροφορίᾳ διὰ τῆς χάριτος ἀναπαύσασα. Id eſt. Eiuſmodi anima auxilium conſequitur, cum per fidem cœleſte donum fuerit conſtituta, & deſiderium ſuum per gratiam in ſpe certiſſimâ collocarit, &c. Macarius iterum meminit *eiuſdem gratiæ precum* τῆς χάριτος τῆς εὐχῆς quam a Deo tradit, concedit ei qui per eam τὴν τοῦ πνεύματος χάριν ad ſpiritus gratiam aſpirat, ad quam etiam cæterarum virtutum officia multum iuuare prædicat: licet aliquando & ſolis precibus ea impetretur: ἐνίοτε γὰρ γίνεται πρὸς αὐτὸν ἡ θεία χάρις αἰτοῦντα καὶ δεόμενον. ἀγαθὸς γὰρ καὶ χρηστός ἐστι θεὸς καὶ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτὸν δίδωσι τὰ αἰτήματα αὐτῶν. Aliquando gratia diuina deprecanti tantum & petenti datur Quia bonus eſt & clemens Deus, & petentibus poſtulata largitur] Conſulit tamen reliqua bonorum opera orationi adiungi tum ad conſequendam, tum ad conſeruandam augendamque gratiam.

Hom.19.

S.Chryſ. in Pſ.9.

B CHRYSOSTOMUS in Pſalm. IX Exponens illud, *Adiutor in opportunitatibus* διπλῆν λέγει τὴν εὐεργεσίαν ὅτι καὶ βοηθεῖ καὶ ὅτι εἰς καιρόν. ἐνταῦθα καὶ ἕτερόν τι ᾐνίξατο. ὅτι δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐνεργοὺς εἶναι. ὁ γὰρ βοηθῶν τῷ ἐργαζομένῳ βοηθεῖ. οὐ τοίνυν ἡμᾶς ἀναπεπτωκέναι δεῖ, ἀλλὰ καὶ ἱκετηρίας εἰσφέρειν, καὶ ἐλεημοσύνας, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν ἅπαντα. Id eſt. Duplex auxilium dicit, & quod adiuuet, & quod in opportunitate adiuuet. Hîc etiam aliquid aliud ſignificauit, nempe quod nos operari oporteat. Qui enim adiuuat, vtique operantem adiuuat. Non igitur oportet nos animo deficere, ſed & preces afferre, & Eleemoſynas, & omnia quæ à nobis afferri poſſunt.] De omnibus ſimul bonis operibus ibi loquitur, ad gratiam comparandam per gratiam faciendis: Quorum numero preces quoque comprehendit: de precibus vero ſolis alibi multoties. Idem in Pſalm. CXXIX. de redemptione iniquitatum verba faciens, μένωμεν προσκαλοῦντες, δεόμενοι. καὶ μηδέποτε ἀποστῶμεν κἂν λάβωμεν, κἂν μὴ λάβωμεν. εἰ γὰρ τοῦ δοῦναι κύριος, καὶ τοῦ πότε δοῦναι κύριός ἐστι, καὶ τὸν καιρὸν ἀκριβῶς οἶδεν αὐτός. μένωμεν τοίνυν ἱκετεύοντες, προσκαλοῦντες, θαρροῦντες αὐτοῦ τῷ ἐλέει καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ μηδέποτε τὴν ἑαυτῶν ἀπογινώσκωμεν σωτηρίαν, ἀλλὰ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρωμεν. Id eſt. Perſeueremus rogantes & orantes, & nunquam deſiſtamus ſiue acceperimus, ſiue non acceperimus. Si enim dare ſitum eſt in eius poteſtate, in eius etiam poteſtate ſitum eſt, quando velit dare. Tempus autem optimè nouit. Perſeueremus ergo ſupplicantes, rogantes, confidentes miſericordiæ ipſius & clementiæ, quæ noſtra ſunt afferamus &c.] Verum & gratiam ad bene orandum requiri non obſcurè ſentit ac docet homil 2. de precatione, ter ita loquens ἀμήχανον ἄνθρωπόν τινα δυνηθῆναι θείαν ἔντευξιν ὁμιλίαν ἄνευ τῆς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος, δεῖ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος ἐλθοῦσαν εἰς ἡμᾶς ἐπιρρῶσαι καὶ

Ita & in Matth. ho. 64. & 67.

Sap. 12.

Chr. to. 1. ho. 68. v. & ho. 1. de debitore to 5.

θαῤῥῆσαι, εἰς δὲ τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν δέχεσθαι. Id eſt. Impoſſibile eſt homini vt diuinæ allocutioni ſufficiat, abſque operatione ſpiritus: oportet vt gratia ſpiritus ad nos veniens nos fortes & fidentes reddat, vt ſpiritus efficaciam aſſequamur. Legenda ad calcem vſque homilia eſt. De gratia quoque diſponente neceſſariâ ad Actus fidei, ad Eleemoſynas & pia opera quæ gratiam efficacem iuſtificationis præcedũt Chryſ hom 30. in
ac veluti prouocant: facundè diſſerit hom. in Acta. μηδὲν ἡμέτερον εἶναι acta.
νομίζωμεν ὅπου γε καὶ αὐτὴ ἡ πίστις οὐχ ἡμετέρα. ὅτι δὲ οὐχ ἡμετέρα ἄκουε Παύλου λέγοντος. καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ἡμῶν. Θεοῦ δὲ δῶρον ἐλεημοσύνην ἔδωκας. Id eſt. Nihil noſtrum eſſe putemus, vbi ne ipſa fides noſtra eſt. Quod Eph. 2.
autem noſtra non ſit fides, audi Paulum dicentem: & hoc non ex nobis, Dei donum eſt. Eleemoſynas dediſti, quid hoc? &c. Orationem vero non ſolum propriam, ſed & alienam multum ad conuerſionis gratiam efficacem conciliandam prodeſſe docet hom. VII. in Epiſt. ad Timoth. & orat. 1. de peccat. Orationem propriam certum eſſe illius medium, modo conditiones habeat orationis quas ibi & orat. lcc. fuſè deſcribit & tractat, quas B. Auguſtinus paucis his verbis complexus S. Aug. l. de nat. & & gr. c. 7 & c. 68. & de lib. arb. & gr. c. 15. 16. 17.
eſt. *Vtique his omnibus qui ſic petunt, & tantùm petunt, quomodo & quantum res tanta petenda eſt.* B. Ioannes CLIMACVS in ſcalâ paradiſi de homine loquens ſæpe orante οὐ προσκόψει, εἰ συμβῇ, οὐ πεσεῖται εἰς τέλος. προσευ- Climac. gradu 19.
χὴ γάρ ἐστι Θεοῦ τυραννὶς εὐσεβής non offendet, quod ſi offendere contingat, non cadet in finem: Oratio enim eſt pia quædam Dei tyrannis.] Verum & addit poſtea orationem doceri à Deo: προσευχὴ διδάσκαλον τὸν Θεὸν ἔχει τὸν διδάσκοντα ἄνθρωπον γνῶσιν, καὶ διδόντα εὐχὴν τῷ εὐχομένῳ. Id eſt. Oratio Deum Doctorem habet, qui docet hominem ſcientiam & qui ſuggerit orationem oranti.

Ex his & aliis profecto ſimillimis apud Græcos Patres quotidie & confertim occurrentibus, vt nihil clarius eſſe poſſit, ſic clarum eſt, gratiam aliquam eſſe *piæ diſpoſitionis* ad gratiam efficacem aſſequendam; ſicut de vtraque docens B. Auguſtinus contra Pelagium ſcripſit: VT PERVENIATVR AD ADIVTORIVM DEI, AD DEVM NON CVRRITVR SINE ADIVTORIO DEI. *Adiutorium Dei ad quod curritur & peruenitur*, eſt gratia efficax: Adiutorium Dei quo curritur eſt gratia ſufficiens diſponens, quæ omnibus vt concedatur, ſuperius explicatum ac demonſtratum eſt. S. Aug. lib. de grat. Chr. cap.

efficacis, vis, operatio, ac effectus eiuſdem diſertioribus & potentioribus verbis non adumbrari ſolum, ſed etiam exprimi. ASTERIVS Epiſcopus Amaſenus hanc gratiam, miſericordiæ vim trahentem vocat. B. Chryſoſtomus iterum *ἄμαχον βοήθειαν* alibi appellat, *inſuperabile auxilium* ad eum plane ſenſum cum Auguſtino, ſed hæc inferiùs. Aſterius apud Photium Bibl.C.

II.

Methodus autem, quam hactenus ſtudioſè obſeruauimus id à nobis iam expoſcit, vt Theologorũ, qui Scholam Chriſtianam inſtar palæſtræ cuiuſdam aſſiduâ exercitatione terunt, multiplices de gratiâ efficaci ſententias audiamus Circa varietatem autem illam id in primis monendum exiſtimo, nemini piorum eam aut odioſam aut ingratam hactenus viſam eſſe, vt qui probè nouerint in rebus diuinis ſemper ſupereſſe quod quæratur; & à Chriſtianis Philoſophis, eatenus nec otio sè nec temerè diſputari, dum Scripturæ diuinituſque traditæ fidei canon inuiolatus cuſtodiatur. B. Auguſtinus lib. 2. contra Pelagium & Celeſtium: *longe aliter ſe habent quæſtiones iſtæ quas eſſe præter fidem arbitratur Celeſtius, quàm ſunt illæ in quibus ſaluâ fide, quâ Chriſtiani ſumus, aut ignoratur quid verum ſit & ſententia definitiua ſuſpenditur, aut aliter quàm eſt, humanâ & infirmâ ſuſpicione conijcitur* Exempla duplicis illius quæſtionum generis & diſcrimina ſubijcit. Tertullianus antea dixerat, *Quæramus ergo in noſtro, & à noſtris & de noſtro: idque duntaxat quod ſaluâ regulâ fidei poteſt in quæſtionem deuenire.* De pecc. Orig c 23 De Præſc.

De Gratia igitur efficaci Theologi primò quidam ſic cenſent: eam prout à ſufficiente condiſtinguitur, conſiſtere in vehementiori quâdam vocatione, alij in qualitate quadam per modum habitûs animæ infuſâ, alij in actu quodam & motione tranſeunte, Phyſicè tamen voluntatem prædeterminante ad conſentiendum vocationi: Alij in ſolâ connotatione denominatiuâ & relatione ſolum extrinſecâ ad effectum, Dei præſcientiâ hanc gratiam ſolùm ſufficientem, hanc efficacem futuram præuidentis, vtramque velut diſcernente. Omnes iſtas opiniones quas ad amuſſim perpendere & diſcutere, ab inſtituto noſtro diſcedere eſt, probè diſploſas videbis apud Andream Duuallium tract. de Grat. qu. VII. Et Scholaſtice admodum apud ſubtiliſſimum Nicolaum Yſambertum, cuius opera modò excuduntur, tractatu de Gratiâ. Supereſt igitur vt receptiſſimam omnium in Schola Qu.3.de grat. efficaci.
Sorbonica ſententiam proponamus, quam Philippi Gamachæi Regij Theologiæ Profeſſoris verbis conceptam damus: *Efficax gratia completa conſiſtit in congruitate, opportunitate & attemperatione diuinæ vocationis cum libero arbitrio, cum ingenio & ſenſibus noſtris accommodata: ex quâ vocatione ſemel poſita ſequatur certus & infallibilis hominis conſenſus, nec poſſit non ſequi, ſpectatis omnibus circumſtantijs.* Ad qu.3.cap 6.

III.

Sic expreſſa, ſic expoſita de Gratiâ efficaci Theologorum Sorboni-

SS Auguſtini dicta memoria digniſſima de gratia efficaci.

corum ſententia, eximiis & præclariſſimis quibuſque S. Auguſtini, S. Thomæ, Græcorum deinde Patrum, quos præſertim verſamus ac tuemur, de eadem gratiâ dictis & placitis, quam bene & appoſitè conſentiat, paucis indagandum & aperiendum eſt.

S. Aug ep. 107.

B. Auguſtinus de gratiâ efficaci ſic loquitur Epiſtolâ ad Vitalem Carthaginenſem in Pelagij dogmata propendentem: DEVS VOCATIONE ALTA AC SECRETA *ſic agit hominis* SENSVM vt legi atque doctrinæ ACCOMMODET ASSENSVM. Præclarè id etiam & diſertè in Aſſertione Sorbonica comprehenditur.

S. Aug. l. 1. qu. q. 2.

Idem libro quæſtionum ad Simplicianum Archiepiſcopum Mediolanenſem. *Multi vocati, pauci verò electi; an forte illi qui non conſentiunt, poſſent alio modo vocati,* ACCOMMODARE *fidei voluntatem, qui licet multi vno modo vocati ſint: tamen non omnes vno modo ſunt affecti: vnde & illi ſoli ſequuntur vocationem, qui ei capiendæ reperiuntur idonei: non igitur volentis, ſed miſerentis eſt Dei, qui nempe* HOC MODO VOCAVIT QVOMODO APTVM *erat iis, qui ſecuti ſunt vocationem. Ad alios autem vocatio quidem peruenit: ſed quia talis fuit, quâ moueri non poſſent, vt eam capere apti eſſent, vocati quidem rectè dici potuerunt, ſed non electi, quod ſi vellet etiam ipſorum miſereri, poſſet quoq; efficaciter ita eos vocare, quomodo illis* APTVM *eſſet vt & mouerentur, & intelligerent & ſequerentur.* Poſtea. *Verum eſt ergo: multi vocati, pauci electi. Illi enim electi qui* CONGRVENTER *vocati. Illi autem qui non* CONGRVEBANT NEC CONTEMPERABANTVR *vocationi, non electi, quia non ſecuti, quamuis vocati.* Legenda eſt integra quæſtio ex cuius ſenſu & verbis Aſſertio Sorbonica integra coaluiſſe videbitur.

Vocatio congrua & efficax.
Sufficiens.
Efficax.

S. Aug. lib. de grat. & lib. arb. c. 5. & 16 de corrept. & grat. c. 14.

Tertiò B. Auguſtinus de Gratiâ efficaci loquens vocat eam MAGNAM ET EFFICACISSIMAM *vocationem*, inde ſcilicet deriuatam quod Deus habeat OMNIPOTENTISSIMAM *cordium inclinandorum poteſtatem: idque omnipotentiſſimâ facilitate homines ad ſeipſum conuertendo ac volentes ex nolentibus faciendo,* vt ait Epiſtolâ ad Vitalem *Mirabili modo & ineffabili operatus in nobis & velle.* Lib. de prædeſtinat. Ss. *Deo donante inuictiſſime quod bonum eſt velle & hoc deſerere inuictiſſime nolle*, vt habet de corrept. & grat. c. XII.

De præd. SS. c. 20.

Quartò non ſolùm velle, ſed etiam operari, à gratiâ efficaci eſſe prædicat lib. de Gratiâ Chriſti. *Non ſolum Deus poſſe noſtrum donat atque adiuuat, ſed etiam velle & operari operatur in nobis.* Idem habet innumeris locis, ex quibus Arauſicana Synodus. *Quoties bona agimus, Deus in nobis atque nobiſcum vt operemur, operatur.* Elicitur autem id à diuiſione Gratiæ in *Adiutorium ſine quo non fit, & Adiutorium quo fit & ſine quo non fit. Tale quippe adiutorium quod deſereret cum vellet, & in quo permaneret ſi vellet, non quo fieret vt vellet, hæc prima eſt gratia quæ data eſt primo Adam: ſed hæc potentior eſt in ſecundo Adam. Prima eſt enim quâ fit vt habeat homo iuſtitiam ſi velit: ſecunda ergo plus poteſt, quâ etiam fit vt velit, & tantùm velit, tantoque ardore diligat, vt carnis voluntatem contraria concupiſcentem, voluntate ſpiritus vincat.* Etſi loquatur eo loci non de omni gratiâ efficaci, ſed de efficaci ad perſeuerantiam minime interruptam vſq; ad vitæ finem id tamen aptari gratiæ efficaci in genere, vt ſit *Adiutorium quo fit*, non adeo repugnamus.

Cap. 25.
Arauſic. c. 9.
S. Aug. de corrept. & gr. c. 11. & 12.

Quintò ex iiſdem verbis conſequitur, quod & alibi teſtatur B. Auguſtinus, gratiam efficacem eſſe *inuictam, & victricem*. Hinc illud ſancti Doctoris : *Subuentum eſt igitur infirmitati voluntatis humanæ vt diuina gratia* INDECLINABILITER ET INSVPERABILITER *ageretur, & ideo quamuis infirma, non tamen deficeret, neque aduerſitate aliquâ vinceretur.* Quæ licet verba non de quacumque gratia efficaci, ſed de ſolâ quæ datur ad actu perſeuerandum more Martyrum vſque ad vitæ finem, pronuntiet B. Auguſtinus, pro modulo tamen cuicumque gratiæ etiam ad tempus efficaci accommodari nihil vetat. Ibid cap. 12.

Quoad ſanctum Thomam attinet B. Auguſtini & intelligentiſſimum profecto & ſtudioſiſſimum : tenenda eſt vniuerſa pene illius circa Gratiæ efficaciam doctrina 12. qu. 3 art. paucis quidem, ſed argutis verbis. *Præparatio dupliciter conſiderari poteſt : vno quidem modo ſecundum quod eſt à libero arbitrio & ſecundum hoc nullam habet neceſſitatem ad gratiæ conſecutionem quia donum gratiæ excedit omnem præparationem virtutis humanæ. Alio modo poteſt conſiderari ſecundum quod eſt à Deo mouente, & tunc habet neceſſitatem ad id ad quod ordinatur à Deo, non quidem coactionis, ſed infallibilitatis : quia intentio Dei deficere non poteſt ſecundum quod Auguſtinus dicit in libro de prædeſtinatione ſanctorum, quod per beneficia Dei certiſſimè liberantur quicumque liberantur. Vnde ſi ex intentione Dei mouentis eſt, quod homo cuius cor mouet, gratiam conſequatur, infallibiliter ipſam conſequitur: ſecundum illud Ioannis 6. Omnis qui audit à Patre & didicit, ad me venit.* Ex his verbis patet gratiæ efficaciam non ab humani ſolùm conſenſus euentu, ſed ab diuinæ voluntatis propoſito pendere, à quo tamen non aliam quàm *infallibilitatis* neceſſitatem ſortitur : quod Græci Patres ſtatim addocebunt. S.Thomæ teſtim. de infallibilitate Gratiæ efficacis. 1.2.q 112.art.3.

De illâ Gratiæ efficacis infallibilitate, ſic enim eam vocari in Scholis conſueuit, penuria nominum cogit, optime Græci Patres ſenſerunt. Vnus hic aderit pro cæteris B. Gregorius Theologus. τοῦτο μόνον τῶν πάντων ἀφυκτότατόν τε καὶ ἀμαχώτατον θεὸς καθορᾷ, ὃν ὑπὸ χεῖρα λαβεῖν θελήσας, φθάνει τοὺς ταχεῖς, σφάλλει τοὺς συνετούς, περιτρέπει τοὺς ἰσχυρούς, συστέλλει τοὺς ὑψηλούς, ἡμεροῖ θράσος, πιέζει δύναμιν. Id eſt. Solus inter omnia Deus vitari fugâ vel vinci non poteſt, cum aliquem arripere ac ſub poteſtatem redigere decreuit: Celeres anteuertit, prudentes ſubripit, fortes ſubuertit, ſublimes deprimit, audaciam mitigat, potentiam domat &c.] Idem planè velle ipſum à Deo eſſe & dari profitetur, victricemque ipſam voluntatem, locum Apoſtoli cum loco ſapientis ingenioſè concilians οὐ τοῦ τρέχοντος μόνον ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ. εἶτα ἐπειδὴ καὶ τὸ βούλεσθαι παρὰ θεοῦ, τὸ πᾶν ἀνέθηκε τῷ θεῷ, ὅσον ἂν δράμῃς, ὅσον ἂν ἀγωνίσῃ. οἶδα, φησιν, ὅτι οὐ τοῖς κούφοις ὁ δρόμος, οὐδὲ τοῖς δυνατοῖς ὁ πόλεμος, οὐδὲ τῶν μαχομένων ἡ νίκη, οὔτε τῶν εὐπλοούντων οἱ λιμένες, ἀλλὰ θεοῦ καὶ νίκην ἀπεργάσασθαι, καὶ εἰς λιμένας ἀποσῶσαι τὸ σκάφος. Id eſt. Non currentis ſolum, ſed miſerentis eſt Dei. Ita quoniam velle quoque ipſum à Deo eſt, optimo iure totum Deo aſſignauit quantumlibet curras quantumlibet certes, &c. Scio, inquit, quod nec leuium curſus eſt, nec bellum potentum, nec pugnantium victoria eſt, nec proſpere Græcorum de infallibilitate gratiæ, ſententia orthodoxa. Naz.or.31. Rom.8. Eccleſ.

Id.or.16.fin. nauigantium portus, ſed Dei eſt & victoriam efficere, & incolumem ſcapham ad portum adducere.] De Deo vt cauſſa efficaci variarum quoque viarum ad ſalutem varios ducentium, oratione XXVI. ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πολλαὶ διαφοραὶ βίων καὶ προαιρέσεων μειζόνων τε καὶ ἡττόνων, λαμπροτέρων καὶ ἀφανεστέρων, οὕτω κἀν τοῖς θείοις, οὐχ ἕν τι τὸ σώζον ἐστιν, οὐδὲ μία τῆς ἀρετῆς ὁδὸς, ἀλλὰ πλείονες καὶ τὸ πολλὰς εἶναι μονὰς παρὰ τῷ θεῷ. Id eſt. Vt in rebus humanis varia ſunt vitæ & ſtudiorum inſtituta, alia maiora, alia minora, quædam illuſtriora, quædam obſcuriora, ſic & in diuinis, non vna eſt ſalutis cauſſæ ratio, nec vna virtutis via, ſed plures, quia & multæ apud Deum manſiones:] Hæc ad varias vocationes gratiæ variis quoque variè congruas referri poſſunt. Sed plura Græci Patres inferiùs.

CAPVT XVII.

Gratia Efficacia cum hominis libertate à neceſſitate vindicatur. Ex Græcis Latiniſque Patribus.

SVMMA CAPITIS.

I.

Solers & elegans S. Chryſoſtomi dictum, Quem trahit Deus, volentem trahit, *à calumnia Caluini defenditur.*

II.

Neceſſitas à gratiæ efficacis operatione arcetur à Patribus Græcis.

III.

Iterum atque iterum ab iiſdem.

IV.

Doctrina eadem de pleniſſimâ libertate, non ſolius coactionis, ſed etiam neceſſitatis impatienti, aſſeritur à S. Auguſtino, S. Thoma Scholæ DD.

I.

TEMERARIA prorſus & gnauiter impudens Caluini Sycophantia aduerſus B. Chryſoſtomum, nobis in primis eo accuratiùs diluenda eſt, quo hodierna etiam die intemperantiam nonnullorum peſſimo ſui exemplo ſollicitat. Hæreſiarchæ verba ſunt. *Deus voluntatem mouet non qualiter multis ſæculis traditum eſt & creditum* (nota diuerſam ab antiquis Eccleſiæ Patribus fidem) *vt noſtræ poſtea ſit electionis motioni aut obtemperare aut refragari: ſed illam efficaciter afficiendo.* Illud ergo *toties à Chryſoſtomo repetitum*, QVEM TRAHIT, VOLENTEM TRAHIT *repudiari neceſſe eſt, Quo inſinuat Dominum porrectâ tantum manu expectare an ſuo auxilio iuuari nobis adlubeſcat, &c. Citra controuerſiam elicitur ex Ioannis verbis, nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum, ſic efficaciter gubernari piorum corda vt inflexibili affectu ſequantur. Qui ex Deo genitus eſt, inquit, non poteſt peccare quia ſemen Dei in ipſo manet. Nam medium quem Sophiſtæ imaginantur motum,*

Caluin.lib.2.inſtit. cap. 3. 10.

Ioan.6.

cui obſequi vel quem repellere liberum ſit, *apertè excludi* videmus vbi efficax aſſeritur ad perſeuerandum conſtantia.

Verum ne Sophiſtas in aliis ſomniet, Sophiſta ſeipſum ignorans admodum pertimeſco, Nemo enim Chryſoſtomo ἀντισοφίζεσθαι potuit, ſophiſtarum non fuerit quin deterrimus. Quod enim ignorat, blaſphemat. Efficaciter afficere putat eſſe gratiam libertate ſubmotâ, vel extinctâ, neceſſariò trahere. fallitur non fallit conuitiator: aut enim turpiter ignorat, aut nequiter diſſimulat efficaciam hoc eſt certitudinem effectus cum libertate non pugnare, imo verò & ab eâ partim pendere, vt poſtea oſtendemus. Neque aliud profecto tractio illa diuina in verbis Chriſti apud Ioannem in animum orthodoxi lectoris inducit. Quid enim B. Auguſtinus, cui vni ſtare ſe & hærere velle cæteris Patribus deſpectis eodem libro teſtatur Caluinus, quid inquam B. Auguſtinus ex eo loco didiciſſe ſe ſcribit? *Magna gratiæ commendatio. Nemo venit niſi tractus. Quem trahat & quem non trahat: quare illum trahat & illum non trahat, noli velle iudicare, ſi non vis errare: ſemel accipe & intellige.* NON TRAHERIS, ORA VT TRAHARIS. Ergo cum nonniſi volens orer, quia orans non poteſt orare niſi quod velit impetrare, ſane cum impetratò trahitur, volens trahitur. Sed quid prætereà? Dic Auguſtine, dic eximie Doctor & Chryſoſtomum vindica; illum dico Chryſoſtomum, quem ad auxilium contra Iulianum honorificè inuocabas, his verbis, *Ingredere Sancte Ioannes Chryſoſtome*: Ingredere nunc & perge Auguſtine, Chryſoſtomi tui cauſſæ patrocinari perge. B. Auguſtinus. *Timere non debemus ne ab hominibus qui verba perpendunt, & à rebus maximè diuinis intelligendis longè remoti ſunt in hoc ſcripturarum ſanctarum Euangelico verbo, forſitan reprehendamur & dicatur nobis. Quomodo voluntate credo, ſi trahor? Ego dico, parum eſt voluntate, etiam voluptate traheris*, &c. Reliqua prolixiora ſunt, nec verò minus fauent dicto Chryſoſtomi, *Quem trahit Deus, volentem trahit.* Cur autem ita ſentiat & loquatur, conſilium aperit ſuum homilia ad eum Ioannis locum, τούτῳ ἐπιπηδῶσι Μανιχαῖοι λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἐφ' ἡμῖν κεῖται, ὅπερ μάλιστα βεβαιοῖ κυρίους ὄντας τῆς γνώμης. εἰ γάρ τις ἔρχεται πρὸς αὐτὸν φησὶ τί δεῖ τῆς ἕλξεως; ὃ καὶ αὐτὸ οὐ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐμφαίνει ἡμᾶς βοηθείας δεομένους. καὶ αἰνίττεται ἐνταῦθα, οὐ τὸν τυχόντα ἐρχόμενον ἀλλὰ τὸν πολλῆς ἀπολαύοντα συμμαχίας. Id eſt Hic inſultant Manichæi, nihil in noſtrâ poteſtate eſt. Si enim aliquis ad ipſum venit, inquit, quid opus eſt tractione? Verum hoc non tollit liberum arbitrium, ſed oſtendit nos auxilio opus habere. Et hic ſignificat non inuitum venire, ſed multo gratiæ auxilio potientem.] Caue ab interprete vulgato. Qui poſtrema illa verba malè vertit, *ſed omni conatu, contendentem venire* ad verbum enim vertenda ſunt, vt fecimus, & ita egregiè cum Chryſoſtomi propoſito & cum Euangelicâ veritate conſonant. Idem erratum ab interprete Catenæ Græcæ imprudenter commiſſum, in Ammonij commentario ad eumdem verſum 44. Capitis VI.

S. Aug. tract. 16 in Ioan.

Lib. 1. in Iul.

Chryſ. ho. 46. in Io. Edit. Angl.

Non diffitemur quidem eſſe quædam in Theophylacti expoſitione temperanda & ad bonum ſenſum reflectenda, ἕλκει ὁ πατὴρ τοὺς χρ

Theophyl. in c. 6. Io. & Euthymius.

προαίρεσιν ἐπιτηδειότητα ἔχοντας, τοὺς δὲ ποιήσαντας ἑαυτοὺς ἀνεπιτηδείους οὐχ ἕλκει εἰς πίστιν. ὥσπερ γὰρ ἡ μαγνῆτις οὐ πάντα εἰς προσεγγίζει, ἀλλὰ μόνον τὸν σίδηρον ἕλκει, οὕτω καὶ ὁ θεὸς πᾶσι μὲν ἐγγίζει, τοὺς ἐπιτηδειοτέρους δὲ καὶ οἰκείωσίν τινα πρὸς αὐτὸν ἐπιδεικνυμένους ἕλκει. Id eſt. Illos trahit Pater qui habent voluntatis aptitudinem. Eos autem qui ſeipſos non præſtant idoneos, non trahit ad fidem. Nam ſicut Magnes non omnia quæ ſibi propinquant, ſed ſolum ferrum attrahit: ita & Deus omnibus quidem accedit, eos autem qui ſunt aptiores & qui habitudinem aliquam ad ipſum præ ſe ferunt, trahit.] Theophylacti quidem hæc verba non tam ſollicitè curarem, niſi ſimilia tribuerentur B. Cyrillo qui tamen ad eum locum interpretationé afferens, niſi aliud commemorat quam neceſſitatem τῆς ἄνωθεν ἐπικουρίας τὴν ὁδὸν κατευμαρίζούσης auxilij ſuperni viam ſalutarem facilem reddentis. Sic igitur ſuperiora orthodoxè explicari poſſunt vt velit Theophylactus eos qui ſe ad diuinam illam attractionem hoc eſt ad gratiam efficacem præparant & aptos reddunt, id efficere non propriâ, ſed diuinæ gratiæ virtute; cuius gratiæ? Gratiæ prioris, gratiæ ſufficientis quam gratiam PIÆ DISPOSITIONIS appellauimus, atque non ſolum ex Græcis Patribus, ſed etiam ex B. Auguſtini doctrinâ cumulatiſſimè probauimus hoc libro: cuius quidem gratiæ *piæ diſpoſitionis* acceptatione & bono vſu fit, vt à Deo Gratia efficax impetretur, vt diſertiſſimè oſtendit B. Auguſtinus Epiſtolâ ad Sixtum & compluribus aliis locis.

S. Cyrill.

II.

Veritas hæc quæ omnem ab efficacia gratiæ neceſſitatem propriè dictam expungit cæteris Græcorum Patrum mirum in modum ſemperque approbata eſt. Principium illius demonſtrandæ cernas licet, apud B. Dionyſium libro de diuinis nominibus. τὸν εἰκαῖον τῶν πολλῶν οὐκ ἀποδεχόμεθα λόγον οἵ χρῆναί φασι τὴν πρόνοιαν καὶ ἄκοντας ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἄγειν. τὸ γὰρ φθεῖραι φύσιν οὐκ ἔστι προνοίας. ὅθεν ὡς πρόνοια τῆς ἑκάστου φύσεως σωστική, τῶν αὐτοκινήτων ὡς αὐτοκινήτων προνοεῖ, καὶ τῶν ὅλων καὶ τῶν καθέκαστον, οἰκείως ὅλῳ τε ἑκάστῳ, καθ' ὅσον ἡ τῶν προνοουμένων φύσις ἐπιδέχεται τὰς τῆς ὅλης καὶ παντοδαπῆς προνοίας, ἐκδιδομένας ἀναλόγως ἑκάστῳ προνοητικὰς ἀγαθότητας. Id eſt. Vanum ſermonem plurimorum haudquaquam admittimus, qui dicunt diuinam prouidentiam nos vel inuitos ad virtutem impellere debere. Siquidem naturam corrumpere, prouidentiæ non eſt. Vnde tanquam prouidentia vniuſcuiuſque naturæ conſeruatrix, libero motu præditis, tanquam liberè ſeſe mouentibus, & vniuerſis & ſingulis, modo quodam & vniuerſo & cuilibet proprio prouidet, in quantùm eorum quibus prouidetur, natura capit, vniuerſæ atque omnigenæ prouidentiæ beneficia, quę vnicuique pro captu ſuo dantur.] Ac ne quis illa verba de coactione quę tantum in res ratione deſtitutas cadere poteſt, frigidâ ac ieiunâ ſubtilitate vt quibuſdam moris eſt, exponat: obſiſtit B. Maximus in commentario his verbis de neceſſitate proprie dictâ quatenus libertati ad vtramque partem indifferentiam actiuam habenti, aduerſatur. τὸ γὰρ ἐξ ἀνάγκης

S. Dionyſ. diu. nō. c.4.n.11.

ἡμᾶς ἄγεσθαι εἰς ἀρετὴν οὔτε αὐτεξουσίους ἡμᾶς ἐδείκνυ καθ᾽ ἑαυτούς, οὔτε τὴν νοερὰν ἡμῶν φύσιν εἶ) συνεχώρει, τουτέστι τὴν νοερὰν ψυχήν. Id eſt. Si enim ex neceſſitate ad virtutem ageremur, nequaquã nos noſtri eſſe iuris declaraſſet, neq; naturã noſtrã intelligentẽ eſſe ſiuiſſet, hoc eſt animam intellectu præditam. Poſtea oſtendit ex iuſtiſſima illa neceſſitatis excluſione, nos remanere αὐτοκινήτους per nos ipſos mouentes non more animantium, quæ etiam dicuntur αὐτοκίνητα per ſe mouentia ad diſcrimen τῶν ἑτεροκινήτων vt lapidum, ſed perfectius animantibus, quæ ſponte quidem & ſine coactione non tamen ſine neceſſitate, nec cum poteſtate ad vtrumlibet, ſed ad vnum mouentur. Sic & Pachymeras in Paraphraſi.

Philoſophatur ad eumdem planè modum B. Baſilius libro quod Deus auctor malorum non ſit, quem ſupra retulimus. Sed & non vno antea ſæculo CLEMENS Alexandrinus contra Baſilidianos dicentes κατ᾽ ἐπακολούθημα τῆς ἐκλογῆς τῆς ὑπερκοσμίου τὴν κοσμικὴν ἁπάσης φύσεως συνέπεσθαι πίστιν. *Ex conſequentia ſupermundanæ electionis, conſequi mundanam omnis naturæ fidem*: diſputationem ex multis ſermonibus inſtruit, qui ad rem noſtram maximo quidem opere præſtant. Sic enim diſputat. οὐκ ἔτ᾽ οὖν προαιρέσεως κατόρθωμα ἡ πίστις εἰ φύσεως πλεονέκτημα. οὐδὲ ἀμοιβῆς δικαίας τεύξεται ἀναίτιος ὤν, ὁ μὴ πιστεύσας. πᾶσα δὲ ἡ τῆς πίστεως καὶ ἀπιστίας ἰδιότης καὶ διαφορότης, οὔτε μὴν ψόγῳ ὑποπέσοι ἄν, ὀρθῶς λογιζομένοις, προηγουμένην ἔχουσα τὴν ἐκ τοῦ τὰ πάντα δυνατοῦ φυσικὴν ἀνάγκην γινομένην. Id eſt. Voluntariæ ergo ac liberæ electionis non eſt fides vtique officium, ſi eſt naturæ prærogatiua: neque iuſtam conſequatur retributionem, tam is qui non credidit, quia eius culpâ id non euenit, quàm is qui credidit, qui ad id cauſſam non dedit. Omnis autem fidei & incredulitatis proprietas & differentia, nec laudi nec vituperationi fi erit obnoxia, rectè conſiderantibus, cum præcedentem habeat naturalem neceſſitatem, ab eo exortam qui omnia poteſt.] Animaduerte in iis verbis, quæ deductionem ad abſurdum contra Baſilidianos moliuntur, neceſſitatem illam ideo repudiari, quia nullum homini liberum ad virtutemque vitiumque motum relinquit, & naturalem ideò dici, quia à Deo qui omnia extra naturam poteſt, imprimitur, ideòque vt poſtea concludit, ὃ ἑκούσιον τῆς πίστεως voluntarium fidei, id eſt, vt ibidem explicat, τὴν αἵρεσιν καὶ φυγὴν αὐτεξούσιον liberam ac ſui iuris vel electionem & fugam, cuius homini à Deo datum eſt ius, præripit & interimit.

B. Gregorius Nyſſenus homilia v. in Canticum Canticorum efficacis gratiæ neceſſitate penitus alienam excitandi vim declarat. Δεῦρό φησι σεαυτῇ, μὴ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ σεαυτὴν τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς τὴν προθυμίαν ἐν τῷ καλῷ ἐπιρρώσασα, οὐκ ἀνάγκης καταγομένη. ἀδέσποτον γὰρ ἡ ἀρετὴ καὶ ἑκούσιον, καὶ ἀνάγκης πάσης ἐλεύθερον. τοιοῦτος ἦν Δαβὶδ ἑκουσίως θύειν ἐπαγγελλόμενος, τοιοῦτος ἕκαστος τῶν ἁγίων, ἑαυτὸν τῷ θεῷ προσάγων, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀγόμενος. Id eſt Ait ipſi, veni huc ipſa non ex neceſſitate, ſed teipſã, propriis rationibus promptitudinem tuam in bono confirmans; non neceſſitate ducente. Virtus enim ſui iuris, & voluntaria & ab omni ne- Nyſſen. to. 1.

ceſſitate libera eſt. Talis erat Dauid voluntarie ſacrificans. Talis vnuſquiſque ſanctorum ſeipſum Deo offerens, non ex neceſſitate ductus.] Plura apud eũdem libro de reſurrectione & pluribus locis. B. Ephræm ſermone aſcetico: Poterat Deus cuncta animarum noſtrarum vulnera ſanare, noſque etiam inuitos ad bonitatem adducere: ſed id facere non vult, ne voluntas noſtra diuinis ipſius laudibus priuetur.] Certè Patres nolunt Deum, nos vt inuiti, id eſt coactè velimus, efficere poſſe: id enim abſolutæ etiam Dei potentiæ repugnat; igitur libertatem non à coactione ſolum, ſed neceſſitate nobis incolumem & integram cum Gratia ſupereſſe exiſtimant.

III.

S.Chryſoſt.hom. in Pſ. 115. Reuocat nos ad ſe B. Chryſoſtomus à Semipelagianiſmi criminatione ſatis antea vindicatus, nec non etiam eo quod olim Caſſianum monachum in illud erroris genus procliuem à ſe ablegarit. Ille Doctrinam iſtam Catholicam non vno loco inducit & confirmat. ὁ Παῦλος περὶ πίστεως διαλεγόμενος ἔλεγε· καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν, θεοῦ τὸ δῶρον. οὐ μὴν ἔρημόν σε καταλιμπάνει κατορθωμάτων· εἰ γὰρ αὐτοῦ ἐστι τὸ ἑλκύσαι καὶ ἐπαγαγέσθαι· ἀλλ' ὅμως καὶ ψυχὴν εὐπειθῆ ἐπιζητεῖ· καὶ τότε τὴν παρ' ἑαυτοῦ συμμαχίαν εἰσάγει. διὸ καὶ ἀλλαχοῦ φησὶ Παῦλος, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. οὐ γὰρ δὴ ἠναγκάσθη τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς σωτηρίας. ἀλλ' εἰ καὶ τὸ πλέον αὐτοῦ ἐστι σχεδὸν δὲ καὶ τὸ πᾶν. ἀφῆκέ τι καὶ ἡμῖν μικρὸν, ὥστε καὶ εὐπρόσωπον φαίνεσθαι τὴν τῶν στεφάνων πρόφασιν.

Epheſ. 2. Id eſt. Paulus de fide diſſerens dixit: & hoc non ex vobis, Dei donum eſt. Nec ideo tamen deſeras te bonis operibus vacuum. Etſi enim eius eſt trahere & inducere: animam tamen morigeram requirit, eique tunc auxilium porrigit. Quocirca alibi quoque dicit Paulus ſecundum propoſitum vocatis. NEQVE ENIM VIRTVS NEQVE SALVS NECESSITATE PERAGITVR. Nam etſi maxima pars, atque adeo ferè totum eius ſit, exiguum quid tamen nobis reliquit, vt dandæ coronæ ſpecioſa ſit occaſio.] Idem expoſitione in Matthæum οὐκ ἀναγκαστικὴ ἡ τοῦ θεοῦ ἡ κλῆσις vocatio Dei neceſſitatem non infert. In Ioannem pariter, φιλάνθρωπος ὢν ὁ θεὸς καὶ εὐεργετικὸς πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται ὥστε ἡμᾶς κατ' ἀρετὴν λάμπειν καὶ βουλόμενος ἡμᾶς εὐδοκίμους εἶναι, καὶ τοῦτο βίᾳ μὲν οὐδένι οὐδὲ ἀνάγκῃ. πειθοῖ δὲ καὶ τῷ ποιεῖν εὖ τοὺς βουλομένους ἀπάρξας ἕλκει καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπᾶται. διὰ τοῦτο ἐλθόντα αὐτὸν οἱ μὲν ἔλαβον, οἱ δὲ οὐκ ἐδέξαντο, οὐδένα γὰρ βούλεται ἄκοντα οὐδὲ ἠναγκασμένον ἔχειν οἰκέτην, ἀλλ' ἑκόντας ἅπαντας καὶ προαιρουμένους καὶ χάριν αὐτῷ τῆς δουλείας εἰδότας. Id eſt. Clemens & beneficus cum ſit Deus, omnia facit & molitur vt nos ad virtutem illuminet, vnumquemque bonum eſſe vult, & quidem neminem vi aut neceſſitate: Suadet quidem & benefaciendo VOLENTES TRAHIT & ad ſeipſum allicit. Propterea quidam eum receperunt, alij non receperunt. Nullum enim vult habere ſeruum inuitum aut neceſſitate ductum, ſed omnes ſponte, atque ex electione libera ſibi gratiam habentes quod in ſeruitutem eos recipiat &c. Commentariis in Epiſtolam ad Romanos idem inculcat οὐκ

Rom. 8. 28. Hom. 81. in Matth. In Ioan. ho. 9.

ἠναγκασμένην

ἠναγκασμένη ἡ κλῆσις οὐδὲ βεβιασμένη. Vocatis neque ex neceſſitate neque ex coactione.] Quod & multo prolixius pertractat hom. ſec. in Epiſtolam ad Corinthios admirandâ diſſertatione, & Chriſtianis quibuſcumque ad beneviuendum per accommodata. Ho. in ep. Ro. 15.

Defixa verò tam altis radicibus hæc ſententia in animo B. Chryſoſtomi fuit vt eam in repentina illa & præcipitâ vt ita dicam Pauli per gratiam efficaciſſimam conuerſione locum habuiſſe velit. Homiliâ de ferendis reprehenſionibus, vbi reſpondet iis qui dicebant Paulum ideo non obluctatum fuiſſe vocationi diuinæ, quia neceſſitate adactus eſt. τίς οὖν ἐστιν ἡ κατηγορία; ἀνάγκῃ, φησὶν, αὐτὸν ἐπεσπάσατο ὁ θεός. ποία ἀνάγκη, ἄνθρωπε; ἐκάλεσεν αὐτὸν ἄνωθεν. ὅλως πιστεύεις ὅτι ἐκάλεσεν αὐτὸν ἄνωθεν; οὐκοῦν καὶ σε καλεῖ τήμερον δι' ἐκείνης τῆς φωνῆς; ἀλλ' οὐχ ὑπακούεις. ὁρᾷς ὅτι οὐχὶ ἀνάγκης ἦν τὸ πρᾶγμα; εἰ γὰρ ἀνάγκη ἦν, καὶ σε ἔδει ὑπακούειν. εἰ δὲ σὺ οὐχ ὑπακούεις, εὔδηλον ὅτι κἀκεῖνος ἐκ προαιρέσεως ὑπήκουσε. καὶ ἵνα μάθητε ὅτι πολὺ μὲν εἰς τὴν Παύλου σωτηρίαν ἡ κλῆσις, καθάπερ καὶ εἰς τὴν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων, οὐ μὴν ἔρημον αὐτὸν ἀφῆκεν εἶναι τῶν οἰκείων κατορθωμάτων καὶ τῶν διὰ τὴν βούλησιν ἐπαίνων. οὐδὲ ἐλυμήνατο αὐτοῦ τὸ αὐτεξούσιον, ἀλλ' ἑκὼν προσῆλθεν αὐτὸς καὶ ἐξ οἰκείας εὐγνωμοσύνης ἐξ ἑτέρου παραδείγματος τοῦτο ποιήσω φανερόν.] Id eſt Quæ igitur accuſatio eſt? Neceſſitate, inquit, ipſum attraxit Deus. Qualis vero neceſſitas, dic ô homo? deſuper eum vocauit. Credisne penitus quod eum deſuper vocauit? igitur & te hodie vocat per eamdem vocem, cur & tu non obedis? Vides non eſſe rem neceſſitate factam. Nam ſi neceſſitas vlla foret oporteret & te obedire: cum autem tu non obedis, manifeſtum eſt illum liberè obediiſſe. Et vt diſcatis quod multum quidem ad ſalutem fecit Pauli vocatio, ſicut & ad aliorum omnium facere ſolet, non tamen deſtituit à propriis bonis operibus & propriæ voluntatis laude, neque nocuit libero ipſius arbitrio: ſed ſponte venit ipſe & ex bona ſuâ voluntate Faciam id & alio exemplo clarum &c. Chryſ. to. 5. ho. 15.

B. Cyrillus Alexandrinus Glaphyris in Geneſim rationem huius pleniſſimæ libertatis & ab omni neceſſitate abſolutæ ſic tradit. Τὰ ὅσα ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν θεσμοῖς ὑποφέρεται καὶ μάλα ὀρθῶς. Τὰ δὲ ὅσα τῶν πραγμάτων οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' ἐν τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ἔχει τὸ ἀποτέλεσμα, νόμον οὐκ ἔχει τὸν βραβευτήν. Id eſt. Quæcumque in noſtrâ poteſtate ſunt, legibus ſubijciuntur: quæcumque vero in noſtrâ poſtare non ſunt, ſed in legibus naturæ perficiuntur, legem remuneratricem non haberet. Vnde profecto ab hoc gratiæ negotio neceſſitas omnis, naturali ſimilis arcetur, qualis eſt quæ ſolam libertatem à coactione integram relinquit. Vnde alibi B. Cyrillus docet Gratiam Dei in noſtrâ poteſtate eſſe vt poſtea explicatiùs aſſeremus. Sed omnium clariſſimum eſt quod habet lib. VIII. in Iulianum εἰ ἀρρήτῳ τινὶ καὶ θεοπρεπεστάτῃ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ χρώμενος ὁ θεὸς μετεκόμισε τὸν ἑκάστου νοῦν εἰς ἀγαθουργίας καὶ δυσεξίτητον αὐτοῦ καὶ οὐχ ἑκόντι λοιπὸν τίθει τὸ ἀγαθὸν, γνώμης μὲν οὐκ ἔτι τὸ χρῆμα καρπὸς, οὔτε μὴν ἐπαίνων ἄξιον, ἀνάγκης δὲ μᾶλλον καὶ ἀβουλήτου πλεονεξίας. Id eſt. S. Cyrill. Glaphyr. lib. 4. Nota.

SI INEFFABILI DIVINA QVADAM VIRTVTE ET EFFICACIA VTENDO, VNIVSCVIVSQVE MENTEM AD BENE AGENDVM DEVS TRANSFERRET

& imperium ipſi bonum etiam nolenti ſtatueret, non iam iſtud mentis fructus eſſet, adeoque nec digna laude; , & neceſſitatis potius & inuoluntariæ cupiditatis] Hæc verba omnem profecto ab efficacia gratiæ, qualem hodie quidam fingunt neceſſitatem procul amandant.

IV.

S Cyrill. lib. 4. de adorat.

Idem oſtenditur ex Concil. Trid. S. Auguſt. &c.

Seſſ. 6. cap. 5.

Citatur ibid. ad marg. Proſper de Voc. Gent. c. 26. & 28.

Seſſ. 6. can. 4.

Rationem illam B. Cyrilli optime cœperat Concilium Tridentinum vbi de gratiæ etiam efficacis operatione verba faciens ita docuit *Qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem atque adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ* LIBERE *aſſentiendo & cooperando diſponuntur: ita vt tangente Deo cor hominis per Spiritus ſancti illuminationem, neque homo ipſe nihil omnino agat*, QVIPPE QVI ILLAM ET ABIICERE POTEST, *neque tamen ſine gratiâ Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo liberâ ſuâ voluntate poſſit.* Ad eumdem vero modum id etiam decreuit: *Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat ac præparet*, *neque* POSSE DISSENTIRE SI VELIT, *ſed veluti inanime quoddam nihil agere, meréque paſſiuè ſe habere, anathema ſit.*

Senon. decreto fidei 15.

Colon. Synod. De Sacram. Pœnit.

Ad eum locum excandeſcit Caluinus in Antidoto: meritò quidem vt qui errorem ſuum de neceſſitate per gratiam efficacem humanæ voluntati inflictâ iugulâri perhorreſcat. Concilium Senonenſe iam huic decreto præluſerat. *Non tale eſt Dei trahentis auxilium cui reſiſti non poſſit.* Enchiridion quoque Concilij Colonienſis. *Retinendum eſt ſitum eſſe in hominis voluntate vt gratiam Dei oblatam* VEL ACCIPIAT VEL REPVDIET. *Impio liberum eſt præueniente ſe diuinâ illuminationis gratiâ à peccato reſurgendi, vel eam accipere vel non accipere: Deo præueniente & per bonum cogitatum ad pœnitentiam excitante dare, vel negare conſenſum, velle vel nolle pœnitere.* Ad

Caluin. 2. inſtit. Melanchton Apolog. contra Sorbonicos.

S. Aug. l. 1. ad Simplic. qu. 2.

hoc, inquit, hæreticus aduerſatur Auguſtino, qui totus meus eſt: age videamus.

B. Auguſtinus, inquiunt, ad Simplicianum ita ſcribit, *Non poteſt effectus miſericordiæ Dei eſſe in hominis poteſtate, vt fruſtra ille miſereatur, ſi homo nolit.* Quibus ex verbis clarum eſt cum id quod non eſt in hominis poteſtate ex neceſſitate ei accedat, gratiam efficacem neceſſario quodam modo eum mouere ad volendum, ita vt nolle non poſſit.

Reſpondemus id totum verum eſſe de neceſſitate non abſolutâ neque independenti ab hominis voluntate, ſed de neceſſitate Hypothetica gratiæ efficacis quam Deus humanæ libertati congruam & contemperatam dederit, vel cum præſcientiâ certi & infallibilis eius conſenſus daturus ſit. Hæc neceſſitas hypothetica conditionalis concomitans ſeu conſequens non tollit, ſed firmat libertatem. Vt enim docet Ariſtoteles

Ariſtotel. de interpr. c. 8.

τὸ μὲν οὖν τὸ ὂν εἶναι ὅταν ᾖ, καὶ τὸ μὴ ὂν μὴ εἶναι ὅταν μὴ ᾖ, ἀνάγκη· οὐ μέντοι οὔτε τὸ ὂν ἅπαν ἀνάγκη εἶναι, οὔτε τὸ μὴ ὂν ἀνάγκη μὴ εἶναι. οὐ γὰρ ταὐτόν ἐστι τὸ ὂν ἅπαν εἶναι ἐξ ἀνάγκης ὅτε ἔστι, καὶ τὸ ἁπλῶς εἶναι ἐξ ἀνάγκης. Id eſt. Ex verſione Gruchij & Perionij à Caſaubono recenſitâ, Quicquid eſt in rerum naturâ, id ſit quamdiu ſtat: & quod non eſt quamdiu

non ſtat, id non ſit, neceſſe eſt. Attamen nec quod eſt id omne eſſe neceſſe eſt, nec quod non eſt non eſſe. Neque enim idem eſt, omne quod eſt ex neceſſitate eſſe quando eſt, & ſimpliciter ex neceſſitate eſſe. Rationem affert, vt detur locus conſilio, actioni, & ei quod eſſe & non eſſe poteſt, ideoque in poteſtate liberi noſtri arbitrij ſitum eſt. Atne quis dicat hæc nos ab externâ philoſophia mutuari, ita philoſophantur ſancti Patres B. Damaſcenus & B. Auguſtinus. Ad rem igitur. Quando B. Auguſt. ait, *non poteſt effectus miſericordiæ Dei eſſe in hominis poteſtate, vt fruſtra ille miſereatur, ſi homo nolit*, loquitur ex hypotheſi gratiæ efficacis datæ hominis à Deo & contemperatæ eius voluntati ad conſenſum: ac conſequenter ex hypotheſi conſenſus vel præſentis vel præſciti & futuri, vnde continenter addit, *quia ſi vellet etiam ipſorum* (aliorum nempe quos congruè non vocauit) *miſereri, poſſet ita vocare quomodo illis aptum eſſet vt & mouerentur, & intelligerent, & ſequerentur. Verum eſt ergo: multi vocati, pauci electi. Illi enim electi qui* CONGRVENTER *vocati, illi autem qui non* CONGRVEBANT VEL CONTEMPERABANTVR *vocationi, non electi, quia non ſecuti.* Quin & alibi libertatem vt conſentiendi ita diſſentiendi gratiæ vocantis inſpirationi & motui pleniſſime ſemper in humanâ voluntate reſidere teſtatur: *Miſericordia Dei præuenit nos*: CONSENTIRE AVTEM VOCATIONI DEI VEL AB EA DISSENTIRE PROPRIÆ VOLVNTATIS EST. Plura inferiùs.

S Damaſc. 2. de fide c. 25. & ſeq.
S. Aug. l. 3. de lib. arbitr & 5. de ciu. c. 10. Anſel. cur Deus homo c. 8 & de præſcit. & lib. arb. c. 1.
S. Aug. de ſpirit & lib. cap. 34.

B. Thomas neceſſitatem quoque propriè dictam, quæ indifferentiæ voluntatis humanæ ad vtrumlibet aduerſatur, à gratiæ diuinæ motu ſeiungit & abiudicat. *Omnis forma*, inquit, *inclinat ſuum ſubiectum ſecundum modum naturæ eius. Modus autem naturalis intellectualis naturæ eſt, vt liberè feratur in ea quæ vult: & ideo* INCLINATIO GRATIÆ NON IMPONIT NECESSITATEM: *Sed habens gratiam poteſt eâ non vti & peccare.* Idem in 2. ſec. ſent. *In illis quæ agunt per neceſſitatem naturæ, oportet quod agens de neceſſitate agat, ſecundum exigentiam formæ quæ in ipſo eſt, vt per calidum calefaciat: hoc autem in voluntarijs non tenet. Vnde etiamſi homo gratiam habuerit, poteſt in contrarium actum tranſire.*

S Tho. 1. p. q. 62. ar. 3 & quodlib. 1. a. 7.
S. Th. 2. ſent. d. 25. q. 1. ar. 2.

Doctores omnes orthodoxi, ab cenſuris Eccleſiæ indemnes integrique capitis, neceſſitatem ab efficacia gratiæ procul abeſſe, mirum quantùm contendant: adeo vt qui prædeterminationem ſiue extrinſecam in propoſito diuino, ſiue intrinſecam in voluntate: ſiue hanc moralem, ſiue Phyſicam aſſerunt, nihil quidquam ſibi grauius & atrocius obijci magiſque ægre patiantur, quam induci neceſſitatem, actiuæ libertatis indifferentiæ repugnantem: vnde neruis omnibus ac machinis contendunt, vt eam eluctentur & Lutheranis atque Caluinianis Pſeudodidaſcalis aſſerendam relinquant. E diametro vero pars eorum altera quæ longè numeroſior, Sorbonica præſertim Cathedra & Palæſtra non alia grauiori de cauſſa prædeterminationi Phyſicæ bellum indicit, quam metu admittendæ, per ipſius veluti poſticum, neceſſitatis. Quod in primis profitetur Philippus Gamachæus, *Prior cauſſa, cur non placeat*, inquit, *eſt quod arbitrij libertatem labefactare videatur. Reſpondent hanc neceſſitatem eſſe ſolum hypotheticam ſuppoſito Dei decreto. Sed cõfutatur*

Aluarez operc de auxilijs diſp. 22. Cumel. in varijs diſput.
Cabrera 3. p. qu. 18.
12. ad qu. 111. cap 6.

ſolutio: nam etſi hypothetica & conditionata neceſſitas non officiat libertati, quando ſuppoſitio eſt in agentis poteſtate, & concomitans vel ſubſequens: attamen vbi ſuppoſitio eſt omnino antecedens, nec in poteſtate agentis, tunc omnino deſtruit ac perimit libertatem: atqui in præſenti quæſtione ita res habet. Probatur: non enim eſt in hominis poteſtate vt ponatur motio illa Phyſica actualis, quâ ſemel poſitâ, vt auctores ipſius fatentur, neceſſario ponitur eius effectus independenter à voluntate hominis, nec poteſt omnino impediri, &c. Eodem plane modo opinionem illam impugnant, ob neceſsitatis illationem, præſtantiſsimus Duuallius, & ampliſsimè Nicolaus Yſambertus Profeſſor Regius tract. de gratiâ. Neceſsitas igitur illa Patribus vtriuſque linguæ, & Theologis orthodoxis improbatur.

Duual. de gr. qu. 5. Yſamb. qu. 3. ar. 5.

CAPVT XVIII.

Effectus Gratiæ à Deo et à liberâ voluntate ſimul.

SVMMA CAPITIS.

I.

Prima difficultatis ſolutio, de modo quo Gratia efficax in voluntatem agit. Modus ille moralis eſt plùs quàm Phyſicus, nimirũ ſuaſionis & excitationis ex S. Auguſtino & Græcis PP. de harmonia & congruitate Gratiæ agentibus.

II.

Altera eſt, de voluntatis determinatione: Gratia operans efficax excitat voluntatem, Gratia vero cooperans eam etiam Phyſicè adiuuat, vt ſeipſam determinet. Ex S. Aug. & PP. Græcis.

III.

Tota actio conſenſus eſt à Deo ſiue ab eius gratia efficaci moraliter, ab eiuſdem gratia adiuuante Phyſicè eſt. Ex S. Aug. & Patribus Græcis.

IV.

Quo ſenſu SS. Vtriuſque linguæ Patres nunc dixerunt nihil noſtrum, nunc vero aliquid noſtrum eſſe. Ex S. Cypriano, Hieronymo, Auguſtino & Patribus Græcis.

I.

DISPVTATIONEM inſtruere Scholaſticam non eſt animus, ad leges normaſque in Sorbonicâ Palæſtrâ receptas, quum hîc δογματικῶς ἢ ἀντιλογικῶς *dogmaticè potius* quam contentioſè, exponendo potius & componendo, quam opponẽdo, res de gratia Theologicas pertractemus. Sententiam igitur in Cathedrâ Sorbonicâ ſemper auditam propugnamus. His autem fere verbis Scholaſticis apud Doctores noſtros comprehenditur. *Non trahitur voluntas Phyſicâ aliquâ præmotione aut qualitate antecedente, ſed congrua & accommoda vocatione ſeu inſpiratione, quæ indoli, ingenio, inclinationi naturali &*

Greg. Naz. 4. in Iul.

Eximia Philippi Gamachæi verba ad qu. III. c. 6.

a

proprijs affectibus vniuſcuiuſque ſit apta & conſentanea, ſimpliciter hic & nunc, aliquando etiam loco & tempori conueniens: Deus enim nouit certiſſime quid vnuſquiſque homo acturus ſit, poſita hac aut illa rerum periſtaſi; an conſenſum daturus necne, & quis modus ſuaſionis idoneus, vt non tantum ſuadeatur homo, ſed etiam perſuadeatur; aliter enim conſtat moueri ambitioſum ad pœnitentiam, aliter auarum: aliter timidum quàm audacem, diuitem quàm pauperem: imo vnus idemque homo diuerſis diebus, horis, momentis alius à ſeipſo eſt, nunc ira nunc odio, nunc triſtitia nunc gaudio afficitur: adeo verum illud quod aiunt Philoſophi; omne quod recipitur ad modum recipientis recipi, nec omnia nobis eadem ſemper apparere, ſed prout quiſque affectus eſt, talem ei finem videri: Scriptura quoque ſolet Deum vocare adiutorem in opportunitatibus, in neceſſitatibus, in tempore opportuno; & quamuis opportunitas illa extendatur etiam aliquo modo ad gratiam congruentem, habet tamen latitudinis gradus, magiſque ac minus recipit: nec proinde tanta eſt in gratia ſufficiente quanta in efficaci; in qua ſcilicet omnia concurrunt, talisque rerum ac circumſtantiarum eſt diſpoſitio, vt aſſenſus hominis infallibiliter ſequatur, nec poſſit moraliter loquendo non ſequi, quamuis Phyſicè ſimpliciter impediri poſſit.

Egregia illa verba quibus Sorbonicæ Scholæ doctrina ſtrenuè fulcitur & dilucidè explicatur, nihil aliud iam exigunt quàm vt ex Ss. Patrum mente prorſus eſſe innoteſcat. Dicat ergo primum ſententiam B. Auguſtinus, cui primas in controuerſiâ gratiæ dirimendâ tribuere par eſt. Ille iam ſupra dixit in libro quæſtionum ad Simplicianum, vbi meminit *Vocationis cui accommodatur fidei voluntas: Deo hoc modo vocante* QVOMODO APTVM EST *eis qui ſequuntur vocationem Vocationis congruenter vocantis: Eorum qui congruunt & contemperantur vocationi à Deo ita vocante, quomodo eis vocari aptum eſt, vt ſequantur, & quomodo ſcit eis congruere, vt vocantem non reſpuant.* Ex his vel ſolis verbis ſententia Sorbonica, ſententia B Auguſtini prædicari poteſt. Verum & alia eiuſdem ſanctiſſimi Doctoris teſtimonia ſuffragantur B. Auguſtinus libro de ſpiritu & literâ: *Voluntas qua creditur, non ideo tantum diuino muneri tribuenda eſt, quia ex libero arbitrio eſt quod nobis naturaliter concreatum eſt. Verum etiam quod viſorum Suaſionibus agit Deus vt velimus & vt credamus: ſiue extrinſecùs per Euangelicas exhortationes: ſiue intrinſecus vbi nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mentem: ſed conſentire & diſſentire propriæ voluntatis eſt.* Omnes Sorbonicæ ſententiæ numeri in hoc teſtimonio delineati ſunt. Tertiò B Auguſtinus commentariis in Ioannem obiectiuum deinde & moralem hunc agendi modum in gratiâ efficaci ſic illuſtrat. *Ipſa reuelatio tractio eſt &c. Ramum viridem oſtendis et & trahitur, &c. Si ergo iſta quæ inter delicias & voluptates terrenas reuelantur amantibus, trahunt quoniam verum eſt, trahit ſua quemque voluptas, non trahit reuelatus Chriſtus à Patre?* Certum eſt autem voluptatem ſolũ moraliter voluntatem trahere, vt & reliquas paſſiones. Idem lib. ſec. ad Bonifacium. *Benedictio dulcedinis in qua Deus nos præuenit, eſt gratia Dei qua fit in nobis vt nos delectet, & cupiamus hoc eſt amemus quod præcipit nobis.* Ita pluribus aliis locis quos ſumma diligentia collegit Ianſenius Epiſcopus Yprenſis lib. .v. de Gratiâ Saluatoris, ex quibus rectè concludit in mente Auguſtini Gratiæ

Lib. 1. qu. 2.

De ſpir. & litt. c. 34.

S. Aug. 2 ad Bonif. c 19.

a Ian. de grat. Chr. l. 4. c. 1. & ſeq.

naugantium portus, ſed Dei eſt & victoriam efficere, & incolumem ſcapham ad portum adducere.] De Deo vt cauſſa efficaci variarum quoque viarum ad ſalutem varios ducentium, oratione XXVI. *ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πολλαὶ διαφοραὶ βίων καὶ προαιρέσεων μειζόνων τε καὶ ἡττόνων, λαμπροτέρων καὶ ἀφανεστέρων, οὕτω καὶ ἐν τοῖς θείοις, οὐχ ἕν τι τὸ σῶζόν ἐστιν, οὐδὲ μία τῆς ἀρετῆς ὁδὸς, ἀλλὰ πλείονες καὶ τῷ πολλαὶ εἶναι μοναὶ παρὰ τῷ θεῷ.* Id eſt. Vt in rebus humanis varia ſunt vitæ & ſtudiorum inſtituta, alia maiora, alia minora, quædam illuſtriora, quædam obſcuriora, ſic & in diuinis, non vna eſt ſalutis cauſſæ ratio, nec vna virtutis via, ſed plures, quia & multæ apud Deum manſiones:] Hæc ad varias vocationes gratiæ variis quoque variè congruas referri poſſunt. Sed plura Græci Patres inferiùs.

Id. or. 26. fin.

CAPVT XVII.

Gratia Efficacia cum hominis libertate à neceſſitate vindicatur. Ex Græcis Latiniſque Patribus.

SVMMA CAPITIS.

I.

Solers & elegans S. Chryſoſtomi dictum, Quem trahit Deus, volentem trahit, *à calumnia Caluini defenditur.*

II.

Neceſſitas à gratiæ efficacis operatione arcetur à Patribus Græcis.

III.

Iterum atque iterum ab iiſdem.

IV.

Doctrina eadem de pleniſſimâ libertate, non ſolùm coactionis, ſed etiam neceſſitatis impatienti, aſſeritur à S. Auguſtino, S. Thoma Scholæ DD.

I.

Caluin. lib. 2. inſtit. cap. 3. 10.

TEMERARIA prorſus & gnauiter impudens Caluini Sycophantia aduerſus B. Chryſoſtomum, nobis in primis eo accuratiùs diluenda eſt, quo hodierna etiam die intemperantiam nonnullorum peſſimo ſui exemplo ſollicitat. Hæreſiarchæ verba ſunt. *Deus voluntatem mouet non qualiter multis ſæculis traditum eſt & creditum* (nota diuerſam ab antiquis Eccleſiæ Patribus fidem) *vt noſtræ poſtea ſit electionis motioni aut obtemperare aut refragari: ſed illam efficaciter afficiendo.* Illud ergo toties *à Chryſoſtomo repetitum*, QVEM TRAHIT, VOLENTEM TRAHIT *repudiari neceſſe eſt, Quo inſinuat Dominum porrectâ tantum manu expectare an ſuo auxilio iuuari nobis adlubeſcat, &c. Citra controuerſiam elicitur ex Ioannis verbis, nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum, ſic efficaciter gubernari piorum corda vt inflexibili affectu ſequantur. Qui ex Deo genitus eſt, inquit, non poteſt peccare quia ſemen Dei in ipſo manet. Nam medium quem Sophiſtæ imaginantur motum,*

Ioan. 6.

cui obſequi vel quem repellere liberum ſit, *apertè excludi* videmus vbi efficax aſſeritur ad perſeuerandum conſtantia.

Verum ne Sophiſtas in aliis ſomnier, Sophiſta ſeipſum ignorans admodum pertimeſco, Nemo enim Chryſoſtomo ἀντισοφίζεσθαι potuit, ſophiſtarum non fuerit quin deterrimus. Quod enim ignorat, blaſphemat. Efficaciter afficere putat eſſe gratiam libertate ſubmotâ, vel extinctâ, neceſſariò trahere. fallitur non fallit conuitiator: aut enim turpiter ignorat, aut nequiter diſſimulat efficaciam hoc eſt certitudinem effectus cum libertate non pugnare, imo verò & ab eâ partim pendere, vt poſtea oſtendemus. Neque aliud profectò tractio illa diuina in verbis Chriſti apud Ioannem in animum orthodoxi lectoris inducit. Quid enim B. Auguſtinus, cui vni ſtare ſe & hærere velle cæteris Patribus deſpectis eodem libro teſtatur Caluinus, quid inquam B. Auguſtinus ex eo loco didiciſſe ſe ſcribit? *Magna gratiæ commendatio. Nemo venit niſi tractus. Quem trahat & quem non trahat: quare illum trahat & illum non trahat, noli velle iudicare, ſi non vis errare: ſemel accipe & intellige.* NON TRAHERIS, ORA VT TRAHARIS. Ergo cum nonniſi volens oret, quia orans non poteſt orare niſi quod velit impetrare, ſane cum impetratò trahitur, volens trahitur. Sed quid prætereà? Dic Auguſtine, dic eximie Doctor & Chryſoſtomum vindica; illum dico Chryſoſtomum, quem ad auxilium contra Iulianum honorificè inuocabas, his verbis, *Ingredere Sancte Ioannes Chryſoſtome*: Ingredere nunc & perge Auguſtine, Chryſoſtomi tui cauſſæ patrocinari perge. B. Auguſtinus. *Timere non debemus ne ab hominibus qui verba perpendunt, & à rebus maximè diuinis intelligendis longè remoti ſunt in hoc ſcripturarum ſanctarum Euangelico verbo, forſitan reprehendamur & dicatur nobis. Quomodo voluntate credo, ſi trahor? Ego dico, parum eſt voluntate, etiam voluptate traheris*, &c. Reliqua prolixiora ſunt, nec verò minus fauent dicto Chryſoſtomi, *Quem trahit Deus, volentem trahit*. Cur autem ita ſentiat & loquatur, conſilium aperit ſuum homilia ad eum Ioannis locum, τούτῳ ἐπιπηδῶσι Μανιχαῖοι λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἐφ' ἡμῖν δεῖται, ὅπερ μάλιστα βεβαιοῖ κυρίους ὄντας τῆς γνώμης. εἰ γὰρ τις ἔρχεται πρὸς αὐτὸν φησί τι δεῖ τῆς ἕλξεως; ὃ καὶ αὐτὸ οὐ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐμφαίνῃ ἡμᾶς βοηθείας δεομένους. καὶ αἰνίττεται ἐνταῦθα, οὐ τὸν τυχόντα ἐρχόμενον ἀλλὰ τὸν πολλῆς ἀπολαύοντα συμμαχίας. Id eſt Hic inſultant Manichæi, nihil in noſtrâ poteſtate eſt. Si enim aliquis ad ipſum venit, inquit, quid opus eſt tractione? Verum hoc non tollit liberum arbitrium, ſed oſtendit nos auxilio opus habere. Et hic ſignificat non inuitum venire, ſed multo gratiæ auxilio potientem.] Caue ab interprete vulgato. Qui poſtrema illa verba malè vertit, *ſed omni conatu, contendentem venire* ad verbum enim vertenda ſunt, vt fecimus, & ita egregiè cum Chryſoſtomi propoſito & cum Euangelicâ veritate conſonant. Idem erratum ab interprete Catenæ Græcæ imprudenter commiſſum, in Ammonij commentario ad eumdem verſum 44. Capitis VI.

Non diffitemur quidem eſſe quædam in Theophylacti expoſitione temperanda & ad bonum ſenſum reflectenda, ἕλκει ὁ πατὴρ τοὺς χ

S. Aug. tract. 16 in Ioan.

Lib. 2. in Iul.

Chryſ. ho. 46. in Io. Edit. Angl.

Theophyl. in c. 6. Io. & Euthymius.

προαίρεσιν ἐπιτηδειότητα ἔχοντας, τοὺς δὲ ποιήσαντας ἑαυτοὺς ἀνεπιτηδείους οὐχ ἕλκει εἰς πίστιν. ὥσπερ γὰρ ἡ μαγνῆτις οὐ πάντα εἰς προσεγγίζει, ἀλλὰ μόνον τὸν σίδηρον ἕλκει, οὕτω καὶ ὁ θεὸς πᾶσι μὲν ἐγγίζει, τοὺς ἐπιτηδειοτέρους δὲ καὶ οἰκείωσίν τινα πρὸς αὐτὸν ἐπιδεικνυμένους ἕλκει. Id eſt. Illos trahit Pater qui habent voluntatis aptitudinem. Eos autem qui ſeipſos non præſtant idoneos, non trahit ad fidem. Nam ſicut Magnes non omnia quæ ſibi propinquant, ſed ſolum ferrum attrahit: ita & Deus omnibus quidem accedit, eos autem qui ſunt aptiores & qui habitudinem aliquam ad ipſum præ ſe ferunt, trahit.] Theophylacti quidem hæc verba non tam

S.Cyrill. ſollicitè curarem, niſi ſimilia tribuerentur B. Cyrillo qui tamen ad eum locum interpretatione afferens, niſi aliud commemorat quam neceſſitatem τῆς ἄνωθεν ἐπικουρίας τὴν ὁδὸν κατευμαρίζουσης auxilij ſuperni viam ſalutarem facilem reddentis. Sic igitur ſuperiora orthodoxè explicari poſſunt vt velit Theophylactus eos qui ſe ad diuinam illam attractionem hoc eſt ad gratiam efficacem præparant & aptos reddunt, id efficere non propriâ, ſed diuinæ gratiæ virtute; cuius gratiæ? Gratiæ prioris, gratiæ ſufficientis quam gratiam PIÆ DISPOSITIONIS appellauimus, atque non ſolum ex Græcis Patribus, ſed etiam ex B. Auguſtini doctrinâ cumulatiſſimè probauimus hoc libro: cuius quidem gratiæ *piæ diſpoſitionis* acceptatione & bono vſu fit, vt à Deo Gratia efficax impetretur, vt diſertiſſimè oſtendit B. Auguſtinus Epiſtolâ ad Sixtum & compluribus aliis locis.

II.

Veritas hæc quæ omnem ab efficacia gratiæ neceſſitatem propriè dictam expungit cæteris Græcorum Patrum mirum in modum ſem-

S. Dionyſ. diu. no. c.4.n.11. perque approbata eſt. Principium illius demonſtrandæ cernas licet, apud B. Dionyſium libro de diuinis nominibus. τὸν εἰκαῖον τῶν πολλῶν οὐκ ἀποδεχόμεθα λόγον οἵ χρῆναί φασι τὴν πρόνοιαν καὶ ἄκοντας ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἄγειν. τὸ γὰρ φθείρειν φύσιν οὐκ ἔστι προνοίας. ὅθεν ὡς πρόνοια τῆς ἑκάστου φύσεως σωστική, τῶν αὐτοκινήτων ὡς αὐτοκινήτων προνοεῖ, καὶ τῶν ὅλων καὶ τῶν καθέκαστον, οἰκείως ὅλῳ τε ἑκάστῳ, καθ' ὅσον ἡ τῶν προνοουμένων φύσις ἐπιδέχεται τὰς τῆς ὅλης καὶ παντοδαπῆς προνοίας, ἐκδιδομένας ἀναλόγως ἑκάστῳ προνοητικὰς ἀγαθότητας. Id eſt. Vanum ſermonem plurimorum haudquaquam admittimus, qui dicunt diuinam prouidentiam nos vel inuitos ad virtutem impellere debere. Siquidem naturam corrumpere, prouidentiæ non eſt. Vnde tanquam prouidentia vniuſcuiuſque naturæ conſeruatrix, libero motu præditis, tanquam liberè ſeſe mouentibus, & vniuerſis & ſingulis, modo quodam & vniuerſo & cuilibet proprio prouidet, in quantùm eorum quibus prouidetur, natura capit, vniuerſæ atque omnigenæ prouidentiæ beneficia, quę vnicuique pro captu ſuo dantur.] Ac ne quis illa verba de coactione quę tantum in res ratione deſtitutas cadere poteſt, frigidâ ac ieiunâ ſubtilitate vt quibuſdam moris eſt, exponat: obſiſtit B. Maximus in commentario his verbis de neceſſitate propriè dictâ quatenus libertati ad vtramque partem indifferentiam actiuam habenti, aduerſatur. ὃ γὰρ ἐξ ἀνάγκης

ἡμᾶς ἄγεσθαι εἰς ἀρετὴν οὔτε αὐτεξουσίους ἡμᾶς ἐδείκνυ καθ' ἑαυτούς, οὔτε τὴν νοερὰν ἡμῶν φύσιν εἶναι συνεχώρει, τουτέστι τὴν νοερὰν ψυχήν. Id eſt. Si enim ex neceſſitate ad virtutem ageremur, nequaquā nos noſtri eſſe iuris declaraſſet, neq; naturā noſtrā intelligentē eſſe ſiuiſſet, hoc eſt animam intellectu præditam. Poſtea oſtendit ex iuſtiſſima illa neceſſitatis excluſione, nos remanere αὐτοκινήτους per nos ipſos mouentes non more animantium, quæ etiam dicuntur αὐτοκίνητα per ſe mouentia ad diſcrimen τῶν ἑτεροκινήτων vt lapidum, ſed perfectius animantibus, quæ ſponte quidem & ſine coactione non tamen ſine neceſſitate, nec cum poteſtate ad vtrumlibet, ſed ad vnum mouentur. Sic & Pachymeres in Paraphraſi.

Philoſophatur ad eumdem planè modum B. Baſilius libro quod Deus auctor malorum non ſit, quem ſupra retulimus. Sed & non vno antea ſæculo CLEMENS Alexandrinus contra Baſilidianos dicentes κατ' ἐπακολούθημα τῆς ἐκλογῆς τῆς ὑπερκοσμίου τὴν κοσμικὴν ἁπάσης φύσεως πιστὴν εἶναι τὴν πίστιν. *Ex conſequentiā ſupermundanæ electionis, conſequi mundanam omnis naturæ fidem*: diſputationem ex multis ſermonibus inſtruit, qui ad rem noſtram maximo quidem opere præſtant. Sic enim diſputat. οὐκ ἔτ' οὖν προαιρέσεως κατόρθωμα ἡ πίστις εἰ φύσεως πλεονέκτημα. οὐδ' ἀμοιβῆς δικαίας τεύξεται ἀναίτιος ὤν, ὁ μὴ πιστεύσας. πᾶσα δὲ ἡ τῆς πίστεως καὶ ἀπιστίας ἰδιότης καὶ διαφορότης, οὔτε μὴν ψόγῳ ὑποπίπτοι ἄν, ὀρθῶς λογιζομένοις, προηγουμένην ἔχουσα τὴν ἐκ τοῦ τὰ πάντα δυνατοῦ φυσικὴν ἀνάγκην γινομένην. Id eſt. Voluntariæ ergo ac liberæ electionis non eſt fides vtique officium, ſi eſt naturæ prærogatiua: neque iuſtam conſequatur retributionem, tam is qui non credidit, quia eius culpâ id non euenit, quàm is qui credidit, qui ad id cauſſam non dedit. Omnis autem fidei & incredulitatis proprietas & differentia, nec laudi nec vituperationi f.erit obnoxia, rectè conſiderantibus, cum præcedentem habeat naturalem neceſſitatem, ab eo exortam qui omnia poteſt.] Animaduerte in iis verbis, quæ deductionem ad abſurdum contra Baſilidianos moliuntur, neceſſitatem illam ideo repudiari, quia nullum homini liberum ad virtutem que vitium que motum relinquit, & naturalem ideo dici, quiā à Deo qui omnia extra naturam poteſt, imprimitur, ideoque vt poſtea concludit, τὸ ἑκούσιον τῆς πίστεως voluntarium fidei, id eſt, vt ibidem explicat, τὴν αἵρεσιν καὶ φυγὴν αὐτεξούσιον liberam ac ſui iuris vel electionem & fugam, cuius homini à Deo datum eſt ius, præripit & interimit.

B. Gregorius Nyſſenus homilia v. in Canticum Canticorum efficacis gratiæ neceſſitate penitus alienam excitandi vim declarat. δεῦρο φησι σεαυτῇ, μὴ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ σεαυτὴ τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς τὴν προθυμίαν ἐν τῷ καλῷ ἐπιρρώσασα, οὐκ ἀνάγκης καθηγουμένης. ἀδέσποτον γὰρ ἡ ἀρετὴ καὶ ἑκούσιον, καὶ ἀνάγκης πάσης ἐλεύθερον. τοιοῦτος ἦν Δαβὶδ ἑκουσίως θύειν ἐπαγγελλόμενος, τοιοῦτος ἕκαστος τῶν ἄλλων, ἑαυτὸν τῷ θεῷ προσάγων, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀγόμενος. Id eſt Ait ipſi, veni huc ipſa non ex neceſſitate, ſed teipſā, propriis rationibus promptitudinem tuam in bono confirmans; non neceſſitate ducente. Virtus enim ſui iuris, & voluntaria & ab omni ne- Nyſſen.to.1.

ceſſitate libera eſt. Talis erat Dauid voluntarie ſacrificans. Talis vnuſquiſque ſanctorum ſeipſum Deo offerens, non ex neceſſitate ductus.] Plura apud eũdem libro de reſurrectione & pluribus locis. B. Ephræm ſermone aſcetico: Poterat Deus cuncta animarum noſtrarum vulnera ſanare, noſque etiam inuitos ad bonitatem adducere: ſed id facere non vult, ne voluntas noſtra diuinis ipſius laudibus priuetur.] Certè Patres nolunt Deum, nos vt inuiti, id eſt coactè velimus, efficere poſſe: id enim abſolutæ etiam Dei potentiæ repugnat; igitur libertatem non à coactione ſolum, ſed neceſſitate nobis incolumem & integram cum Gratia ſupereſſe exiſtimant.

III.

S.Chryſoſt.hom. in Pſ. 115. Reuocat nos ad ſe B. Chryſoſtomus à Semipelagianiſmi criminatione ſatis antea vindicatus, nec non etiam eo quod olim Caſſianum monachum in illud erroris genus procliuem à ſe ablegarit. Ille Doctrinam iſtam Catholicam non vno loco inducit & confirmat. ὁ Παῦλος περὶ πίστεως διαλεγόμενος ἔλεγε· καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν, θεοῦ τὸ δῶρον. οὐ μὴν ἔρημόν σε καταλιμπάνει κατορθωμάτων· εἰ γὰρ αὐτοῦ ἐστι τὸ ἑλκύσαι καὶ ἐπαγαγέσθαι· ἀλλ' ὅμως καὶ ψυχὴν εὐπειθῆ ἐπιζητεῖ· καὶ τότε τὴν παρ' ἑαυτοῦ συμμαχίαν εἰσάγει. διὸ καὶ ἀλλαχοῦ φησὶ Παῦλος, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. οὐ γὰρ δὴ ἠνάγκασται τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς σωτηρίας. ἀλλ' εἰ καὶ τὸ πλέον αὐτοῦ ἐστιν, σχεδὸν δὲ καὶ τὸ πᾶν. ἀφῆκέ τι καὶ ἡμῖν μικρόν, ὥστε καὶ εὐπρόσωπον γίνεσθαι τὴν στεφάνων πρόφασιν. Id eſt. Paulus de fide diſſerens dixit: & hoc
Epheſ. 2. non ex vobis, Dei donum eſt. Nec ideo tamen deſeras te bonis operibus vacuum. Etſi enim eius eſt trahere & inducere: animam tamen morigeram requirit, eique tunc auxilium porrigit. Quocirca ali-
Rom. 8 28. bi quoque dicit Paulus ſecundum propoſitum vocatis. Neque enim virtus neque salus necessitate peragitur. Nam etſi maxima pars, atque adeo ferè totum eius ſit, exiguum quid tamen nobis
Hom. 82. in Matth. reliquit, vt dandæ coronæ ſpecioſa ſit occaſio.] Idem expoſitione in
In Ioan. ho 9. Matthæum οὐκ ἀναγκαστικὴ ἡ τοῦ θεοῦ ἡ κλῆσις vocatio Dei neceſſitatem non infert. In Ioannem pariter, φιλάνθρωπος ὢν ὁ θεὸς καὶ εὐεργετικὸς πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται ὥστε ἡμᾶς κατ' ἀρετὴν λάμπειν καὶ βουλόμενος ἡμᾶς εὐδοκίμους εἶναι, καὶ τοῦτο βίᾳ μὲν οὐδενὶ οὐδὲ ἀνάγκῃ. πειθοῖ δὲ καὶ τῷ ποιεῖν εὖ τοὺς βουλομένους ἅπαντας ἕλκει καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπᾶται. διὰ τοῦτο ἐλθόντα αὐτὸν οἱ μὲν ἔλαβον, οἱ δὲ οὐκ ἐδέξαντο, οὐδένα γὰρ βούλεται ἄκοντα οὐδὲ ἠναγκασμένον ἔχειν οἰκέτην, ἀλλ' ἑκόντας ἅπαντας καὶ προαιρουμένους καὶ χάριν αὐτῷ τῆς δουλείας εἰδότας. Id eſt. Clemens & beneficus cum ſit Deus, omnia facit & molitur vt nos ad virtutem illuminet, vnumquemque bonum eſſe vult, & quidem neminem vi aut neceſſitate: Suadet quidem & benefaciendo Volentes trahit & ad ſeipſum allicit. Propterea quidam eum receperunt, alij non receperunt. Nullum enim vult habere ſeruum inuitum aut neceſſitate ductum, ſed omnes ſponte, atque ex electione libera ſibi gratiam habentes quod in ſeruitutem eos recipiat &c. Commentariis in Epiſtolam ad Romanos idem inculcat οὐκ

ἠναγκασμένην

ἠναγκασμένη ἡ κλῆσις οὐδὲ βεβιασμένη. Vocatis neque ex neceſſitate neque ex coactione.] Quod & multo prolixius pertractat hom. ſec. in Epiſtolam ad Corinthios admirandâ diſſertatione, & Chriſtianis quibuſcumque ad bene viuendum per accommodata. Ho. in ep. Ro. 15.

Defixa verò tam altis radicibus hæc ſententia in animo B. Chryſoſtomi fuit vt eam in repentina illa & præripidâ vt ita dicam Pauli per gratiam efficaciſſimam conuerſione locum habuiſſe velit. Homiliâ de ferendis reprehenſionibus, vbi reſpondet iis qui dicebant Paulum ideo non obluctatum fuiſſe vocationi diuinæ, quia neceſſitate adactus eſt. τίς οὖν ἐστιν ἡ κατηγορία; ἀνάγκη, φησίν, αὐτὸν ἐπεσπάσατο ὁ θεός. ποία ἀνάγκη, ἄνθρωπε; ἐκάλεσεν αὐτὸν ἄνωθεν. ὅλως πιστεύεις ὅτι ἐκάλεσεν αὐτὸν ἄνωθεν; οὐκοῦν καὶ σὲ καλεῖ τήμερον δι' ἐκείνης τῆς φωνῆς· ἀλλ' οὐχ ὑπακούεις. ὁρᾷς ὅτι οὐκ ἀνάγκης ἦν τὸ πρᾶγμα; εἰ γὰρ ἀνάγκη ἦν, καὶ σὲ ἔδει ὑπακούειν. εἰ δὲ σὺ οὐχ ὑπακούεις, εὔδηλον ὅτι κἀκεῖνος ἐκ προαιρέσεως ὑπήκουσε. καὶ ἵνα μάθητε ὅτι πολὺ μὲν εἰς τὴν Παύλου σωτηρίαν ἡ κλῆσις, καθάπερ καὶ εἰς τὴν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων, οὐ μὴν ἔρημον αὐτὸν ἀφῆκεν τῶν οἰκείων κατορθωμάτων καὶ τῶν διὰ τὴν βούλησιν ἐπαίνων, οὐδὲ ἐλυμήνατο αὐτοῦ τὸ αὐτεξούσιον, ἀλλ' ἑκὼν προσῆλθεν οἴκοθεν καὶ ἐξ οἰκείας εὐγνωμοσύνης, ἐξ ἑτέρου παραδείγματος τοῦτο ποιήσω φανερόν.] Id eſt Quæ igitur accuſatio eſt? Neceſſitate, inquit, ipſum attraxit Deus. Qualis vero neceſſitas, dic ô homo? deſuper eum vocauit. Crediſne penitus quod eum deſuper vocauit? igitur & te hodie vocat per eamdem vocem, cur & tu non obedis? Vides non eſſe rem neceſſitare factam. Nam ſi neceſſitas vlla foret oporteret & te obedire: cum autem tu non obedis, manifeſtum eſt illum liberè obediiſſe. Et vt diſcatis quod multum quidem ad ſalutem fecit Pauli vocatio, ſicut & ad aliorum omnium facere ſolet, non tamen deſtituit à propriis bonis operibus & propriæ voluntatis laude, neque nocuit libero ipſius arbitrio: ſed ſponte venit ipſe & ex bona ſuâ voluntate Faciam id & alio exemplo clarum &c. Chryſ. to. 5. ho. 13.

B. Cyrillus Alexandrinus Glaphyris in Geneſim rationem huius pleniſſimæ libertatis & ab omni neceſſitate abſolutæ ſic tradit. τὰ μὲν ὅσα ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν θεσμοῖς ὑποφέρεσθαι καὶ μάλα ὀρθῶς. τὰ δὲ ὅσα τῶν πραγμάτων οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' ἐν τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ἔχει τὸ ἀποτέλεσμα, νόμον οὐκ ἔχει τὸν βραβευτήν. Id eſt. Quæcumque in noſtrâ poteſtate ſunt, legibus ſubijciuntur: quæcumque vero in noſtrâ poſtate non ſunt, ſed in legibus naturæ perficiuntur, legem remuneratricem non haberet. Vnde profecto ab hoc gratiæ negotio neceſſitas omnis, naturali ſimilis arcetur, qualis eſt quæ ſolam libertatem à coactione integram relinquit. Vnde alibi B. Cyrillus docet Gratiam Dei in noſtrâ poteſtare eſſe vt poſtea explicatiùs aſſeremus. Sed omnium clariſſimum eſt quod habet lib. VIII. in Iulianum εἰ ἀρρήτῳ τινὶ καὶ θεοπρεπεστάτῳ δυνάμει τε καὶ ἐνεργείᾳ χρώμενος ὁ θεὸς μετεκόμισε τὸν ἑκάστου νοῦν εἰς ἀγαθουργίας καὶ δυσεξίτητον αὐτῷ καὶ οὐκ ἔχοντι λοιπὸν τίθει τὸ ἀγαθόν, γνώμης μὲν οὔπω οὐκέτι τὸ χρῆμα καρπός, οὔτε μὴν ἐπαίνων ἄξιον, ἀνάγκης δὲ μᾶλλον καὶ ἀβουλήτου πλεονεξίας. Id eſt. SI INEFFABILI DIVINA QVADAM VIRTVTE ET EFFICACIA VTENDO, VNIVSCVIVSQVE MENTEM AD BENE AGENDVM DEVS TRANSFERRET

S. Cyrill. Glaphyr. lib. 4.

Nota.

Qq

& imperium ipſi bonum etiam nolenti ſtatueret, non iam iſtud mentis fructus eſſet, adeoque nec digna laude; , & neceſſitatis potius & inuoluntariæ cupiditatis] Hæc verba omnem profecto ab efficacia gratiæ, qualem hodie quidam fingunt neceſſitatem procul amandant.

IV.

S Cyrill. lib. 4. de adorat.

Rationem illam B. Cyrilli optime cœperat Concilium Tridentinum vbi de gratiæ etiam efficacis operatione verba faciens ita docuit *Qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem atque adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ* LIBERE *aſſentiendo & cooperando diſponuntur: ita vt tangente Deo cor hominis per Spiritus ſancti illuminationem, neque homo ipſe nihil omnino agat*, QVIPPE QVI ILLAM ET ABIICERE POTEST, *neque tamen ſine gratiâ Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo liberâ ſuâ voluntate poſſit.* Ad eumdem vero modum id etiam decreuit: *Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum & excitatum nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat ac præparet*, *neque* POSSE DISSENTIRE SI VELIT, *ſed veluti inanime quoddam nihil agere, meréque paſſiuè ſe habere, anathema ſit.*

Idem oſtenditur ex Concil. Trid. S. Auguſt. &c.

Seſſ. 6. cap. 5.

Citatur ibid. ad marg. Proſper .de Voc. Gent. c. 26. & 28.

Seſſ. 6. can. 4.

Ad eum locum excandeſcit Caluinus in Antidoto: merito quidem vt qui errorem ſuum de neceſſitate per gratiam efficacem humanæ voluntati inflictâ iugulâri perhorreſcat. Concilium Senonenſe iam huic decreto præluſerat. *Non tale eſt Dei trahentis auxilium cui reſiſti non poſſit.* Enchiridion quoque Concilij Colonienſis. *Retinendum eſt ſitum eſſe in hominis voluntate vt gratiam Dei oblatam* VEL ACCIPIAT VEL REPVDIET. *Impio liberum eſt præueniente ſe diuinâ illuminationis gratiâ à peccato reſurgendi, vel eam accipere vel non accipere: Deo præueniente & per bonum cogitatum ad pœnitentiam excitante dare, vel negare conſenſum, velle vel nolle pœnitere.* Ad hoc, inquit, hæreticus aduerſatur Auguſtino, qui totus meus eſt: age videamus.

Senon. decreto fidei 15.

Colon. Synod. De Sacram. Pœnit.

Caluin. 2. inſtit. Melanchton Apolog. contra Sorbonicos.

S. Aug. l. 1. ad Simplic. qu. 2.

B. Auguſtinus, inquiunt, ad Simplicianum ita ſcribit, *Non poteſt effectus miſericordiæ Dei eſſe in hominis poteſtate, vt fruſtra ille miſereatur, ſi homo nolit.* Quibus ex verbis clarum eſt cum id quod non eſt in hominis poteſtate ex neceſſitate ei accedat, gratiam efficacem neceſſario quodammodo eum mouere ad volendum, ita vt nolle non poſſit.

Reſpondemus id totum verum eſſe de neceſſitate non abſolutâ neque independenti ab hominis voluntate, ſed de neceſſitate Hypothetica gratiæ efficacis quam Deus humanæ libertati congruam & contemperatam dederit, vel cum præſcientiâ certi & infallibilis eius conſenſus daturus ſit. Hæc neceſſitas hypothetica conditionalis concomitans ſeu conſequens non tollit, ſed firmat libertatem. Vt enim docet Ariſtoteles τὸ μὲν οὖν τὸ ὂν ὅταν ᾖ, καὶ τὸ μὴ ὂν μὴ εἶναι ὅταν μὴ ᾖ, ἀνάγκη· οὐ μέντοι οὔτε τὸ ὂν ἅπαν ἀνάγκη εἶναι, οὔτε τὸ μὴ ὂν ἀνάγκη μὴ εἶναι. οὐ γὰρ ταυτόν ἐστι τὸ ὂν ἅπαν εἶναι ἐξ ἀνάγκης ὅτε ἔστι, καὶ τὸ ἁπλῶς εἶναι ἐξ ἀνάγκης. Id eſt. Ex verſione Gruchij & Perionij à Caſaubono recenſitâ, Quicquid eſt in rerum naturâ, id ſit quamdiu ſtat: & quod non eſt quamdiu

Ariſtotel. de interpr. c. 8.

non ſtat, id non ſit, neceſſe eſt. Attamen nec quod eſt id omne eſſe neceſſe eſt, nec quod non eſt non eſſe. Neque enim idem eſt, omne quod eſt ex neceſſitate eſſe quando eſt, & ſimpliciter ex neceſſitate eſſe Rationem affert, vt detur locus conſilio, actioni, & ei quod eſſe & non eſſe poteſt, ideoque in poteſtate liberi noſtri arbitrij ſitum eſt. At ne quis dicat hæc nos ab externâ philoſophia mutuari, ita philoſophantur ſancti Patres B. Damaſcenus & B. Auguſtinus. Ad rem igitur. Quando B. Auguſt. ait, *non poteſt effectus miſericordiæ Dei eſſe in hominis poteſtate, vt fruſtra ille miſereatur, ſi homo nolit*, loquitur ex hypotheſi gratiæ efficacis datæ homini à Deo & contemperatæ eius voluntati ad conſenſum: ac conſequenter ex hypotheſi conſenſus vel præſentis vel præſciti & futuri, vnde continenter addit, *quia ſi vellet etiam ipſorum* (aliorum nempe quos congruè non vocauit) *miſereri, poſſet ita vocare quomodo illis aptum eſſet vt & mouerentur, & intelligerent, & ſequerentur. Verum eſt ergo: multi vocati, pauci electi. Illi enim electi qui* CONGRVENTER *vocati, illi autem qui non* CONGRVEBANT VEL CONTEMPERABANTVR *vocationi, non electi, quia non ſecuti*. Quin & alibi libertatem vt conſentiendi ita diſſentiendi gratiæ vocantis inſpirationi & motui pleniſſime ſemper in humanâ voluntate reſidere teſtatur: *Miſericordia Dei præuenit nos*: CONSENTIRE AVTEM VOCATIONI DEI VEL AB EA DISSENTIRE PROPRIÆ VOLVNTATIS EST. Plura inferiùs.

S. Damaſc. 2. de fide c. 25. & ſeq. S. Aug. l. 3. de lib. arbitr. & 5. de ciu. c. 10. Anſel. cur Deus homo c. 8 & de præſcit. & lib. arb. c. 1.

S. Aug. de ſpirit. & lit. cap. 34.

B. Thomas neceſſitatem quoque propriè dictam, quæ indifferentiæ voluntatis humanæ ad vtrumlibet aduerſatur, à gratiæ diuinæ motu ſeiungit & abiudicat. *Omnis forma*, inquit, *inclinat ſuum ſubiectum ſecundum modum naturæ eius. Modus autem naturalis intellectualis naturæ eſt, vt liberè feratur in ea quæ vult: & ideo* INCLINATIO GRATIÆ NON IMPONIT NECESSITATEM: *Sed habens gratiam poteſt eâ non vti & peccare*. Idem in ſec. ſent. *In illis quæ agunt per neceſſitatem naturæ, oportet quod agens de neceſſitate agat, ſecundum exigentiam formæ quæ in ipſo eſt, vt per calidum calefaciat: hoc autem in voluntarijs non tenet. Vnde etiamſi homo gratiam habuerit, poteſt in contrarium actum tranſire*.

S Tho. 1. p. q. 62. ar. 3 & quodlib. 1. a. 7.

S. Th. 2. ſent. d. 25. q. 1. ar. 2.

Doctores omnes orthodoxi, ab cenſuris Eccleſiæ indemnes integrique capitis, neceſſitatem ab efficacia gratiæ procul abeſſe, mirum quantùm contendant: adeo vt qui prædeterminationem ſiue extrinſecam in propoſito diuino, ſiue intrinſecam in voluntate: ſiue hanc moralem, ſiue Phyſicam aſſerunt, nihil quidquam ſibi grauius & atrocius obijci magiſque ægre patiantur, quam induci neceſsitatem, actiuæ libertatis indifferentiæ repugnantem: vnde neruis omnibus ac machinis contendunt, vt eam eluctentur & Lutheranis atque Caluinianis Pſeudodidaſcalis aſſerendam relinquant. E diametro vero pars eorum altera quæ longè numeroſior, Sorbonica præſertim Cathedra & Palæſtra non alia grauiori de cauſſa prædeterminationi Phyſicæ bellum indicit, quam metu admittendæ, per ipſius veluti poſticum, neceſsitatis. Quod in primis profitetur Philippus Gamachæus, *Prior cauſſa, cur non placeat*, inquit, *eſt quod arbitrij libertatem labefactare videatur. Reſpondent hanc neceſſitatem eſſe ſolum hypotheticam ſuppoſito Dei decreto. Sed cõfutatur*

Aluarez opere de auxiliis diſp. 22. Cumel. in variis diſput. Cabrera 3. p. qu. 18.

12. ad qu. 111. cap 6.

proprijs affectibus vniuſcuiuſque ſit apta & conſentanea, ſimpliciter hîc & nunc, aliquando etiam loco & tempori conuenient: Deus enim nouit certiſſime quid vnuſquiſque homo acturus ſit, poſita hac aut illa rerum periſtaſi; an conſenſum daturus necne, & quis modus ſuaſionis idoneus, vt non tantum ſuadeatur homo, ſed etiam perſuadeatur; aliter enim conſtat moueri ambitioſum ad pœnitentiam, aliter auarum: aliter timidum quàm audacem, diuitem quàm pauperem: imo vnus idemque homo diuerſis diebus, horis, momentis alius à ſeipſo eſt, nunc ira nunc odio, nunc triſtitia nunc gaudio afficitur: adeo verum illud quod aiunt Philoſophi, omne quod recipitur ad modum recipientis recipi, nec omnia nobis eadem ſemper apparere, ſed prout quiſque affectus eſt, talem et finem videri: Scriptura quoque ſolet Deum vocare adiutorem in opportunitatibus, in neceſſitatibus, in tempore opportuno; & quamuis opportunitas illa extendatur etiam aliquo modo ad gratiam congruentem, habet tamen latitudinis gradus, magiſque ac minus recipit: nec proinde tanta eſt in gratia ſufficiente quanta in efficaci, in qua ſcilicet omnia concurrunt, tal ſque rerum ac circumſtantiarum eſt diſpoſitio, vt aſſenſus hominis infallibiliter ſequatur, nec poſſit moraliter loquendo non ſequi, quamuis Phyſicè ſimpliciter impediri poſſit.

Egregia illa verba quibus Sorbonicæ Scholæ doctrina ſtrenuè fulcitur & dilucidè explicatur, nihil aliud iam exigunt quàm vt ex SS. Patrum mente prorſus eſſe innoteſcat. Dicat ergo primum ſententiam B. Auguſtinus, cui primas in controuerſiâ gratiæ dirimendâ tribuere par eſt. Ille iam ſupra dixit in libro quæſtionum ad Simplicianum, vbi meminit *Vocationis cui accommodatur fides voluntas: Deo hoc modo vocante* QVOMODO APTVM EST *eis qui ſequuntur vocationem Vocationis congruenter vocantis: Eorum qui congruunt & contemperantur vocationi à Deo ita vocante, quomodo eis vocari aptum eſt, vt ſequantur, & quomodo ſcit ei congruere, vt vocantem non reſpuat.* Ex his vel ſolis verbis ſententia Sorbonica, ſententia B Auguſtini prædicari poteſt. Verum & alia eiuſdem ſanctiſſimi Doctoris teſtimonia ſuff agantur B. Auguſtinus libro de ſpiritu & literâ: *Voluntas qua creditur, non ideo tantum diuino muneri tribuenda eſt, quia ex libero arbitrio eſt quod nobis naturaliter concreatum eſt. Verum etiam quod viſorum Suaſionibus agit Deus vt velimus & vt credamus: ſiue extrinſecùs per Euangelicas exhortationes: ſiue intrinſecus vbi nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mentem: ſed conſentire & diſſentire propriæ voluntatis eſt.* Omnes Sorbonicæ ſententiæ numeri in hoc teſtimonio delineati ſunt. Tertiò B Auguſtinus commentariis in Ioannem obiectiuum deinde & moralem hunc agendi modum in gratiâ efficaci ſic illuſtrat. *Ipſa reuelatio tractio eſt &c. Ramum viridem oſtendis et & trahitur, &c. Si ergo iſta quæ inter delicias & voluptates terrenas reuelantur amantibus, trahunt quoniam verum eſt, trahit ſua quemque voluptas, non trahit reuelatus Chriſtus à Patre?* Certum eſt autem voluptatem ſolùm moraliter voluntatem trahere, vt & reliquas paſſiones. Idem lib. ſec. ad Bonifacium. *Benedictio dulcedinis in qua Deus nos præuenit, eſt gratia Dei qua fit in nobis vt nos delectet, & cupiamus hoc eſt amemus quod præcipit nobis.* Ita pluribus aliis locis quos ſumma diligentia collegit Ianſenius Epiſcopus Yprenſis lib. v. de Gratiâ Saluatoris, ex quibus rectè concludit in mente Auguſtini Gratiæ

Lib. 1. qu. 2.

De ſpir. & litt. c. 34.

S. Aug. 2 ad Boniſ. c. 19.

Ianſen. de grat. Chr. l. 4. c. 1. & ſeq.

Efficaciam in VICTRICI SVAVITATE, DVLCEDINE, VOLVPTATE, DELECTATIONE conſtitutam eſſe: quæ quidem vniuerſa ſemel conficiunt actiuitatem gratiæ præuenientis efficacis ſuaſoriam & moralem eſſe. Vnde ait B. Auguſtinus, *vt autem innoteſcat quod latebat, & ſuaue fiat quod non delectabat*, GRATIÆ *Dei eſt qua hominum adiuuat voluntates: quâ vt non adiuuentur in ipſis itidem cauſſa eſt non in Deo.* Hæc autem omnia præſtari poſſunt & reuera præſtantur per moralem actiuitatem & excitationem Gratiæ efficacis abſque vlla Phyſica prædeterminatione, & multo quidem abſque vlla neceſſitate.

Lib. 2. de peccat. mer. c. 17.

Documenta ſunt non rara huius doctrinæ apud Ss. Patres Græcos, de congruitate & contemperatione Gratiæ cum libero arbitrio efficacis. B. Baſilius ἡ χάρις φυσικῶς ἔχει τὸ εὐπαράδεκτον καὶ πάσῃ καρδίᾳ προσηνές τι καὶ φίλον τῶν τὸ ἀληθὲς τοῦ πιθανοῦ προτιμώντων. Id eſt. Gratia ex naturâ ſua habet vt beneuolè ſuſcipi apta ſit ſeque amicè inſinuet omnium cordibus, qui veritatem veriſimili anteponunt.] B. Gregorius Nyſſenus in Cantica ὁ θεὸς καταλλήλως τῇ προαιρέσει ἑαυτὸν μεθαρμόζει. Id eſt. *Deus* CONGRVENTER *Electioni* noſtræ ſeſe ATTEMPERAT. Idem loquens de modo quo à Deo anima ad Deum trahitur ἡδεῖα καὶ εὔκολος τῆς ψυχῆς πρὸς τὸν ἐπισπώμενον προσχώρησις γίνεται. Id eſt. Suauis & facilis animæ fit acceſſus ad eum à quo trahitur. Non aliter B. Amphilochius intelligit τῇ τοῦ θεοῦ δραστηρίῳ ἐνεργείᾳ ὑποχωρεῖν, cedere efficaciæ operationi Dei, quàm liberè eius gratiæ nos aptè mouenti conſentire.

S. Baſil. hom. 3. in hex.
Nyſſ. ho. 9. in Cantic. & ho. 5. p. 548. Lib. de an. & reſurrect.
Amphil. ho. 4.

B. Chryſoſtomus in Geneſim. ἐπεὶ οὖν αὐτεξούσιον ἡμῶν τὴν φύσιν ὁ θεὸς εἰργάσατο, τὰ μὲν παρ' ἑαυτοῦ ἅπαντα ἐπιδείκνυται, καὶ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίας μιμούμενος, καὶ τὰ ἀπόρρητα καὶ ἐν τῷ βάθει τῆς διανοίας κινούμενα ἐπιστάμενος παραινεῖ, συμβουλεύει, προαναστέλλει τῆς κακῆς ἐπιχειρήσεως. οὐ μὴν ἀνάγκην ἐπιτίθησιν, ἀλλὰ τὰ φάρμακα κατάλληλα ἐπιθεὶς ἀφίησιν ἐν τῇ γνώμῃ τοῦ κάμνοντος κεῖσθαι τὸ πᾶν. Id eſt. Quia naturam noſtram liberi arbitrij fecit Deus, ipſe quidem quæ ſua ſunt omnia pro miſericordia ſua exhibet: & ſciens abſcondita quæ in profundo mentis agitamus, hortatur, conſulit, noſque à prauis conatibus dimouet: non tamen neceſſitatem imponit, ſed remedia CONGRVA apponens, totum in ægrotantis ſententiâ dimittit.] Idem hoc genus vocationis appellat τὴν ἐν εὐκαιρίᾳ κλῆσιν *Vocationem opportunam.* Expoſitione in Ioannem ὁ θεὸς οὐδὲ βίᾳ οὐδὲ ἀνάγκῃ, πειθοῖ δὲ καὶ τῷ εὖ ποιεῖν τοὺς βουλομένους ἅπαντας ἕλκει καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπᾶται. Deus non vi, non neceſſitate, ſed perſuaſione & beneficentiâ volentes omnes trahit & ad ſe allicit.] Præterea vero vbi comparat peccatoris conuerſionem, cum mortis deſtructione per abſolutam potentiam, ait θαυμασιώτερον τὸ πεῖσαι. ἐκεῖνο μὲν γὰρ ὅλον αὐτοῦ ἦν καὶ αὐτὸς μόνος κύριος ἦν. τούτου δὲ οὐχὶ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς. i. Admirabilius eſt perſuadere. Illud enim totum ipſius eſt: & ipſe ſolus Dominus eſt: huius vero rei, nempe perſuaſionis non ipſe ſolus; ſed nos quoque Domini ſumus] Ad eumdem ſane modum S. Cyrillus lib. IV. in Ioan. Similia complura inferiùs.

Chryſ. ho. 19.
Ho. 31. in Matth.
In Ioan. ho. 9.
Chr. ho. 4. ad Coloſſ.

II.

Ex poſtremis B. Chryſoſtomi verbis via quædam nobis aperta eſt ad quæſtionem de voluntatis determinatione, vtrum per gratiam vtrum per ſeipſam ad liberum conuerſionis aut meriti actum determinetur. Solutio facillima ex ante dictis non ſolum adumbrari, ſed efformari etiam poteſt. Accuratè & propriè loquendo, voluntas ſeipſam determinat ad actus ſupernaturales liberos, prius tamen excitata à Gratiâ operante efficaci quæ determinare moraliter dici poteſt, tum demum adiuta à Gratia cooperante quæ Phyſicè, prout eſt concurſus Dei ſupernaturalis, ſimul cum voluntate concurrit vt ſeipſam determinet, & effectus ſimul producat. Hæc Scholaſticè. Qui plura volet, legat Nicolaum Yſambertum tract. de Grat. qu. 3. art 4. vbi probat voluntatem ipſam non determinari gratiâ, ſed potius determinare gratiam adiuuantem, ad exercitium actûs: quia potētia executiua Dei quæ ab eius voluntate ratione ſaltem diſtinguitur, determinatur ſecundum exigentiam creaturarum quibuſcum concurrit, ſecundum S. Thom. 1. p. qu. 25. ar. 1. & 2. Nunc ſermone Patrum loquamur, oſtendamuſque ex eo voluntatem à Gratiâ efficaci motam & ab adiuuante in ratione principij actiui completam ſeipſam determinare ad hoc vt & de facto Gratiæ vocanti reſpondeat. B. Auguſtinus docet voluntatem prius quidem AGI, quod eſt moueri à Gratiâ efficaci: tum vero poſtea, AGERE: & *agere* quidem *liberè*: *liberè velle*: quod autem liberè vult, ſeſe determinat ad volendu & ad operandum id quod in *poteſtate ſuâ habet*: hæc omnia in dictis B Auguſtini facilè reperias. Vbi NOTANDVM, NOTANDVM iterum admoneo B. Auguſtinum perraro locutum de ſolâ gratiâ efficaci operante, vt nunc ſolent Theologi præcisè de ea agere, ſed de efficaci operante ſimul & cooperante ſiue adiuuante, vt in progreſſu liquebit B. Auguſtinus lib. de Gratiâ Chriſti. *Non ſolùm Deus poſſe noſtrum donat atque adiuuat, ſed etiam velle & operari operatur in nobis. Non quia nos non volumus, aut nos non agimus: ſed quia ſine, ipſius adiutorio nec volumus aliquid boni, nec agimus.*

Gratia operans efficax mouet moraliter voluntatem, cooperans vero eam etiam Phyſice adiuuat vt ſeipſam determinet ex S. Aug. S. Tho. & PP.

NOTA. Aug. de Gr. Chr. c. 25.

Hoc loco non ſola gratia efficax operans præcisè, ſed etiam cooperans vna cum libera noſtræ voluntatis determinatione & actione ſeu cooperatione continetur; aut vt vno dicatur verbo, non ſola gratia efficax in actu primo, ſed etiam in actu ſecundo. Idem in ſermone quodam de verbis Apoſtoli vbi occaſionem arripit contra Pelagianos inuehendi, *Dicit mihi aliquis: ergo agimur, non agimus. Reſpondeo. Immo & agis & ageris & tunc bene agis, ſi à bono agaris. Spiritus enim Dei qui te agit, agentibus adiutor eſt: ipſum nomen adiutoris, præſcribit tibi quia & tu ipſe aliquid agis. Agnoſce quid poſcas, agnoſce quid confitearis quando dicis: adiutor meus eſto ne derelinquas me. Nemo adiuuatur ſi ab illo nihil agatur. Quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt, non literâ, ſed ſpiritu, non lege præcipiente, minante, promittente, ſed ſpiritu exhortante, illuminante adiuuante. Scimus, inquit idem Apoſtolus, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Si non eſſet* OPERATOR, *ille non eſſet* COOPERATOR, &c. Notanda hæc verba

Aug. ſer. 3. ad fin.

Pſ. 26.

extrema, vbi *Cooperatio Dei* concluditur ex *operatione hominis*, quod fieri non poſſet niſi determinatio propriè dicta voluntati humanæ conueniret.

Aug c.16.

Deinceps vero libro de Gratia & libero arbitrio. *Quia præparatur voluntas à Domino, ab illo petendum eſt vt tantùm velimus quantùm ſufficit, vt volendo faciamus. Certum eſt nos velle cum volumus, ſed ille facit vt velimus. Certum eſt nos facere, cum facimus: ſed ille facit vt faciamus, præbendo vires efficaciſſimas voluntati qui dixit, faciam vt in iuſtificationibus meis ambuletis & faciatis.*

Ezechiel.

At nemo tã miſerè hallucinatur qui his in verbis & operationem gratiæ excitantis efficacis & voluntatis liberã actionem ac proinde determinationem (quia aliter non vult quam ſeipſam mouendo & determinando vt ſtatim dicemus ex B. Thomâ & Patribus Græcis) ſimul vero gratiam adiuuantem cum eâ concurrentem animo non cernat: ad quam *vires efficaciſſimæ* faciendi actu, pleniſſimè pertinent. Denique de ipſa dererminatione per Gratiam ſimul & voluntatem clariſſimè alio loco quam diſputatione contra Pelagianos B. Auguſtinus in Petilianum Donatiſtam.

S.Aug.lib.2.contr. Petilian.c.84.

Si tibi proponam quæſtionem, quomodo Deus Pater attrahat ad filium homines quos in libero dimiſit arbitrio. Fortaſſis eam difficilè ſoluturus es. Quomodo enim ATTRAHIT, SI DIMITTIT, VT QVIS QVOD VOLVERIT ELIGAT? ET TAMEN VTRVMQVE VERVM EST. *Sed intellectu hoc penetrare pauci valent. Si ergo fieri poteſt vt quos in libero dimiſit arbitrio, attrahat tamen ad filium Pater: ſic fieri poteſt vt quæ legum coercitionibus admonentur, non auferant liberum arbitrium &c.* Libera determinatio voluntatis etiam poſitâ gratiâ attrahente, quæ nobiliſſimo modo efficax eſt, ex illâ *Dimiſſione vt quis quod voluerit eligat* quam B. Auguſtinus veram eſſe dicit, liquidò conſtat. Sed innumera eiuſmodi cum apud Auguſtinum obuia ſint, lector ipſis ſeſe exſatier.

S.Tho.12.qu.10. a.4.

S. Thomam comitem Auguſtino polliciti ſumus. Is igitur ſic docet. *Quia voluntas eſt actiuum principium non determinatum ad vnum, ſed indifferenter ſe habens ad multa, ſic* Deus *ipſam mouet, quod non ex neceſſitate ad ad vnum determinat, ſed remanet motus eius contingens, & non neceſſarius: voluntas enim diuina non ſolùm ſe extendit, vt aliquid fiat per rem quam mouet, ſed vt etiam eo modo fiat quo congruit naturæ ipſius, & ideo magis repugnaret diuinæ motioni, ſi volũtas ex neceſſitate moueretur, quam ſi moueretur liberè, prout cõpetit naturæ ſuæ.*

S.Tho 2.ſent.d.25. qu.1.ar.2.

Idem in ſecũdo ſententiarũ *voluntas neque ſubiecto vt potentia organicæ cogi poteſt cum non ſit organo affixa, neque obiecto, vt intellectus: quantumcunque enim aliquid oſtendatur eſſe bonum, in poteſtate remanet illud eligere vel non eligere.*

1.2.qu.9.ar.6.

Vbi verò loquitur expreſſè de motione gratiæ, non docet Deum prædeterminare voluntatem imo nec determinare, ſed tantum mouere eam ad determinatè volendum.

1.2.qu.109.ar.6.

Interdum Deus ſpecialiter mouet aliquos ad aliquid determinatè volendum quod eſt bonum, ſicut in his quos mouet per gratiam.

In quodl.b.1.ar.7. ad 2.

Inde etiam probat hominem verè ſeſe *præparare ad gratiam, idque in poteſtate ſuâ verè habere, & ad id ſeſe mouere, ſed cum auxilio Dei mouentis.* Tandem vero rationi quam ab initio attulit ex S Dionyſio cap. IV. de diuinis nominibus, immotus ac perſtabilis inſiſtit. *Deus mouet omnia ſecundum motum eorum: & ideo diuina motio à quibuſdam participatur cum neceſſitate: à natura autem rationali cum libertate: propter hoc quod*

virtus

virtus rationalis ſe habet ad oppoſita, & ideo ſic mouet Deus mentem humanam ad bonum, quod tamen poteſt huic motioni reſiſtere. Inde verò luculentè conſtat Deum voluntati relinquere ſemper electionem integram ad oppoſita, & proinde ius illud quod ex naturâ ſuâ habet, nempe ſeſe inflectendi & determinandi liberè, etiam ad iſtud ad quod gratia ipſa mouet ac inclinat.

Ecquid ergo Græci Patres? B. Dionyſius. In motione diuina libertatem τῆς αὐτοκινησίας ſeſe proprio motu mouendi, voluntati humanæ incolumem ſeruari docet. Ideo vero τὸ αὐτεξούσιον liberum arbitrium exprimitur nomine τοῦ αὐτοκινήτου quod ſeipſum mouere poteſt; quia à ſeipſo mouetur ac determinatur ad agendũ, licet prius moueatur à Deo: motus enim particularis determinat vniuerſalem, vt notat B. Maximus τῶν αὐτοκινήτων αἰτί, τῶν αὐτεξουσίων προσφόρως ἡ πρόνοια. Id eſt. Prouidentia ſe accommodat iis qui ſeipſos mouent, id eſt, qui libere agunt. B. Cyrillus Hieroſolymitanus Θεοῦ τὸ χαρίσασθαι, σοῦ δὲ τὸ λαβεῖν, Dei eſt gratiam conferre, tuum verò acceptare. B. Baſilius τὸ μὲν δέξασθαι ἐφ' ἡμῖν καὶ τῆς προαιρέσεως. τὸ δὲ δυναμωθῆναι πρὸς τὴν πορείαν τοῦ δεδωκότος τὴν χάριν, ἐκ τοῦ ἐνισχύοντος Θεοῦ, καὶ χάριτος ἐστιν. Id eſt. Suſcipere in noſtrâ poteſtate eſt & liberæ electionis. Confirmare vero ad profectionem eius eſt qui gratiam nobis largitur, Dei gratia eſt.) Et paulo poſt adhuc plura in Eſaiæ cap. vi. B. Gregorius Nyſſenus exponit qua ratione, cum ſponſus pulſauerit per gratiam, ſponſa ſurgat, licet ab vnâ parte animi ad ſurgendum leuior: ab altera parte ſcilicet corporis, mole & torpore depreſſa: tum ita concludit. μέση ἀμφοῖν ἑστῶσα ἡ αὐτεξούσιος ἡμῶν δύναμίς τε καὶ προαίρεσις, δι' ἑαυτῆς ἐμποιεῖ καὶ τόνον τῷ κάμνοντι καὶ ἀτονίαν τῷ καλῶς ὄντι. ἐν ᾧ γὰρ γίνεται μέρει, τούτῳ δίδωσι κατὰ τοῦ ἄλλου τὰ νικητήρια. Id eſt. Inter vtramque partem conſiſtens libera facultas & electio, per ſeipſam nunc firmitatem addit languenti, nunc debilitatem præualeſcenti. Nam cui tandem parti ſe adiunxerit, illi aduerſus alteram victoriam parit.] Supponit autem vt iam dixi, motum & pulſationem gratiæ ad aperiendum, vt legere eſt, ne quis hinc calumniandi anſam arripiat Similia planè B. Chryſoſtomus in Pſal. pluribus verbis quæ ita concludit ἂν μὲν μετὰ τοῦ ἰατροῦ καὶ τῆς τέχνης καὶ τῶν φαρμάκων καὶ ἡ προαίρεσις τοῦ κάμνοντος, ἐκράτησεν τοῦ νοσήματος. ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ ἐὰν στῇς μετὰ τοῦ ἰατροῦ πάντως δεῖ θεραπευθῆναι τὸ ἕλκος. Id eſt Si cum medico & arte & pharmacis ſteterit voluntas ægroti, morbus vincitur, niſi naturæ obſtet imbecillitas: Quoad Deum verò attinet, ſi cum medico ſpes omnino ſanatur vlcus &c. Idem hom. xii. in epiſt. ad Hebr. ἡμῶν τὸ προελέσθαι καὶ βουληθῆναι nostrum eſt præeligere & velle. Scholaſtici rationem addunt: quia actio tribuitur peculiari quadam ratione, facultati voluntatis, adeoque homini ipſi non vero Deo, Deus ſiquidem nec volens, nec pœnitens, nec conuerſus denominatur, licet ad actiones illas omnes totaſque concurrat, ſed homo & voluntas quæ actiones illas elicit, producit, ac proinde ad eas ſeſe determinat & mouet; prius tamen per gratiam operantem, efficacem à Deo mo-

S.Dionyſ.diuino. c.4.

S.Cyrill.Catech.1.

S.Baſil.Eſai.c.6.

Nyſſ.hom [illegible] in Cant.

Chryſ.in Pſ.6.

ta, & ſimul per adiuuantem.

III.

Totum Dei eſſe, nihil noſtrum, quomodo intelligas ex Ss. Patribus.

Primæ igitur cauſſæ concurſui ſupernaturali, ſecundæ quoque cooperatio ſocianda eſt: ita vt tamen actionis origo totius, & ratione originis tota actionis conſecutio, in Deum tanquam in primam cauſſam & principium vnde motus eſt, gratiſſimè referri debeat, & quantum ad id, nempe ad ſalutis initium & independentiam cauſſalitatis nihil omnino creaturæ tribuatur. Hinc ſanè factum, vt Ss. Patres plerumque dicant TOTVM DEI EST, NIHIL NOSTRVM EST. Hoc prædicat B. Cyprianus lib. de oratione Dominica & ſic honorificè relatus à B. Auguſtino: DATVR TOTVM DEO *vt quicquid ſuppliciter cum timore & honore Dei petitur, ipſius pietate præſtetur. Item ad Quirinum. In nullo glorian*do, QVANDO NOSTRVM NIHIL SIT. *Cui propoſito teſtimonia diuina ſubiungens, inter cætera poſuit Apoſtolicum illud quo iſtorum maximè ora claudenda ſunt. Quid enim habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti quid gloriaris quaſi non acceperis? Item in Epiſtola de patientia Eſt nobis, inquit, cum Deo virtus iſta communis. Inde patientia incipit, inde claritas & dignitas caput ſumit, origo & magnitudo patientiæ Deo auctore procedit. Nunquid iſte ſanctus tam memorabilis Eccleſiarum in verbo veritatis inſtructor liberum arbitrium negat eſſe in hominibus, quia* DEO *totum tribuit quod rectè viuimus? &c.*

S. Cyprian. t. teſtim. ad Quirin. & apud S. Aug. lib. 4. ad Bonifac. c. 9.

1. Cor. 4.

Non minus ſanè ingenua liberalis & grata fuit Ss. Patrum Græcorum, imo & ipſius inter cæteros Chryſoſtomi, qui Caluinomanitis tantopere inuiſus eſt, erga Deum vt totius benefacti beneq; acti auctorem Confeſſio. Quoties ille id aperta voce profiterur. TOTVM GRATIÆ, TOTVM DEI EST. NIHIL NOSTRVM EST. Audi hæretice ſi audiendi aures habes. B. Chryſoſtomus in Geneſim τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος τὸ πᾶν *Dei Gratiæ totum eſt.* Idem Commentariis in priorem ad Corinthios τὸ πᾶν ἀνέθηκε τῷ θεῷ λέγων οὐκ ἐγὼ δὲ ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. *Totum in Deum* retulit, dicens non ego, ſed gratia Dei quæ mecum eſt.] In expoſitione Epiſt. ad Epheſios τὸ πᾶν ἐλογίζετο τῇ χάριτι τοῦτο εὐγνώμονος οἰκέτου Totum Gratiæ rribuebar, id grati famuli erat. Ibidem, altera homilia explicans id, *lux in Domino* οὐκ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἀρετῆς, ἀλλὰ διὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος τοῦτο ἡμῖν ὑπῆρξε. Id eſt. Non à veſtrâ virtute, ſed à Gratia Dei id vobis euenit. Illuſtrans quoque verba hæc Apoſtoli ad Timotheum *Gratias ago ei, qui me confortauit, Chriſto Ieſu Domino noſtro,* ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ τὸ ἑαυτοῦ κατόρθωμα κρύπτει καὶ τὸ πᾶν ἀνατίθησι τῷ θεῷ; Vides vt in omnibus ea quæ ſua ſunt, celat, & Deo totum aſcribit? Idem vt hom. L. in Acta hom. 1. ad Titum τὸ πᾶν τῆς τοῦ θεοῦ εὐεργεσίας *totum diuini beneficij eſt* & alibi οὐ σὰ κατορθώματα ταῦτα ἀλλὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος non tua ſunt hæc recte facta, ſed totum Dei Gratiæ eſt.

Chryſ. in Gen. ho. 715.

1. Cor. hom. 38.

In 2. Epheſ. ho. 6.

Eph. ho. 18.

In 1. Cor. ho. 12.

Nihil opus in re tam perſpicuâ & frequenti, aliorum Patrum Græcorum auctoritare, duos Chryſoſtomo ſolùm ſubſcriptores adiungo.

Primus ante Chryſoſtomum Gregorius Theologus De Paulo etiam loquens τὸ πᾶν εἰχότως ἀνέθηκε τῷ θεῷ. Alter poſt Chryſoſtomum B. Cyrillus Alexandrin. τῇ τῆς θεότητος ἐνεργείᾳ τὸ σύμπαν ἀποδιδόναι To tum d vnitatis operationi tribuere. Vbi igitur Semipelagianiſmi in Græcos Patres abſurdiſſima criminatio? euaneſcit. Totum illi red lidere Deo, totum addixere, præſertim ratione initij ſalutis quod quidem ab ipſius gratia ſemper arceſſendum profeſſi ſunt: deinde vera ratione influentiæ vt vocant independentis, qualis primam cauſſam in ordine rerum ſupernaturalium decet. — Naz orat. 31. — Cyrill. l. 2. in Ioan.

IV.

Ea tamen vniuerſa non prohibent quin Græci Latinique Patres aliquid noſtrum eſſe, Orthodoxo quoque ſenſu dictitent. A Latinis vt qui hæreticorum inuidiam magis declinare videantur, audiendum. B. Hieronymus in Eſaiam *Dei vocare eſt & noſtrum credere: nec ſtatim ſi nos non credimus, impoſſibilis eſt Deus, ſed potentiam ſuam noſtro arbitrio dereliquit vt iuſtè voluntas præmium conſequatur.* B. Auguſtinus non minus definitè, ad Simplicianum *Deus vt velimus & ſuum voluit eſſe & Noſtrum, ſuum vocando, noſtrum ſequendo.* B. Auguſtinus iterum, etiam in retractationibus. *Credere & operari vtrumque noſtrum eſt* propter arbitrium voluntatis: & vtrumque *tamen datum propter per ſpiritum fidei & charitatis* B. Gregorius Magnus. *Bonum quod agimus & Dei eſt & Noſtrum: Dei per præuenientem gratiam, noſtrum per conſequentem liberam voluntatem.* — Noſtrum tamen aliquid eſſe Latini Græciq. Patres aſſerere non deſinunt. — Hier lib 13 in Eſ. — Aug. lib. 1 ad Simplic. qu. 2. — S. Greg. l. 16 in Iob c. 20.

Vnde igitur idem dicendi ius Græcis ſcriptoribus abrogatum eſt? ὁ θεὸς ἀφῆκε τι καὶ ἡμῖν μικρόν. reliquit & nobis aliquid exiguum, inquit B. Chryſoſtomus. In Matthæum βούλεται ὁ θεὸς μὴ πᾶν αὐτοῦ μόνον εἶναι, ... φέρεσθαι ἀλλὰ καὶ πᾶν αὐτῶν γίνεσθαι τὰ κατορθώματα. vult Deus nos à ſe tantùm aliquid conferri, ſed etiam Apoſtolorum eſſe rectè facta, &c. Plura ibidem. Imo dixit aliquando Chryſoſtomus *totum ferè Dei eſſe* τὸ πλέον θεοῦ ἐστι σχεδὸν δὲ καὶ τὸ πᾶν. Maxima pars, Dei eſt, atque adeo ferè totum] Et in Acta μὴ εἴπῃ τὸ πᾶν εἶναι τοῦ ne dicas totum eſſe Dei.] In epiſt ad Hebræos εἰκῆ τρέχομεν ἐὰν ἡμέτερον εἶναι τὸ πᾶν νομίζωμεν, ἐὰν μὴ τὸ πλέον ἀπονέμωμεν τῷ θεῷ. οὔτε γὰρ αὐτοῦ εἶναι τὸ πᾶν ἠθέλησεν ἵνα μὴ δόξῃ εἰκῇ στεφανοῦν ἡμᾶς. Id eſt. Fruſtra currimus ſi totum noſtrum eſſe putamus ſi non plus Deo tribuimus. Non enim ſuum eſſe totum voluit Deus, ne videretur nos temerè coronare, &c] Alibi denique τὸ πᾶν ἐν τῇ ... ἐστι κεῖται totum in libera noſtra voluntate ſitum eſt.] Quid igitur iſta ſibi volunt adeo diuerſa, adeo pugnantia? Totum Dei eſt, Totum Dei non eſt, ſed pars: Totum noſtrum eſt: Totum noſtrum non eſt, ſed τὸ ἔλαττον μέρος ſed minor pars? Hæc omnia & cum veritate & ſecum ipſa facile conſentiunt Tota ſiquidem actio à Dei gratia eſt, quatenus eſt Actio ſupernaturalis: Tota eſt ab humanâ voluntate quatenus actio vitalis & libera eſt. Tota à Deo quanquam ſit, non tamen totaliter eſt (ſic rectè diſtinguunt Scholæ Theologi) ita vt cauſſam ſecundam excludat, ſicut nec à ſecunda eſt totaliter, ita — Chryſ. in Pſ. 115. — in Matth. ho. 33. — Chryſ in Pſ 113. & ho 18 ad Ro. — In Act. ho. 20. — Ho. 12. ad Hebr. — Chr. ho. 18. ad pop. — Ad Heb. ho. 12.

vt excludat primam. Maior pars, non ipſius effectûs qui propriè indiuiſibilis eſt, ſed cauſſalitatis & dependentiæ, Dei eſt, hoc eſt ad Deum referenda & vt ad cauſſam primam & ſolam ſupernaturalem, & vt ad cauſſam vnde principium motûs & initium ſalutis eſt: Minor pars eiuſdem cauſſalitatis, ad voluntatem humanam vt ſubordinatam & non mouentem niſi prius illa moueatur. Hæc omnia quamuis ſolidiſſima, Caluino non placent, nec talia profectò eſſent ſi placerent: Scholæ tamen commenta non ſunt, vt ipſe ludificatur, ſed Patrum effata.

Hier. ep. ad Cteſiphontem. Aug. l. 4. c. 7. Aug. de verb. Ap. ſer. 15.

Ita B. Hieronymus etiam in Pelagium diſputans, *Velle & currere Meum eſt, ſed ipſum meum ſine Dei ſemper auxilio non erit meum.* B. Auguſtinus in Iulianum *Calumniaris me dicere nihil ſtudij expectari ab humanâ voluntate debere, &c.* Idem in verba Apoſtoli, *ſine voluntate tuâ non erit in te iuſtitia Dei. Voluntas quidem non eſt niſi tua, iuſtitia non eſt niſi Dei. Eſſe poteſt iuſtitia Dei ſine voluntate tuâ, ſed in te eſſe non poteſt niſi per voluntatem tuam.*

Fulgent. de Incar. & grat. c. 17.

Fulgentius ingenioſè admodum & eleganter. *Si quis dicit, Meum eſt velle credere, Dei autem Gratiæ eſt adiuuare: mutet igitur dictorum ordinem, imò non mutet, ſed ſeruet, nec quod poſterius eſt, in priori loco, nec quod eſt prius, in loco poſteriori conſtituat. Male enim gratiam Dei ſuæ voluntati poſtponit, cum iſta bona eſſe non poſſit, ſi illa defuerit. Non enim dicat, meum eſt velle credere, Dei autem gratiæ eſt adiuuare. Sed dicat gratiæ Dei eſt adiuuare vt ſit meum velle credere. Tunc enim verè rectéque ait eius hoc velle, cum eum gratia præueniens cœperit adiuuare.*

Chryſ ho. 44. ad pop. de natal. Maccabæor.

Supereſt vt B. Chryſoſtomus eodem ſeipſum modo interpretetur. Ille Deum ſic loquentem inducit. οὐ τοιοῦτος ἀγωνοθέτης ἐγώ, ὡς τῇ τῶν ἀγωνιζομένων δυνάμει τὸ πᾶν ἐπιτρέπειν. ἀλλὰ παρίσταμαι καὶ βοηθῶ, καὶ χεῖρα ὀρέγω τοῖς ἐμοῖς ἀθληταῖς, καὶ τῶν κατορθουμένων τὸ πλέον αὐτοῖς ἐκ τῆς ἐμῆς γίνεται παρουσίας. Id eſt. Non talis Agonotheta ego ſum vt totum certantium virtuti committam: ſed ipſe adſto, auxilium fero, & manum præbeo athletis meis, & quod potius eſt eorum quæ rectè geruntà meo auxilio proficiſcitur.] Idem homiliâ quadam de verbis Ieremiæ conſiderans illud. *Non eſt in homine via eius*, concludit: ὥστε πάντοθεν δῆλον ἡμῖν ὅτι καὶ ἐφ' ἡμῖν καὶ ἐπὶ τῷ θεῷ τὰ ἡμέτερα κεῖται κατορθώματα, Ergo vndique nobis manifeſtum eſt & in noſtra & in Dei poteſtate actiones bonas noſtras eſſe. Non eſt volentis &c.] Eadem iterat hom. XII. in Epiſt. ad Hebræos vbi & Gregorij Nazianzeni taciro nomine, eadem pene verba ſubtexit. Reddit vterque cauſſam cur dicatur totum potiùs Dei eſſe Gregorius Theologus his verbis ἐπειδὴ εἰσί τινες οἱ τοσοῦτον μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν, ὥστε τὸ πᾶν ἑαυτοῖς διδόναι καὶ μηδὲν τῷ ποιήσαντι, καὶ σοφίσαντι, καὶ χορηγῷ τῶν καλῶν. διδάσκει τούτους ὁ λόγος, ὅτι καὶ τὸ βούλεσθαι καλῶς δεῖται τῆς παρὰ θεοῦ βοηθείας. μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ προαιρεῖσθαι τὰ δέοντα, θεῖόν τι καὶ ἐκ θεοῦ δῶρον φιλανθρωπίας. δεῖ γὰρ καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναι, καὶ τὸ ἐκ θεοῦ σώζεσθαι. διὰ τοῦτό φησιν οὐ τοῦ θέλοντος, τουτέστιν οὐ μόνον τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ. εἶτα ἐπειδὴ καὶ τὸ βούλεσθαι παρὰ θεοῦ, τὸ πᾶν εἰκότως ἀνέθηκε τῷ θεῷ. Id eſt. Ex

Chryſ. ho. 1 de verb. Ierem.

Naz. orat.

optima verſione Iacobi Billij Quoniam nonnulli ſunt qui ob rectè facta ita animis efferuntur, vt id totum ſibiipſis aſcribant nec quicquam Creatori, & ſapientiæ eorum auctori, ac bonorum omnium ſuppeditatori acceptum ferant, his verbis eos docet Paulus, quod ipſum etiam rectè velle, diuino auxilio indigeat, immò, vt rectius loquar, voluntas quoque ipſa & electio eorum, quæ recta & cum officio coniuncta ſunt, diuinum quoddam beneficium eſt, atque à Dei benignitate manans. Oportet enim vnum eſſe in nobis; alterum ex Deo ſeruaui Idcirco ait non eſt volentis, id eſt non ſolùm volentis, nec currentis ſolùm, ſed etiam miſerentis Dei. Ita quoniam velle quoque ipſum à Deo eſt, optimo iure TOTVM DEO aſſignauit.] At verò Chryſoſtomus rem exemplo ſic illuſtrat eum locum Pauli tractans ὁρῶμεν οἰκίαν οἰκοδομουμένην καλῶς καὶ λέγομεν· τὸ πᾶν τοῦ τεχνίτου ἐστί· καίτοιγε οὐ τὸ πᾶν αὐτοῦ ἐστι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐργατῶν καὶ τοῦ τὴν ὕλην παρέχοντος δεσπότου, καὶ πολλῶν ἑτέρων· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ τὸ πλέον ἐκεῖνος εἰσήνεγκεν, ἐκείνου τὸ πᾶν εἶναι λέγομεν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Id eſt. Videmus ædes pulchrè ædificatas, & dicimus totũ eſſe artificis. Quanquam non totum ſit eius, ſed & operariorum & Domini materiam præbentis & aliorum noſtrorum Sed tamen quoniam ille quod plus eſt contulit illius totum eſſe dicimus. Ita & hic quoque &c. Ita in Pſal. CXLIX. exponens illud *Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.* τὸ οὕτω νικῆσαι διὰ τῆς τοῦ θεοῦ συμμαχίας, διὰ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ſic viciſſe obtingit ex Dei auxilio, ex ſupernâ gratiæ virtute.] In expoſitione Epiſtolæ ſec. ad Theſſalonicenſes ad ea verba *qui dedit ſpem bonam in Gratiâ.* τὸ πᾶν τοῦ θεοῦ ἐστι στηρίξαι, βεβαιῶσαι, ὥστε μὴ σαλεύεσθαι μηδὲ παρεγκλίνεσθαι. καὶ γὰρ ἡμῶν καὶ αὐτοῦ τοῦτό ἐστιν. Id eſt. TOTVM DEI EST nempe confirmare & corroborare ita vt non labamur, neque inclinemur: *Quin hoc & NOSTRVM EST ET IPSIVS.*

Rom 9.

Chryſ. ho. 11. ad Hebr.

Chryſ. ſec. Theſſ. ho. 4.

CAPVT XIX.

In quo Hæreticorum Gratiæ vtriuſque actualis, ſufficientis et efficacis hoſtium, extrema oppugnatio euertitur et profligatur.

SVMMA CAPITIS.

I.

O*Biectio prima Caluini ex loco Apoſtoli petita 1. Cor. 4.* Quis te diſcernit? *confutatur ex S. Aug. & PP. Græcis.*

II.

Obiectio ſec. ab illo loco ducta Phil. 2. Deus operatur in nobis velle & perficere ex Auguſtino & PP. Græcis.

III.

Obiectio tertia, Gratiæ reſiſti non poteſt, confutatur ex iiſdem.

IV.

Obiectio quarta, conſequi ex his quod ſalus à voluntate hominis pendeat, refellitur ex iiſdem.

V.

Obiectio quinta contra Gratiam communem & promiſcuè expoſitam vt hæretici vocant, diſſoluitur. Pauca adijciuntur de deſertione Dei, de gratiæ inæqualitate ex S. Aug. & PP. Græcis.

I.

Chryſ. l. 1. περὶ κατανύξ.

GENVS aliud Hæreticorum cogitabat B. Ioannes Chryſoſtomus, cum idcirco profiteri ſeſe dicit liberi cum Gratia arbitrij cooperationem, ne Hæreticis occaſio detur errandi, & aduerſus veritatem inſultandi. De contrariâ ſiquidem ſententiâ, quæ arbitrij actionem ſubmouet, ita loquitur οὐ περιττὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπικίνδυνος ὁ λόγος, καὶ πολλοῖς τῶν αἱρετικῶν παρέχων λαβάς. εἰ γὰρ μὴ διὰ τὴν οἰκείαν ἐκεῖνοι προαίρεσιν οὕτως ἐγίνοντο θαυμαστοὶ, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ χριστοῦ χάριν μόνον, τί τὸ κωλύον ἅπαντας τοιούτους γενέσθαι; Id eſt Non ſolum ſuperuacuus, ſed etiam periculoſus ſermo eſt & multis hæreticorum occaſionem præbens Si enim illi non ex propriâ electione admirandi exſtiterunt, ſed ſolùm propter Chriſti Gratiam, quid prohibet omnes tales euadere? Sed nunc Caluinus acer & inexorabilis Chryſoſtomi obtrectator, aliunde aduerſus eum inſurgit: Chryſoſtomi cauſſam tuentur Sorbonici Sophiſtæ vt illis hæreſiarcha obijcit. Tridentini Patres, quos ille ſuauiter ludens NEPTVNIOS appellat, eidem patrocinantur. In illum, in iſtos ita deſertor inuehitur.

Libro ſec. Inſtit. ſex primis capitibus contra Chryſoſtomum & Sophiſtas Sorbonicos.

Obiectio prima Caluini. *Quomodo Chryſoſtomo in mentem non venit*

electionem Domini eſſe quæ inter homines, ſic DISCERNAT *Cor. 4. 7. tergiuerſatur, dicens quod Deus volentem trahat & manum porrigentem ne* DISCRIMEN *in Dei iudicio, ſed ſolo hominum arbitrio ſitum videatur. Semper implicabimur, niſi ſuccurrat illud Pauli* QVIS TE DISCERNIT? *quæ ſignificat non propriâ virtute, ſed ſolâ Dei gratiâ alios alijs præcellere Paulus totum Deo vendicat: iſti nihil ei præter adminiculum acceptum ferunt. Sed in quo hominem Deo ſocium adiungunt? quia gratiam Dei, quam repudiare poſſet, libere recipit. In eo hallucinantur quod motum nobis offerri ſomniant, qui mediam electionem nobis relinquat.* Caluin. 2. inſtit. c. 5. & l. 3. c. 24. & in Antidoto Concil. Trid. varijs locis Ch ho de Conuerſ. Pauli.

En cauſſa igitur, en crimen cur nouator antiquum Eccleſiæ Doctorem, cur cœleſtia ſapientem, quem meritò τῷ [illegible] titulo Damaſcenus ornauit, ſibi tantum dementiſſimè ſapiens: vno verbo cur Chryſoſtomum Caluinus accuſet! Chryſoſtomus dixit, nec voluntatem ſine gratiâ nec gratiam ſine voluntate ſalutem operari: Chryſoſtomus dixit, à Chriſto volentes trahi: Chryſoſtomus ergo errauit, peccauit in Apoſtoli dictum. *Quis enim te diſcernit? quid enim habes quod non accepiſti* &c. At nos quid pro Chryſoſtomo, imo, nec enim obmutuit, aut aduerſus hæreticos vnquam obmuteſcet, quid Chryſoſtomus pro ſe reſpondeat, audiamus. Damaſc. 3. de fide c. 15. μύστης καὶ μέγας χρυσός. 1. Cor. 4. 7.

Nemo vnquam de illo loco Apoſtoli qui à Caluino tanto cum fragore incutitur, tam ineptè vero objicitur, magis benè meritus eſt quam Chryſoſtomus. Ille exponens ea verba, *Quis enim te diſcernit, [illegible] dijudicat?* κρίσις γέγονε, ἐξέτασις προεχώρησε, δοκιμασία, βάσανος ἀκριβής; θῶμεν δὲ ὅτι καὶ ἄξιος εἶ καὶ ἔχεις ὄντως τὸ χάρισμα. οὐδὲ γὰρ οὕτως ἔχειν σε μέγα φρονεῖν. οὐδὲν γὰρ οἴκοθεν ἔχεις, ἀλλὰ παρὰ τοῦ θεοῦ λαβών. ἐκ τοῦ λαβὼν ἔχεις, οὐχὶ τόδε καὶ τόδε, ἀλλὰ πάντα ὅσα ἔχεις. οὐ γὰρ σὰ κατορθώματα ταῦτα ἀλλὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος. κἂν τὴν πίστιν εἴπῃς, ἀπὸ τῆς κλήσεως γέγονε. κἂν τὴν ἄφεσιν εἴπῃς τῶν ἁμαρτημάτων, κἂν τὰ χαρίσματα, κἂν τὸν διδασκαλικὸν λόγον πάντα ἐκεῖθεν ἔλαβες. τί τοίνυν ἔχεις, εἰπέ, ὅπερ οὐχὶ λαβὼν ἔχεις· ἀλλ' αὐτὸς ἀπὸ σαυτοῦ κατορθώσας. οὐ σὸν ἐστὶ τὸ δοθὲν ἀλλὰ τοῦ δεδωκότος. εἰ γὰρ ἔλαβες ἀλλὰ παρ' ἐκείνου ἔλαβες. Id eſt. Iudiciumne factum eſt? examinatio proceſſit? probatio & diſcuſſio exacta? Ponamus te dignum eſſe & gratiam verè habere: Certè neque ita oportebat ſuperbire. Nihil ex te proprium habes, ſed acceptum à Deo? Acceptum ergo habes non hoc aut illud, ſed omnia quæ habes. Non enim TVA hæc ſunt recte facta, ſed GRATIÆ DEI. Etiamſi fidem dicas, illa ex vocatione facta eſt: Etiamſi remiſſionem peccatorum, etiamſi dono gratiæ, & ſermonem adducendum, inde omnia habes, dic, quod non acceptum habeas? Sed à te ipſo fortaſſe bene egiſti: Non eſt TVVM quod datum eſt, ſed eius qui dedit. Quum enim acceperis, ſed & ab eo accepiſti &c.] Quid amabo expreſſius, quid magnificentius, pro Dei Gratiâ hominem diſcernente, id eſt, alium alio vt iuſtum iniuſto præſtantiorem faciente dici potuit? Verum & quam multis aliis locis idem præſtiterit B. Chryſoſtomus iam antea oſtendimus, nec non deinceps oſtenſuri ſumus.

Liceat ergo, liceat B. Auguſtino hunc Apoſtoli locum non Chryſo-

ſtomo, ſed primo qui dicebant ſe non ex miſericordiâ Dei, ſed viribus aut meritis ſuis maſsâ perditionis ſecretos, ab aliis diſcretos, & ad gratiam vocatos: contra quos eo loco diſputat B. Auguſtinus libro ſec. ad Bonifacium: *Quis te diſcernit, ait Apoſtolus, homini tanquam de ſemetipſo & de ſuo proprio bono glorianti. Quis enim te diſcernit? vtique ab iræ vaſis à maſſâ perditionis quæ per vnum omnes miſit in damnationem? Quis te diſcernit? & tanquam reſpondiſſet, diſcernit me fides mea, propoſitum meum, meritum meum. Quid enim habes, inquit, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? hoc eſt quaſi de tuo ſit, vnde diſcerneteris? Ergo ille diſcernit qui vnde diſcerneris impertit, pœnam debitam remouendo: indebitam gratiam largiendo.* O quam benè eſt Chryſoſtomo cum Auguſtino, quod hic dicit, ille iamiam dicebat. Conferet vtrumque cordatus Lector.

2. Ad Bonif c. 7. idem habet epi. 46. ad Valentinum & de corrept. & gr. c. 7. & lib. de præ-deſt. Ss.

Dicet verò Caluinianus: Gregorius, & S. etiam Auguſtinus hoc loco vtitur contra eos qui gratiam aliquam communem faciunt bonis & malis, qualis eſt gratia ſufficiens ab Chryſoſtomo & à Theologis Scholaſticis aſſerta, ait enim hunc locum tractans lib. de prædeſtinatione ſanctorum, *Nihil autem huic ſenſui tam contrarium eſt, quam de ſuis meritis ſic quemquam gloriari tanquam ipſe ſibi ea fecerit non gratia* Dei: *ſed Gratia* Dei *quæ bonos diſcernit à malis, non gratia quæ communis eſt bonis & malis.*

S. Aug. de præd. SS. c. 5.

Reſpondemus B. Auguſtinum primo ibi agere de gratiâ quam prædeſtinati & iam iuſtificati à Deo adepti ſunt, & illa dubio procul cum efficax ſit, actu enim illos iuſtificauit, certè non eſt mirum quod eam dixerit non eſſe communem bonis & malis. Reſpondemus iterum B. Auguſtinum per eam quæ communis eſt bonis & malis, & quæ eos non diſcernit, non intelligere Gratiam ſupernaturalem, qualis eſt ſufficiens, ſed intelligere gratiam Pelagianicam, & naturalem vnde continenter addit. *Sit ergo naturæ gratia attributa quâ ſumus animantia rationabilia diſcernimurque à pecoribus. Sit etiam gratia naturæ attributa quâ in ipſis hominibus à deformibus pulchri, vel ingenioſi diſtinguuntur à tardis, ac ſi quid eiuſmodi eſt, ſed non ſe ille quem coercebat Apoſtolus, aduerſus pecus inflabat, nec aduerſus hominem alterum de aliquo naturali munere, quod ineſſe poſſet & peſſimo, ſed aliquod bonum quod pertineret ad vitam bonam ſibi non* Deo *tribuens inflabatur, quando audire meruit: quis te diſcernit?* Omnino verò Chryſoſtomus ita ſentit οὐχ οἷόν τε ἢ χρηστὸν ἡμᾶς κατορθῶσαι μὴ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύσαντας. Impoſſibile eſt nos quidquam boni agere cæleſti gratiâ deſtitutos; vbi loquitur de bono πρὸς τὸ τέλος ad finem vltimum ſpectanti. Nil aliud à Pelagio, vt Catholice loquatur, exigit B. Auguſtinus lib. de nat. & grat. cap. xxvi.

Chryſ. ho. 25. in Gen. ita Nyſſen. to. 1. 854. Damaſc. p 164.

III.

Obiectio altera Caluini. *Apoſtolus totam ſummam* Deo *tranſcribit* Deus *in nobis operatur velle & perficere: prior pars operis boni eſt voluntas: altera, validus in exſequendo conatus vtriuſque auctor eſt* Deus. *Ergo* Domino *ſurripimus ſi quid nobis arrogamus aut in voluntate aut in effectu. Si diceretur* Deus *opem ferre infirmæ voluntati, nobis nonnihil relinqueretur: ſed quum dicitur efficere voluntatem*

Caluinus 2. inſtit. c. 3.

Phil. 2. 13.

luntatem iam extra nos quicquid in eâ bonum eſt locatur.

Reſpondemus cum B. Chryſoſtomo *Totum à Deo eſſe* vt à cauſſâ primâ ſupernaturali, *totum idem à voluntate eſſe*, vt à cauſſâ vitali & liberâ, vt expoſuimus ex eiuſdem Doctoris verbis ſub finem capitis præcedentis. Immò & cum B. Auguſtino dicimus Deum voluiſſe idem *eſſe* SVVM *vocando*, NOSTRVM *ſequendo* lib. 1. ad Simplic. qu ſec NOSTRVM *per arbitrium voluntatis*, DATVM *per ſpiritum Charitatis* 1. retract. c. XXIII. & rurſus illud *noſtrum* Dei eſt quia & nos Dei ſumus; & quia à Dei motu primò exortum eſt, quia ipſe vt velimus, operatur in nobis, ſine nobis, per gratiam operantem, & nobiſcum per cooperantem. Idem Auguſtinus ſtatim. Quod autem hic obijcitur, *Deus operatur in nobis velle & perficere* quam bene B. Auguſtinus exponit. *Vt velimus ſine nobis operatur incipiens* (per gratiam operantem quæ eſt in nobis ſine nobis libere agentibus) *cum autem volumus & ſic volumus vt faciamus nobiſcum cooperatur perficiens: tamen ſine illo vel operante vt velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. De operante illo vt velimus, dictum eſt: Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle, de cooperante illo cum iam volumus dictum eſt, ſcimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Arrogandi verbum, quo Caluinus vtitur, odioſum eſt: ſed aſſignandi vel tribuendi abſque arrogantia libero arbitrio, quod tamen ſuum abſque Deo non eſt, iuſtiſſimum eſt: ita vt prima vocationis origo & ratio & independentia concurſus ſemper Deo reſeruetur. Teſtor Auguſtinum rurſus: *Vocatio ante meritum voluntatem operatur. Propterea etſi quiſquam* SIBI TRIBVIT *quod venit vocatus non ſibi poteſt tribuere quod vocatus eſt*: Nihil aliud vult B. Chryſoſtomus ſuperioribus locis, vbi Dei gratiæ comitem adiungit, cum humilitate tamen & obedientia, prudentiam aut voluntatem, tum etiam aliis locis, vt homilia in illud *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Item cum τῇ ὁρμῇ vel ῥοπῇ τοῦ θεοῦ diuinæ motioni reſpondentem noſtram ἀφορμὴν, id eſt reflexionem & veluti reactionem commemorat: vbi nos docet volentes trahi, nunquid & Auguſtinus? *qui fecit te ſine te, non te iuſtificat ſine te. Ergo fecit neſcientem,* IVSTIFICAT VOLENTEM. Neutrum ſine altero recte dixit Chryſoſtomus in Matthæum οὐ τῆς ἡμετέρας μόνον ἡ ἀρετὴ ἀλλὰ καὶ τῆς ἄνωθεν χάριτος. Virtus non eſt ſtudij tantum noſtri, ſed gratiæ etiam diuinæ.] Idem περὶ τῆς πρὸς τὸν θεὸν τῆς ἐπιθυμίας ῥοπῆς de deſiderij erga Deum inclinatione Gregorius Nyſſenus. Chryſoſtomus iterum hom. LVIII. in Geneſim κἂν μυριάκις σπουδάζωμεν οὐδὲν οὐδέ ποτε κατορθῶσαι δυνησόμεθα, εἰ μὴ καὶ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύσωμεν. Id eſt. Licet millies nitamur, nihil quidquam rectè agere poterimus niſi ſupernâ gratiâ potiamur.] Quam inſulſa autem & ridicula Caluini exaggeratio. *Socium*, inquit, *Deo adiungunt*! Itane vero: Abſit vt *ſocium*, & quod latine bene dici poteſt, *æqualem*, *parem*: ſed cum diſparitate & ſubiectione, adiutorem dicere: non debuit igitur Apoſtolus, θεοῦ συνεργοὶ *Dei adiutores ſumus*? 1. Cor. 3. modeſtè id tamen, monet Chryſoſtomus, quia poſtea ſubdit, *ſecundum gratiam quæ data eſt mihi*. Bene igitur S. Bernardus *Non ego, ſed gratia Dei mecum, potuit dicere per me, ſed quia minus erat, maluit dicere*

Vide locos Chryſoſt. ſup. cap. 18.

Phil. 2. 13.

S. Aug. de grat. & lib. arb. c. 17.

Arauſic 2. c. 9.

Lib. 83. quæſtion. qu. 68.

To. 5. ho. 15. & lib. 3 de Sacerdot.

Ho. 26. in Gen.

Ser. 15. de verb. Apoſt.

Chryſ. in Matth. ho. 20.

Nyſſen. ho. 10. in Cantic.

In Antidoto.

Chryſ. ho. 8 in 1. Cor.

Bernard. de grat. & lib. arb.

ſtomo, ſed primo qui dicebant ſe non ex miſericordiâ Dei, ſed viribus aút meritis ſuis maſsâ perditionis ſecretos, ab aliis diſcretos, & ad gratiam vocatos: contra quos eo loco diſputat B. Auguſtinus libro ſec. ad Bonifacium: *Quis te diſcernit, ut Apoſtolus, homini tanquam de ſemetipſo & de ſuo proprio bono glorianti. Quis enim te diſcernit? vtique ab iræ vaſis à maſſâ perditionis quæ per vnum omnes miſit in damnationem? Quis te diſcernit? & tanquam reſpondiſſet, diſcernit me fides mea, propoſitum meum, meritum meum. Quid enim habes, inquit, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? hoc eſt quaſi de tuo ſit, vnde diſcerneteris? Ergo ille diſcernit qui vnde diſcerneris impertit, pœnam debitam remouendo: indebitam gratiam largiendo.* O quam benè eſt Chryſoſtomo cum Auguſtino, quod hic dicit, ille iamiam dicebat. Conferet vtrumque cordatus Lector.

2. Ad Bonif c. 7. idem habet epi. 46. ad Valentinum & de corrept. & gr. c. 7. & lib. de præd. Ss.

Dicet verò Caluinianus: Gregorius, & S. etiam Auguſtinus hoc loco vtitur contra eos qui gratiam aliquam communem faciunt bonis & malis, qualis eſt gratia ſufficiens ab Chryſoſtomo & à Theologis Scholaſticis aſſerta, ait enim hunc locum tractans lib. de prædeſtinatione ſanctorum, *Nihil autem huic ſenſui tam contrarium eſt, quam de ſuis meritis ſic quemquam gloriari tanquam ipſe ſibi ea fecerit non gratia* Dei: *ſed Gratia Dei quæ bonos diſcernit à malis, non gratia quæ communis eſt bonis & malis.*

S. Aug. de præd. SS. c. 5.

Reſpondemus B. Auguſtinum primo ibi agere de gratiâ quam prædeſtinati & iam iuſtificati à Deo adepti ſunt, & illa dubio procul cum efficax ſit, actu enim illos iuſtificauit, certè non eſt mirum quod eam dixerit non eſſe communem bonis & malis. Reſpondemus iterum B. Auguſtinum per eam quæ communis eſt bonis & malis, & quæ eos non diſcernit, non intelligere Gratiam ſupernaturalem, qualis eſt ſufficiens, ſed intelligere gratiam Pelagianicam, & naturalem vnde continenter addit. *Sit ergo naturæ gratia attributa quâ ſumus animantia rationabilia diſcernimurque à pecoribus. Sit etiam gratia naturæ attributa quâ in ipſis hominibus à deformibus pulchri, vel ingenioſi diſtinguuntur à tardis, ac ſi quid eiuſmodi eſt, ſed non ſe ille quem coercebat Apoſtolus, aduerſus pecus inflabat, nec aduerſus hominem alterum de aliquo naturali munere, quod ineſſe poſſet & peſſimo, ſed aliquod bonum quod pertineret ad vitam bonam ſibi non* Deo *tribuens inflabatur, quando audire meruit: quis te diſcernit?* Omnino verò Chryſoſtomus ita ſentit οὐχ οἷόν τε ἐστὶ χρηστὸν ἡμᾶς κατορθῶσαι μὴ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύσαντας. Impoſſibile eſt nos quidquam boni agere cæleſti gratiâ deſtitutos; vbi loquitur de bono πρὸς τὸ τέλος ad finem vltimum ſpectanti. Nil aliud à Pelagio, vt Catholice loquatur, exigit B. Auguſtinus lib. de nat. & grat. cap. xxvi.

Chryſ. ho. 25. in Gen. ita Nyſſen. to. 1. 854 Damaſc. p 164.

III.

Caluinus 2. inſtit. c. 3.

Phil. 2. 13.

Obiectio altera Caluini. *Apoſtolus totam ſummam* Deo *tranſcribit* Deus *in nobis operatur velle & perficere: prior pars operis boni eſt voluntas: altera, validus in exſequendo conatus vtriuſque auctor eſt* Deus. *Ergo* Domino *ſurripimus ſi quid nobis arrogamus aut in voluntate aut in effectu. Si diceretur* Deus *opem ferre infirmæ voluntati, nobis nonnihil relinqueretur: ſed quum dicitur efficere voluntatem*

luntatem iam extra nos quicquid in eâ bonum eſt locatur.

Reſpondemus cum B. Chryſoſtomo *Totum à Deo eſſe* vt à cauſſa pri- Vide locos Chryſoſt. ſup. cap. 18.
mâ ſupernaturali, *totum idem à voluntate eſſe*, vt à cauſſâ vitali & liberâ, vt
expoſuimus ex eiuſdem Doctoris verbis ſub finem capitis præceden-
tis. Immò & cum B. Auguſtino dicimus Deum voluiſſe idem *eſſe* SVVM
vocando, NOSTRVM *ſequendo* lib. 1. ad Simplic. qu. ſec NOSTRVM *per ar-
bitrium voluntatis*, DATVM *per ſpiritum Charitatis* 1. retract. c. XXIII. & rur-
ſus illud *noſtrum* Dei eſt quia & nos Dei ſumus; & quia à Dei motu pri-
mò exortum eſt, quia ipſe vt velimus, operatur in nobis, ſine nobis,
per gratiam operantem, & nobiſcum per cooperantem. Idem Augu-
ſtinus ſtatim. Quod autem hic obijcitur, *Deus operatur in nobis velle &* Phil. 2. 13.
perficere quam bene B. Auguſtinus exponit. *Vt velimus ſine nobis opera-* S. Aug. de grat. & lib. arb. c. 17.
tur incipiens (per gratiam operantem quæ eſt in nobis ſine nobis libere Arauſic 2. c. 9.
agentibus) *cum autem volumus & ſic volumus vt faciamus nobiſcum coopera-
tur perficiens: tamen ſine illo vel operante vt velimus, vel cooperante cum volu-
mus, ad bona pietatis opera nihil valemus. De operante illo vt velimus, dictum eſt:
Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle, de cooperante illo cum iam volumus
dictum eſt, ſcimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Ar-
rogandi verbum, quo Caluinus vtitur, odioſum eſt: ſed aſſignandi vel
tribuendi abſque arrogantia libero arbitrio, quod tamen ſuum abſque
Deo non eſt, iuſtiſſimum eſt: ita vt prima vocationis origo & ratio &
independentia concurſus ſemper Deo reſeruetur. Teſtor Auguſtinum
rurſus: *Vocatio ante meritum voluntatem operatur. Propterea etſi quiſquam* SIBI Lib. 83. quæſtion. qu. 68.
TRIBVIT *quod venit vocatus non ſibi poteſt tribuere quod vocatus eſt*: Nihil
aliud vult B. Chryſoſtomus ſuperioribus locis, vbi Dei gratiæ comi-
tem adiungit, cum humilitate tamen & obedientia, prudentiam aut vo-
luntatem, tum etiam aliis locis, vt homilia in illud *diligentibus Deum om-* To. 5. ho. 15. & lib. 3. de Sacerdot.
nia cooperantur in bonum. Item cum τῇ ὁρμῇ vel ῥοπῇ τοῦ θεοῦ diuinæ mo- Ho. 26. in Gen.
tioni reſpondentem noſtram ἀφορμὴν, id eſt reflexionem & veluti
reactionem commemorat: vbi nos docet volentes trahi, nunquid &
Auguſtinus? *qui fecit te ſine te, non te iuſtificat ſine te. Ergo fecit neſcientem,* Ser. 15. de verb. Apoſt.
IVSTIFICAT VOLENTEM. Neutrum ſine altero recte dixit Chryſoſto- Chryſ. in Matth.
mus in Matthæum οὐ τῆς ἡμετέρας μόνον ἡ ἀρετὴ ἀλλὰ καὶ τῆς ἄνωθεν χά- ho. 20.
ριτος. Virtus non eſt ſtudij tantum noſtri, ſed gratiæ etiam diuinæ.]
Idem περὶ τῆς πρὸς τὸν θεὸν τῆς ἐπιθυμίας ῥοπῆς de deſiderij erga Deum
inclinatione Gregorius Nyſſenus. Chryſoſtomus iterum hom. LVIII. in
Geneſim κἂν μυριάκις σπουδάζωμεν οὐδὲν οὐδέ ποτε κατορθῶσαι δυνησόμε- Nyſſen. ho. 10. in Cantic.
θα, εἰ μὴ καὶ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύσωμεν. Id eſt. Licet millies nitamur,
nihil quidquam rectè agere poterimus niſi ſupernâ gratiâ potiamur.]
Quam inſulſa autem & ridicula Caluini exaggeratio. *Socium*, inquit, In Antidoto.
Deo adiungunt: Itane vero: Abſit vt *ſocium*, & quod latine bene dici po-
teſt, *æqualem*, *parem*: ſed cum diſparitate & ſubiectione, adiutorem di-
cere: non debuit igitur Apoſtolus, θεοῦ συνεργοὶ *Dei adiutores ſumus*?
1. Cor. 3. modeſtè id tamen, monet Chryſoſtomus, quia poſtea ſub- Chryſ. ho. 8 in 1. Cor.
dit, *ſecundum gratiam quæ data eſt mihi*. Bene igitur S. Bernardus *Non ego,* Bernard. de grat. & lib. arb.
ſed gratia Dei mecum, potuit dicere per me, ſed quia minus erat, maluit dicere

ſtomo, ſed primo qui dicebant ſe non ex miſericordiâ Dei, ſed viribus aút meritis ſuis maſsâ perditionis ſecretos, ab aliis diſcretos, & ad gratiam vocatos: contra quos eo loco diſputat B. Auguſtinus libro ſec. ad Bonifacium: *Quis te diſcernit, ut Apoſtolus, homini tanquam de ſemetipſo & de ſuo proprio bono glorianti. Quis enim te diſcernit? utique ab iræ vaſis à maſſâ perditionis quæ per vnum omnes miſit in damnationem? Quis te diſcernit? & tanquam reſpondiſſet, diſcernit me fides mea, propoſitum meum, meritum meum. Quid enim habes, inquit, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? hoc eſt quaſi de tuo ſit, vnde diſcerneris? Ergo ille diſcernit qui vnde diſcerneris impertit, pœnam debitam remouendo: indebitam gratiam largiendo.* O quam benè eſt Chryſoſtomo cum Auguſtino, quod hic dicit, ille iamiam dicebat. Conferet vtrumque cordatus Lector.

2. Ad Bonif. c. 7. idem habet epi. 46. ad Valentinum & de corrept. & gr. c. 7. & lib. de præd. SS.

Dicet verò Caluinianus: Gregorius, & S. etiam Auguſtinus hoc loco vtitur contra eos qui gratiam aliquam communem faciunt bonis & malis, qualis eſt gratia ſufficiens ab Chryſoſtomo & à Theologis Scholaſticis aſſerta, ait enim hunc locum tractans lib. de prædeſtinatione ſanctorum, *Nihil autem huic ſenſui tam contrarium eſt, quam de ſuis meritis ſic quemquam gloriari tanquam ipſe ſibi ea fecerit non gratia* Dei: *ſed Gratia Dei quæ bonos diſcernit à malis, non gratia quæ communis eſt bonis & malis.*

S. Aug. de præd. SS. c. 5.

Reſpondemus B. Auguſtinum primo ibi agere de gratiâ quam prædeſtinati & iam iuſtificati à Deo adepti ſunt, & illa dubio procul cum efficax ſit, actu enim illos iuſtificauit, certè non eſt mirum quod eam dixerit non eſſe communem bonis & malis. Reſpondemus iterum B. Auguſtinum per eam quæ communis eſt bonis & malis, & quæ eos non diſcernit, non intelligere Gratiam ſupernaturalem, qualis eſt ſufficiens, ſed intelligere gratiam Pelagianicam, & naturalem vnde continenter addit. *Sit ergo natura gratia attributa quâ ſumus animantia rationabilia diſcernimurque à pecoribus. Sit etiam gratia naturæ attributa quâ in ipſis hominibus à deformibus pulchri, vel ingenioſi diſtinguuntur à tardis, ac ſi quid eiuſmodi eſt, ſed non ſe ille quem coercebat Apoſtolus, aduerſus pecus inflabat, nec aduerſus hominem alterum de aliquo naturali munere, quod ineſſe poſſet & peſſimo, ſed aliquod bonum quod pertineret ad vitam bonam ſibi non* Deo *tribuens inflabatur, quando audire meruit: quis te diſcernit?* Omnino verò Chryſoſtomus ita ſentit οὐχ οἷόν τε ἐστὶ χρηστὸν ἡμᾶς κατορθῶσαι μὴ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύοντας. Impoſſibile eſt nos quidquam boni agere cæleſti gratiâ deſtitutos; vbi loquitur de bono πρὸς τὸ τέλος ad finem vltimum ſpectanti. Nil aliud à Pelagio, vt Catholice loquatur, exigit B. Auguſtinus lib. de nat. & grat. cap. XXVI.

Chryſ. ho. 25. in Gen. ita Nyſſen. to. 1. 854. Damaſc. p. 164.

III.

Caluinus 2. inſtit. c. 3.

Phil. 2. 13.

Obiectio altera Caluini. *Apoſtolus totam ſummam* Deo *tranſcribit* Deus *in nobis operatur velle & perficere: prior pars operis boni eſt voluntas: altera, validus in exſequendo conatus vtriuſque auctor eſt* Deus. *Ergo* Domino *ſurripimus ſi quid nobis arrogamus aut in voluntate aut in effectu. Si diceretur Deus opem ferre infirmæ voluntati, nobis nonnihil relinqueretur: ſed quum dicitur efficere voluntatem*

luntatem iam extra nos quicquid in eâ bonum eſt locatur.

Reſpondemus cum B. Chryſoſtomo *Totum à Deo eſſe* vt à cauſſâ primâ ſupernaturali, *totum idem à voluntate eſſe*, vt à cauſſâ vitali & liberâ, vt expoſuimus ex eiuſdem Doctoris verbis ſub finem capitis præcedentis. Immò & cum B. Auguſtino dicimus Deum voluiſſe idem *eſſe* SVVM *vocando*, NOSTRVM *ſequendo* lib. 1. ad Simplic. qu. ſec NOSTRVM *per arbitrium voluntatis*, DATVM *per ſpiritum Charitatis* 1. retract. c. XXIII. & rurſus illud *noſtrum* Dei eſt quia & nos Dei ſumus; & quia à Dei motu primò exortum eſt, quia ipſe vt velimus, operatur in nobis, ſine nobis, per gratiam operantem, & nobiſcum per cooperantem. Idem Auguſtinus ſtatim. Quod autem hic obijcitur, *Deus operatur in nobis velle & perficere* quam bene B. Auguſtinus exponit. *Vt velimus ſine nobis operatur incipiens* (per gratiam operantem quæ eſt in nobis ſine nobis libere agentibus) *cum autem volumus & ſic volumus vt faciamus nobiſcum cooperatur perficiens: tamen ſine illo vel operante vt velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. De operante illo vt velimus, dictum eſt: Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle, de cooperante illo cum iam volumus dictum eſt, ſcimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Arrogandi verbum, quo Caluinus vtitur, odioſum eſt: ſed aſſignandi vel tribuendi abſque arrogantia libero arbitrio, quod tamen ſuum abſque Deo non eſt, iuſtiſſimum eſt: ita vt prima vocationis origo & ratio & independentia concurſus ſemper Deo reſeruetur. Teſtor Auguſtinum rurſus: *Vocatio ante meritum voluntatem operatur. Propterea etſi quiſquam* SIBI TRIBVIT *quod venit vocatus non ſibi poteſt tribuere quod vocatus eſt*: Nihil aliud vult B. Chryſoſtomus ſuperioribus locis, vbi Dei gratiæ comitem adiungit, cum humilitate tamen & obedientia, prudentiam aut voluntatem, tum etiam aliis locis, vt homilia in illud *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Item cum τῇ ὁρμῇ vel ῥοπῇ τοῦ θεοῦ diuinæ motioni reſpondentem noſtram ἀφορμὴν, id eſt reflexionem & veluti reactionem commemorat: vbi nos docet volentes trahi, nunquid & Auguſtinus? *qui fecit te ſine te, non te iuſtificat ſine te. Ergo fecit neſcientem,* IVSTIFICAT VOLENTEM. Neutrum ſine altero recte dixit Chryſoſtomus in Matthæum οὐ τῆς ἡμετέρας μόνον ἡ ἀρετὴ ἀλλὰ καὶ τῆς ἄνωθεν χάριτος. Virtus non eſt ſtudij tantum noſtri, ſed gratiæ etiam diuinæ.] Idem περὶ τῆς πρὸς τὸν θεὸν τῆς ἐπιθυμίας ῥοπῆς de deſiderij erga Deum inclinatione Gregorius Nyſſenus. Chryſoſtomus iterum hom. LVIII. in Geneſim κἂν μυριάκις σπουδάζωμεν οὐδὲν οὐδέ ποτε κατορθῶσαι δυνησόμεθα, εἰ μὴ καὶ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύσωμεν. Id eſt. Licet millies nitamur, nihil quidquam rectè agere poterimus niſi ſupernâ gratiâ potiamur.] Quam inſulſa autem & ridicula Caluini exaggeratio. *Socium*, inquit, *Deo adiungunt!* Itane vero: Abſit vt *ſocium*, & quod latine bene dici poteſt, *æqualem*, *parem*: ſed cum diſparitate & ſubiectione, adiutorem dicere: non debuit igitur Apoſtolus, θεοῦ συνεργοὶ *Dei adiutores ſumus?* 1. Cor. 3. modeſtè id tamen, monet Chryſoſtomus, quia poſtea ſubdit, *ſecundum gratiam quæ data eſt mihi.* Bene igitur S. Bernardus *Non ego, ſed gratia Dei mecum, potuit dicere per me, ſed quia minus erat, maluit dicere*

Vide locos Chryſoſt. ſup. cap. 18.

Phil. 2. 13.

S. Aug. de grat. & lib. arb. c. 17.

Arauſic. 2. c. 9.

Lib 83. quæſtion. qu. 68.

To. 5. ho. 15. & lib. 3 de Sacerdot.

Ho. 26. in Gen.

Ser. 15. de verb. Apoſt.

Chryſ. in Matth. ho. 20.

Nyſſen. ho. 10. in Cantic.

In Antidoto.

Chryſ. ho. 8 in 1. Cor.

Bernard. de grat. & lib. arb.

mecum, præſumens ſe non ſolùm operis eſſe miniſtrum, ſed etiam operantis quodammodo SOCIVM *per conſenſum.* Plura ibidem de gratiâ *primo quidem præueniente deinde comitante.* Dixit etiam B. Auguſtinus bonum à nobis fieri *gratiâ præcedente, comitante non ducente, pediſſequa non primâ voluntate.*

S. Aug. ad Bonif. epi. 106.
Calu. 2. inſtit. c. 3.

Ad extremum vero Caluinus ſeipſum, prodit, *ſi diceretur Deus opem ferre infirmæ voluntati, nonnihil nobis relinquitur.* Atqui ô bone, id dicitur, & ab Apoſtolo dicitur, *Spiritus ipſe adiuuat infirmitatem noſtram* ergo aliquid relinquitur infirmæ noſtræ voluntati, quod tamen Dei primam & ſummam opem non excludit, imo illam prærequirit, hanc exquirit. B. Chryſoſtomus οὐδὲν ἰσχυρότερον τοῦ τῆς θεοῦ συμμαχίας ἀπολαύοντος, οὐδὲν ἀσθενέστερον ἠρημωμένου. Id eſt. Nihil eſt fortius eo qui auxilium Dei habet, nihil imbecillius eo qui deſtituitur. Chryſ. in Geneſ. hom. LII. & LX.

Ad Rom. cap. 8.

III.

Caluin. 2. inſtit. c. 3. & in Antidoto.

Obiectio Tertia Caluini. *Non eſt noſtri iuris primam Gratiam vel reſpuendo irritam facere, vel obedienter ſequendo confirmare. Tridentini Patres, Aſini porci &c. Huic gratiæ partes aſſignant excitandi & adiuuandi: vt ipſi liberè cooperemur. In eo hallucinantur Neptunij Patres quod motum nobis offerri ſomniant, qui mediam electionem nobis relinquat: nihil autem de efficaciâ illâ cogitant, quâ cor hominis renouatur vt ex prauo fiat rectum. Hæc verò efficax Spiritus ſancti operatio ab Ieremiâ cap. tert. deſcribitur cum ita loquitur in perſonâ Dei. Ponam timorem nominis mei in cordibus eorum, ne declinent à mandatis Domini. Item Ezechiel 36. dabo legem meam in corda veſtra, faciamque vt in præceptis meis ambuletis. Denique in eo falluntur quod nullum inter regenerationis gratiam, quæ nunc miſeriæ noſtræ ſubuenit, & primam quæ Adæ data fuerat, diſcrimen obſeruent: quod diligenter Auguſtinus exponit. Per mediatorem Chriſtum inquit, ex malis Deus facit deinceps in æternum bonos. Iſtam gratiam non habuit primus homo, quâ nunquam vellet eſſe malus. Tale quippe erat adiutorium quod dεſereret cum vellet, & in quo permaneret ſi vellet, non quo fieret ſi vellet. Sed potentior eſt gratia in ſecundo Adam, quâ fit etiam vt velimus: tantumque velimus, ac tanto ardore diligamus vt carnis voluntatem contraria concupiſcentem voluntate ſpiritûs vincamus.* Et paulo poſt. *Eſt nobis per hanc Dei gratiam, in bono recipiendo & perſeueranter tenendo, non ſolum poſſe quod volumus, verum etiam velle quod poſſumus.* Ibidem allegat & quod Auguſtinus habet de adiutorio *non ſolum ſine quo non,* ſed & *quo fit* & de quo ait: *ſubuentum eſt infirmitati humanæ voluntatis, vt diuina gratia indeclinabiliter & inſuperabiliter ageretur.*

Lib. 1. ad Bonif. c. 8. & l. de corrept. & gr. c. 11. & 12.

De corrept. & gr. c. 11. & 12. inuictiſſ. nè alibi.

Reſpondemus. Hæc omnia eo adduci vt Gratiam Chriſti omnem talem eſſe probetur, cui nec vnquam effectus deeſſe, nec repugnantia vlla vel contumacia opponi queat. Sed vtrumque fruſtra; ſiquidem antea multos & ſcripturæ, B. Auguſtini aliorumque Patrum locos adduximus, quibus & Gratiam Chriſti in vacuum à pleriſque recipi, & multos Chriſti gratiæ deeſſe, necnon eidem contumaces eſſe, demonſtrauimus: alios ſcripturæ auctoritati innitentes prætermittimus, Epiphanium in Ancorato & Nazianzenum qui hac locutione vtuntur

ἀπαλλοτριοῦν ἑαυτὸν τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος ſeipſum à gratiâ Dei abalienare.
Gregorius Nyſſenus in oratione Catecheticâ, in quæſtione cur non Naz or 30.
omnes qui vocati ſunt, credant inſpirationi diuinæ, & gratiæ omnibus communi, nil aliud reſpondet præter hoc ὁ θεὸς ἀφῆκέ τι καὶ ὑπὸ τὴν
ἡμετέραν ἐξουσίαν εἶναι. τοῦτο δέ ἐστιν ἡ προαίρεσις, ἀδούλωτόν τι χρῆμα καὶ αὐ- Nyſſ.or.Catech.
τεξούσιον ἐν τῇ ἐλευθερίᾳ τῆς διανοίας κείμενον. οὐκοῦν ἐπὶ τοὺς μὴ προσα- c.30.
χθέντας τῇ πίστει δικαιότερον ἂν τὸ τοιοῦτον ἔγκλημα, οὐκ ἐπὶ τὸν κεκληκότα πρὸς
τὴν κατάθεσιν. Id eſt. Deus aliquid etiam dimiſit noſtræ poteſtati; illud
autem eſt libera electio, quæ ſubiici nequit & ſui iuris eſt in libertate
mentis ſita. Itaque in eos qui ad fidem non ſunt adducti, criminatio
hæc multo iuſtior eſt, non in eum qui eos ad conſenſum vocauit. Simi- Aug.l.83.qu.qu.
lia prorſus habet S. Auguſtinus libro octoginta trium quæſtionum, & 68 & l.1. ad Simpl.
ad Simplicianum lib. 1. PROSPER, *opitulatio etiam occulta omnibus adhi-* qu.2. Proſp 2. de voc.
betur & quod à multis refutatur, ipſorum eſt nequitia: quod autem à multis ſuſci- Gent c 26.
pitur & gratiæ diuinæ eſt & voluntatis humanæ.

Quod autem obijcitur cum eiuſmodi libera cooperatione & reſiſtendi potentiâ gratiæ efficaciam non bene cohærere, quia Spiritus ſancti efficax operatio actum includit, hoc quidem verum eſt de gratiæ efficacia non in actu primo, ſed in actu ſecundo ſpectata, & id egregiè probatur ex locis Ieremiæ & Ezechielis ab Auguſtino inductis. nec non ab oppoſitione illa ſeu comparatione gratiæ potentioris Chriſti *indeclinabiliter & inſuperabiliter agentis* per congruitatem & contempera-
tionem infallibiliter connexam cum ipſo conſenſu quatenus ſubeſt S. Aug ad Simplic.
præſcientiæ & directioni diuinæ. Sed veriſſimum etiam eſt B. Auguſt. lib.1.qu 2.
& in illo ad Bonifacium libro, & altero libro de correptione & gratia non ſemper loqui de omni & quacumque gratia Chriſti etiam efficaci, nedum ſufficiente, ſed quibuſdam locis loqui ſolùm de efficaciſſimâ eorum qui iam actu perſeuerauerunt; quales ſunt Martyres de quibus ibi agit, diſſimiles primo homini qui ſine vllâ tentatione doloris, actu tamen non perſeuerauit in paradiſo Eden. Idem vero libro de dono perſeuerantiæ, gratiam amitti poſſe etiam à iuſtis docet, quamdiu viuunt, donec illam vltimam gratiam conſecuti ſint finalis iuſtitiæ, in quâ ſemel vitâ functi nullo amplius à gratia excidendi diſcrimine laborant. Certum vero eſt hanc gratiam efficaciſſimam perſeuerantiæ finalis extra omnem mutationis aleam eſſe, quia in eam ſemel pera-
ctam & completam non cadunt amplius illa Concilij Tridentini verba Trid.ſeſſ.6.cap.5.
tantoperè Caluino ingrata, *illam abijcere poteſt, diſſentire poteſt ſi velit.* & can.4.
Alia vero gratia efficax, quæ quotidie datur, & quæ ad hanc extremam veluti via & diſpoſitio eſt, vnde & ſufficientis inſtar ſe habet ad finalem comparata in actu primo ſpectata cum ſit vnum quid ex prærequiſitis ad ſupernaturaliter & liberè agendum, abſolutè reſpui poteſt, ſiue
abijci per diſſenſum, vt dixit Tridentina Synodus. Vnde S. Chryſoſtomus S.Chryſ.to.5 ho.
maius miraculum fuiſſe dicit in Pauli per gratiam Chriſti conuerſione, 47.
quam in mortui reſurrectione, ἐκεῖ μὲν γὰρ ἡ φύσις εἵπετο, καὶ οὐκ ἀντέ- Vide & to.5.ho.13.
λεγε τῷ ἐπιτάττοντι. ἐνταῦθα δὲ προαίρεσις ἦν τοῦ πεισθῆναι καὶ τοῦ μὴ πεισθῆναι 62.
κυρία. Id eſt. Ibi enim, natura ſequebatur neque præcipienti contra- Ho.34.

dicebat: hic verò, in poteſtate liberi arbitrij ſitum erat vt perſuaderetur
vel non perſuaderetur. Vocat quidem alibi genus hoc vocationis
ϑιότητι καὶ βία, ſed ratione moralis tantum tractionis & maxime con-
Nota. gruæ perſuaſionis: nam alibi à propriè dicta neceſſitate adductionem
illam quam vocat, aſſerit ho XIII. vt antéa oſtendimus. Quod ſi quis
neceſſitatem hypotheticam & conſequentem eidem gratiæ efficaci
innectat, prout in actu ſecundo præſenti vel præuiſo ſpectatur: per
Gen. ho. 61. eumdem Chryſoſtomum licet, quo ſenſu dicit οὐχ οἷόν τε τὰ ὑπὸ τοῦ
Aug. l. 3. de lib. arb. cap 2. & 5. de ciu. c. 10. & tr. 53. in Io. Dam. ſe. l. 4. c. 22. θεοῦ προαγορευθέντα μὴ εἰς ἔργον ἐλθεῖν. Impoſſibile eſt ea quæ à Deo præ-
dicta ſunt (ita & præuiſa) opere non compleri.] Propriè dictam tamen
neceſſitatem non intelligit ipſe, nec S. Auguſtinus de præſcientia diſ-
ſerens.

IV.

Caluin. l. 2. inſtit. c. 3. & 5. Petrus Mart. in locis comm. Obiectio ſectariorum quarta: ex abſurda illa propoſitione, *Homo
ſi velit, Gratiæ conſentire poteſt, quæ maxime Pelagianica eſt ſequi-
tur aliud abſurdum, nempe gratiæ & ſalutis conſecutionem in huma-
næ voluntatis poteſtate ſitam eſſe.

Reſpondemus propoſitionem, *homo ſi velit, gratiæ conſentire poteſt,
vel ſaluem operari, vel conſequi*, non eſſe Pelagianicam, niſi ſecluſâ gra-
tiâ: à gratiâ enim liberum arbitrium valet quicquid valet, ait S. Augu-
ſtinus; eadem vero gratiâ vel expreſsâ vel intellectâ eſſe propoſitio-
nem, ſanam, ſanctam, orthodoxam oſtendo, imo pro nobis oſten-
S. Aug. Enchirid. c. 95. dit B. Auguſtinus, nulli niſi fortè Pelagio ſuſpectus: In Enchiridio de
ciuibus Chorozaïtis, *Deus non iniuſtè noluit ſaluos fieri, cum poſſent ſalui eſſe*
Lib. 1. de Geneſ. cont. Manich. c. 3. SI VELLENT. Idem alio loco. *Ad præcepta Dei ſeruanda ſe conuertere omnes
homines poſſunt, SI VELINT. Item alio, *Poteſt dici homini, in eo quod audie-
Lib. de correpr. & grat. c. 7. *ras & tenueras, perſeuerares* SI VELLES. Demum vero lib. de ſpiritu & lit-
tera hoc primùm ponit, *Hoc quiſque in poteſtate habere dicitur, quod ſi vult,
De ſpirit. & lit. c. 31 *facit*: SI NON VVLT *non facit*: deinde adijcit. Cum ergo fides IN POTES-
TATE SIT, *quoniam cum vult, quiſque credit, & cum credit, volens credit.*
Duæ ergo illæ formulæ non ſunt Pelagianicæ, ſed Auguſtinianæ, *ſalui
eſſe poſſumus ſi volumus, & altera, ſalus in humanæ voluntatis poteſtate
ſita eſt, modo gratia exprimatur vel ſaltem intelligatur, quomodo ſæ-
pe non expreſſit, ſed intellexit Auguſtinus. Vnde libro 1 Retractatio-
1. Retract. c. 22. & lib. contra Adimantum. num, *Quod alio loco dixi, niſi quiſque voluntatem mutauerit, bonum operari
*non poteſt, quod in noſtrâ poteſtate eſſe poſitum Dominus in alio loco docet, vbi ait,
Matth. 12. *aut facite arborem bonam & fructum eius bonum &c. Non eſt contra gratiam Dei
*quam prædicamus; in poteſtate quippe hominis eſt mutare voluntatem in melius: ſed
*ea poteſtas nulla eſt niſi à Deo detur; de quo dictum eſt: dedit eis poteſtatem filios Dei
*fieri. Cum enim hoc ſit in poteſtate quod cum volumus, facimus, nihil tam in pote-
Io. 1. Beza falſo contendit ἐξουσίαν verti oportere dignitatem non poteſt item lib. in Caſtellion. *ſtate quam ipſa voluntas eſt, ſed præparatur voluntas à Domino. Eo modo dat pote-
*ſtatem. Sic intelligendum eſt & quod dixi poſtea: in noſtrâ poteſtate eſſe vt vel in-
*ſeri bonitate Dei vel excidi eius ſeueritate mereamur, quia in poteſtate noſtrâ non
*eſt, niſi quod noſtram ſequitur voluntatem: quæ cum fortis & potens præparatur à
Domino, facile fit opus pietatis, etiam quod difficile atque impoſſibile fuit.

Nemo igitur criminetur Patres Græcos quod B. Auguſtini imo & ſcripturæ more locuti ſint. Sic enim B. BASILIVS exponens illud Eſaiæ cap. 1. *Si volueritis & exaudieritis, me bona terræ comedetis, ſi autem nolueritis ne me exaudieritis me, gladius vos deuorabit.* τὸ αὐτεξούσιον ὑπέδειξεν liberum hinc elucet arbitrium &c. Idem homilia de inuidiâ ἡ δὲ ἀρετὴ ἐφ' ἡμῖν. Virtus in noſtrâ poteſtate &c. Id perquam familiare Chryſoſt. ἀρκεῖ θελῆσαι μόνον, καὶ πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς ἡμῖν κατώρθωται. Id eſt. Velle ſolùm ſufficit, & ſtatim quicquid virtutis eſt, præſtiterimus.] Sæpe etiam illud, βουληθῶμεν μόνον ſolùm velimus. B. CYRILLVS Alexandr. lib. VI. de Adorat. ἐν αἱρέσει κεῖται τὸ κατορθοῦν ἐλευθέρως, ἃ ἂν βούλοιτό τις, καὶ ἔστιν ἅπασι μετ' ἐξουσίας τὸ εἰ μὲν ἐθέλοιεν ἑλέσθαι πνευματικῶς καὶ τῆς ἄνωθεν εὐκλείας ἐν ἴσῳ μεταλαχεῖν. Id eſt In electione poſitum eſt, vt quæ quiſque velit, liberè perficiat & omnibus poteſtas num velint ſpirituali fœlicitate potiri, & ſupernam gloriam ex æquo participare.] Marcus opuſc. de Baptiſmo πρὸ τῆς πράξεως εἰ ἤθελες ὁ θεὸς ἐβοήθει σοι. Ante actionem ſi voluiſſes, Deus tibi auxiliatus eſſet: quod tamen gratiam ſufficientem & diſponentem non excludit. ſicut nec illud Dei apud Ieremiam, *Si conuerteris, conuertam te.* Vnde S. Cyrillus diſertiſſimè πάρεστι δὲ μάλα διὰ Χριστοῦ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀναθεόντας δύνασθαι τῶν ἐπαινουμένων, καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς παρεγγυᾷ, λέγων ὁ ἱερώτατος Παῦλος, τοῦ λοιποῦ, ἐνδυναμοῦσθε ἐν κυρίῳ καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. Id eſt. In promptu eſt Chriſti ope poſſe ad quodcumque rerum laudandarum genus aſcendere: ad quod nos hortatur ſanctiſſimus Paulus dicens, de cætero confortamini in Domino & in potentiâ virtutis eius]

Baſil. in Eſ. c. 1. ita planè & S. Aug. 1. imperf. in Iulian.
Hom. 2.
Chryſ. to. 5. ho. 1. de debitore & ad Heb to 12. & 50. 6 de laudib. Pauli. & ho de Pentec.
S. Cyrill. de ador. lib. 6.
To. 1. Bibl. P.
Ierem. 15.
Cyrill. 4. de ador.
Epheſ 6.

V.

Obiectio quinta hæreticorum, *Gratia Chriſti non eſt promiſcuè expoſita nec omnibus communis: dicit enim Auguſtinus, communis eſt omnibus natura non gratia: vitium acumen appellans, quod merâ vanitate ſplendet, vbi ad omnes generaliter extenditur, quod Deus quibus vult confert.* Idem alij in Synodo Dordracenâ.

Caluin. inſtit li. 2. cap 3. & lib 3. de lib arbitr. Petrus Mart. in loc. com. tit. de prædeſt.

Reſpondemus S. Auguſtinum eò loci agere non de gratiâ communi. ſed de ſpeciali: nec de gratiâ piæ diſpoſitionis, quam ipſe tot locis agnouit, vt antea oſtendimus, ſed de Gratiâ actionis & efficaciæ, *altâ illa, ſecreta, occultiſſimâ, congruâ, contemperatâ, indeclinabiliter, inſuperabiliter & inuictiſſime mouente, trahente*, qualem cum ipſo profeſſi ſumus, & ab aliâ ſufficiente, vel ſecundum nos diſponente probè diſtinctam expoſuimus. Gratia quidem hæc *Actionis* & præſertim *perſeuerantiæ* non eſt omnibus communis, prior vero ad hanc diſponens omnibus, at præſertim fidelibus adultis quod de fide eſt, communis eſt. Eſt enim gratia orandi, petendi, quærendi, quæ nemini à Deo denegatur, perſæpe vero ab homine, acceptatio, admiſſio & vſus ipſi denegatur; Conſulenda ſunt quæ ſuperius ex S. Auguſtino attulimus, vt nobis iſta huc reuoluere neceſſe non ſit: lineolam ex eodem addimus *experiuntur ſunt in ſupplicijs poteſtatem Dei cuius in* DONIS *miſericordiam contempſerunt.* Idem agit de *gratiâ à longè præparante* in Confeſſ. v. De infidelibus loquitur

L. 2. de voc. Gent. c. 2.

qui vocati ad fidem, ſequi noluerunt: qui certè nullum aliud gratiæ, de quâ ibidem loquitur, quam ſufficientis donum accepiſſe dicendi ſunt Proſper, Gratiam ita diuiſit in generalem & in ſpecialem. *Præter* GENERALEM *gratiam occultiùs omnium hominum corda pulſantem, excellentiore opere largiore munere, potentiore virtute vocatio* SPECIALIS *exercitur.* Dicimus ergo ſpeciale illud auxilium non omnibus dari, aliud vero gratiæ auxilium quo ſpeciale impetrari poteſt, omnibus dari: ab illis repelli, ab his ad bonum vſum conuerti. Hoc antea ex Auguſtino quam ampliſſimè.

Adde de corrept. & grat. c. 11. sine adiutorio diuino non vtique culpâ ſu quis cadit. Nyſſen. orat. Catech cap. 30. & 31. Chryſ. hom. 1. ad Cor.

Accedunt alia Græcorum PP. teſtimonia non ſolum quæ ad generalem Redemptoris gratiam pertinent; de quâ iterum Chryſoſtomus ho. IV in ſec. ad Tim. & hom IV. ad Hebr. Sed quædam adhuc ad gratiam præcisè: Gregorius Nyſſenus directò in Caluinum torquet: περὶ τῆς ἐν κοινῷ προσαγγελίσης χάριτος de gratiæ expoſitione diſſerens. S. Chryſoſtomus ἡ προαίρεσις τοῦ προσιόντος ἐργάζεται τὸ πᾶν καὶ ἡ τοῦ θεοῦ χάρις eius qui accedit libera electio & gratia Dei totum efficit. Vnicuique autem liberum accedere quia nemini gratia deeſt, affirmat, ad

Ex Parænesi 1. ad Theodorum.

extremum etiam vſque vitæ ſpiritum comm. epiſt. ad Rom. hom. XVIII. morali. καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας μετὰ τῆς ἀφάτου κακίας, ait in Parænesi ad

Glaphyr. lib. 2.

Theodorum vide. Inæqualitas tamen eſt gratiarum vt oſtendit B. Cyrillus in Exodum. Neque infitiari poſſumus Gratiæ ſpecialis auxilia iis qui abutuntur, adimi: abuſio vero gratiæ duplex: aut gratiæ ſanctificantis contemptu, quem certum eſt ſemper antecedere auxiliorum

Diadochus de perf. ſp. rit. c. 87. S. Cyrill. in Ioan. lib. 9. & in Oſeam cap. 1.

ſpecialium ſubtractionem, vt antea docuimus & iterum docet S. Cyrillus. Alterum abutendi genus committitur etiam in ſtatu peccati, repudiatis auxilii ſufficientis inſpirationibus quas ad gratiam piæ diſpoſitionis attinere ſuperius diximus, ſic *reſiſtentes dexteræ Dei* Pſ. 16 vel ad tempus auxilio deſtituuntur omni (modo præceptum non vrgeat) vt

Theodor. in Pſ. 118. init. & lib. 2. de Sacerdot c. 4. S. Aug. q. 50 in Deut.

exiſtimat Theodoritus in Pſalm. vel in totum auxiliis ſpecialibus in pœnam peccati priuantur, vt agnoſcit B. Chryſoſtomus hom. XLVI. in Matth. initio Et hom. quadam de prodigo οὐ πέφυκε τοῖς ἀγροῖς βιοῦσι

Chryſ. to 6.

παραμένειν ὁ πλοῦτος τῆς χάριτος, ἀπέστη ἀπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ ἀπέστη ἀπ᾽ αὐτοῦ ὁ θεός *diſceſſit à Deo, diſceſſit ab eo Deus non ſolet gratia abundans durare turpiter viuentibus.*

Lege multa hac de re apud Chryſ. ho. 2. in 1. Cor.

Tametſi vero ſpecialia illa maximeque congrua auxilia raro obduratis & occæcatis καὶ τοῖς ἀνιάτοις inſanabilibus immittantur: attamen vbi præceptum conuerſionis vrget vel noui peccati euitandi, gratiæ ſufficientis & diſponentis ſubſidia non deſunt, quibus gratiam ſpe-

Et in Parænesi 1. & 2. ad Theodor.

cialem & efficacem à Deo bonis operibus & precibus rogare & impetrare poſſint. S. Chryſoſtomus ibidem, & ho. 3. in ſec. ad Timotheum τὸ πνεῦμα ἔχομεν, ἐὰν μὴ τὴν χάριν φυγαδεύσωμεν, ſpiritum habemus, (promptum ad cuſtodiam noſtram) niſi gratiam repellamus. De pre-

Chr. to. 1. ho. 54. & Matth. ho. 29.

cibus vero vide quæ antea diximus & lege hom. IV. Chryſoſtomi de Pœnitentia & oratione.

S. Chryſ. in Rom. ho. 18.

Concludimus hanc de vtroque Gratiâ diſceptationem. εἰ χάριτί φησι, διὰ τί μὴ πάντες σωζόμεθα; ὅτι μὴ βούλεσθε. ἡ γὰρ χάρις κἂν χάρις ᾖ, τοὺς ἐθέλοντας σώζει οὐ τοὺς μὴ βουλομένους, ἀποστρεφομένους αὐτὴν διώκοντας καὶ ἐναντιουμένους. Id eſt. At dices, ſi ex gratiâ ſalus eſt, cur non omnes ſalua-

mur? Quia non multis. Gratia ſiquidem licet gratuita ſit, volentes tamen tantummodo ſeruat, non vero eos qui nolunt, qui continuè auerſantur, qui contradicunt. Similia retulimus ex S. Auguſtino lib. octoginta trium quæſtionum & aliis locis, quibus eludendis nihilum quidem valet euaſio Caluini, Chamieri, Iunij & aliorum Caluinizantium B. Auguſtinum agere tantum de vocatione externâ non verò de vocatione internâ gratiæ præuenientis: id enim & falſum, & ludicrum & Pelagianorum cauſſæ oppidò gratum & fauens. Sic enim omnia ſcripturæ teſtimonia quæ pro vocatione internâ & gratiâ intrinſecus afficiente producuntur in medium, veteratoriè declinare & ludificari eos, queritur B. Auguſtinus. Deinde vero B. Auguſtinus libro de ſpiritu & literâ cap. xxxiv. agit de illâ vocatione, *vt agamus & velimus quæ fit à Deo intrinſecus vbi nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mentem, ſed conſentire vel diſſentire propriè voluntatis eſt.* Atqui dilucidum eſt, hanc eſſe vocationem internam, quam & ibidem opponit *vocationi quæ fit extrinſecus per mandata & Euangelicas exhortationes*. Secundò, idem lib. 83. quæſtionum apertè monet ſe agere non ſolùm de *vocatione quæ fit extrinſecus per ſermonem ſonantem, aut per aliqua ſigna viſibilia, ſed etiam de vocatione quæ fit intrinſecùs vbi nullus hominum videt.* Et addit: *Vocatio ergo ante meritum voluntatem operatur, propterea & ſi quiſquam ſibi tribuit quod venit vocatus, non ſibi tribuere poteſt quod vocatus eſt; qui autem vocatus non venit, ſicut non habuit meritum præmij vt vocaretur ſic inchoat meritum ſupplicij cum vocatus venire neglexerit.* Velint nolint, ſic agitur de gratiâ Chriſti internâ, cuius vocationem homo *negligere poſſit*, ac proinde quæ ſit inefficax. Plura ibidem Lectoris oculis & iudicio fidem factura ſunt. Tandem vero libro quæſtionum ad Simplicianum primo, vbi toties de gratiæ aptâ, congruâ, contemperatâ vocatione ſermo eſt, fruſtra deſudat & torquet ingenium ſuum recentior, vt eadem diſtinctiunculâ ludat de gratiâ exteriori, de vtraque enim ſimul agit, & nominatim exprimit *vocationem effectricem bonæ voluntatis*, & vocationem quæ ſufficiens erat Eſaü vt curreret, *qui*, inquit, *ſi voluiſſet & cucurriſſet, Dei adiutorio perueniſſet qui ei etiam velle & currere vocando præſtaret, niſi vocatione contempta reprobus fieret.* Nihilo ſanius reſpondet ille recentior, B. Auguſtinum iſta ſcripſiſſe, dum adhuc ante Epiſcopatum in errore de initio fidei detineretur: falſum id ſiquidem & iniurioſum his locis quos B. Auguſtinus libris retractationum nullâ retractatione vel cenſurâ notauit, acerrimus alioquin in ſeipſum vindex eorum omnium quæ vel minimam erroris labeculam illiuſue ſuſpicionem aſpergerent: deinde permulta ſunt iis in locis quæ errorem illum penitus profligant, initium fidei & ſalutis à Deo eſſe clamant.

Qu. 68 & lib de ſpir. & lit. c. 33 & 34. lib. 1. qu ad Simplic. qu. 2. Caluin. 2.

S Aug l. de nat. & grat. & al. ſæpe de ſpir. & lit. contra Pelag. c. 34.

Qu. 68.

Luc. 14.

Qu. 2.

Accedit verò comparatio illa quam facit eodem loco libri de ſpiritu & literâ vbi de gratiâ intrinſecus vocante agit, inter duos pariter vocatos, quæ omnino inepta eſſet atque puerilis, ſi vna tantum exterior, altera vero interior foret, ad eam tamen ſic reſpondet, *iam ſi ad illam profunditatem ſcrutandam quiſquam nos coarctet: cur illi ita ſuadetur vt perſuadeatur, illi autem non ita: duo ſola occurrunt interim quæ reſpondere mihi*

Poſt Epiſcopatum.

placeat, ô altitudo diuitiarum! & nunquid iniquitas eſt apud Deum. Quia nimirum Dei ſolius eſt Gratiam congruam & infallibiliter conſenſum operaturam cui velit, impertiri; ſufficientem verò denegare non eſt iuſtitiæ ipſius ex hypotheſi quod ad præceptum cui gratia neceſſaria ſit, obſtringat.

Huc reuocari poſſet, illa quæſtio in Scholis tritiſſima de duobus æqualiter affectis, quam B. Auguſtinus libro XII. de ciuitate Dei proponit, *Si aliqui duo æqualiter affecti animo & corpore videant vnius corporis pulchritudinem quâ viſa vnus eorum ad illicitè perfruendum moueatur, alter in voluntate pudicâ ſtabilis perſeueret, quid putamus eſſe cauſſæ, vt in illo fiat, in illo non fiat voluntas mala?* Reſpondet poſtea B. Auguſtinus totam diſcriminis rationem eſſe voluntatem, *Ambo æqualiter animo & corpore affectos diximus ſi eadem tentatione ambo tententur, & vnus ei cedat atque conſentiat alter, idem qui fuerat, perſeueret: quid aliud apparet, niſi vnum voluiſſe, alterum noluiſſe à caſtitate deficere?* Ex illis verbis voluntatis determinationem liberrimam comprobare perfacile eſt, de quâ ſuperius diximus: Gratiæ verò eiuſdem operationem diuerſam conciliare perdifficile. Sorbonæ Theologi ſic dirimunt: Gratia eadem ſecundũ ſubſtantiã & entitatem graduum conſiderata, id diſcriminis ex variis ſubiectis pati poteſt: In ratione vero beneficij & doni congrui, pati idem non poteſt, vt in alio ſit efficax in alio inefficax: quia nimirum congruitas & contemperatio inuoluit ordinem quemdam & modum infallibilis connexionis cum effectu, prout diuinæ præſcientiæ & ordinationi ſiue directioni ſubeſt, ac eam ob cauſſam vtrobique effectum conſenſus vt eliciat, hypotheticâ ſaltem neceſſitate conficitur.

S. Aug lib. 12. de Ciu. cap. 6.

Duuall. Gamach. Yſambert. tr. de grat. qu. de effic. art. vlt.

Verum ad id vnde digreſſi ſumus, reuertamur: animaduertendum eſt inſuper vocationem externam non ſolum actu, ſed etiam potentia plane otioſam & inutilem eſſe abſque intrinſecâ gratiæ vocatione: eamobrem non ſolùm ſuperuacaneam, vanam verum etiam ludibrij cuiuſdam inſtar cæteroqui futuram vniuerſam illam molitionem obiurgationum, adhortationum, minarum, promiſſionum, præceptorum, ſignorum & miraculorum Dei erga peccatores, niſi ipſis gratia detur interior quâ ad fidem & obedientiam iſtis omnibus adhibendam excitari animo & adiuuari poſſint. S. AVGVSTINVS *Spiritus ſanctus operatur intrinſecus, vt valeat aliquid medicina quæ adhibetur extrinſecus. Alioquin etiamſi Deus ipſe vtens creatura ſibi ſubdita in aliqua ſpecie humana ſenſus alloquatur humanos, ſiue iſtos corporis ſiue illos quos iſtis ſimillimos habemus in ſomnis, nec interiore gratia mentem regat atque agat, nihil prodeſt homini omnis prædicatio veritatis.* Idem ſerm. de verbis Domini ſecundum Lucam. *Dominus dixit diſcipulis videte, palpate. Quia interiorem ſenſum fidei quærebat, exterioribus corporis ſenſibus adiacebat. Nos nihil ab iſtis exterioribus ſenſibus in Domino carpſimus, auditu audiuimus, corde credidimus, & ipſum auditum non ab illius ore, ſed ab ore prædicatorum eius, ab ore eorum qui iam cœnabant & nos ructando inuitabant. Tollamus ergo de medio excuſationes vanas & veniamus ad cœnam qua extrinſecus ſaginemur,* &c. Excuſatio autem iuſtiſſima foret impoſſibilitatis abſolutæ & ineluctabilis interioris gratiæ defectu.

Lib. 15. de Ciu. c. 6.

Ser. 33.

At

At errore vitioque tuo contracta eſt, dicit Caluinus: ſed nemo quantumuis reus, ad noui præcepti impoſſibilem executionem iuſtè obſtringi poteſt: puniri quidem poteſt ob ſcelus prætéritum, ſed ad impoſſibile obligari, à *bono & iuſto Deo* non poteſt, vt dixit S. Auguſtinus ſub finem libro de nat. & grat. & aliis locis quos ſupra retulimus. Deinde vero, Dic quo errore & vitio iuſtificatus ad impoſſibile adigitur, cum ſecundum opinionis tuæ duritiem, prius à Deo deſeratur, quam Deum deſeruerit: omnia enim peccata illius dimiſſa ſunt, Deus non recordatur eorum amplius, dixit enim & non mentitur: quid ergo metuit, vt ereptâ à Deo gratiâ, ad impoſſibilem tentationis grauiſſimæ repulſionem iniquiſſimâ lege vrgeatur & obruatur? At precari poteſt, inquiunt alij: hoc volo, hoc poſtulo, habet igitur gratiam ad precandum neceſſariam, proindeque internum Dei auxilium quo vti ad id poteſt; aut certè precari non poteſt, vt antea ex S. Auguſtino aliiſque Patribus copiosè diſputauimus. Et hæc de auxiliis Gratiæ actualis, quæ eſt ea de quâ S Cyrillus Alexandrinus ſcribit, ἡ θεία τις καὶ ἀπόρρητος χάρις, νοητῶς ἐλλάμπουσα, καὶ τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας ἐνδιδοῦσα τὴν ἔφεσιν. Id eſt. *Gratia quædam diuina, arcana, intellectui irradians, & ſalutis per Chriſtum, deſiderium ingenerans.*

Lege Chryſoſt. ho. 35. in Matth. de defect. in negatione.

Cyrill. in Eſai. lib. 2. orat. 2.

CAPVT XX.

De Gratia gratis data definitione et diuiſione, ad Quæſt. cxi. S. Thomæ Artic. iv.

SVMMA CAPITIS.

I.

Gratiæ gratis datæ nomenclatura apud Patres Græcos.

II.

Definitio Gratiæ gratis datæ apud PP. Græcos.

III.

Gratiæ gratis datæ malis etiam aliquando communicatæ. Ex S. Auguſt. & PP. Græc.

IV.

Gemina eâ de re difficultas ex PP. Græcis ſoluitur.

V.

Diuiſio Gratiæ gratis datæ ſeu chariſmatum. Ex locis Apoſtoli.

I.

OMNI quidem gratiæ, qualiſcumque illa ſit, commune eſt vt à Deo cui nemo prior dare poteſt, gratis data ſit: vnde & gratia actualis gratis data ſatis intelligitur ex illis verbis, *ſi autem gratia, non iam ex operibus, alioquin gratia non iam eſt gratia.* Gratia quoque habitualis & gratos faciens, *gratis data eſt, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Nihilomi-

Gratia gratis datæ nomine apud PP.

Ro. 11. 35.

Ro. 11. 5.

Ro. 3.

Tt

Math 9. nus tamen Gratiæ gratis datæ appellatio, Gratiæ velut inter vtráq; mediæ quæ ad vniuerſale Eccleſiæ bonum conceditur, reſtricta eſt eo quod de multis eius ſpeciebus loquens ipſe Chriſtus Apoſtolus dixerit, *Prædicate, infirmos curate, leproſos mundate, mortuos ſuſcitate, dæmones eiicite*, δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε GRATIS *accepiſtis, gratis date*. B. Chryſoſtomus ἵνα μὴ νομισθῇ αὐτῶν εἶναι κατόρθωμα καὶ ἐπαρθῶσιν ἀπὸ τῶν γινομένων σημείων φησί. δωρεὰν ἐλάβετε. οὐδὲν χαρίζεσθε τοῖς δεχομένοις ὑμᾶς. οὐδὲ μισθὸν ταῦτα ἐλάβετε οὐδὲν πονέσαντες. ἐμὴ γὰρ ἡ χάρις. Id eſt. Ne ipſorum exiſtimarentur præclara opera eſſe, neue patratis miraculis ſuperbirent, ait gratis accepiſtis. Nil datis iis qui vos recipiunt: neque hæc loco præmij accepiſtis, quum nihil laboraueritis: MEA EST GRATIA.

Chryſ. ho. 33. in Matth.

Vide lib. 1. cap. Quemadmodum autem Gratia gratis data, abſolutè hîc à Chryſoſtomo & ab aliis Patribus Græcis dicitur χάρις, imo & à B. Petro ποικίλη χάρις ep. 1. c. IV. Sic etiam Chariſmatis nomen, quod peculiariter ad Gratiam datis datam pertinet, Gratiæ tam actuali excitanti & adiuuanti, quam habituali & ſanctificanti attributum eſt. Plura ſuperius exempla iam occurrerunt: Adhuc apud Cyrillum ita contumacibus minatur Chriſtus, τῶν ἐμῶν ἀμέτοχοι χαρισμάτων καταλειφθήσεσθε. Meorum Chariſmatum, id eſt, gratiarum auxiliantium & ſanctificantium, expertes relinquemini. Proprie tamen CHARISMA, gratiæ gratis datæ proprium & ſingulare nomen eſt à diuino Apoſtolo eo ſenſu vſurpatum Rom. 1. χάρισμα πνευματικὸν *donum Gratiæ ſpirituale*. Rom. XII. χαρίσματα κατὰ χάριν *donationes ſecundum gratiam*, id eſt, gratis datæ. Et 1. ad Cor. ſæpe, excepto cap. VII. vbi pro virtute infusâ, vt mihi videtur. Vſurparunt poſtea eodem ſenſu vetuſtiſſimi Patrum. Eadẽ quoque δόματα dona vocant, vt B. Iuſtinus Martyr. dial. cum Tryphone. δῶρα quoque B. Chryſoſtomus hom. XXV. in Matthæum.

S. Cyrill. in Io. lib. 3.

1. Cor. 1. & 12. cap 2 Cor. 1. 1. Tim. 4. 2. Tim. 1. 1. Pet. 4.

II.

Definitiones Gratiæ gratis datæ. Ro. 12. v. 6. 1. Cor. 12.

CHARISMA ſiue gratia gratis data deſcribi primo poteſt verbis ſcripturæ ad Rom. c. XII. χάρισμα δὲ κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν *Chariſma eſt donatio quæ ſecundum gratiã nobis data eſt*, id eſt gratis conceſſa. Item ep. 1. ad Corinth. ἡ φανέρωσις τοῦ πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον δίδοται. Id eſt. *Manifeſtatio ſpiritûs quæ ad vtilitatem* (ſupp. communem Eccleſiæ) *datur*. Tandem ep. 1. Petri. *Chariſma eſt gratia accepta ab vnoquoque in alterutrum adminiſtrando*. Niſi quod Græcè eſt εἰς ἑαυτοὺς quod tamen ibi non ſignificat in ſeipſos, id eſt in propriam ſui cuiuſque perſonam erga ſeipſam, ſed erga ſe inuicem, igitur ad communem vtilitatem. Quæquidem propria veluti differentia eſt gratiæ gratis datæ à Gratiâ iuſtificante ſiue efficiente ſiue formali, hoc eſt à gratiâ ſiue actuali ſiue habituali, quod hæc ad priuatam ſanctitatem ſiue gignendam ſiue augendam & perficiendam: illa vero ad publicam Eccleſiæ communemque fidelium ſpiritualem & ſalutarem profectum ſpectet. Vnde Chriſtus ſupra de Chariſmatis vt actu diſtribuendis primò locutus eſt Matth. x. Petrus ſtatim addidit διακονοῦντες ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος θεοῦ adminiſtrantes illam vt boni diſpenſatores multiformis

gratiæ Dei. Paulus itidem, ἔχοντες χαρίσματα, εἴτε διακονίαν ἐν τῇ διακονίᾳ ſiue miniſterium in miniſtrando, &c. Quod & Clemens ille quiſquis ſit, probè obſeruauit. Clem.lib.conſtitu. l.1.c.11.

Optimè B Gregorius Theologus gratiæ gratis datæ Chariſma his verbis nobis deſcribit, & veluti ob oculos ponit. ἡ ἐργασία σὺν θεῷ καὶ παρὰ θεοῦ κινουμένη ἐπ' ἐνεργεσίᾳ τῶν δεχομένων. Id eſt. Operatio cum Deo & à Deo mota ad vtilitatem eorum qui eam recipiunt. Aduerte quæſo Lector. Genus Chariſmatis ſiue gratiæ gratis datæ eſt, actio, operatio, eſt enim in motu veluti poſita, ita vt à Marco Eremita diceretur χάρις ἔξωθεν μεταβατικῶς ἐλθοῦσα. Id eſt. *Gratia extrinſecus aduenients, & motu tranſeunti* Chryſoſtomus ἐνέργειαν ἔξωθεν εἰσαγομένην operationem extrinſecùs inductam dixerat Scholæ vox ea eſt. Secundo vero differentiæ character eſt in illis verbis, *ad vtilitatem recipientium.* Quomodo idem Chryſoſtomus dicit in Matthæum hom. xxv. διὰ τὴν ἑτέρων οἰκονομίαν ἐνεργεῖν ἐκ τοῦ χαρίσματος ἢ χάριτος Ex gratiâ ſeu Chariſmate operari. Qua ratione vero id intelligendum veniat, ita vt gratia gratis data non idcirco tamen ſit nobilior gratiâ ſanctificante, ſic exponit S. Thomas. *Vnaquæque virtus tanto excellentior eſt quantò ad altius bonum ordinatur. Semper autem finis potior eſt his quæ ſunt ad finem: Gratia vero gratum faciens ordinat hominem immediatè ad coniunctionem vltimi finis; gratiæ autem gratis datæ ordinant hominem ad quædam præparatoria finis vltimi: Deinde ſicut Philoſophus dicit bonum multitudinis, veluti exercitûs eſt duplex, vnum quidem quod eſt in ipsâ multitudine, puta ordo exercitus: aliud autem ſeparatum à multitudine ſicut bonum ducis, & hoc melius eſt. Gratia gratis data ordinatur ad bonum commune Eccleſiæ, quod eſt eius ordo: ſed gratia gratum faciens ordinatur ad bonum commune ſeparatum, quod eſt ipſe Deus. Quod ſi gratia gratis data poſſet hoc agere in altero, quod homo per gratiam gratum facientem conſequitur, eſſet hæc nobilior: ſicut excellentior eſt claritas Solis illuminantis quam corporis illuminati. Sed per gratiam gratis datam homo non poteſt (immediatè) cauſare in alio coniunctionem ad Deum, quam ipſe habet per gratiam gratum facientem, ſed cauſat quaſdam diſpoſitiones ad hoc, Et ideo non oportet quod gratia gratis data ſit excellentior, ſicut calor in igne per quem in alia calorem inducit, non eſt nobilior forma ſubſtantiali ipſius.* Hanc autem ratiocinationem fundatam oſtendit in ſcripturâ: ep. 1. ad Cor. c. xii. vbi Apoſtolus dixit, enumeratis gratiis gratis datis *Æmulamini Chariſmata meliora*, acturus de Charitate quæ pertinet ad gratiam gratum facientem, ſubdit, *Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.* Legatur cap. xiii. eiuſdem Epiſtolæ. Notiſſimum illud eſt B. Auguſtini lib octog. trium quæſtionum, *pernitioſiſſimus error eſt credere in factis Chariſmatum maiora dona eſſe, quam in operibus iuſtitiæ quibus æterna vita comparatur.* Quod probat ex Luc x. vbi Dominus prohibet hinc gaudere diſcipulos, ſed quia nomina eorum ſcripta ſunt in cœlis. Inde vero THEODORITVS notat, ita cum interrogatione legi à quibuſdam hunc locum Apoſtoli æmulamini chariſmata meliora? ζηλοῦτε; αὐτὴ τοῦ ὅλως γὰρ ἐφίεσθε τῶν μειζόνων χαρισμάτων; εἰ οὕτως ἐφίεσθε ἐγὼ ὑμᾶς ποδηγήσω προθύμως. τοῦτο γὰρ ἐπήγαγε. καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι. κρείττων γὰρ τούτων ἡ περὶ τὸν πέλας ἀγάπη. Id eſt. Æmulamini?

Marc opuſc. de bap.iſ.

Ho.17.in Gen.

S. Tho. 1. 2. q. 3. art. 5.

Ariſt. 2. met. text. 52.

S. Aug l. 83. qq. q. 79. pro eo quod eſt, num dona meliora omnino deſideratis? Sin ita eſt ex animo, ego vos ad ea libenter deducam. Hoc enim ſubiunxit. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. Quia his excellentior eſt Charitas.]

III.

Chariſmata improbis etiam aliquando communicata.

Diſcrimen illud gratiæ gratis datæ à gratiâ gratum faciente, aliud etiam ſecũ inducit. Nimirũ quod gratia gratum faciẽs ſolis iuſtis, quos & iuſtos facit: Gratiæ verò gratis datæ iniuſtis etiam & peccatoribus

Vide S. Thom. 22. q 172. a. 4. & q. 178. a. 2.

longè indigniſſimis aliquando præbeantur. B. AVGVSTINVS loco iam allegato, agens de miraculis Magorum Pharaonis, quæ quidem vera exſtitiſſe docet, *Quod autem Chriſtus*, inquit, *dicit Pſeudoprophetas multa*

S. Auguſtin. l. 83. quæſt q. 79.

ſigna & prodigia facturos, ita vt fallant etiam, ſi fieri poteſt, electos: admonet vtique vt intelligamus quædam miracula etiam ſceleratos homines facere, qualia ſancti

H.l.: ... cm. 6. in Matt;: L.1.inc Matth. Vide & S. Gregor. hom. 17. in Ezechiel.

facere non poſſunt, nec tamen ideo potioris loci apud Deum eſſe arbitrandi ſunt, &c. B. HIERONYMVS apud B. Thomam: *Prophetare, vel virtutes facere & dæmonia eijcere interdum non eſt eius meriti qui operatur, ſed vel inuocatio nominis Chriſti hoc agit, vel ob condemnationem eorum qui inuocant, vel vtilitatem eorum, qui vident & audiunt, conceditur. Vt licet homines deſpiciant ſigna facientes, tamen Deum honorent ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Nam*

1. Reg 10. num. 23. Io. 2. Gen. 41. Dan. 2. act. 19.

& Saül & Balaam & Caiphas Prophetauerunt, neſcientes quid dicerent: Et Pharao & Nabuchodonozor ſomniis futura cognoſcunt. Et in Actibus Apoſtolorum filij Sceuæ videbantur eijcere dæmonia. Sed & Iudas Apoſtolus cum animo proditoris multa ſigna inter cæteros Apoſtolos feciſſe narratur. Multi dicent mihi in illa

Matth. 7.

die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo Prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus: & in nomine tuo virtutes multas fecimus? confitebor illis quia nunquam noui vos: diſcedite à me qui operamini iniquitatem.

Ex Patribus Græcis eius rei teſtes locupletiſſimi non-deſunt. Vnus

Chryſoſt. ho. 25. in Matth.

Chryſoſtomus totum penè Hieronymum refert his verbis, quibus natura & proprietates gratiæ gratis datæ graphicè exprimuntur. ὁ Ἰούδας καὶ πονηρὸς ὤν, χάρισμα εἶχε. καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ δὲ τοῦτο εὕροι τις ἄν, εἰς ἀναξίους τὴν χάριν ἐνεργήσασαν πολλάκις, ἵνα ἑτέρους εὐεργετήσῃ. καὶ τί θαυμάζεις εἰ ἀνδράσι πεπιστευκόσι μὲν εἰς αὐτὸν, βίον δὲ οὐκ ἔχουσι τῇ πίστει συμβαίνοντα, χαρίσματα δέδωκεν, ὅπου γε καὶ εἰς τοὺς ἀμφοτέρων τούτων ἐκπεπτωκότας εὑρίσκεται ἐνεργοῦν; καὶ γὰρ ὁ Βαλαὰμ καὶ πίστεως καὶ πολιτείας ἀρίστης ἀλλότριος ἦν. ἀλλ' ὅμως ἐνήργησεν εἰς αὐτὸν ἡ χάρις διὰ τὴν ἑτέρων οἰκονομίαν. καὶ ὁ Φαραὼ τοιοῦτος. ἀλλ' ὅμως κἀκείνῳ τὰ μέλλοντα ἔδειξε. καὶ ὁ Ναβουχοδονόσορ παρανομώτατος; καὶ τούτῳ πάλιν τὰ μετὰ πολλὰς ὕστερον ἐσομένας γενεὰς ἀπεκάλυψε. καὶ τῷ παιδὶ πάλιν τῷ ἐκείνου νικῶντι τὸν πατέρα παρανομίᾳ τὰ μέλλοντα ἔδειξε, θαυμαστὰ καὶ μεγάλα οἰκονομοῦσα πράγματα. Id eſt. Iudas etiam quum eſſet malus, Chariſma habuit. In veteri quoque teſtamento idipſum quis reperiat, Gratiam nempe in ipſis quoque indignis multoties operatam ad bonum aliorum. Et quid miraris Deum Chariſmata quoque largitum ijs qui in eum credebant, vitam vero fidei conſentaneam non

Nu. 23. 24.

agebant, quando tale quid etiam in iis qui vtroque bono priuati erant, operatus inuenitur? Enimuero Balaam à fide & probitate vitæ prorſus

alienus erat: ſed tamen in illo gratia Dei operata eſt, in ædificationem procul dubio aliorum. Talis etiam erat Pharao cui tamen futura monſtrauit. Quin & Nabuchodonoſor improbiſſimus: ſed huic quoque etiam ea quæ poſt multas generationes euentura erant, reuelauit; filio quoque ipſius qui facilè patrem impietate vicerat, futura patefecit, admiranda & ingentia negotia diſpenſando &c. Similia quotidie apud cæteros Patrum Græcorum.

IV.

Difficultas tamen ex quorumdam diſſimilibus teſtimoniis oboritur, aſſerentium ſcilicet aliquando, gratiæ tantùm Chariſmata puris, dignis, probatis communicari: vnde cui tale Chariſma à Deo impertitur, dicitur Gregorio Theologo ὄργανον λογικὸν, ὄργανον καλῷ τεχνίτῃ τῷ πνεύματι ἁρμοζόμενον καὶ κρουόμενον. Inſtrumentum rationabile, inſtrumentum bono artifici nempe Spiritui concors & ab eo pulſatum.] Concors autem ac harmoniâ temperatum ſpiritui eſſe non poteſt, niſi per gratiam ſanctificantem priùs ad id informetur. S. CHRYSOSTOMVS, docet etiam ad Chariſmata ſuſcipienda remiſſionem peccatorum eſſe neceſſariam: τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἂν ἐπῆλθε μὴ πρότερον τῶν ἁμαρτιῶν λυθεισῶν. *Spiritus ſanctus non aduenißet, niſi ſolutis antea peccatis.* Quia ſcilicet in maleuolam animam non introibit ſapientia: vnde & notat Apoſtolos Chariſmata ſuſcepturos fuiſſe perſeuerantes ſimul in oratione, καὶ ἐλπίζοντας ἐπὶ τὴν ἄνωθεν ῥοπὴν πρὶν ἀπολαῦσαι τῆς χάριτος, & ſperantes in ſupernum auxilium, antequam gratiâ potirentur. S. Cyrillus Alexandrin. inquirens cur Sacerdotes Baal ignem è cœlo non deduxerunt, quum Helias deduxiſſet ἐν προσωποληψίαις οὖν ἄρα ὁ παρὰ τοῦ θεοῦ; μὴ γένοιτο. δίκαιος γὰρ ὤν, καὶ δικαίων ἐραστὴς, καὶ διὰ μὲν τῶν ἁγίων ἐνεργεῖ τὰ χαρίσματα τὰ παράδοξα, διὰ δὲ τῶν πλημμελούντων οὐδαμῶς. Id eſt. Ergo Deus habet acceptionem perſonarum? abſit. Eſt enim iuſtus; & iuſtorum amans, & per ſanctos ſtupenda Chariſmata operatur, per flagitioſos verò nequaquam.]

Difficultas 1. de ſanctitate ad Chariſmata recipienda.

Naz. orat. 8. & prius ſeruiendum Deo κατὰ δύναμιν, quàm κατὰ τὸ ἄξιον χάρισμα orat. 9.

Chryſoſt. ho 13. in Act.

S. Cyrill. lib. 6. in Ioan.

Solutio. Græci Patres Chariſmata iniuſtis & impiis negari cum affirmant, id ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ vt plurimum intelligunt: ordinaria ſiquidem Dei Chariſmata immittentis via & ratio eſt, vt per ſanctos ea diſpenſet: occultâ tamen prouidentiæ diſpenſatione, ea nonnunquam & flagitioſis permittit. Vnde appoſitè S. CHRYSOSTOMVS comm. in Epiſtolam ad Hebræos exponens hæc verba cap. ſec. *Conteſtante Deo ſignis, & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus ſecundum ſuam voluntatem.* δῆλον ὅτι τὸ χάρισμα κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐστὶ θέλησιν. πολλάκις δὲ καὶ δι' ἀκάθαρτον βίον καὶ νωθῆ οὐκ ἔλαβον πολλοὶ χάρισμα. ἐνίοτε δὲ καὶ καλὸν βίον ἔχοντες καὶ καθαρὸν οὐκ ἔλαβον. Id eſt. SÆPE autem propter vitæ immunditiem & ſocordiam multi Chariſma non acceperunt. Nonnunquam autem & qui bonam habent vitam ac puram, non etiam acceperunt, ne ſuperbirent &c.] Sic etiam ratione habitâ eius quod ſæpius accidit; ſcripſit Iuſtinus Martyr dial. cum Tryph. Chariſmata dari ὡς ἀξίοις dignis & S. BASILIVS Chariſma non tolli à quo-

Chryſ. hom. 3.

S. Baſil. orat. in lacizis.

quam niſi prius Deum offenderit: ἡ ἁμαρτία προηγεῖται τῆς ἀποβολῆς τῶν χαρισμάτων. Peccatum amiſſionem Chariſmatis antecedit] Non tamen id neceſſarium, ſed ex voluntate Dei proſpicientis omnino pendet. Non rarò tamen qui ob Chariſmata ſuperbiunt ac inflantur, vel quaſi ſalutis ſuæ ſecuri dormitant, non ſolum ipſorum vtilitate & profectu, ſed etiam poſſeſſione vſuque decidunt; quod quidem B. Macarius Confeſſoribus quibuſdam accidiſſe teſtatur, qui donis miraculorum clari, poſtea iis exuti, etiam in flagitia exſecranda, reprobumque ſenſum inciderunt, adeo vt ex iis cuiuſdam mens eo redacta ſit, οὕτως ὁ νοῦς αὐτοῦ ὡς μηδέ ποτε ἀκούσας λόγον θεοῦ ac ſi Verbum Dei nunquam audiiſſet. Exempla formidanda ibidem leges.

Macar in illud ſi habuero omnem ſcientiam, &c.

Difficul. 2. de modo Gratiæ gratis datæ ad modum naturalium.

Altera difficultas ab quorumdam Patrum opinione emergit, qui Chariſmata ſiue gratias gratis datas concedi à Deo putant iuxta menſuram modum & capacitatem, vt ita dicam, naturalium facultatum. S. Gregorius Nyſſenus. ὥσπερ φησὶν ὁ ἀπόστολος ὅτι καταλλήλως ἐμέρισεν ἑκάστῳ ὁ θεὸς τὰς τοῦ ἁγίου πνεύματος δωρεάς. καὶ ᾧ μὲν δίδωσι προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως· ἄλλῳ δὲ ἄλλο τι τῶν ἐνεργημάτων πρὸς ὃ πέφυκέν τε καὶ δύναται ἕκαστος τὴν χάριν δέξασθαι. Id eſt. Sicut dicit Apoſtolus, conuenienter vnicuique diuiſit Deus dona gratuita Spiritus ſancti: Et huic quidem dat prophetiam ſecundum proportionem fidei: alteri verò aliam operationem prout quiſque aptus eſt naturâ, & poteſt ſuſcipere gratiam &c.] Non multum abludit B. Gregorius Theologus τὸ μὲν πνεῦμα ἓν τὰ χαρίσματα δὲ οὐκ ἴσα, ὅτι μηδὲ τὰ δοχεῖα τοῦ πνεύματος. Id eſt. Spiritus quidem vnus eſt: Chariſmata vero æqualia non ſunt, ſicut nec ſpiritûs receptacula.

Nyſſen. in Cont. ho. 7.

Naz. orat. 16.

Solutio. S. Greg. Nyſſ. non agit de propriis Chariſmatum ſpeciebus, ſed de *Ordinibus* & officiis ad Eccleſiæ ferculum & thalamum pertinentibus: quæ quia ſecum aliquam functionem facultatum naturalium poſtulant, vt ingenij, prudentiæ, facundiæ Paſtoribus neceſſariæ; haud dubiè verò curam Paſtoralem, nec elinguibus, nec mente captis conferri vult Deus: ſed eos naturâ non ineptè conſtitutos gratiâ præterea informari ac perfici concedit, quos *Eccleſiæ ſuæ ponit Apoſtolos, Prophetas, Paſtores & Doctores, item gubernationes & opitulationes* 1. Cor. 12. Vnde continenter ſubiungit Nyſſenus πρὸς ὃ πέφυκέν τε καὶ δύναται ἕκαστος τὴν χάριν δέξασθαι, ἢ ὀφθαλμὸς τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας γενόμενος, ἢ εἰς χεῖρα τασσόμενος, prout natura quiſque aptus eſt gratiam ſuſcipere, vt oculus Eccleſiæ vel manus ordinetur &c. Gregorius verò Theologus de Paſtoribus etiam loquens, enumeratis omnibus Gratiis gratis datis ab Apoſtolo traditis non aptitudinis naturalis, ſed fidei meminit, τὰ μείζω χαρίσματα καὶ τὰ δεύτερα, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, maiora ſunt quædam, ſunt & ſecundaria Chariſmata, ſecundum fidei proportionem. Quanquam nihil abſurdi foret, in Chariſmatum etiam nonnullis, quæ adiuncta etiam habent aut prærequirunt naturalium officia facultatum, rationem quamdam haberi conſtitutionis & caprûs earumdem: quum & Theologi doceant Angelos ipſos Gratiam etiam ſanctificantem pro modulo naturæ ab conditionis primordio ſortitos eſſe. S. Thom. 1. p. qu. 62. ar. 6.

Ex Magiſt. ſent. l. 2. d. 3.

V.

Diuiſio Chariſmatis ſeu Gratiæ gratis datæ ab Apoſtolo tradita nec à ſanctis Patribus nec à Theologis vnquam immutata aut prætermiſſa eſt. Habetur illa cap. XII. Epiſtolæ ad Corinthios primæ. ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον. Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritûs ad vtilitatem. Alij quidem V. 8. & ſeq.

1 Ὧι μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας.
Alij enim per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ.
2 Αλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα.
Alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eumdem ſpiritum.
3 Ετέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι.
Alteri autem fides in eodem ſpiritu.
4 Αλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι.
Alij gratia (dona) ſanitatum in vno (eodem) ſpiritu.
5 Αλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων.
Alij operationes virtutum.
6 Αλλῳ δὲ προφητεία
Alij autem Prophetia.
7 Αλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων.
Alij autem diſcretiones ſpirituum.
8 Ετέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν.
Alij vero genera linguarum.
9 Αλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν.
Alij autem interpretatio ſermonum, Linguarum.

πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens *priuatim* ſingulis, prout vult.] Nouem harumce Gratiæ gratis datæ ſpecierum ſic init calculum B. Thomas. *Gratiæ gratis datæ dantur ad hoc vt homo poſſit alium inſtruere de diuinis. Ad hoc autem tria ſunt neceſſaria. Primum vt habeat plenitudinem cognitionis diuinorum. Secundum vt poſſit confirmare ea quæ docet. Tertium vt quæ docere debet, poſſit conuenienter proferre his quos inſtruit.* S. Thom. 1. 2. q. 3. art. 4.

Ad plenitudinem ſcientiæ, dantur.

1 *Fides, propter principia.*
2 *Sapientia propter principales concluſiones.*
3 *Scientia propter effectus.*

Ad hoc vt poſſit, quæ docet confirmare, dantur.

4 *Gratia ſanitatum propter corporalem ſalutem.*
5 *Operatio virtutum propter diuinæ potentiæ oſtenſionem.*
6 *Prophetia propter futura contingentia.*
7 *Diſcretio ſpirituum propter cognitionem occultorum.*

Ad hoc vt poſſit docenda proponere dantur.

8 *Genera linguarum propter idioma.*
9 *Interpretatio ſermonum propter ſenſum ſententiarum.*

De omnibus hiſce Chariſmatum ſpeciebus, præter commentarios

PP. in Pauli Epiſtolas, agunt aliis locis peregrinis iidem SS. Patres, S. Irenæus lib. v. in hæreſes c. vi. Euſebius v. hiſt vii. Cyrillus Hier. Catech. v. Baſilius ho. xv. de fide. Gregorius Naz. or. xxvi. Nyſſ. ho. vii. in Cantic. Chryſoſt. in Pſ. xliv. Alii paſſim. Nos pauca de ſingulis.

CAPVT XXI.

De Gratiæ gratis datæ ſpeciebus ad plenitudinem ſcientiæ.

SVMMA CAPITIS.

I.

De fide prout eſt Chariſma ſeu gratiæ gratis datæ ſpecies. Ex S. Thô. S. Aug. & Patribus Græcis. De ſapientia quatenus eſt Chariſma ex iiſdem. De ſcientia, in quantum eſt Chariſma ſeu ſpecies Gratiæ gratis datæ, ex varijs locis S. Pauli à S. Auguſtino & PP. Græcis expoſitis diſſeretur.

II.

De Gratiæ gratis datæ ſpeciebus ad fidei confirmationem ſpectantibus de Gratia ſanitatum, Prophetiâ, ad diſcretione ſpirituum. Ex iiſdem PP.

III.

De Gratiæ gratis datæ ſpeciebus ad Doctrinam proponendam facientibus: de generibus linguarum, de interpretatione ſermonum. Ex PP. Grecis & alijs.

1. Cor. 12. DIVISIONES GRATIARVM Apoſtolo dicuntur: aptè admodum ſicut diuiſiones aquarum Prou. xxi. Græc. ὁρμὴ ὕδατος Heb. פלגי־מים *diuiſiones aquarum* & Pſ. 45. aluei ſacrum laticem per areolas Eccleſiæ deferentes, quò & S. Gregorius Nyſſenus egregiè alludit in Greg. ho. 4. Cant. & Anaſtaſ. 3. in hex. Pſalmos: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ, Heb. נהר פלגיו *fluminis diuiſiones eius.* Id eſt. Varia Gratiæ gratis datæ fluênta, vt Patres exponunt.

I.

Fides quid. S. Thom. 1. 2. q. 3. ar. 4. Fides quatenus Gratia gratis data ſiue Chariſma eſt, S. Thomæ dicitur certiſſimus aſſenſus principiorum fidei Catholicæ qualis Euangelico Doctori neceſſarius eſt: non quidem ſecundum qualemcumque intenſionem, alias fidei Theologicæ habitui (qui ad gratiam gra- Ad Heb. tum facientem reducitur, ſine fide enim impoſſibile eſt placere) nihil adijceret, ſed in eo perfectionis gradu qui Gratiæ etiam gratis datæ locum teneat, quæ tamen ſic explicata vix ab habitu & à dono fidei Spi- Caietan. poſt Gloſ. ſam interlin. Anſel. ritus ſancti quicquam differt, niſi fortè vt actus ab habitu & gratia actualis ab habituali. Aliis eſt fidei conſtantia quâ ſui exemplo alios in fide infirmiores corroborat. Aliis eſt fidei ſublimiter concipiendæ & vbi opus eſt facere perſuadendæ & fortiter propugnandæ gratia qua

fide Stephanus plenus dicitur Actor. vi. de quâ & Matthæi x. *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.* Quibuſdam hæc fides videtur gratia quædam priuata & particularis ſingularium quarumdam reuelationum, prout Eccleſiæ aliquando neceſſariæ ſunt. Vetuſtis interpretibus & Patribus non eſt hæc fides dogmatum, ſed eſt fides miraculorum, de quâ B. Paulus ſtatim dicit, *ſi habuero* 1.Cor.13.
omnem fidem ita vt montes transferam. Præit B. Chryſoſtomus huic expoſi Chryſ. hom. 29.
ſitioni. πίστιν οὐ ταύτην λέγει τὴν δογμάτων, ἀλλὰ τὴν τῶν σημείων περὶ ἧς 1.Cor.
φησιν· ἐὰν ἔχητε πίστιν, ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ μετάβηθι καὶ μεταβήσεται. καὶ οἱ ἀπόστολοι περὶ αὐτῆς ἠξίουν λέγοντες, πρόσθες ἡμῖν πίστιν. Id eſt. Fidem dicit non eamdem quæ eſt dogmatum, ſed quæ ſignorum de quâ dicit Chriſtus; ſi habeatis fidem, ſicut granum ſinapis, diceris huic monti, tranſi hinc & tranſibit. De ea quoque rogabant Apoſtoli, dicentes adde nobis fidem.] Ita Theodoritus & alij à Chryſoſtomo.

Sapientiæ ſermo: Latini Patres. S. Ambroſius ſapientiam exponit Sapientiæ gratia
prudentiam, nec diſſentit Hieron. in c. xxiii. Matth. S. Auguſtinus quid?
ſapientiam intelligit cognitionem rerum diuinarum, myſteriorum æternorum altiſſima principia. Vnde ſicut naturæ humanæ quæ in Chriſto eſt, eiuſque actionum & paſſionum notitiam ad ſcientiam re- S. Auguſt. l. 13. de
fert, ita naturæ & perſonæ diuinæ cognitionem ad ſapientiam refert. Trin. c. 18.
Hæc omnia quæ pro nobis Verbum Caro factum temporaliter & localiter fecit & pertulit, ſecundum diſtinctionem quam demonſtrare ſuſcepimus, ad ſcientiam pertinent non ad ſapientiam. Quod autem Verbum eſt ſine tempore, ſine loco eſt Patri coæternum, & vbique totum, de quo ſi quiſquam poteſt quantum poteſt veracem proferre ſermonem, ſermo ille erit ſapientiæ: ac per hoc Verbum caro factum, quod eſt Chriſtus Ieſus, & ſapientiæ theſauros habet & ſcientiæ Col. 2. Alibi ſcientiam vocat luminare minus, ſapientiam luminare maius. Quid hac de re Græci Patres? Scientiam ad intelligenda omnia fidei myſteria extendunt, ſed ſapientiam ipſis addere induſtriam docendi, aſſerunt, vt 13. Conf. c. 18.
ſtatim videbimus.

Scientiæ ſermo, γνώσεως λόγος cognitionis ſermo exponitur à S. Au- Scientiæ gratia quid?
guſtino de cognitione rerum humanarum, myſteriorum etiam tem- S. Aug. lib. 13. & 14.
poralium ad humanam Chriſti naturam attinentium: hoc quidem po de Trinit.
ſterius ex verbis ipſius iamiam allegatis liquet. Prius vero ſit explicat li- Lib. 14. de Trin.
bro ſequenti de Trinit. xiv. *Non vtique quicquid ſciri ab homine poteſt in* c. 1.
rebus, vbi plurimùm ſuperuacuæ vanitatis & noxiæ curioſitatis eſt, huic ſcientiæ tribuo: ſed illud tantummodo quo fides ſaluberrima, nutritur, defenditur, roboratur: quâ ſcientiâ non pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipsâ fide plurimùm. Nota.
Aliud eſt enim ſcire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiſcendam vitam beatam, quæ nonniſi æterna eſt: aliud autem ſcire quemadmodum hoc ipſum & pijs opituletur, & contra impios defendatur. Quam proprio appellare vocabulo ſcientiam videtur Apoſtolus. Poſtea addit ſcientiam valere ad nutriendam, defendendam & roborandam fidem non ſolum temporalem de æternis, ſed etiam *fidem de temporalibus rebus quas pro nobis æternus fecit & paſſus eſt in homine quem temporaliter geſſit,* quæ quidem tam de ſapientia quam

Vu

de ſcientiâ ita intelligi debent vt gratia actualis gratis data præter dona Spiritus ſancti habitualia quibus reſpondent, ad ſermonem exteriorem Eccleſiæ communicandum inſtituta ſit, tamque ad illuſtrandos ſpeculatiuè, quam ad & effectiuè mouendos fidelium animos. S. Thomas. *Sapientia & ſcientia non computantur inter gratias gratis datas ſecundum quod enumerantur inter dona Spiritus ſancti, prout ſcilicet mens hominis eſt bene mobilis per Spiritum ſanctum ad ea quæ ſunt ſapientiæ & ſcientiæ: ſed ſecundum quod important quandam abundantiam ſcientiæ & ſapientiæ, vt homo poſſit non ſolùm in ſeipſo rectè ſapere de diuinis, ſed etiam alios inſtruere & contradicentes euincere.* Quod confirmat ex loco B. Auguſtini.

Nota & S. Th. 1.2. q. 1. ar. 5.

Ib. 14. de Trin. c. 1.

Medius eſſe quodammodo videtur B. Thomas inter Latinos Patres & Græcos: diſcrimen enim aliud cōſtituit nimirū vt ſapientia per cauſſas & principia, myſteria explicet, ſcientia per effectus: & in hoc aliquid aliud ab Auguſtino inculcat: cum eo vero conſentit, quod Gratiam iſtam ſcientiæ non ſolum ad notitiam, ſed etiam ad illuſtrationem & defenſionem fidei datam velit: iuxta illud Pauli εἰς ἀπολογίαν εὐαγγελίου κεῖμαι in defenſionem Euangelij poſitus ſum: & rurſus ad Titum *amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit & exhortari in doctrinâ ſanâ & eos qui contradicunt arguere.*

Tit. 1.

Græci quoque Patres partim B. Auguſtino, partim B. Thomæ concordes ſunt. Clemens quidem Alexandrinus ſapientiam θείων καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμην καὶ τῶν τούτων αἰτίων diuinarum & humanarum rerum & cauſſarum ipſarum ſcientiam, velut Architectonicam fidei, prophetiæ & ſcientiæ facit, ἡ παρὰ θεοῦ σοφία διὰ πίστεως, διὰ ἐπιστήμης διὰ προφητείας τὴν ἑαυτῆς ἐνδεικνυμένη δύναμιν εἰς τὴν ἡμετέραν εὐεργεσίαν. Id eſt. Sapientia quæ à Deo eſt per fidem, per ſcientiam. per prophetiam ſuam virtutem manifeſtat ad noſtram vtilitatem.] Theodoritus vero ita ſuam & B. Chryſoſtomi ſententiam perſpicuè & eleganter complexus eſt λόγον σοφίας οὐ τὴν εὐγλωττίαν καλεῖ, ἀλλὰ τὴν ἀληθῆ διδασκαλίαν, ἧς καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος ἀπόστολος τὴν χάριν ἐδέξατο, καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστής, καὶ ὁ θειότατος Πέτρος τῶν ἀποστόλων ὁ Κορυφαῖος, καὶ τῶν Μαρτύρων ὁ πρῶτος ὁ μακάριος Στέφανος. οὐ γὰρ ἂν ἠδυνήθησαν ἄνδρες ἁλιεῖς καὶ ἀποχειροβίωτοι καὶ γραμμάτων ἀμύητοι, καὶ δημηγορίας καταπλῆσαι καὶ συγγραφῆς καὶ δυνάμεως, ὅτι μάλιστα πλείστης ἐμπλῆσαι τοὺς λόγους καὶ τὴν συγγραφὴν, εἰ μὴ παρὰ τοῦ θείου πνεύματος τὴν ἀληθῆ σοφίαν ἐδέξαντο. ἕτεροι δὲ τῶν πεπιστευκότων τὴν μὲν γνῶσιν εἶχον τῶν θείων δογμάτων, δημηγορεῖν δὲ τούτοις ὁμοίως οὐκ ἴσχυον. καὶ τοῦτο μέντοι δῶρον ἦν τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος. Id eſt. Sermonem ſapientiæ vocat non eloquentiam, ſed veram doctrinam, cuius ipſe etiam diuinus Apoſtolus gratiam acceperat & diuinus Ioannes Euangeliſta, & diuiniſſimus Petrus Apoſtolorum Coryphæus, & protomartyr B. Stephanus. Non enim aliâ potuiſſent viâ piſcatores & manu victum quæritantes, & literarum ignari, tum conciones habere, tum ſcribere, ac quæ dicebant ſcriptiſque mandabant, vi maximâ implere niſi à diuino ſpiritu veram ſapientiam accepiſſent. Alij vero ex iis qui crediderant, habebant quidem diuinorum dogmatum cognitionem, ſed non perinde ac illi concionari poterant. Et tamen

Clem. Alex. Stro. 1.

Theodorit. ad cap. xii. ep. 1. Cor.

hoc quoque donum gratiæ ſpiritûs erat.] B. Gregorius Theologus Na-... ita interpretatur λόγος σοφίας καὶ θεωρίας. λόγος γνώσεως ἢ ἀποκαλύψεως. Sermo ſapientiæ & ſpeculationis. Sermo, cognitionis & reuelationis: quaſi videatur prior ſermo ad contemplationem, poſterior ad explicationem & doctrinam rei per contemplationem cognitæ pertinere. Vtrumque tamen ad Doctorem Chriſtianum ſpectare docet, verbis ſequentibus εἰ μὴ ἀνὴρ εἶ κατὰ Χριστὸν καὶ γεγύμνασθαί σοι τὰ αἰσθητήρια, καὶ λαμπρὸν σοι τὸ φῶς τῆς γνώσεως, λάλει θεοῦ σοφίαν τὴν λαλουμένην ἐν τοῖς τελείοις, καὶ τὴν ἀποκεκρυμμένην ἐν μυστηρίῳ, καὶ ταύτην ὅταν καιρὸν λάβῃς καὶ πιστευθῇς. Id eſt. Si vir ſecundum Chriſtum es, & ſenſus exercitatos habes; & ſplendido ſcientiæ lumine prædirus es; Dei ſapientiam loquere quæ inter perfectos prædicatur, & quæ in myſterio abſcondita eſt: idque ita demum, ſi commodum tempus nactus fueris eamque fidei tuę commiſſam habueris.] Quibus verbis valde notandum eos qui ſapientiæ & ſcientiæ gratiis gratis datis à Deo ſunt ornati, non tamen debere partes docendi ſuſcipere, niſi poteſtatem ordinariam vel delegatam ab ordinariis ſuſceperint. Plura ibidem. Eph. 4. Heb. 5. 1. Cor. 2.

Hæc pauca de Gratiis ſeu Chariſmatis quę ad fidei prędicationem pertinent, vti χάρις ὀρθοδοξίας *Orthodoxæ prædicationis gratia* rectè dicitur à Gregorio Theologo, orat. xix.

II.

CHARISMA ſeu Gratia quadruplex gratis data ad conformationem fidei & doctrinę, primam nobis ſpeciem exhibet GRATIAM SANITATVM Gratiæ in plurali χαρίσματα ἰαμάτων, ſicut legit etiam B. Hilarius dona ſanitatum: nil intereſt; nam idem legit alias *donum curationum*, poſt Tertullianum. Hęc gratia quamuis quoad ſubſtantiam non videatur ab *operatione virtutum* diſtingui: differt tamen aliquâ ratione; tum quod ad omnia beneficia corporalia tantum extenditur: tum etiam quod peculiari quodam modo iuuat ad fidem perſuadendam, conciliando hominum animas, quorum ea imbecillitas eſt vt corporalibus beneficiis magis afficiantur & ipſorum velut ineſcatione ad ſpiritalia exoptanda ſeſe trahi ſinant: vnde Chriſtus ſtatim atque dixit *prædicate*, ad dit, *infirmos curate* &c. Licet autem hęc gratia curationum videretur eſſe in Apoſtolorum poteſtate, ita vt vmbra Petri tranſeuntis & χρὼς τῶν ἱματίων & color veſtimentorum Pauli eam produceret, vt ait Theodoritus, nihilominus tamen hic effectus pendebat ex pręuiâ Spiritus ſancti motione & inſpiratione. B. BASILIVS legendus ad finem homilię de fide. Παῦλος ἀσθενὴς, ἀλλὰ διὰ τὴν παρουσίαν τοῦ πνεύματος, τὰ σουδάρια τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἴασιν παρεῖχε τοῖς ὑποδεχομένοις. Paulus infirmus erat, ſed propter PRÆSENTIAM SPIRITVS, ſudaria corporis ipſius ſanitatem ſuſcipientibus prębebant: quod narratur. Act. 19. 2. eidemque virtuti tribuitur non ſolùm expulſio morborum, ſed etiam ſpirituum malignorum, eſt enim morbus tyrannicus corporis, Energumenorum Pathos: alij malunt reducere ad Gratiam ſequentem.

Chariſma ſanitatum quid? Hilar. l. 2. de Trin. id. l. 8. Tert. 5. in Marc. 2. ho 22. q. 178. S. Aug. lib. de vtilit. cred. c. 16. infra. Matth. 10. Act. 5. 5. 15. & 19. 2. S. Tho. 22. q. 178. a. 1. S. Baſil. ho. 15.

OPERATIO VIRTVTVM. Grece ἐνεργήματα δυνάμεων operationes Operatio virtutum quæ gratia?

virtutum B. Hilatius *efficientiæ virtutum*; & multo quidem aptius quam Eraſmus *potentiarum*; ſermone ſcripturæ quæ *virtutes* pro ſupernaturalibus effectis & miraculis vſurpare ſolet. Idque primum Deuter. 4. 37. Hic plurali numero, ob varias & multiplices ſignorum & miraculorum ſpecies: tam late ſiquidem patent, quâm omnipotentiæ diuinæ & potentiæ obedientialis creaturæ cuiuſcumque ambitus, ſiue actiuæ ſiue paſſiuæ, ſecundum quam *poteſtas Creatoris habet apud te poſſe de his omnibus facere aliud, quam eorum quaſi ſeminales rationes habent*, ait B. Aug. 9. de Trin. c. 17 His autem intelliguntur miracula præſertim quæ in creaturâ materiæ ſenſibilis fieri poſſunt: quarum alia in ſpiritalibus, vt in dæmonum eiectione, alia in corporibus ſimplicibus vt Elementis, alia in mixtis: quędam in rebus inanimis, alia in animatis, alia in animantibus ratione præditis: alia quoad ſubſtantiam, alia quoad modum tantùm: nonnulla ad pœnam, plura ad terrorem: plurima ad beneficium & ſalutem etiam corporalem, omnia ad ſalutem ſpiritalem, Eccleſiæ vtilitatem, maioremque Dei gloriam patrantur Quædam ſunt perpetua & velut in habitu vt apud Sepulchra inuocationes ſanctorum; quin etiam in exemplum eiuſmodi proponitur ſtrumarum ſanatio, penes Francorum Reges experientiæ omnibus gentibus teſtatiſ-
Bellarm. l. 1. de gr. & lib. arb. c. 10. ſimæ, vt eam commendat Cardinalis Bellarminus, *quia*, inquit, *curant quando volunt, habent gratiam illam per modum habitus*. Cętera vero miracula velut in tranſcurſu poſita licet nullo ſæculo in Eccleſiâ defecerint, initio tamen Eccleſię vt ſigna eſſent infidelibus, magis neceſſa-
S. Aug. de vtil. cr. c. 16. ria magis etiam frequentia extiterunt. B. Auguſtinus libro de vtilitate credendi, ad Honoratum contra Manichęos. *Miraculum voco quicquid arduum vel inſolitum ſupra ſpem vel facultatem mirantis apparet*. In quo genere nihil *eſt populis aptius & omnino ſtultis hominibus quam id quod ſenſibus admouetur. Sed rurſus hæc in duo diuiduntur: quædam enim ſunt quæ ſolam faciunt admirationem, quædam verò magnam etiam gratiam beneuolentiamque conciliant: nam ſi quis hominem volantem cernat, cum ea res nihil ſpectatori afferat commodi præter ipſum ſpectaculum, miratur tantummodò. Si quis autem graui & deſperato*
Matth. 2. *morbo affectus, mox vt iuſſum fuerit conualeſcat, admirationem ſanitatis ſuæ, ſanantis etiam charitate ſuperabit. Talia facta ſunt in illo tempore quo Deus in vero homine, quantum ſat erat hominibus, apparebat. Sanati languidi, mundati leproſi, inceſſus claudis, viſus cæcis, ſurdis auditus eſt redditus. Homines illius temporis aquam in vinum conuerſam, ſaturata quinque millia quinq; panibus, tranſita pedibus Maria, mortuos reſurgentes viderunt: ſic in ſe tunc animas errantes mortalium, diuina commouebat auctoritas. Cur inquis, iſta modo non fiunt? quia non mouerent*
1. Retract. c. 14. *niſi mira eſſent. At ſi ſolita eſſent, mira non eſſent*. At idem Retractationum
lib. c. Retr. l. 1. c. 13. lib. 1. huius loci poſtrema ita recenſet: *Hoc autem dixi quia non tanta, nec omnia modò, non quia nulla fiant etiam modò*. Et capite pręcedenti relegens id quod dixerat lib. de vera Religione cap. xxv. *Item quod dixi nec miracula iſta in noſtra tempora durare permiſſa ſunt, ne anima ſemper viſibilia quæreret & eorum conſuetudine frigeſceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit. Non ſic accipiendum eſt quod dixi vt nunc in Chriſti nomine fieri miracula nulla credantur. Nam & ego ipſe quando iſtum ipſum librum ſcripſi ad Mediolanenſium corpora*

martyrum, in eadem ciuitate cæcum illuminatum fuiſſe iam noueram, & alia nonnulla, qualia tam multa etiam iſtis temporibus fiunt vt nec omnia cognoſcere, nec ea quæ cognoſcimus, enumerare poſſimus. Frequentia igitur miraculorum, non miracula deſierunt: idque merito cum propagata, adulta, illuſtrata ſit fides, B. Chryſoſtomus in Matthæum ἀλλὰ τὰ σημεῖα ἐπιζητεῖτε, &c. μὴ μετ᾽ ἐνεχύρων πιστεύειν δεῖ τῷ θεῷ abſque pignoribus Deo credendum, aliam & multis verbis rationem reddit cur ſigna ceſſarint: De eorum tamen frequentia, non de iis plane loquitur, vt conſtat ex oratione in B. Babylam, initio. Non eſt autem huius loci diſputare, quomodo miracula, quæ nullo vnquam ſæculo ceſſarunt, ſint ex ſignis veræ Eccleſiæ, licet potius Eccleſia Catholica miraculis auctoritatem det, quam ab iis accipiat Vide B. Auguſtinum lib. de vnitate Eccleſiæ & lib. contra Epiſt. fundam. c. 4. & 5. Quomodo rurſus etiam vera miracula ab aliis quam à bonis, vel etiam à Chriſtianis fieri Deus aliquando velit, idem B. Auguſtinus lib. octoginta trium quæſtionum. *Aliter Magi faciunt miracula* (quæ mira non propriè miracula vult eſſe S. Thomas) *aliter boni Chriſtiani, aliter mali. Magi per priuatos contractus cum dæmonibus. Boni Chriſtiani per publicam iuſtitiam. Mali Chriſtiani per ſigna publicæ iuſtitiæ.* Certum eſt vero nulla vnquam miracula fieri poſſe ab hæreticis ad confirmationem prauæ doctrinæ. Vide hiſtoriam Polychronij Monachi Monothelitæ mortuum fruſtra ſuſcitare tentantis τοῦ λαοπλάνου, in actis Concilij VI.

Chryſ. ho. 33.
Tertull. de praſcr.
De vnit. Eccl. c. 19. extract. 31. in lo. 22. de ciu. c. 8.
Qu. 79.
S. Tho. 2. 2. qu. 178. ar. 2.
V. Athanaſ. ſincit. qu. 29. vbi multa & curioſa.
Act. xv.

PROPHETIA duplici modo ſumi ſolet à Patribus, in ſcripturâ verſatiſſimis: primo pro ſublimi myſteriorum interpretatione ad ædificationem fidei, vt reuera ſumitur cap. XIV. Epiſt. 1. ad Corinthios, vbi legendi ſunt B. Chryſoſtomi & Theodoriti commentarij; ſecundo vero pro cognitione eorum quæ à Creaturæ captu diſtant vt occultorum & maximè futurorum. Vtraque eſt gratia gratis data: ſed illa ad ſermonem ſapientiæ reuocari poteſt, hæc propria quædam altera gratiæ gratis datæ ſeu Chariſmatis eſt ſpecies. Imperfecta quidem in iis qui initium aliquod prophetiæ, quam non percipiebant, habuerunt; quales fuere, quos commemorat S. Chryſoſtomus capite ſuperiori citatus, Pharao Gen. 41. Nabuchodonozor & Baltazar apud Danielem: Caïphas apud Ioannem: ita enim de iis ſentiunt, vt prophetię inſtinctum non prophetiam ſortitis S. Epiphanius, & S. Auguſtinus. Perfecta igitur & tanto nomine digna prophetia, ea eſt quę fit per reuelationem veritatis prophetandæ & iudicium atque aſſenſum eiuſdem ſupernaturalem: ſaltem quoad certitudinem rei reuelatæ, ſi non quoad omnimodam euidentiam; illa enim par in omnibus Prophetis fuit ex parte obiecti formalis ſeu veritatis reuelantis: hęc verò diſpar. B. Thomas ex doctrinâ Patrum Latinorum cenſet excellentiorem eſſe prophetiam *quæ fit per nudam contemplationem ipſius veritatis quam illam quæ fit ſub ſimilitudine rerum corporalium ſiue per ecſtaſim, ſiue per ſomnium in dormiendo: ſiue per viſionem in vigilando.* De cuius gradibus etiam diſſerit, conſentaneè planè ad ea quę habet B. Baſilius hom. 1. & ſec. in Eſaiam. Lege Anaſtaſium Sinaïtam qu. XX. Prophetia non eſt habitus (quamuis memoria & ſpecies

Prophetia quid?
Proſper legit alij prophetatio1. de voc. 24.
Epiph. hær. 48.
Aug 12. de Gen. ad lit. c. 7. & 9.
τὸ ἐναργὲς καὶ ἀναμφίβολον Baſil ho. 2. in · f. hin Prophetæ videntes. Aug ib.
S. Tho. 22. q. 174. a. 2. & 3.

reuelationis & aſſenſus terminus per modum habitus remaneant, vt conſtat ex 1. Reg c. 2. ſed ab actuali Spiritus ſancti locutione & motione pendet: quando, quamdiu & quantumlibet veritatem reuelantis, & ad eam promulgandam inſtigantis; vnde toties illud: *factum eſt Verbum Domini in manu Prophetæ* & Daniel c. XII. *Et ego audiui & non intellexi. Et dixi Domine quid erit poſt hæc? at: Vade Daniel, quia clauſi ſunt ſignatique ſermones vſque ad præfinitum tempus.* B. Auguſtinus rectè lib VII de Ciuit. *Prophetæ quædam intelligebant, quædam non intelligebant.* Multo plura intellexiſſe conſtat ex Græcis PP. Baſil. ho. 1. in Eſai. Chryſoſtom. ho. XIX. in 1. Cor. & B. Epiphanio contra Montaniſtas. Exemplo prophetiæ in nouâ lege, vt Agabi & filiarum Philippi Act. 21. Apocalypſis Ioannis: Plurima Pauli propheticè dicta: poſt tempora Apoſtolica: multorum apud Iuſtin Mart. Athanaſij apud Sozomen. lib. IV c. 1. Thaumaturgi apud Nyſſenum, &c.

Aug 7. de ciu. c. 33.

Iuſtin. Mart. dial. cum Tryph.

DISCRETIO SPIRITVVM. Gr. *διάκρισις πνευμάτων*. CHRYSOSTOMVS. *τὸ εἰδέναι τίς ὁ πνευματικὸς καὶ τίς ὁ μὴ πνευματικός. τίς ὁ προφήτης καὶ τίς ὁ ἀπατεών.* Noſſe quis ſpiritalis, quis non ſpiritalis: quis Propheta quis impoſtor, occulta cordium penetrando & eliminando S Thom. 1. 2. q. 111. a. 1. quod etiam adiunctam habet *πρακτικὴν* Chriſtianam prudentiam & ſolertiam à Deo excitatam & adiutam 1. Ioan. 4. *Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, an ex Deo ſint.* Dubia quidem ad notitiam: certa verò ad illuſtrationem & approbationem, certitudine ſaltem materiali & infallibili inſtinctu, vt Scholaſtici loquuntur, per ſpirituales & hoc ſpiritu diſcretionis prædítos, dijudicabantur. Paulus ep. 1. ad Cor. c. XIV. *Si quis videtur Propheta eſſe aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata.* Lege Gerſonem & Cancellarium Eccleſiæ Pariſienſis, tractatu ſingulari de probatione ſpirituum & de diſtinctione verarum viſionum à falſis.

Diſcretio ſpirituum quid?

S. Iren. infra lib. 5. c. 6. & 1. Cor. 14. v. 14.

III.

CHARISMATA, quæ ad fidei doctrinæve Chriſtianę *prolationem* vt ait B. Thomas, attinent, duo ab Apoſtolo deſignantur. Primum, *genera linguarum.* Donum hoc cum ſuperiori conjungit S. Irenæus fragmento apud Euſebium *πολλῶν ἀκούομεν ἀδελφῶν προφητικὰ χαρίσματα ἐχόντων, καὶ παντοδαπαῖς λαλούντων διὰ τοῦ πνεύματος γλώσσαις. καὶ τὰ κρύφια τῶν ἀνθρώπων εἰς φανερὸν ἀγόντων ἐπὶ τῷ συμφέροντι καὶ τὰ μυστήρια τοῦ θεοῦ ἐκδιηγουμένων.* In veteri verſione Latinâ, multos audiuimus fratres in Eccleſiâ, prophetica habentes Chariſmata & per ſpiritum vniuerſis linguis loquentes, & abſconſa hominum in manifeſtum producentes ad vtilitatem, & myſteria Dei enarrantes.] Donum hoc non intelligitur, vt quidam volunt, ita vt doctor vnica lingua loquens ab omnibus diuerſæ cuiuſque linguæ intelligatur, id enim percontrarium eſt act. 2. *audiebat vnuſquiſque linguâ ſuâ illos loquentes.* B. Auguſtin. tract. XXXII. in Io. *Quare nunc nemo baptizatus loquitur, linguis omnium gentium? quia iam ipſa Eccleſia omnium gentium linguis loquitur.* B. GREGORIVS Theologus

Genera linguarum, octauum Chariſma. Iren lib. 5. c. 6 & apud Euſeb. l. 5. hiſt c. 7.

Auctor opuſc. de Cardinalib operibus Chriſti & Cartuſ. in act. 2. S. Auguſt. de verb. Do. ſer. 1. & 9 de verb. Ap. Chryſoſt. ho. 35. in 1 Cor. & ho. quòd Chriſtus ſit Deus.

orat. XLIV. dilucidè admodum & eruditè: ἆρα ἤκουον ταῖς ἑαυτῶν διαλέκτοις ἕκαστοι, ὡς φέρε εἰπεῖν, μίαν μὲν ἐξηχεῖσθαι φωνὴν, πολλὰς δὲ ἀκούεσθαι οὕτω τυπουμένου τοῦ ἀέρος, καὶ ἵν' εἴπω σαφέστερον τῆς φωνῆς φωνῶν γινομένων, ἢ τὸ μὲν ἤκουον ἀναπαυστέον, τὸ δὲ λαλούντων ταῖς ἰδίαις φωναῖς τῷ ἑξῆς προσθετέον, ἵν' ᾖ λαλούντων φωναῖς, ταῖς ἰδίαις τῶν ἀκουόντων, ὅπερ γίνεται ἀλλοτρίαις. καθὰ καὶ μᾶλλον τίθεμαι. ἐκείνως μὲν γὰρ τῶν ἀκουόντων ἂν εἴη μᾶλλον, ἢ τῶν λεγόντων τὸ θαῦμα, οὕτω δὲ τῶν λεγόντων οἳ καὶ μέθην καταγινώσκονται. δῆλον ὡς αὐτοὶ θαυματουργοῦντες περὶ τὰς φωνὰς τῷ πνεύματι. Id eſt. Vtrum audiebant ſuâ quiſque dialecto, ita vt verbi gratiâ vox quidem vna emitteretur, multæ autem audirentur, ſic videlicet pulſato aëre, pluribuſque vocibus, vt magis perſpicuè dicam ex vnâ voce effectis? an potius in hoc verbo, *audiebant*, quieſcendum eſt (per punctum) atque hæc verba, loquentes ſuis linguis, cum ſequentibus iungenda ſunt, vt ſic legatur *loquentes linguis*, propriis ſcilicet audientium hoc eſt externis: qui etiam ſenſus mihi magis arridet. Nam illo quidem modo eorum potius qui audiebant, quam qui verba faciebant, hoc miraculum fuerit: at hoc ſenſu, eorum qui loquebantur, qui etiam temulentiæ inſimulantur, haud dubiè quia ipſi per ſpiritûs operationem noui miraculi aliquid circa voces deſignabant.] Datum illud donum, ſi non omnibus ſaltem quibuſdam per modum non ſolum actûs, ſed etiam habitûs, efficiunt illa Pauli verba, *Gratias ago Deo meo quod omnium veſtrum linguis loquor* S. Tho. 22. qu. 176 ar. 2. 1.Cor.14.

INTERPRETATIO SERMONVM Gr. γλωσσῶν *linguarum*, ita Tertull. v. in Marcion. Auguſt. duodecim. in Fauſtum c. VII. interpretatio linguarum, non enim omnes fideles omnium linguarum notitiam habebant, etſi multi haberent ſtatim à baptiſmo & confirmatione, act. x. & XIX. non habuiſſe vero ſemper, & ideo loquente alio linguâ peregrinâ, opus interprete habuiſſe patet ex cap. XIV. primæ ad Corinth aliquando idem loquebatur linguis, & ſimul interpretabatur, ſimul etiam prophetabat, id eſt, ſenſum verborum ſpiritalem exponebat. *Volo autem vos omnes loqui linguis, magis autem prophetare: nam maior eſt qui prophetat quam qui loquitur linguis, niſi interpretetur vt Eccleſia ædificationem accipiat.* Vide reliqua cum enarratione S. Chryſoſtomi & Theodoriti: Doctiſſimos S. Thomæ, Eſtij aliorumque recentiorum commentarios conſulendo: qui recte monent non omnia hoc nouenario gratiarum ſeu Chariſmatum dona, ſed præcipua comprehenſa eſſe, quæ tamen omnia nec cuiquam priuatim, nec ipſi Eccleſiæ abſque Charitate prodeſſe docet S. Chryſoſtomus, quia Chariſmata Chriſtianos diuidunt, Charitas jungit τὰ χαρίσματα καὶ τοὺς ὁμοψύχους διέστησεν, ἀγάπη καὶ τοὺς διεστῶτας συνάγει καὶ σῶμα ἓν ποιεῖ. Satis ſuperque pro tempore diuertentibus. Hæc de Gratiâ actuali.

Interpretatio linguarum nouum Chariſma.

Hier. q. 9. ad Hedibam.

1.Cor.14.v.5.

Chryſoſtom. 33. in Matth. & 32. in 1. Cor.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Digitized by Google

ISAACII HABERTI
EPISCOPI VABRENSIS
THEOLOGIÆ GRÆCORVM PATRVM
Vindicatæ, circa vniuerſam materiam
Gratiæ.

LIBER TERTIVS.
DE GRATIA HABITVALI EIVSQVE Effectis.
IVSTIFICATIONE ET MERITO.

CAPVT PRIMVM.

Gratia Habitualis, ſanantis, gratum facientis, ſanctificantis iuſtificantis, nomenclatura, notiones ac elogia apud Patres Græcos Latinis Patribus, S. Thoma & Schola Sorbonica collatos.

SVMMA CAPITIS.

I.

VNiuerſa Gratiæ totius Idea exprimitur ex Gregorio Nazianzeno. Definitio Gratiæ habitualis ex Theologis.

II.

Nomenclatura & elogia Gratiæ habitualis ſanctificantis apud PP. Græcos.

III.

Gratia habitualis qualitas & forma permanens probatur ex ſcripturis & PP.

IV.

Alterum argumenti genus ad probandam gratiam habitualem ex ſcript. & PP. & inhabitatione Dei.

V.

Tertium argumentorum genus ex reſtitutione ſanitatis & pulchritudinis ſpiritalis ex iiſdem.

VI.

Locus eximius S. Baſilij & S. Cyrilli & aliorum cum Auguſtini comparatione. Ratio S. Thomæ expenditur & illuſtratur ex PP.

I.

VNIVERSAM Gratiæ diuinæ naturam, vim ac œconomiam paucis verbis complexus eſt S. GREGORIVS cognomento meritiſſimo Theologus ὃ θεῖον ἕλκει πρὸς ἑαυτὸν, Greg. Naz. or. 42.
ἵνα θαυμάζηται, θαυμαζόμενον δὲ ποθῆται πλέον. ποθούμενον δὲ καθαίρῃ. καθαῖρον δὲ θεοειδεῖς ἐργάζηται. τοιούτοις δὲ γινομένοις ὡς οἰκείοις ἤδη

προσομιλῇ θεὸς θεοῖς ἑνούμενός τε καὶ γνωριζόμενος. Id eſt. Deus trahit ad ſe vt admirationem ſui excitet, admiratione concepta vt magis deſideretur: deſideratus vt purget: purgando diuinos vt efficiat: cum tales autem effecerit, iam vt familiaribus colloquatur, Deus diis vnitus & notus] Nulla profectò cuiuſcumque gratiæ ſpecies, nullus Gradus, nulla proprietas, nulla efficacia, ſiue ad actualem ſiue ad habitualem pertinens in his verbis eſt prætermiſſa. Quod quidem cum ex iis quæ vtroque libro præcedenti de gratiâ actuali diſputata ſunt, clariſſimum ſit: ex aliis deinceps quæ de habituali Gratia, cum Deo Gratiam aſpirante diſſeremus, exploratiſſimum haud dubiè futurum eſt. Peculiarem ad hoc inſtituere quæſtionem de Gratiæ habitualis exiſtentia nihil neceſſe eſt, quandoquidem illa ſatis colligi poterit ex eiuſdem titulis & elogiis apud Græcos Patres frequentiſſimis & locupletiſſimis, quę ſolam eiuſdē definitionem ſiue deſcriptionem teneri poſtulant. Hæc autem quamquam breuiſſimè definiri poſſet, *Gratia [illegible] ſ per aturalis formaliter ſanctificans*: nihilominus tamen cumulatior eſt definitio ex S. Thoma cæteriſque Theologis: *Gratia permanens ſiue habitualis eſt qualitas & habitudo quædam ſupernaturalis quæ Deo infuſa animam formaliter ipſi gratam reddit, ac iuſtificat, eique diuinæ naturæ participationem, ſanitatem ſpiritualem, pulchritudinem, ornatumque ſanctitatis, ſtatum iuſtitiæ meritis Chriſti partæ, adoptionem & ius ad æternæ gloriæ hæreditatem confert.* Hæc omnia Græci Latinique Patres ſummo conſenſu docent & ſacræ ſcripturæ teſtimoniis certatim illuſtrant & confirmant, vt ex ſequentibus conſtabit.

S.Tho.1.2.qu.110. ar.3.& ſeq.

II.

Nomenclatura & elogium gratiæ ſanctificantis apud PP Græcos.

Dionyſ. Eccleſ. hier.c.4.

Iren.lib.5 cap 10.

S. Dionyſius Gratiam dubio procul habitualem intelligit, quum eam quæ per ſacramenta producitur, vocat τὴν ἁγιαστείαν θεουργικὴν *Dei operatione effectam ſimul & effectiuam ſanctitatem.* ἁγιστείαν aliquando S. Chryſoſtomus. S. IRENÆVS eamdem vocat *infuſionem & inſertionem ſpiritûs inhabitantis.* Et hoc non ſine ſcripturæ auctoritate: dicitur enim *Spiritus Gratiæ* Zach. XII. 45. & *Gratia Spiritus* act. x. 45. Origenes ex Apoſtolo dixit Gratiam gloriæ ἀρραβωνίζεσθαι. Catenâ in Iob. p. 568. S. ATHANASIVS appellat τὴν μετοχὴν τοῦ ἁγιασμοῦ τῇ χάριτι participationem ſanctificationis per Gratiam S. BASILIVS eodem fere modo dixit μετέχειν τοῦ ἁγιασμοῦ ἐκ τῆς κατὰ χάριν διανομῆς. Id eſt. Participare ſanctitatem ex diſtributione quæ ſecundum Gratiam fit.] Et lib. v in Eunomium τὴν τῆς ἁγιότητος μετάδοσιν ſanctitatis communicationem. Gregorius Theologus in Apologet. τὸν πλησιασμὸν θεοῦ Dei appropinquationem, & θέωσιν deificationem. S. AMPHILOCHIVS τὴν εἰσποίησιν εἰς υἱοθεσίαν creationem adoptionis. S. Chryſoſtomus τὴν χάριν τῆς ἄνωθεν εὐνοίας δι' ἧς τὸν θεὸν φίλον καὶ τὸν χριστὸν ἔνοικον ἔχομεν ſupernæ beneuolentiæ Gratiam, per quam Deum amicum & Chriſtum inhabitatorem habemus.] Idem vocat abſolutè τὴν εὔνοιαν beneuolentiam Dei ho. XXIII. in Geneſim. S. Gregorius Nyſſenus vocat τὴν χάριν τοῦ κάλλους τῆς ψυχῆς ἐκ θεοῦ ἀπορρέουσαν Gratiam pulchritudinis animæ à Deo emanan-

Athanaſ.dial.1. cont.Macedon.

Baſil ho. 27. in Sabellian.

Naz Apol

Amphil.or.in Deiparam

Chryſ.to 1.ho.1.

Nyſſ.ho.2.in Cant.

tem. B. Cyrillus τὸν ἁγιασμὸν εἰσποίητον καὶ εἰσκεκλημένον ἔχων κατὰ χάριν πρὸς εἰκόνα τὴν θείαν καὶ ὑπερκόσμιον. Id eſt. Sanctificationem aliunde aſcitam ſecundum gratiam ad imaginem diuinam & ſupra mundanam. Ex quibus & conſimilibus elogiis non eſt operoſum omnes & ſingulas definitionis Gratiæ habitualis partes firmare ac exponere. S.Cyrill.lib.2.in 10.

III.

Verum ad controuerſiam magis arduam ac difficilem res ipſa nos vocat, & à nobis contendit, vt gratiam illam, fixam & ſtabilem aliquam eſſe formam ſeu permanentem in animâ qualitatem oſtendamus, quæ poſt actualis gratiæ motum, infuſionem & operationem, vt loquitur Concil. Arauſic can. 4. & 6. inſtar cuiuſdam termini ſuperſit. Doctrina hæc eſt Ss. Patrum quam ex variis ſcripturæ locis fulciunt ac elucidant. Primò quidem ex iis in quibus hominis natura per peccatum quodammodo deſtructa reparari docetur & ad naturæ diuinæ participationem & ſimilitudinem ſupernaturalem, gratiæ munere veluti refingi ac recudi. B. Petrus Epiſtolâ ſec. *Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei & Chriſti Ieſu Domini noſtri, quomodo omnia nobis diuinæ virtutis ſuæ ad vitam & pietatem quæ donata ſunt, per cognitionem eius qui nos vocauit propriâ gloriâ & virtute; per quem* (δι' ὧν per quæ, Caſaub. ex vet. Ex legit δι' ὃν) τὰ τίμια ἡμῖν καὶ μέγιστα ἐπαγγέλματα δεδώρηται, ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως, ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς. Id eſt. *Pretioſa nobis & maxima promiſſa donauit* (ſup. Deus, vel donata ſunt à Deo) *vt per hæc efficiamini* DIVINÆ CONSORTES NATVRÆ *fugiẽtes eam quæ in mundo eſt* (cũ fugeritis ab eâ) *concupiſcentiæ corruptionem.* Reparatio autem hæc ad *naturæ diuinæ conſortium* fieri nõ poteſt abſque aliquâ formâ ſpirituali; Deus enim eſt actus ſpirituſq; puriſſimus: participatio naturæ ipſius vti detur naturæ inferiori, mediam igitur aliquam formam permanentem inter vtrumque poſtulat, ceu vinculum quo *qui adhæret Domino vnus ſpiritus eſt.* Hoc fieri non poteſt per ſubſtantiam aliquam mediam, igitur per qualitatem ſupernaturalem permanentem, quæ *nouitatem illam vitæ* quam & *nouitatem ſpiritus* Apoſtolus appellat, operetur. Iterum ad Rom. cap. XII. μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν: *reformamini in nouitate ſenſus veſtri.* Iuxta quæ loquuntur Ss. Patres. B. IGNATIVS Martyr Epiſtolâ ad Magneſios ὑπέρθεσθε τὴν κακὴν ζύμην, τὴν παλαιωθεῖσαν, τὴν σεσηπυῖαν; καὶ μεταβάλλεσθε εἰς νέαν ζύμην χάριτος, ἁλίσθητε ἐν Χριστῷ. Id eſt. Abijcite malum illud vetus & putridum fermentum, & tranſmutamini in nouum fermentum Gratiæ. Habitate in Chriſto. B. DIONYSIVS docet in diuina per Gratiam regeneratione θεογενεσίᾳ, acquiri τὸ εἶναι θείως ἢ ὑπάρχειν ἐνθέως eſſe diuinè, ſiue diuinè exiſtere, quæ verba reddunt interpretes, *ſtatum diuinum habere.* Rationem affert ἢ οὐχὶ καὶ ἡμῖν ὑπάρξαι δεῖ πρότερον, εἶτα ἐνεργῆσαι τὰ καθ' ἡμᾶς, ὡς τοῦ μηδαμῶς ὄντος, οὐδὲ κίνησιν· ἀλλ' οὐδὲ ὕπαρξιν ἔχοντος, τοῦ δέ πως ὄντος ἐκεῖνα μόνον ἐνεργοῦντος ἢ πάσχοντος ἐν οἷς εἶναι πέφυκεν; Id eſt. An non & nobis exiſtentiâ primum opus eſt, vt deinde quæ

Gratia ſanctificans habitualis & permanens probatur ex ſcript. & PP.

1. Pet 2.

Ro.6.
Ro.7.

Ignat ad Magn. ex 1 Cor.5.

Dionyſ. Eccl. hier. c.2.

noſtra ſunt efficiamus. Ita vt quod nullo modo exiſtit, neque motionem neque ſubſiſtentiam habeat: quod autem quoquo pacto eſt, ea tantum & agat & patiatur quæ ſtatus ſui ſunt.] Ex quibus concludit, εἰ δὲ ἕξις θεῖός ἐστι ἡ θεία γέννησις, οὐ μή ποτε ἂν γνοίη τῶν θεοπαραδότων, οὔτε μὴν ἐνεργήσειεν, ὁ μηδὲ τὴν ὕπαρξιν ἐν θείοις ἐσχηκώς. Id eſt. Cum natiuitas diuina ſit diuinus quidam ſtatus, nunquam ſane cognouerit, nedum fecerit aliquid ex iis quæ à Deo tradita ſunt, qui nec diuinum illum ſtatum fuerit adeptus.] Vnde ruſum aliud elicit & concludit nempe, vt Philoſophi dicunt operatio præſupponit eſſe, ita diuinam operationem diuinum eſſe præſupponere; τῆς ἱερᾶς ἀγαπήσεως ἡ περὶ τὴν ἱερουργίαν τῶν θείων ἐντολῶν ἀρχικωτάτη πρόοδος ἡ τῆς ἕξεως θείας ἡμῶν ἀρρητοτάτη δημιουργία ſacræ dilectionis in ſacroſanctam diuinorum præceptorum operationem progreſſus, eſt ineffabiliſſima diuini noſtri ſtatûs fabricatio.] Totidem penè argumenta quot verba probant gratiam quâ diuinum illud eſſe, ſiue diuinus ille ſtatus conſtituitur, eſſe formam aliquam permanentem, non ſecus ac ſtatus ille eſt ſtans & permanens. B. Gregorius Nyſſenus idem inculcat ex voce ἀναστοιχειώσεως reelementationis, id eſt principiorum ipſius vitæ reſtaurationis, quam in hac animæ per Gratiam redintegratione vſurpat. B. Macarius pluribus, quam huc referri vt poſſint, hoc amplificat, de renaſcentiæ ſpiritualis ſtatu verba faciens.

Or. Catech.
Macar. ho. 30.
1. Petri 1. & ad Tit. 3

IV.

Alterum argumentorum genus ad probandam gratiam habitualem.
Ioan. 14. v. 23.
Aug. tr 76.
Dionyſ. hoc vtitur loco Eccl hier. c. 2.

Alterum huius ſtabilis ac permanentis Gratiæ argumentum Ss. Patrum, ducitur ex teſtimoniis illis ſcripturæ, in quibus Deus poſt hominis iuſtificationem dicitur inhabitare, & manſionem facere in animâ ipſius. Chriſtus loquitur apud Ioannem: *ſi quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit & Pater meus diliget eum & ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus.* B. AVGVSTINVS *Deus Trinitas, Pater Filius & Spiritus ſanctus veniunt ad nos dum venimus ad eos: veniunt ſubueniendo, venimus obediendo: veniunt illuminando, venimus intuendo: veniunt implendo, venimus capiendo: vt ſic nobis eorum non extraria viſio, ſed interna, & in nobis eorum non tranſitoria manſio, ſed æterna.* De ſpiritu ſancto iuſtificationis proxeno, Chriſtus ipſe. *Vos autem cognoſcetis eum quia apud vos manebit & in vobis erit.* AMMONIVS ad hunc locum ὥσπερ τις θειότητος ποιότης ἐν ἡμῖν γίνεται καὶ ἀπομένει διηνεκῶς ἐν τοῖς ἁγίοις ὅταν δι' ἀρετῆς καὶ καθαρότητος τηρεῖν ἐν ἑαυτοῖς σπουδάζωσι τὴν χάριν. Id eſt. Diuina quaſi quædam QVALITAS diuinitatis in nobis producitur, & ſemper in ſanctis perſeuerat, quando per virtutem ac puritatem in ſemetipſis ſeruare gratiam conantur.] Egregia verba & ad ſenſum locutionemque ſcholæ percommoda.

Io. 14. v.
In Caten.

Ioannes Apoſtolus Epiſt. 1. Canonica. *In hoc cognoſcimus quoniam in Deo manemus, & ipſe in nobis, quia de ſpiritu ſuo dedit nobis.* Ad quem locum B. Auguſtinus Gratiæ habitualis veritatem probat, ex eo quod pueris etiam detur Spiritus ſanctus, quod & Epiſtolâ ad Dardanum latius explicat, vbi de *gratia habitationis* multa ſingularia habet: quam & in pueris locum habere ait, licet cuiuſcuque actionis pæne ſint incapaces,

Ep. 1. c. 4.
Tr. 6.
Epiſt. 57.

reluctantur enim dum baptizantur: *Dicimus ergo in baptizatis paruulis quamuis id neſciant habitare Spiritum ſanctum (non ſolum per diuinitatis præſentiam quâ vbique eſt, ſed per gratiam habitationis) ſic enim eum neſciunt, quamuis ſit in eis, quemadmodum neſciunt & mentem ſuam cuius in eis ratio, quâ vti nondum poſſunt, velut quædam ſcintilla ſopita eſt, excitanda ætatis acceſſu. Neque hoc in paruulis mirum videri debet, cum Apoſtolus quibuſdam etiam maioribus dicat: Neſcitis quia templum Dei eſtis & Spiritus Dei habitat in vobis?* 1. Cor. 3.

Simile verò argumentum, ex illa inhabitatione Spiritus ſancti in animâ infantium per baptiſmi gratiam infuſam & habitualem, nobis porrigit B. CHRYSOSTOMVS loco perinſigni qui etiam à B. Auguſtino laudatur & defenditur contra Iulianum, homilia ad Neophytos. Verba illius ſic in Latinum conuerſa refert B. Auguſtinus. *Ecce libertatis ſerenitate perfruuntur qui tenebantur paulò ante captiui: & ciues Eccleſiæ fiunt, qui fuerant in confuſione peccati. Non enim tantum ſunt liberi, ſed & ſancti: non tantum ſancti, ſed & iuſti: non ſolum iuſti, ſed & filij: non ſolùm filij, ſed & hæredes: non ſolum hæredes, ſed & fratres Chriſti: ſed & cohæredes: non ſolum cohæredes, ſed & membra: non tantum membra, ſed & templum, non tantum templum, ſed organa ſpiritûs. Vides quot ſunt Baptiſmatis largitates, & nonnulli deputant cæleſtem gratiam in peccatorum tantum remiſſione conſiſtere: nos autem honores computauimus decem: hac de cauſſa etiam infantes baptizamus, quamuis peccata non habentes* (*propria* ſuple, vnde Auguſtinus ibidem reſtituit hunc locum aduerſus Iulianum qui verterat, *cum non ſint coinquinati peccato*, reſtituit, inquam, in aliam formam, *quamuis peccata non habentes*, & affert verba Chryſoſtomi Græca, διὰ τοῦτο καὶ παιδία βαπτίζομεν καίτοι ἁμαρτήματα οὐκ ἔχοντα.) *vt eis detur ſanctitas, iuſtitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Chriſti, vt eius membra ſint.* Hæc autem omnia per actualem gratiam, quæ in pueris nec operatur nec cooperatur, ſed per habitualem tantum præſtari poſſunt. S. Aug. 1. in Iul. c. 6. V S. Aug 1. de peccat. mer. c 9.

Diuinus Apoſtolus Epiſtola ad Epheſios *Deo vobis Deus ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per ſpiritum eius in interiorem hominem: Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati & fundati.* THEODORITVS τὸ βέβαιον τῆς πνευματικῆς χάριτος ſtabilitatem Gratiæ ſpiritalis interpretatur. Eph c. 3. Theodor. com. in c. 3. Eph.

V.

Accedit aliud probandi genus, quo Ss. Patres ex ſcripturæ locutionibus Gratiam permanentem aliquam qualitatem deſcribunt, puta ſanitatis, & ſpeciei ſiue diuinæ imaginis & pulchritudinis ſpiritualis reſtitutæ. Ierem. 3. *ſanabo auerſiones veſtras* Oſee 4. *ſanabo contritiones eorum.* Eſai. 58. *Sanitas tua citius orietur & anteibit faciem tuam iuſtitia tua.* B. AVGVSTINVS libro de naturâ & gratia. *Medicus homo cum ſanauerit hominem, iam de cætero ſuſtentandum Elementis & alimentis corporalibus, vt eadem ſanitas apto ſubſidio conualeſcat atque perſiſtat, Deo dimittit. Qui præbet in iſta carne viuentibus, cuius etiam erant illa, quæ dum curaret, adhibebat. Ipſe autem Deus cum per Mediatorem Dei & hominum Chriſtum Ieſum, ſpiritualiter* Gratia habitualis probatur ex ſanitate & pulchritudine interna. Aug. de nat. & gr. c. 26.

ſanat ægrum, vel viuificat mortuum, id eſt, iuſtificat impium, & cum ad perfectam ſanitatem, id eſt ad perfectam vitam iuſtitiamque perduxerit, non deſerit ſi non deſeratur, vt piè ſemper iuſtéque viuatur.

B. Auguſtinus quidem titulum gratiæ *ſanantis* crebrò tribuit Gratiæ actuali, vt libro 83. quæſt. & de peccatorum meritis: ſcilicet tanquam cauſſæ efficienti, quod tamen nihil vetat, Gratiam ſanantem formaliter, vt Theologi ſcholæ loquuntur, eſſe gratiam habitualem. Ambæ ſiquidem illæ gratiæ vltro ſibi appellationes huiuſmodi inuicem communicant, vnde & Gratia actualis, *infuſa* dicitur Concilio Arauſicano: eadem quoque dicitur *iuſtificans* Concilio Mileuitano ſeu Carthaginenſi. Gratia igitur actualis *eſt via & actio* tranſiens qua habitualis efficitur vt *terminus & qualitas ſeu forma* ſanctificationis ſubiectiuæ & inhærentis, vt poſtea clarius ampliuſque exponetur: ſicut medicatio ſeu operatio medici eſt actio quâ ſanitas producitur quæ poſt ſanationem in homine perſanato remanet tanquam optima qualitas & habitudo. Quemadmodum etiam pulchritudo ſanitatis index & comes, veluti flos ſucci laudabilis & exquiſiti temperamenti, ex omnium partium εὐεξίᾳ enaſcens, quæ non eſt actio ex qualitate, ſed qualitas & habitudo ex actione, nimirum ex ſanitatis reſtitutione conſurgens, eique ſuccedens & ſuperſtes. De gratia vero ſiue ab ipſo primordio infuſa, ſiue per pœnitentiam reparata, ſicut de animæ pulchritudine loquuntur Ss. Patres, quæ per *diuinam formam* nobis denuo impreſſam & inſculptam fiat. Pulcherrima de hac pulchritudine verba S. Baſilij in illa verba Pſalmographi *Domine in voluntate tuâ* præſtitiſti decori meo virtutem. ἵνα δὲ κάλλος ἐπιγένηται τῇ ψυχῇ καὶ δύναμις τῶν δεόντων ἐπιτελεστική, θείας εἰς τοῦτο χάριτος χρῄζομεν. καλὸς μὲν γὰρ ἤμην κατὰ τὴν φύσιν· ἀσθενὴς δὲ διὰ τὸ ἐξ ἐπιβουλῆς τοῦ ὄφεως νεκρωθῆναι τῷ παραπτώματι. τῷ οὖν κάλλει μου ὃ παρὰ σοῦ ἔλαβον ἐκ τῆς πρώτης κατασκευῆς, προσέθηκας δύναμιν τὴν τῶν δεόντων παρακλητικήν. καλὴ μὲν οὖν πᾶσα ψυχὴ ἡ ἐν συμμετρίᾳ τῶν οἰκείων δυνάμεων θεωρουμένη· κάλλος δὲ ἀληθινὸν καὶ ἐρασμιώτατον, μόνῳ τῷ τὸν νοῦν κεκαθαρμένῳ θεωρητὸν τὸ περὶ τὴν θείαν καὶ μακαρίαν φύσιν. οὗ ὁ ἐνατενίσας ταῖς μαρμαρυγαῖς καὶ ταῖς χάρισι, μεταλαμβάνει τι ἀπ' αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπό τινος βαφῆς αἴγλην τινὰ εὐανθῆ εἰς τὴν οἰκείαν ὄψιν διαχρωννύμενος. Id eſt. Vt animæ decor accedat & potentia quædam efficaciter perfectiua eorum quæ neceſſaria ſunt, diuina opus eſt Gratiâ. Pulcher quidem eram ſecundum naturam: debilis autem factus, ob peccatum per inſidias ſerpentis admiſſum, perij. Pulchritudini ergo meæ quam ex te in primâ Creatione accepi, addidiſti virtutẽ, eorum quæ me addecent, effectiuam. Pulchra namque omnis eſt anima quæ in ſymmetria propriarum virtutum conſpicitur. Pulchritudo autem vera, ac proinde amabiliſſima, quam ſola mens omni contagione expurgata contemplari poſſit, circa diuinam ac beatam naturam conſiſtit. Sanè qui in eius micantiſſimum fulgorem & inexhauſtam gratiam, mentem preſſiùs intenderit, aliquid hinc beneficij in ſe deriuat, velut à quapiam tincturâ florulentum ſplendorem faciei colorandæ aſſumpſerit.] Hæc verba elegantiſſima, quæ omnia quidem aliorum dicta expri-

83 qq q. 48 & 2 de pecc. mer. c. 17.

Arauſ. c. 4. & 5.

Mileu. c. 3. & 5.

Lege Baſil. Seleuc. orat. 36.

Baſil. in Pſ. 29.

munt, imitati & plurimi Patres à nobis potius indicandi quam tranſcribendi ſunt Gregorius Theologus, Nyſſenus op. in Pſalmos, Chry- Naz.or 19. Nyſſ. in Pſ.c.7. Chryſ. Paræn.1. ſoſtomus ad Theodorum, vbi rectè notat hominum nulli conceſſum eſſe vt corpus ſuum ex deformi pulchrum reddat, animo vero id concedi per gratiam, τὴν ψυχὴν εὔμορφον ποιῆσαι, κἂν εἰς ἐσχάτην δυσειδίαν καταντήσῃ, εἰς αὐτὴν τὴν τῆς ὥρας ἀναγαγεῖν κορυφήν, καὶ οὕτως ἐπέραστον ποιῆσαι καὶ ποθεινήν, ὥστε μὴ μόνον τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἑλκῦσαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ἁπάντων βασιλέα καὶ θεόν. Id eſt. Animam formoſam reddere quamuis in vltimam turpitudinem deuenerit, ipſam ad ſummam pulchritudinem reducere, atque ita amabilem & deſiderabilem efficere, vt non ſolum viros bonos pelliciat, ſed ipſum quoque omnium Regem ac Deum &c] Quæ verba eo poſui, quod for- Pſ 44. malem Gratiæ ſanctificantis effectum exhibeant, nempe *hominem Deo gratum efficere*. Idem comptioribus & copioſioribus verbis diſſerit in Epiſtolam ad Epheſios ad illud Apoſtoli, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος Chryſ.hom.1.ad Eph. αὐτοῦ, εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ *ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in quâ gratificauit nos in dilecto.* Οὐκ εἶπεν ἧς ἐχαρίσατο, ἀλλ᾽ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς, τουτέστιν οὐ μόνον ἁμαρτημάτων ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ ἐπεράστους ἐποίησε. καθάπερ γὰρ εἴ τις λαβὼν ψωραλέον τινὰ καὶ λοιμῷ καὶ νόσῳ διεφθαρμένον, καὶ γήρᾳ καὶ πενίᾳ καὶ λιμῷ εὐθέως εὔμορφον νεώτερον ἐργάσαιτο, πάντας ἀνθρώπους νικῶντα τῷ κάλλει, σφόδρα τὴν τῆς αὐγὴν ἀφιέντα τῶν παρειῶν, καὶ τὰς μαρμαρυγὰς ἀποκρύπτοντα ταῖς τῶν ὀφθαλμῶν βολαῖς, εἶτα ἐν αὐτῷ καταστήσειε τῷ τῆς ἡλικίας ἄνθει, καὶ μετὰ τοῦτο ἁλουργίδα περιβάλοι, καὶ διάδημα καὶ πάντα τὸν κόσμον οὕτως ἐξήσκησεν τὴν ψυχὴν ἡμῶν, καὶ καλὴν, καὶ ποθεινὴν καὶ ἐπέραστον ἐποίησεν. ἐπιθυμοῦσι γὰρ ἄγγελοι παρακύψαι πρὸς τὴν τοιαύτην ψυχήν, ἀρχάγγελοι, πάντες ἅγιοι. οὕτως ἡμᾶς καὶ ἐπιχαριστάτους ἐποίησε καὶ ἑαυτῷ ποθεινούς. ἐπιθυμήσει γάρ φησιν ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. Id eſt. Non dixit quam gratis donauit, ſed gratos fecit: hoc eſt non ſolùm à peccatis liberauit, ſed etiam amabiles reddidit. Quomodo enim ſi quis acceptum quemdam ſcabioſum & peſte morbo, ſenio & paupertate confectum & perditum, ſtatim formoſum iuuenem fecerit, omnes homines pulchritudine ſuperantem, è genis quidem ſplendorem valdè emittentem, & micantium oculorum eiaculatione fulgores obſcurantem; eum prætereà conſtituerit in ætatis ipſo flore, poſtea purpurâ eum induerit, & diademate impoſito omni ex parte exornarit: Ita noſtram inſtruxit & ornauit animam Deus, pulchram effecit, deſiderabilem & amabilem. Cupiunt enim Angeli talem animam aſpicere, cupiunt Archangeli & omnes ſancti. Pſ 44. Ita nos effecit etiam gratioſiſſimos ſibique deſiderabiles. Concupiſcet enim, inquit, Rex decorem tuum, &c.]

VI.

Eſt alia quædam apud Græcos etiam Patres, formam eiuſmodi gratiæ ſtantem & manentem exprimendi ratio: comparatione videlicet ductâ à naturali viſus facultate, vel aliquando cum habitu qui ſine

dubio permanens & ſtabilis qualitas eſt. S. BASILIVS lib. de Spiritu ſancto ὡς ἡ δύναμις τοῦ ὁρᾶν ἐν τῷ ὑγιαίνοντι ὀφθαλμῷ, οὕτως ἡ ἐνέργεια τοῦ πνεύματος ἐν τῇ κεκαθαρμένῃ ψυχῇ· διὸ καὶ Παῦλος εὔχεται Ἐφεσίοις, πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν εἶναι ἐν τῷ πνεύματι τῆς σοφίας. καὶ ὡς ἡ τέχνη ἐν τῷ ἀναλαβόντι αὐτήν, οὕτως ἡ χάρις τοῦ πνεύματος ἐν τῷ ὑποδεξαμένῳ, ἀεὶ μὲν συμπαροῦσα, οὐχὶ δὲ καὶ ἐνεργοῦσα διηνεκῶς. ἐπεὶ γὰρ ἡ τέχνη δυνάμει μὲν ἐν τῷ τεχνίτῃ ἐστὶν· ἐνεργείᾳ δὲ τότε ὅτ' ἂν κατ' αὐτὴν ἐνεργῇ. Id eſt. Sicut potentia videndi in oculo ſano, ita & efficacia ſpiritus in animâ purgatâ. Idcirco Paulus optat Epheſios habere oculos illuminatos in ſpiritu ſapientiæ. Et quemadmodum ars eſt in eo qui nactus eſt illam, ita gratia ſpiritûs in eo qui illam recepit: ſemper quidem præſens, at non perpetuò operans. Nam & ars potentiâ quidem eſt in artifice: actu vero tum cum ſecundum illam operatur: &c.] Aperta mens eſt S. Baſilij, qui & vltra Gratiam habitualem & ſanctificantem, vult etiam gratias gratis datas, quarum poſtea exempla affert, in habitu quodam conſtare, quæ priuata ipſius mens eſt. Sic Irenæus antea dixerat in perfectis, eſſe *perſeuerantem Dei ſpiritum*. B. CYRILLVS in Eſaiam, ait Deum ex ſanctificatione dici in ſcripturâ πλάστην καὶ ποιητήν, τουτέστιν αὐτοῦ τοῦ εἶναι χορηγόν. Id eſt. Formatorem & effectorem, id eſt, huius eſſentiæ ſuppeditatorem: & multò poſt, πλάττεται ἕκαστος εἰς παῖδα θεοῦ ἀναμορφούμενος νοητῶς τῇ τῶν θείων εἰδήσει νόμων πρὸς εἶδος ἐξαίρετον, ὃ ἐκ τῆς τῶν ἀρετῶν εὐκοσμίας ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπισυμβαίνων ψυχαῖς. τοῦτο κάλλος ἂν νοοῖτο τὸ πνευματικόν. πλάττονται δὲ εἶναι ἐν Χριστῷ διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς εἶδος τὸ πρὸς αὐτόν. Id eſt. Formatur quiſque in Filium Dei intelligibiliter informatus, diuinarum legum ſcientiâ, ad ſpeciem effigiemque excellentem, quæ virtutum ornatu in animis hominum inhæret. Hæc autem pulchritudo poteſt intelligi ſpiritualis. Formantur etiam velut in Chriſto per participationem Spiritus ſancti in formam ipſi reſpondentem, donec formetur Chriſtus in vobis, &c.

Baſil. de Spir. S. c. 26.

Eph. 1.

Iren. lib. 5. c. 6.

Cyrill. l. 4. or. 2.

Gal. 4.

Suadent quoque non mediocriter rationis adduci ſolitæ quemadmodum videlicet Deus in ordine rerum naturali, res animatas ad finem ſuum dirigit ac deducit, non ſolum actuali ſuo concurſu, ſed etiam formis quibuſdam & qualitatibus à naturâ inditis: ſic & in ſupernaturalium diſpoſitione ſuauiſſimâ, creaturis conſulit, quo potentiùs vberius & faciliùs fini ſupremo tot ac tantis mediis coniungantur. Præterea non ſolum quando homo actu operatur, Deumque amore ſupernaturali proſequitur: ſed vbi ab operatione deſtitit, etiam aliud agens, etiam dormiens, iuſtus denominatur: quæ quidem denominatio non ſolum per fauorem extrinſecum ipſi competit, vt definitur in Synodo Tridentinâ: igitur ab aliquâ formâ inſidente dubio procul ac inhærente denominari neceſſe eſt.

Seſſ. 6. can. 2.

Denique ratio S. Thomæ acceptiſſima eſt? Obiectio hæc erat. *Videtur quod gratia non ponat aliquid in animâ. Sicut enim homo dicitur habere gratiam Dei, ita etiam gratiam hominis. Vnde dicitur Gen. 39. quod Dominus dedit Ioſeph gratiam in conſpectu principis carceris. Sed per hoc quod homo dicitur habere gratiam hominis, nihil ponitur in eo qui gratiam alterius habet, ſed in eo cuius*

Ratio. S. Tho. 1. 2. q. 110. a. 1. ad 1.

gratiam habet, ponitur acceptatio quædam: ergo per hoc, quod homo habere gratiam Dei dicitur, nihil ponitur in animâ, ſed ſolùm ſignificatur acceptatio diuina. Reſpondet S. Thomas. *Dicendum quod etiam in hoc quod dicitur aliquis habere gratiam hominis, intelligitur in illo eſſe aliquid quod ſit homini gratum, ſicut & in hoc quod dicitur aliquis gratiam Dei habere, ſed tamen differenter. Nam illud quod eſt homini gratum, in alio homine præſupponitur eius dilectioni: cauſatur autem ex dilectione diuinâ, quod eſt in homine Deo gratum.* Huic rationi de amore ſupernaturali completo debet præſupponi amor Dei incompletus & ad alium tendens perfectum, qualis eſt amor Dei erga iuſtum: quia vt ait B. Auguſtinus *Deus in nobis non faceret quod amaret, niſi antequam id faceret, nos amaret*: ſed hac de re plura inferius in controuerſiâ de iuſtificatione. Tract. 102. in Io.

Quâ vero certitudine Gratia habitualis tenenda ſit, inquirunt Scholaſtici Doctores: quæ cum inſtituti noſtri non ſit quæſtio, breuiter illam diſceptabimus. Diſceptatio verò tota pendet ex Innocentij tertij capite *Maiores* & duobus Conciliis Viennenſi & Tridentino.

Innocentius primus, quantum ad paruulos ſpectat baptizatos, rem in medio reliquit. *Nonnulli*, inquit, *concedunt, quod paruuli credunt, non per vſum, ſed per habitum fidei* (idem iudicium de habitu gratiæ) *quem ſuſcipiunt in baptiſmo: ſicut & alia multa verba ſecundum communem vſum loquendi non ad actum, ſed ad aptitudinem referuntur. Illud vero quod opponentes inducunt, fidem aut charitatem aliaſque virtutes paruulis vtpote non conſentientibus non infundi à pleriſque non conceditur abſolutè, cum propter hoc inter Doctores Theologos quæſtio referatur, alijs aſſerentibus per virtutem baptiſmi paruulis quidem culpam remitti, ſed gratiam non conferri: nonnullis dicentibus dimitti peccatum, & virtutes infundi habentibus illas, quoad habitum non quoad vſum, donec perueniant ad ætatem adultam.* Locus hic nihil de fide quidem aſſerit circa paruulos, ſed tamen non obſcurè ſignificat communem fuiſſe Theologorum ſententiam, dari Gratiam habitualem, in aliorum quam paruulorum iuſtificatione. De fide verò nihil præcisè & accuratè. Innoc. 3. cap. Maiores de Bapt.

Concilium Viennenſe ſub Clemente V. *Quantum ad effectum Baptiſmi in paruulis, reperiuntur Doctores quidam Theologi opiniones contrarias habuiſſe, quibuſdam ex ipſis dicentibus, per virtutem baptiſmi paruulis quidem culpam remitti, ſed gratiam non conferri: alijs è contra aſſerentibus, quod & culpa eiſdem in baptiſmo remittitur, & virtutes, ac informans gratia infunduntur, quoad habitum; etſi non pro illo tempore quoad vſum. Nos autem attendentes generalem efficaciam mortis Chriſti quæ per baptiſma applicatur, pariter omnibus baptizatis opinionem ſecundam, quæ dicit tam paruulis quam adultis conferri in baptiſmo* INFORMANTEM GRATIAM *& virtutes, tanquam probabiliorem & dictis ſanctorum, & Doctorum modernorum Theologiæ magis conſonam & concordem ſacro approbante Concilio, duximus eligendam.* Locus hic reuera ſupponit communem fuiſſe Theologorum ſententiam dari in adultis habitum aliquem GRATIÆ INFORMANTIS: probabiliorem quoque ſententiam idem iudicium ferre de paruulis baptizatis: ſed reuera neutrum de fide decernit. Cap. VII. de ſumm. Trin. & fid. Cathol.

Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. Deſcendendum itaque ad Synodum vſque Tridentinam. Excerpitur ex eâ locus ſeſſionis ſextæ *Itaque veram & Chriſtianam iuſtitiam accipientes eam ceu primam ſtolam, pro illâ quam Adam ſuâ inobedientiâ ſibi & nobis perdidit, per Chriſtum Ieſum illis donatam candidam & immaculatam iubentur ſtatim renati conſeruare, vt eam perferant ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti & habeant vitam æternam.* Ibidem docetur *hominem per obſeruationem mandatorum creſcere in ipſa iuſtitia per Chriſti Gratiam acceptâ:* Et rurſus definitur iuſtum per bona opera iuſtitiæ augmentum mereri: Docetur etiam *hominem cum Dei auxilio poſſe perſeuerare in gratiâ acceptâ:* Præterea, *gratiam iuſtificationis per peccatum amitti.* Tandem verò apertè diſtinguitur in eodem Concilio *Gratia iuſtificationis ab actibus fidei*, *Charitatis & Pœnitentiæ*: Denique Catechiſmus eiuſdem Concilij doctrinam enucleatiùs exponens & paſtoribus ad populum de fidei rebus inſtituendum à Pio V. traditus ac editus, ita de Gratiâ habituali loquitur: *Eſt autem Gratia, quemadmodum Tridentina Synodus ab omnibus credendum, pœnâ anathematis propoſitâ decreuit, non ſolùm per quam peccatorum fit remiſſio, ſed* DIVINA QVALITAS *in animâ inhærens, ac veluti ſplendor, & lux quæ animarum noſtrarum maculas omnes delet, ipſaſque animæ pulchriores & ſplendidiores reddit.* Iudicet Lector quid ex his omnibus quæ ex Synodo Tridentinâ collegimus, ipſe poſſit colligere. Nobis profectò veritatem hanc tanquam principium quoddam commune, præfixam fuiſſe ac veluti præſuppoſitam à Concilio, veriſimilius eſt quam ex profeſſo diſcuſſam & pertractatam, inſtar articuli definitam.

Cap. 10.

Can. 32.

Can. 3.

CAPVT SECVNDVM.

Gratia Habitualis differt ab habitu Charitatis : Illa in anima ſubſtantiâ, hæc in voluntate ſedem habet. Doctrina Ss. Patrum et S. Thomæ.

SVMMA CAPITIS.

I.

GRatiæ & Charitatis connexio ex ſcript. & SS. *PP. Huic Sch. laſtica quæſtioni ortum præbuit.*

II.

Eligitur & commendatur ſententia S. *Thomæ de diſtinctione reali gratiæ à Charitate.*

III.

SS. *Patrum vtriuſque linguæ, teſtimonia eam doctrinam illuſtrant & firmant.*

IV.

Argumenta contrariæ ſententiæ diſcutiuntur.

I.

DIVINVS Apoſtolus vtramque hanc ſupernaturalis iuſtitiæ cauſam coniunctiſſimam eſſe declarauit his ad ᴄ.or. verbis: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti & Charitas Dei & communicatio Sancti ſpiritus ſit cum omnibus vobis.* Gratiâ eſt quâ à Deo diligimur : Charitas quâ diligimus Deum : quæ antiſtropha ſunt, ac omnino reciproca : nec reciproca ſolùm, ſed connexa & inſeparabilia, ſi habitum vtriuſque contemplemur. Sapientia ita loquitur : *Ego diligentes me diligo.* Sapientia eadem incarnata. *Qui diligit me, diligitur à Patre meo. Iterum : Pater amat vos, quia me amaſtis.* Sicut ergo dilectio actiua & dilectio paſſiua cognatæ ſunt, & indiuulſæ : ſic Gratia dilectionem Dei concilians & Charitas dilectionem Deo redhoſtiens. *Ipſe enim prior dilexit nos & cum inimici ei eſſemus.* Ratione habita iſtius copulæ effectus vnius alteri perſæpe attribuuntur, vt alij antea obſeruarunt: vt Gratiæ ſic & Charitati tribuitur natiuitas quædam & regeneratio ſpiritalis, 1. Ioan 3. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater vt filij* De. *nominemur & ſimu.* Et cap. 4. *Omnis qui diligit, ex* D*eo natus eſt.* Charitas non ſecus atque gratia nouam vitam animæ confert 1. Ioan 31. *Tranſlati ſum.. de morte ad vitam quia diligimus fratres.* Per charitatem eodem quo per gratiam modo, Deus in nobis habitare dicitur 1. Ioan. 4. *Deus Charitas eſt & qui manet in Charitate in* Deo *manet & Deus in eo.* Charitas non minus quàm Gratia, eſt radix & fons virtutum 1. Cor. 13. *Charitas benigna eſt, patiens eſt,* &c. Andreas Cretenſis in transfigurationem ex vetuſtiorum Patrum floſculis, illi hanc corollam texit. ἀγάπη περῖγμα τῶν ἀπάντων ἀγαθῶν

2.Cor.c.13. Prou.8. Io.14. Io.16. Io. 4. Ro. 5. Andr.Cret.orat.4.

περιεκτικώτατον καὶ ἀκρότατον τῶν διὰ τῆς ἁγίας γραφῆς φανερουμένων· καὶ οὐδὲν ἐστιν ἀρετῆς εἶδος δι' ἧς ἄνθρωπος οἰκειοῦται τῷ θεῷ καὶ συνάπτεται, καὶ τῆς αἰωνίου δόξης, καὶ βασιλείας κληρονομεῖ, ὃ μὴ τῆς ἀγάπης ἐξήρτηται, καὶ ὑπ' αὐτῆς περιείληπται ἀρρήτῳ λόγῳ συνεχόμενον καὶ φρουρούμενον. Id eſt. Chatitas eſt omnium bonorum, quæ in S. ſcripturâ parent, maxime comprehenſiuum & ſupremum; nec vllum eſt virtutis genus quo homo concilietur & cohæreat Deo, gloriamque cæleſtem & regnum poſſideat, quod non pendeat à Charitate, atque ab eâ arcanâ quadam ratione comprehenſum ac velut præſidio cuſtoditum habeatur.] His verbis omnia fere gratiæ munera, omnes tituli & prærogatiuæ, Charitati aſcribuntur. Accedit ad hæc, quod vtriuſque præſtantiſſimæ ſpiritualium formæ, Gratiæ dico & Charitatis habitualis eadem primordia, progreſſus, & finis: ijdem gradus & periodi, eadem incrementa, ac detrimenta, eadem alteratio & perfectio, idem ortus ac interitus, eadem denique & in hac & in futura vita conditio ſumma paritate ac æqualitate conſtans. Peruulgatum illud B. Auguſtini libro de naturâ & gratiâ: *Charitas inchoata inchoata iuſtitia eſt, Charitas prouecta prouecta iuſtitia eſt: Charitas magna magna iuſtitia eſt: Charitas perfecta perfecta iuſtitia eſt. Sed Charitas de corde puro & conſcientiâ bonâ & fide non ficta: quæ tunc maxima eſt in hac vitâ, quando pro illa ipſa contemnitur vita. Sed miror ſi non habet quo creſcat, cum de mortali exceſſerit vitâ: vbicumque autem & quandocumque ita plena ſit, vt ei non ſit quod adyciatur, non tamen diffunditur in cordibus noſtris vel voluntatis vel naturæ opibus quæ ſunt in nobis, ſed per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis, & infirmitati noſtræ opitulatur, & ſanitati cooperatur: Ipſa eſt enim gratia* Dei *per Ieſum Chriſtum* Dominum *noſtrum, &c.*

Aug. de nat. & gr. c. vlt.

Hinc accedit vt obſcura eſſet inter gratiæ & charitatis formam habitualem differentia: quæ maxime ex ſcripturis educi poſſet: vnde Theologorum plurimi eamdem cum virtute gratiam eſſe opinati ſunt; cum diſcrimine tamen: nonnulli ſiquidem gratiam & charitatem ita virtutem vnam, eumdemque habitum eſſe duxerunt, vt ſolo nomine diſtinguerentur, quæ quidem ſententia iam fere ab omnibus ſcholis exulat. Alij docent non ſolo nomine, ſed ratione etiam diſtingui, & vario reſpectu ad ſubiectum & ad obiectum: Alij vero docent eſſe vnum eumdemque habitum ſupernaturalem reapſe, formali vero quadam ratione diſcerni. Quibus omnibus aduerſantur qui duas eſſe formas ſeu qualitates re & ſubiecto diſtinctas arbitrantur. SCHOLA SORBONICA hac in controuerſia apud Philippum Gamachæum tertiam ſententiam: apud Andream Duuallium, poſteriorem amplectitur. Vtraque quippe valde probabilis, ac pene pari tum auctoritatis cùm rationum apparatu ſtipata incedit.

Durandus in 1. q. 1. Scot. ib. q. v. 1. & Gabr. q. 1. Vega lib. 7. in Concil. Trid.

II.

Optio nobis igitur quum ſit relicta, ſi iudicij noſtri calculum tantiſper interponere licet, exiſtimamus habendam in primis eſſe rationem auctoritatis S. Thomæ qui gratiam re ipſâ à charitate diſtingui, vt & illam in animæ ſubſtantia tanquam in ſubiecto reſidere, hanc in

S. Tho. diſceſſit à Mag. ſent. & ab Alenſi 3 p. q. 61. & 69.

Digitized by Google

voluntate, quod apud omnes conſtat, recipi & inhærere, hac ferè ratiocinatione docet, quam ex propriis ipſius verbis (nec enim doctioribus aut ſelectioribus quiſquam poteſt) exprimemus. *Virtus eſt quædam diſpoſitio perfecti, vt Philoſophus dicit. Dico autem perfectum, quod eſt diſpoſitum ſecundum naturam. Ex quo patet quod virtus vniuſcuiuſque rei dicitur in ordine ad aliquam naturam præexiſtentem: quando ſcilicet vnumquodque ſic eſt diſpoſitum, ſecundum quod congruit naturæ ſuæ.* S. Tho. 1. 2. q. 1 o. ar. 3. & 4. 7. Phyſ. t. 17.

Manifeſtum eſt autem quod virtutes acquiſitæ per actus humanos ſunt diſpoſitiones quibus homo conuenienter diſponitur in ordine ad naturam quâ homo eſt. Virtutes autem infuſæ diſponunt hominem altiori modo & ad altiorem finem; vnde etiam oportet quod in ordine ad aliquam altiorem naturam, hoc eſt in ordine ad naturam diuinam participatam, quæ dicitur lumen gratiæ: quæ ſecundum quod dicitur 2. Pet. 1. Maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ: & ſecundum acceptionem huiuſmodi naturæ dicimur regenerari in filios Dei.

Sicut igitur lumen naturale rationis eſt aliquid præter virtutes acquiſitas quæ dicuntur in ordine ad ipſum lumen naturale: ita etiam ipſum lumen gratiæ, quod eſt participatio diuinæ naturæ, eſt aliquid præter virtutes infuſas, quæ à lumine illo deriuantur, & ad illud tamen ordinantur. Vnde Apoſtolus dicit ad Epheſ. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis ambulate. Sicut enim virtutes acquiſitæ perficiunt hominem ad ambulandum ſecundum quod congruit lumini naturali: ita virtutes infuſæ perficiunt hominem ad ambulandum ſecundum quod congruit lumini gratiæ.

Hæc ratiocinatio S. Thomæ efficit, gratiam habitualem ſanctificantem, formam eſſe quandam accidentalem quidem ipſi animæ, quia illi infunditur à Deo & inhæret, eique eſſe diuinum cuius quidem ſolâ participatione accidentali capax eſt, communicat; comparatione vero virtutum ſe habentem inſtar formæ cuiuſdam ſubſtantialis principij & radicis ipſarum, vt ait idem. S. Doctor in reſp. ad 3. adeoque fit vt gratia illa non per ſe primo ac proximè inſtituta ſit ad operandum, ſicut Charitas & aliæ virtutes: ſed ad communicandum animæ eſſe ſeu ſtatum diuinum immediate: conſequenter vero ad operandum mediatè nimirum per Charitatem & virtutes ſibi in facultatibus animæ adiunctas, prout habet B. Dionyſ. lib. de Eccleſ. hier & alij Patres capite ſuperiori adducti. Sicut enim intellectus diuinus eſt communicabilis homini & participabilis ab homine, vt [illegible] loquitur, ſub ratione intellectus per viſionem beatificam & [illegible]tione voluntatis per amorem beatificum: ita & ſub ratione ſubſtantiæ ſupernaturali quodam modo communicari haud dubiè poteſt: ſubſtantia enim animæ immediatè capax eſt & formæ & qualitatis ſupernaturalis, verbi cauſſa Characteris, imo & modi ſubſtantialis qualis eſt modus vnionis hypoſtaticus in myſterio Incarnationis. Rationi igitur valde conſentaneum eſt vt animæ ſubſtantia naturalis prius informetur Gratiæ forma ſupernaturali quæ ipſi tribuat eſſe ſupernaturale, diuinumque ſtatum ad ſupernaturaliter operandum neceſſario præſuppoſitum, vt modo connaturali operetur. *Sicut enim*, ait S. Thomas, *per potentiam intel-* Dion. c. 2. S. Tho. 1. 2. q. 110. ar. 4.

lectiuam homo participat cognitionem diuinam per virtutem fidei, & ſecundum potentiam voluntatis amorem diuinum per virtutem Charitatis: ita etiam per naturam animæ participat, ſecundum quamdam ſimilitudinem, naturam diuinam, per quamdam regenerationem, ſiue recreationem. Sed generatio per prius terminatur ad eſſentiam quàm ad potentias, ergo gratia per prius eſt in eſſentiâ animæ quàm in potentijs.

III.

Sententia S. Thomæ ex SS Patrib. confirmatur. Quantum vero hæc ſententia S. Thomæ ſcripturis ſacris & ſanctorum Patrum dictis conſona ſit: ex vtriuſque linguæ Patrum copulatis
Ambr. de Incarn. ſacr. c. 8 v. & l de Spir. ſanct. c. 6. permixtiſque teſtimoniis, breuiter inueſtigabimus. S. Ambroſius locum illum S. Petri expendens,
1. Pet c. 2. v. 4. *Maxima & pretioſâ nobis promiſſa donauit vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ*: ita locum hunc ad diuinæ naturæ participationem pertinere ſentit vt ex eo probet diuinæ naturæ vnitatem, *Petrus vnam naturam oſtendit eſſe diuinam. Potuit enim ſic dicere ſi aliter æſtimaſſet, potuit inquam ſic dicere: vt nos faceret diuinarum conſortes naturarum: maximè cum per filium in natura diuinæ conſortium tranſeamus. Nunquid poteſt donare quod non habet? Ergo non eſt dubium quia de eo quod habet donat: & ideo habet naturam diuinam quia conſortia diuinæ donat naturæ.* Atqui vt conſortia diuinæ naturæ donentur, non poteſt niſi naturæ, natura per
Vide Epiſt. Baſilij ad Ambroſ. gratiam donari: natura enim ipſa eſt immediate quæ naturæ conſortium recipere apta eſt. Similiter Ambroſius Græcus, S. Baſilius ille eſt,
Baſ. in Pſ. 33. τὸ θεοειδὲς τῆς ψυχῆς diuinam animæ formam primordialem ex Gratiæ
Naz. in Apolog. concreatione explicat. Gregorius Theologus Gratiæ ſantificantis effectum toties nomine θεώσεως deificationis idcirco inſignit, quia quod
De grat. Chr. c. 32. animæ corpori, hoc Deus animæ eſt per gratiam: Anima autem ſubſtantiæ corporis forma eſt: ὅπερ ἐστὶ θεὸς ψυχῇ, τοῦτο ψυχὴ σώματι. S. Auguſtinus idem profitetur *de gratiâ ſpiritualis regenerationis*, quæ ad ipſam
Baſil. de Spir. ſanct. ad Amphil. c. 19. eſſentiam terminatur, vt dixit B. Thomas. B. Baſilius itidem libro de Spiritu ſancto vocat τοῦ πνεύματος τὴν ἁγιότητα συμπληρωτικὴν τῆς φύσεως *ſanctitatem ſpiritus naturæ completiuam*, quatenus ad creaturæ ſanctifica-
S. Leo ſer. 1. de ieiun decimi menſ. tionem ipſam applicat. B. Leo *formam diuinæ bonitatis* egregiè deſignat, gratiam humanæ animæ ſubſtantiæ à Deo reſtitutam his verbis. *Diligendo nos Deus ad imaginem ſuam nos reparat* ET VT IN NOBIS FORMAM SVÆ BONITATIS INVENIAT, *dat vnde quoque quod operatur, operemur.* S.
Gal. c. 4. Cyrillus Alexandrinus Leoni ſuppar, enarrans illa verba Apoſtoli ad Galatas: Filioli quos iterum parturio donec formetur in vobis Chriſtus. *μορφοῦται γε μὴν ἐν ἡμῖν ὁ χριστὸς, ἐνιέντος ἡμῖν τοῦ ἁγίου πνεύματος θείαν τινὰ μόρφωσιν, δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης. οὕτω γὰρ οὕτω ταῖς ἡμετέραις ἐμπρέπει ψυχαῖς ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως θεοῦ καὶ πατρὸς ἀναμορφοῦντος ἡμᾶς, ὡς ἔφην, τοῦ ἁγίου πνεύματος δι' ἁγιασμοῦ πρὸς αὐτόν.* Id eſt Formatur autem in nobis Chriſtus, ſancto Spiritu nobis diuinam quamdam formam, per ſanctificationem & iuſtitiam inferente. Sic enim profecto in animis noſtris elucet Character ſubſtantiæ Dei ac Patris reformante vt dixi, ſancto Spiritu, nos per ſanctificationem in ipſum. Huc etiam conferendi ſunt ſcripturæ loci de adoptione & filiatione ſpiritali, quâ

gloriamur in ſpe filiorum Dei, Rom. 5. & accipimus ſpiritum *adoptionis filiorum c.* 8. quia idem eſt principium, eadem cauſſa τῆς υἱοθεσίας καὶ ἁγιωσύνης adoptionis & ſanctificationis, vt oſtendit B. Chryſoſtomus Io. 3. naſci ex ſpiritu: & propter *ſubſtantia Dei, cuius initium reddimur*, reparationem (quod propter ſolam amicitiæ vim non fit) continuo recuperamus ius ad hęreditatem, *ſi filij & hæredes* cap. 8. ad Rom. *Participes enim effecti ſumus Chriſti: ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem firmum retineamus.* Quod ad μετάληψιν τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου πνεύματος ad participationem Gratię Spiritus ſancti apposite refert Theodoritus: quò & ſpectant illa S. Iacobi verba, *voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod Creaturæ eius.* Secundum illud quod populo ante dixerat, *omne datum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum.* Quod procul dubio & Gratię ſanctificantis infuſam à Deo qualitatem ſupernaturalem, & animę ſubſtantię ſuperfuſam complectitur.

Chryſ ho. 10. ad Rom.

Diſcrimen vero Gratiæ à virtutibus non ſolum ab diuerſo earum ſubiecto, ſed etiam ab entitate earum diuersâ petitum ſatis teſtantur Conciliorum verba, quæ gratiam à Charitate aliiſque virtutibus diſtinguunt. Concilium Viennenſe ſic diſtinguit, *Opinionem ſecundam duximus eligendam quæ dicit tam paruulis quam adultis conferri an baptiſmo* INFIRMANTEM GRATIAM ET VIRTVTES. Tridentina Synodus ſeſſ. 6. *Iuſtificatio non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ & donorum. Anathema et qui dixerit homines iuſtificari vel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti, vel ſola peccatorum remiſſione excluſa* GRATIA ET CHARITATE.

Clem. 1. de Sum. Trin. & fid. Cath.

IV.

Supereſt argumentorum, quæ contra hanc ſententiam militant, diſcuſſio, quam paucis exſequi facile eſt ex antea dictis. Omnia ſiquidem eo recidunt, vt probent effectus gratiæ ſanctificantis & habitualis Charitati tribuendos, ac reuera eidem ab ſcripturâ plerumque tribui. Quemadmodum enim per gratiam proprie & formaliter nos iuſtificari teſtatur Apoſtolus his verbis quæ vniuerſam de iuſtificatione doctrinam velut Anacephalæoſi quadam colligunt, *Iuſtificati gratis per Gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu &c.* Ita etiam, iuſtificatio, immo & *abũdantia gratiæ & donationis* Charitati tribuitur ab Apoſtolo, *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis* ſic etiã effectus adoptionis qui gratiæ proprius eſt, charitati tribuitur Ioan. 1. c. 3. *Videte qualem charitatem dedit nobis Deus vt filij Dei nominemur & ſimus.* Ita & regeneratio 1. Io. 4 *Omnis qui diligit, ex Deo natus eſt.* Remiſſio quoque peccatorum, Luc. 7. *Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum.* Sanctificatio demum ipſa: ad Epheſ. c. 1. *Elegit nos in ipſo vt eſſemus ſancti & electi in conſpectu eius in Charitate.*

Trid. ſeſſ. cap. 7. Argumenta contrariæ ſententiæ ſoluuntur.

Ad Rom. cap. 3.

Ad Rom. c. 5.

Reſpondetur vulgò in Scholis, generali quadam ſolutione, effectus gratiæ tribui etiam charitati, non quidem per ſe propriè & accuratè,

ſed propter indiſſolubilem vtriuſque connexionem: deinde vero in diuerſo genere cauſſæ quia quod gratia præſtat in genere cauſſæ formalis, illud etiam præſtat charitas in genere cauſſæ efficientis & habitus operatiui: vel à gratia etiam in genere principij actiui principalis remoti, à Charitate in genere principij actiui proximi: quemadmodum anima eſt cauſſa principalis actiua intellectionis, quæ etiam à facultate intellectus vt à principio proximo & eliciente procedit.

Verum præter hanc vagam & omnibus obiectis communem ſolutionem: aliæ quoque ſingulis ſcripturæ locis adductis aptiores adhiberi poſſunt. Verba enim hæc Apoſtoli ad Romanos, *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Contrarium omnino perſuadent: nimirum *Spiritum ſanctum datum,* qui aut gratia habitualis ſanctificans eſt, aut certè non ſine gratiâ habituali ſanctificante eſt, prius ſaltem naturâ dari, quam Charitas ipſa diffundatur, quum per ipſum Charitas diffundi affirmetur. Si Charitas ergo diffundatur per ſpiritum inhabitantem in nobis, vt reuera per eum diffunditur, ſpiritus autem in nobis inhabitet per gratiam ſanctificantem & habitualem; conſequitur profecto Gratiam ſanctificantem à Charitate quam diffundit, aut ad cuius diffuſionem præſupponitur, omnino diſtinctam eſſe: Theodoritus Spiritum ſanctum ſic interpretatur, Gratiam habitualem in baptiſmo acceptam quæ in nobis Charitatem producit. *ἡ τοῦ πνευματικῆς τὴν αὐτὸς χάρις, ἣν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐδεξάμεθα, τὸν περὶ θεὸν ἐν ἡμῖν ἐπύρσευσε πόθον.* Locus autem Epiſtolæ Ioannis *videte qualem Charitatem dedit nobis Deus*, de Charitate æternâ & increatâ Dei manifeſtè accipiendus eſt, cuius effectus, nempe adoptio quam per gratiam in nobis perficit, Charitas etiam dicitur, quia à Charitate Dei erga nos manat, vt præclarè oſtendit B. Dionyſ. de Eccl. hier. cap. ſec. & S. Cyrill. lib. 4. in Eſai. Quum idem etiam Ioannes ait, *omnis qui diligit, à Deo natus eſt*, idem eſt ac ſi diceret, ex Deo per gratiam regeneratus eſt, vt dilectio ipſa, quæ propria filij erga Patrem gratitudinis demonſtratio eſt, filium teſtificatur non verò efficit; non generat, ſed oſtendit. Iam vero quod attinet ad remiſſionem peccatorum & ad ſanctitatis communicationem, vtraque Charitati nempe actuali rectè tribuitur tanquam diſpoſitioni, Gratiæ vero tanquam formæ.

Rationum vero, quibus Gratiæ à Charitate diſtinctionem alij oppugnant, hæc validior eſt: ſi duæ res eſſent Gratia & Charitas, ſeparari poſſent: ſi homo igitur gratiam in animæ ſubſtantiâ diffuſam haberet, voluntatem vero Charitate vacuam: Deo gratus eſſet, & ab eo diligeretur, Deum tamen non diligeret; quod contradictionem inuoluit: item mereri poſſet abſque Charitate. Quod etiam abſurdum eſt 1. Cor. cap. 13. *Si charitatem non habuero, nihil mihi prodeſt.* Reſpondemus primo inutilem hanc eſſe illationem in hoc rerum ordine, neutrumque eſſe formidandum, ne Charitas à Gratia aut à Charitate Gratia diuellatur. Quod autem ex potentiâ Dei abſolutâ id infertur, id ſane neutiquam impoſſibile, cum & lumen à ſole, tanquam accidens à ſubiecto, quia vt res à re differt, ſeparatum & ante quartum diem

creationis

creationis conſeruatum docuerit S. Baſilius his verbis, quæ conſer- Baſil.ho. 6. in hex
uationem ſpecierum in Euchariſtia à ſubiecto ſeiunctarum confirmant. μηδεὶς ἄπιστον εἶναι δοκείτω τὸ εἰρημένον, ὅτι ἄλλο μέν τι τοῦ φωτὸς ἡ λαμπρότης, ἄλλο δέ τι τὸ ὑποκείμενον τῷ φωτὶ σῶμα. πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ τὰ σύνθετα πάντα οὕτω παρ' ἡμῶν διαιρεῖσθαι, εἰς δὲ τὴν δεκτικὴν οὐσίαν καὶ εἰς τὴν ἐπισυμβᾶσαν αὐτῇ ποιότητα. καὶ μή μοι λέγε ἀδύνατον εἶναι ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων διαιρεῖσθαι. οὐδὲ γὰρ ἐγὼ τὴν διαίρεσιν τοῦ φωτὸς ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ σώματος ἐμοὶ καὶ σοὶ δυνατὴν εἶναί φημι, ἀλλ' ὅτι ἃ ἡμεῖς τῇ ἐπινοίᾳ ἐπὶ χωριστά, ταῦτα δύναται καὶ αὐτῇ τῇ ἐνεργείᾳ παρὰ τοῦ ποιητοῦ τῆς φύσεως αὐτῶν διαχωρίζεσθαι.
Id eſt. Nemini incredibile videatur quod dictum eſt, quoniam aliud eſt luminis claritas, aliud vero, corpus luci ſubiectum. Primum enim res omnes compoſitæ ſic à nobis diuidi ſolent, in ipſam eſſentiam ſuſceptricem & in eam quæ ipſi accidit, qualitatem. Itaque ne mihi dixeris fieri non poſſe vt lux à corpore ſolis ſeparetur. Neque enim ego lucis à ſolis corpore ſeparationem mihi tibive poſſibilem eſſe dico: ſed aſſerendum eſſe cenſeo, quæ mentis ſola cogitatione diſparari à ſe non poſſunt, ea re ipſa ſeiungi virtute creatoris vtriuſque naturæ poſſe, &c.] Quod poſtea probat ex eo quod δύναμις καυστική virtus vſtiua ignis ab Exod.3.
eius ſubſtantia & ſplendore à Deo ſeparata eſt in rubo ardente à Deo qui intercidit flammam ignis, Pſal. 28. 7

Quod igitur ad ſeparationem habituum gratiæ & Charitatis ſpectat, ea quidem abſolutè poſſibilis eſt: vt S. Thomas admittit in quæ- Qu.de verit.q.27.
ſtionibus diſputatis, & quidem ſi gratia alicui infunderetur abſque a.2.
Charitatis habitu, tunc per gratiam ſolam gratus Deo, ſanctus, filius adoptiuus, hæres vitæ æternæ & gloriæ conſtitueretur: ad cuius actualem conſecutionem vel opera & merita aliqua Deus tunc non exigeret, vel ſi exigeret, omnem efficaciam habitualis Charitatis per actualem ſuppleret. Si verò è contrario Deus habitum cha- S.Tho.ib.ad 4.
ritatis abſque habitu Gratiæ infunderet: tunc ait S. Thomas. *Charitas non ſufficeret ad merendum bonum æternum, & dilectio non eſſet tanto præmio condigna, non præſuppoſitâ idoneitate merentis quæ eſt per gratiam.* Sed hæc omnia Metaphyſicè non moraliter. In hoc ordine quo Dei ſapientia attingens fortiter à fine ad finem omnia etiam ſuauiter diſpoſuit, nec Charitas Gratiam nec Gratia Charitatem habitualem deſiderare poteſt: vtraque perfectam Dei erga homines beneuolentiam componit & ſtatuit, qui diligentes ſe diligit, & quod vera amicitia in- Ethic.l.8.c.2.
ter amicos poſtulat, multo potiori iure vendicat, & quod vendicat concedit, nempe redamationem φιλία ἡ ἐν ἀντιπεπονθυῖα εὔνοια. Amici- S.Aug.tr.124.in Io.
tia eſt beneuolentia reciprocè amantium, inquit Philoſophus. S. AVGVSTINVS. *Quantum ipſe ſapio, meliorem qui plus diligit Chriſtum, feliciorem verò quem plus diligit Chriſtus, facile reſponderem, ſi iuſtitiam liberatoris noſtri minus eum diligentis, à quo plus diligitur, & eum plus à quo minus diligitur, quemadmodum defenderem, præuiderem. &c.*

CAPVT III.

De Gratia habitualis cauſſis et productione, ex SS. Patrum Doctrinâ.

SVMMA CAPITIS.

I.

Cauſſa finalis Gratiæ ex ſcript. & Patribus.

II.

Cauſſa efficiens Gratiæ Deus ſolus ex iiſdem.

III.

Cauſſa materialis gratiæ ſeu ſubiectum, animæ ſubſtantia quam ad illam potentiam habeat.

IV.

Quo genere productionis gratia efficiatur à Deo, creatione an generatione ſiue eductione.

I.

Cauſa finalis infuſionis Gratiæ.

NATVRAM & cauſſam formalem gratiæ ſatis cognitam ac exploratam habemus ex iis quæ de ipſius definitione dicta ſunt vtroque capite præcedenti: Reliquam vt cauſſarum ipſius ſeriem pertexamus, à finali cauſſa exordium ducendum eſt: quam rectè B Chryſoſtomus illis verbis Apoſtoli declarat Ep. ad Epheſios *Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius.*

Chryſ. ho. 2. in Ep. ad Epheſ.

Finis enim proximus gratiæ ſanctificantis, eſt redemptio & ſalus animæ, finis remotus & vltimus eſt Deus, ſicut, inquit, dicebat Eſai. 48. Facio propter me. Et Pſ. 108. fac nobis propter nomen tuum. τῦτο πληροφορεῖ τοὺς ἀκούοντας καὶ αὐτὸ μαθόντας, ὅτι διὰ τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα πάντως ποιήσει ἃ τῷ ἐπαγγέλεται. Id eſt. Illud auditoribus plenam fidem ingenerat, cum accipiunt, Deum omnia quæ promiſit, facturum, propter bonitatem ſuam.] Quod & propter bonitatis communicationem, & propter communicationis ipſius gloriam externam explicari poteſt: Atque adeo propter gloriam ipſius Chriſti, qui totius Gratiæ ſummam in ſe redigit, merito ſuo veluti coemptam atque comparatam; ad cuius gloriam proinde pertinet ipſius Gratiæ communicatio ac diffuſio, quæ reddit homines συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ *conformes imagini filij D , vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Quod pluribus proſequitur S. Cyrillus Glaphyris in Geneſim de Ioſephi benedictione pertractans: & antea Athanaſius orat. 3. & v. contra Arianos.

Et Ezech. 36.

Ad Rom. cap. 8.

Cyrill. l. 7. Glaphyr.

I I.

Efficiens cauſſa Gratiæ ſanctificantis & habitualis, Deus ſolus. Ratio Theologorum Principis. *Nulla res poteſt agere vltra ſuam ſpeciem: quia ſemper oportet quod cauſſa potior ſit effectu. Donum autem gratiæ excedit omnem facultatem naturæ creatæ, cum nihil aliud ſit quàm quædam participatio diuinæ naturæ, quæ excedit omnem aliam naturam. Vnde neceſſe eſt quod ſolus Deus deificet communicando conſortium diuinæ naturæ per quamdam ſimilitudinis participationem: ſicut impoſſibile eſt quod aliquid igniat, niſi ſolus ignis.* Pſal. LXXXIII. *gratiam & gloriam dabit Dominus:* GRATIAM, inquir, S. Auguſtinus *de quâ ipſe dixit: Gratia Dei ſum id quod ſum.* Theodoritus pereleganter τὴν χάριν τὴν θείαν ἐκ τῶν τοῦ παναγίου πνεύματος κρουνῶν ἀρυόμεθα. Id eſt. Gratiam diuinam ex ſanctiſſimi Spiritus fontibus haurimus. Nec mirum, gratiæ ſiquidem ſanctificantis infuſio, creatio quædam altera eſt. Creationis verò ſolus Deus principium eſt. S. Gregorius Theologus orat. de baptiſmo ὁ θεὸς ὥσπερ ἐκ μὴ ὄντας ἐποίησεν, οὕτως ὑποστάντας ἀνέπλασε, πλάσιν θειοτέραν τε καὶ τῆς πρώτης ὑψηλοτέραν. ἣ τοῖς μὲν ἀρχομένοις ἐστὶ σφραγὶς, τοῖς τελειοτέροις τὴν ἡλικίαν καὶ χάρισμα, καὶ τῆς πεσούσης εἰκόνος διὰ τὴν κακίαν ἐπανόρθωσις. Id eſt. Quemadmodum Deus nos primùm creauit, ita creatos refinxit & quidem figmento diuiniori primumque ſuperanti, quod vt vitæ curſum ineuntibus ſignaculum eſt, ita iis qui adultiori ætate ſunt, Gratiæ donum eſt.] S. Auguſtinus ſerm. de verbis Apoſtoli, traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram &c. Ro. 4. *Quid eſt propter iuſtificationem noſtram? vt iuſtificet vos & iuſtos faciat nos. Eris opus Dei non ſolum quia homo es, ſed etiam quia iuſtus es. Melius eſt enim iuſtum eſſe quam hominem te eſſe. Si hominem te fecit Deus & iuſtum tu te facis, melius aliquid facis quam fecit Deus.* Idipſum reſumit lib. 1. de peccatorum meritis. Ex Rom IV. Credenti in eum qui iuſtificat impium, deputatur fides ad iuſtitiam. *Quiſquis ergo auſus fuerit dicere: iuſtifico te: conſequens eſt vt dicat etiam: crede in me, quod nemo ſanctorũ rectè dicere potuit, niſi Sanctus Sanctorum. Creditis in Deum & in me credite.* S. Baſilius homilia de fide ex eo ſancti Spiritus diuinitatem probat, πᾶσι τὴν παρ᾽ ἑαυτοῦ χάριν δίδωσιν καὶ υἱοθετεῖ τοὺς ἠλλοτριωμένους. Id eſt. Omnibus gratiam à ſeipſo largitur & in filios adoprat qui alienati erant. Idem fecerat B. Athanaſius pro diuinitate Chriſti, orat. 3. contra Arianos B. Chryſoſtomus ad ea verba Epiſt. ad Rom. *Deus eſt qui iuſtificat.* B. Cyrillus Alex. lib. in Ioannem, huc reuocat, verba Chriſti *Nemo venit ad Patrem, niſi per me:* ὅταν ἅγιοι γεγονότες κατὰ τὸ πρέπον τῇ ἀνθρωπότητι μέτρον ἁγίῳ θεῷ κολλώμεθα. ἅγιοι γὰρ ἔσεσθε φησιν, ὅτι ἐγὼ ἅγιος cum ſancti effecti quantum humanæ naturæ fert conditio, ſancto Deo coniungimur: ſancti enim eritis, inquit, ſicut & ego ſanctus ſum. Idem lib. X. ad ea Chriſti verba *Ego ſum vitis vera & Pater meus agricola eſt*, vbi de ſanctitatis per gratiam communicatione ſermonem ita concludit, ὅλης τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος ἔργον ἐστὶν, ἡ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἐπανόρθωσις, καὶ διὰ πάσης ἔρχεται τῆς θείας φύσεως ἡ ἐφ᾽ ἅπασι τοῖς παρ᾽ αὐτῆς δρωμένοις θέλησίς τε καὶ δύναμις. Totum Sanctæ & conſubſtantialis Trinitatis opus inſtau-

S. Thom. 1. 2 q. 112. 4. art 1. Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. de cauſſis iuſtific.

Aug. in Pſ. 83.

Serm 15.

Aug. 1. de pecc. mer. c. 14.

Io. 14.

Baſil. ho. 15. & in Eunom. lib. 3. vbi ἁγιασματικῆς ſanctitatis cauſſam affert.

Chryſ. ho. 15. in 8. ad 10.

Cyrill. l. 9. in Io.

Leuit. 20.

rario noſtra eſt, & ad totam naturam diuinam pertinet omnium quæ ab ipsâ fiunt voluntas ac poteſtas. [Greek illegible] ſalus noſtra ſolius diuinitatis opus eſt] Vide ibidem plura. Illud idem magnificentioribus verbis prædicat ac exornat ad ea Chriſti dicta: pro eis ſanctifico meipſum [Greek illegible], ſanctificare poſſe per ſpiritus participationem, vnius reginæ omnium naturæ opus eſt.] Vide plura pag. 89. Duplicem autem modum quo Chriſtus nos ſanctificat vnum externum, & alterum internum poſtea diſtinguit. Iſidorum Pelusiotam vide lib IV. Ep LXV aliosque paſſim.

Cyrill. l. in Ioan.

Rationem alteram adduxit B. Thomas non ſanè pœnitendam, quia nulla creatura poteſt communicare alteri virtutem naturæ ſuperioris, vt ex Angelorum gradibus conſtat, multo minus diuinæ. Tertiam quoque adiunxit, quia nulla ſubſtantia creata poteſt in ſubſtantiam animæ illabi, ideoque nec illam vt principale agens ad gratiam immutare. Vnde vna creatura in aliâ non dicitur inhabitare, ſicut ſpiritus Dei, quum nos per gratiam ſanctificat Apoſtolus ad Rom. *Vos eſtis in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Spiritus vita propter iuſtitiam. Spiritus inhabitans in vobis.* Ibidem. B. Chryſoſtomus [Greek illegible] Id eſt. Spiritu præſenti, Chriſtum abeſſe impoſſibile eſt. Vbi enim vna Trinitatis perſona eſt, Trinitas adeſt: indiuulsè enim ſeipſam habet, &c. Intimiorem autem illam eſſe intimo noſtro, totamque toti animæ illabi, Gratiæ infuſione, ex Auguſtino & aliis, Theologi docent, quod quidem nulli creaturæ conuenire poteſt: Deo igitur ſoli ſicubi [Greek illegible], vt loquitur Dionyſius, ita & gratiam communicare ius eſt.

S. Tho. 3. p. q. 62. a. 1.

S. Tho. 3 p. q 64. a. 1. & 27. de verit. ar. 3.

S. Chryſ. ho 13 ad Rom.

Dionyſ. Eccleſ. hier. c. 1.

III.

Animæ ſubſtantiam eſſe proprie Gratiæ ſanctificantis ſubiectum antea ex doctrina SS. Patrum, eaque conſtantiſſimâ, demonſtrauimus. Nihil aliud modò ſupereſt præterquam vt quænam huius materiæ ad gratiæ productionem potentia ſit, quisve concurſus, paucis aperiamus. Breuiter igitur dicimus animæ ſubſtantiam non habere potentiam vel appetitum naturalem ad gratiam, ſed tantummodo potentiam, vt Theologi vocant, obedientialem, & quidem non actiuam, ſed paſſiuam duntaxat, ſi de Phyſica agatur: de morali enim & diſpoſitiuâ poſtea dicturi ſumus. Conſulenda ſunt ea, quibus libro primo huius operis oſtendimus Gratiam naturalibus Creaturæ cuiuſquam principiis non deberi; quod præter acutiſſimas S. Thomæ rationes, ex S. Dionyſio, Epiphanio, Chryſoſtomo aliiſque comprobatum eſt. Vnicum S. Cyrilli teſtimonium extremum hic retexo [Greek illegible] Id eſt. Proprium quidem naturæ humanæ eſt, donorum

Cauſſa materialis ſeu ſubiectum gratiæ.

Lib. 1. cap 3. Dion. diu. no. c 7. Epiph in Ancor. Chryſ hom. 4 in Gen. S Cyril lib. 2 in Eſai idem 1 de ador. & l. 1 in Ioan.

cæleſtium gratiæ nihil planè ex penu propriâ ac veluti ex propriâ naturâ habere: at potius iis quæ ſupra propriam naturam ſunt, diteſcere extrinſecùs atque aſcititiè, à Deo ſcilicet profectis.] Hæc ad inſtitutum ſufficiunt vt potentiam ſolum paſſiuam & obedientialem ad Gratiæ ſuſceptionem animæ ab origine innatam eſſe ſupponamus, quæ ad hoc idonea eſt, vt Gratia eidem tanquam ſubiecto accidat atque *inhæreat*: vti ſacra Synodus Tridentina loqui non dubitat.

IV.

Sic erit omnino factu facillimum, vt quænam & qualis Gratiæ ſanctificantis in animæ ſubſtantia productio dicenda ſit, intelligatur. Controuerſia ſcholæ in eo eſt, vtrum creatio, vtrum eductio dicenda ſit. Ambiguitas elidenda primùm eſt. Si creatio ſumatur pro rei ſubſiſtentis productione, quum gratia ſit accidens & qualitas ſupernaturalis, nec per ſe ſubſiſtens, ſed inhærens, & cum ordine dependentiæ à ſubiecto, cui inhærere debet, producatur; eo ſenſu accuratè creatio dici productio ipſius non poteſt. Ita S. Thomas. Quia verò creatio à quibuſdam etiam extenditur ad ea quæ vim & captum potentiæ naturalis (ratione cuius materia dicitur μήτηρ Ariſtoteli 1. Phyſ. 9. & rationes ſeminarias habere Auguſtino 3. de Trin. c. 7.) ſuperant atque extra ſphæram agentium naturalium poſita ſunt, ſolamque potentiam receptiuam obedientialem in ſubiecto prærequirunt, & Dei ſolius actione producuntur: quùm Gratia à Deo ſolo animæ infundatur, ſimul à eo creari dicitur à permultis veteribus Scholaſticis Scoto, Bonauentura, Gabriele, Paludano & aliis; ſicut anima Ariſtoteli ἔξωθεν extrinſecus aduenient, Theologis creari dicitur: adeo vt S. Thomas medio quodam modo ſententiam vtramque temperare conetur, vbi ait *ſecundum hoc etiam gratia dicitur creari, ex eo quod homines ſecundum ipſam creantur, id eſt in nouo eſſe conſtituuntur ex nihilo, id eſt, non ex meritis, ſecundum illud ad Epheſios 2. Creati in Chriſto, in operibus bonis. Sicut accidens neque fit, neque corrumpitur; quia eius eſt fieri vel corrumpi, cuius eſt eſſe vel non eſſe: accidens autem eſt entis ens, & ideo dicitur fieri vel corrumpi, ſecundum quod ſubiectum incipit vel deſinit eſſe in actu ſecundum illud accidens. Et ſecundum hoc dicitur etiam gratia creari.*

Creatio an eductio gratiæ productio ſit.

S.Tho.1.p q 45. ar. 4.

Ariſt 2 de gener. an.3.

S.Tho.1.2.q.110. ar.2. ſic etiam eam annihilari dixit 2. ſent.d.26.a.1.

V.Aug. de grat. & lib arb. c.8. & in Pſ.144.

Metaph.l.7.& l.11. c.3.

Hæc doctrina & loquendi ratio quam excogitauit B. Thomas valde conſentanea eſt ſcripturæ ſanctorumque Patrum dictis. Sic enim dicitur *creari cor mundum in homine* Pſ. L. *Sic creari ſcientiâ ſpiritus* Eccleſiaſtici XVII. ſic intelligitur illud Apoſtoli ad Galatas. *In Chriſto Jeſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed* NOVA CREATVRA. Rurſus ad Epheſios *Induite nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt.* B. AVGVSTINVS in PSALMVM CIII. *Quicquid ambulat & repit in terris, quicquid natat in aquis, quicquid volat in aëre, quicquid circumagitur in cælo, totus mundus Dei creatura eſt.* Sed repleta eſt terra creaturâ tuâ, Chriſte. *De quâ dicit Apoſtolus: ſi qua in Chriſto noua Creatura. Noua creatura quæ facta eſt? omnes credentes in Chriſtum, &c.* Idem poſtea in illud: *auferes ſpiritum eorum & deficient.*

Gal.c.5.

Eph.c.4.

2.Cor.5.)

emittes ſpiritum tuum & creabuntur. Aufert ſpiritum eorum, emittat ſpiritum
Rom 4. *ſuum, & creentur, ipſius enim ſumus figmentum, dixit Apoſtolus creati in operi-*
bus bonis. A ſpiritu eius accepimus gratiam, vt iuſtitiæ viuamus, quia ipſe eſt qui iu-
ſtificat impium, &c. Idem ſer. vi. de verbis Apoſtoli. Vide.

Lib 4 Strom. Clemens Alexandrinus hominis reparationem per Gratiam, καλλίστην τῆς κτίσεως ἁρμονίαν eſſe oſtēdit pulcherrimam creationis cuiuſdam
Athan. hom. de Athan ho. de Sabbathis. harmoniam. B. Athanaſius nouam creaturam apud Apoſtolum per
gratiam interminabilem ἀτελεύτητον χάριν multis commendat. B. Baſi-
Baſil. in Pſ 32. vide & ho. 9. lius magnus ἐπὶ μὲν τοῦ πλάσματος ἡμῶν τὸ ἀπὸ τῆς γῆς τὸ ἐγενήθη. ἐπὶ δὲ
τῆς κατ' εἰκόνα Θεοῦ κληθείσης, τὸ, ἐκτίσθη. ἐπεὶ δὲ ἡ κτίσις ἐπὶ τῆς μεταποιή-
σεως καὶ βελτιώσεως πολλάκις λαμβάνεται, ὡς τὸ εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις. καὶ
τὸ ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον· τάχα τὸ μὲν ἐγενήθη ἐπὶ τῆς πρώ-
της οὐσιώσεως τοῦ ἀνθρώπου λέγεται. τὸ δὲ ἐκτίσθη ἐπὶ τῆς δευτέρας διὰ τῆς
Nota. χάριτος τοῦ Χριστοῦ ἀναγεννήσεως. Id eſt. Ad figmentum quidem noſtrum
terreſtre pertinet quod dicit, *Et facta ſunt*: ad imaginem vero Dei il-
1. Cor. 5. lud, *& creata ſunt*. Quoniam vero creatio pro tranſmutatione in po-
tiorem partem ſolet accipi: vt eſt illud, ſi qua in Chriſto noua creatu-
ra: item illud, vt duos crearet in vnum hominem: forſan illud qui-
dem, *facta ſunt* dicitur de prima ſubſtantiæ hominis productione, hoc
vero, *creata ſunt*, de ſecunda per GRATIAM Chriſti regeneratione.
Huic S. Baſilij loco, multi ſed fruſtra, ſubnecti poſſent, quia res clariſ-
ſima, & facile quibuſuis obuia apud Chryſoſtomum, & Cyrillum, &
reliquos Græcorum.

Ex his clarum eſt quæſtionem eſſe ferè de nomine apud Scholaſti-
cos, an Gratia creari dicatur meliùs, an increari vel concreari, an edu-
ci, an induci, an infundi, in animam Gratiæ capacem; de cuius remo-
ta ad Gratiam aptitudine dixit B. Auguſtinus *ſit gratia quædam naturæ at-*
tributa quæ communis eſt bonis & malis, &c. Proinde poſſe habere fidem, ſicut
poſſe habere Charitatem naturæ eſt hominum: habere autem fidem, quemadmodum
habere charitatem, Gratia eſt fidelium. Litem itaque totam paucis dirimere
S. Tho. q. 3. de pot. ar. 8. ad 8. mihi videtur B. Thomas, poſtea quam dixit Gratiam proprie non crea-
ri quia non eſt forma ſubſiſtens: *Infuſio tamen gratiæ accedit ad rationem*
Chryſ. in 1. ad Cor. *creationis, quia non eſt ita ex potentiâ materiæ, vt poſſit educi in actum per cauſſam*
naturalem. A Deo enim Gratia eſt, vt ait B. Chryſoſtomus ἡ ὄντως χάρις
ἀπὸ Θεοῦ.

Plura de Gratiæ productione inferius dicturi ſumus, vbi controuer-
ſiam de iuſtificatione attigerimus.

CAPVT QVARTVM.

In quo demonſtratur Gratiam ſanctificantem Gradibus quibuſdam conſtare, inæqualem eſſe, augeri poſſe, minui non poſſe ex Doctrinâ SS. Patrum ſcripturis innixâ.

SVMMA CAPITIS.

I.

GRatia gratiæ exæquata apud Prophetam Zachariam cap. 7. Controuerſia proponitur aduerſus hæreticos.

II.

Vtrum Gratiæ ſanctificantis inæqualitas probari poſſit ex Apoſtolo ad Rom. c. 12. & 1. Cor. c. 12.

III.

Alij ſcripturæ loci à S. Auguſtino Græcis Patribus & S. Thom. ad inæqualitatem gratiæ probandam adducti.

IV.

Gratiam augeri poſſe ex ijſdem docetur.

V.

Gratiam minui non poſſe, licet amitti poſſit.

I.

INGENIOSÆ, floridæ & opulentæ eruditionis ſcriptori perbellè conueniret, Lectorem recreare amœna illa quæſtione, quid ſibi velit Zachariam Propheram, *Gratia Gratiæ exæquata*? Cap. IV. B. Cyrillus δυσέφικτον τὸ προκείμενον difficillimum vocat. *Et educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius* In huius enim verſiculi expoſitione, exercendi ingenij doctrinæque proſeminandæ campus latiſſimus, ampliſſimaque materia eſt. Vt enim ſenſus literalis de Darij Hytaſpis Gratiam Cyri exæquantis in templi inſtauratione pari beneficio à nonnullis: nihilominus tamen & ad Deum, ea verba refert B. Hieronymus, etiam literali interpretatione, Gratiam æqualem Zorobabeli, gratiæ olim Dauidi Salomonique præſtitæ, facientis. Allegoriæ vero mirum quantum in hoc contextu liceat, cui aditum aperit Chaldaïca paraphraſis *Emergit Chriſtus Meſſias cuius ab æterno nomen dictum eſt.* B. HIERONYMVS. *Educet Dominus lapidem primarium de quo legimus In principio erat verbum &c. Quod autem dixit: Exæquabit gratiam gratiæ eius* (ita enim expoſuit B. Hieronymus vocem התשאות à radice שוה æquauit, permutata ה in א quod frequens, non verò à radice שוא vociferatus eſt, vt recentiores ex Rabb faciũt) hoc ſignificat: *nos omnes de plenitudine eius accepimus & gratiam pro gratiâ, id eſt pro gratiâ legis gratiam Euangelij, vt æqualem gratiã & per munus, & ex Iſraël credentes accipiant, & populus Ethi-*

Zach. 4. v. 7.

Hier. in Zach. c. 4.

Luc. 1.
Eph. 2.
Io. 1.

corum. Vnde & Gabriel loquitur ad Mariam: inuenisti gratiam apud Deum: & Paulus Apoſtolus ſcribit: gratiâ eſtis ſaluati eſtis. Et Ioannes Euangeliſta: lex, inquit, per Moyſen data eſt: Gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Quibus in teſtimoniis gratiæ etiam ſanctificantis Chriſti meritis partæ animiſque fidelium infuſæ, certiſſimæ notæ conſpicuæ ſunt Græcorum Patrum eadem explicantium, ἐξοίσω τὸν λίθον τῆς κληρονομίας, ἰσότητι χάριτος χάριτι αὐτῆς. *Educam lapidem hereditatis, æqualitate Gratiæ Gratiam eius.* B Cyrillus Alexandr. ἡ χάρις προτέρα τῶν Ἰουδαίων. ἀλλ' ἐν ἰσότητι καὶ ὁμοιότητι τῆς ἀρχαίας ἐκείνης χάριτος, χάρις δέδοται παρὰ χριστοῦ, ὃς γέγονεν ἡμῖν λίθος μὲν, ὡς θεμέλιος, ἤγουν ἀκρογωνιαῖος κληρονόμος δὲ πάλιν ὡς υἱός. κεκλήμεθα γὰρ δι' αὐτὸν κληρονόμοι θεοῦ. πῶς οὖν ἐν ἰσότητι τῆς προτέρας χάριτος ἡ δευτέρα. ἃ γὰρ ἐπ' ἐκείνοις ἐτελεῖτο σωματικῶς ἤγουν αἰσθητῶς, ταῦτα τετελείωκεν ἐφ' ἡμῖν ὁ χριστὸς πνευματικῶς τε καὶ νοητῶς. ἐξείλετο δουλείας διαβολικῆς, ὡς ἐκ πηλοῦ καὶ πλινθείας· ἀπήλλαξε τῶν ἐν κόσμῳ παθῶν καὶ ἀκαθαρσιῶν τῶν σωματικῶν. διαβιβάζει ὡς διὰ θαλάττης [illegible] Id eſt Gratia illa prima Iudæorum fuit: verum in æqualitate & ſimilitudine antiquæ illius Gratiæ gratia data eſt à Chriſto, qui factus eſt nobis lapis, vt fundamentum, vt lapis angularis & rurſum hæres vt filius. Per illum quippe hæredes Dei inſtituti ſumus. Quomodo igitur in æqualitate gratiæ primæ, ſecundæ? quæ in illis fiebant ſecundum carnem & ſenſum, hæc Chriſtus in nobis ſecundum ſpiritum & intellectū præſtitit. Eripuit nos ex ſeruitute diabolica, ſicut ex luto & latere: liberauit ab affectibus & immunditiis carnis: velut per mare tranſitū nobis conceſſit &c. Poſtea eoſdem textus ſacros affert quos Hieronymus pro gratiâ ſanctificante. THEODORITVS hic arbitratus promitti gratiam & actualem & habitualem πάσῃ αὐτὸν ἐμπλήσας χάριτι καὶ τελείᾳ αὐτὸν κατακοσμήσας χάριτι παρέξω δωρεὰν, οἷα δὴ λίθον περισκοπῶν ὥστε τὸ ἐλλεῖπον τῇ ἀνθρωπίνῃ δυνάμει ἀναπληρῶσαι καὶ ἐξισῶσαι τῇ ἄνωθεν χάριτι. Id eſt. Cum omni gratiâ complens, & perfectâ gratiâ ornans, efficiam vt quod humanis viribus deeſt, ſuppleat ſuperna gratia & exæquet.

Cyrill. Comm. in Zachar.

Sed hactenus diludiis ſatis. Hæc ſumma eſt, Gratiam quamcumque gratiæ alteri ipſâ æqualitate aut inæqualitate comparari poſſe. Sunt igitur in Gratia ordines quidam, ſunt gradus, modi ſunt quidam tum inter ſe tum etiam aliis diſſimiles ac diſpares, quorum acceſſu vel detractione, intenſior aut remiſſior contractior aut vberior minor maiorue Gratia dici poſſit: quod ex ſequentibus ſcripturæ Patrumque ſanctorum teſtimoniis magis conſtabit. Idque contra veteres, contra mediæ ætatis, contra nouos etiam hæreticos. Ex veteribus namque Hæreticis Iouinianus Gratiam augeri non poſſe dixit apud B. Hieronymum lib. ſec. in eumdem, ex eoque erroris fonte alios riuulos lutulentos deduxit omnes iuſtos eſſe æquales, vnum altero nec plus mereri, nec amplius coronari. Ex mediis hæreticis, quanquam paulo dexterioribus Beguardi, homines iuſtos licet initio inæquales, tandem ad cumulum gratiæ qui vlterius altiuſve ſurgere augerique non poſſet, aſcendere. Ex recentioribus demum Lutherus vnum altero iuſtiorem, non tamen ex inæqualitate gratiæ inhærentis quam ignorat, ſed

ex

ex æqualitate obiecti imputatiuæ iuſtitiæ, negauit.

II.

Procliue autem eſt vt inæqualitas illa graduum ſanctificantis & habitualis gratiæ, ab auctoribus antiquis probetur ex Apoſtoli verbis, quæ an id probent incertum tamen alicui iure videatur. Habentur illa in Epiſtola prima ad Corinthios, atque inter alia ſic à B. Hieronym. aduerſus Iouinianum referuntur. *Cur in typo Eccleſiæ in arca Noë diuerſa animalia, & pro qualitate meritorum diuerſæ ſunt manſiones? Cur adſtitit Regina à dextris Domini in veſtitu deaurato, circumdata varietate? Cur Ioſeph in forma Chriſti variam habuit tunicam? Cur Apoſtolus loquitur ad Romanos. Vnicuique ſicut Deus diuiſit menſuram fidei? ſicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis, differentes ſiue Prophetiam ſecundum menſuram fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrinâ, ſiue qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt in ſollicitudine, curramus ad reliqua. Diuiſiones Gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Et diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus: vnicuique autem data eſt operatio ſpiritus, iuxta id quod expedit &c. Quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſiâ primùm Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes & Gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Nunquid omnes Apoſtoli, nunquid omnes Prophetæ, nunquid omnes Doctores, nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Æmulamini autem dona maiora, &c.* Eodem modo B. Auguſtinus hoc loco Apoſtoli nititur ad probandam gratiæ ſanctificantis differentiam, epiſt. ad Dardanum.

Difficultas de probatione, ex verbis Apoſtoli.

S. Hieron. l. 2. in Iouinian.

Pſ. 44.
Gen. 37.
Ro. 12.

1. Cor. 12.

S. Aug. ep. 57.

Hi vero Apoſtolicæ vtriuſque Epiſtolæ loci non de Gratiâ ſanctificante, ſed de gratiæ donis ſeu Chariſmatibus intelligendi primum veniunt: vt quid ergo ad Gratiæ ſanctificantis & meritorum differentiam probandam à B. Hieronymo aſſumuntur? Hæc vna ratio eſt, quod nimirum ex variis illis Gratiarum gratis datarum ſpeciebus & gradibus, homines varios quoque Gratiæ gratum facientis gradus poſſint adipiſci, κατ' ἀναλογίαν πίστεως ſecundum fidei proportionem, ait B. Baſilius in moralibus: & multo magis ſecundum charitatem, cui ex illis donis ampliorem materiam præbent ea quæ ſalutem animæ quam quæ ſalutem corporis ſpectant: vnde enumeratis illis Chariſmatum muneribus B. Gregorius Theologus Hieronymi præceptor, ita concludit πνεύματος ἁγίου μερισμοὶ, ὃ τῆς κοινῆς σωτηρίας μυστήριον. σὺ δὲ εἰ μὲν τὰ μείζω δυνατὸς εἶ, καὶ οἷς ἐνεργετεῖται ψυχὴ μηδὲ ταῦτα εὖ ποιεῖν ἀπόσχῃ τὴν ὁδόν. μᾶλλον δὲ πρόφθανε καὶ μάλιστα τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ πρὶν αἰτηθῆναι ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεῶν καὶ δανείζων τὸν λόγον, καὶ ἀπαιτῶν φιλοπόνως ὃ δάνειον μετὰ τόκου τῆς τοῦ ὠφελημένου προσθήκης, ἵν' ἀεὶ τῷ λόγῳ προστιθῇς αὔξων ἑαυτῷ κατὰ μικρὸν τὰ τῆς εὐσεβείας σπέρματα. εἰ δὲ μὴ τά γε δεύτερα καὶ μικρότερα, καὶ ὅσα εἰς δύναμιν ἥκει τὴν σήν. ἐπικούρησον, ὄρεξον τροφὴν, ὄρεξον ῥάκος. Id eſt.

S. Baſil. moral. c. 2.

Naz. orat. 16.

Spiritûs diſtributiones, nouæ ſalutis myſterium; tu vero ſiquidem maiora potes & quibus anima beneficia afficitur, ne his de indigente bene mereri abſiſte. Imo prima (vel primùm) hæc & maximè dona, quum abs te petit, imo & antequam petat, impertire, tota die miſerans ac ſermonem commodans, ſortemque cum fœnore ſedulò exigens, hoc eſt eius cui vtilitas affertur, incrementum quod quidem doctrinæ ſemper adiungit, quiſquis pietatis ſemina in ſeipſo paulatim auget. Sin hæc largiri nequis, at certè ſecunda & minora, & quæ ſub facultatem tuam cadunt, præſta: ſubuenio cibum porrige, pannum, &c.] His profectò verbis Gr. Theologus Gratias gratis datas non per ſe, ſed adiunctâ Pietate & Charitate gratiam augere docet, tum in eo qui ipſarum fructus ſuſcipit, tum in eo qui dilargitur.

Nec alio planè modo intelligendus eſt B. Hieronymus contra Iouinianum iiſdem locis vtens quibus ideo ſubiungit alium Apoſtoli locum qui de vtraque Gratia & gratis data videlicet & gratum faciente à Patribus exponitur.
Epheſ. c. 4. Ad Epheſios. c. IV. *Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia, iuxta menſuram Gratiæ donationis Chriſti.* Sic autem locum illum idem
S. Tho. 1. 2. q. 112. ar. 4. applicat: *non quod menſura Chriſti diuerſa ſit: ſed tantùm gratiæ eius infunditur quantùm valemus haurire.* Eadem Apoſtoli verba B. Thomas aſſumit vt probet, Gratiam Dei maiorem in *vno eſſe quam in alio. Quod enim menſurate datur, non omnibus æqualiter datur: ergo non omnes æqualem gratiam habent.* Illo vero, vnde locus exceptus eſt, capite, loquitur de variis Eccleſiæ ordinibus, Prophetis Apoſtolis &c. Variis quoque Chariſmatis ipſis à Deo conceſſis, addūtur etiam hæc verba quę Gratię gratis datæ veluti notam & Characterem exhibent, *ad conſummationem ſanctorum* (Græc. εἰς καταρτισμὸν. ad coagmentationem) *in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti*: hęc tamen & ſi quę alię ſunt, gratię ſanctificantis rationem non excludūnt, quo per Charitatis opera intenditur & in dies perficitur: concludit enim Apoſtolus, *Veritatem facientes autem* ἀληθεύοντες, *in Charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus*: vnde perſpicuum eſt omnes illas Gratias gratis datas ad incrementum gratię ſanctificantis referri: atque eamobrem rectè ex Gratiis gratis datis Gratiæ gratum facientis & ſanctificantis diuerſos gradus demonſtrari.
S. Baſil. ho. 15. Quapropter vtriuſque etiam Gratię à ſpiritu diſtributę meminit B. Baſilius ſub finem homiliæ de fide, & de ſanctificante ſic concludit ὃ πνεῦμα ἁγιάζει, ζωοποιεῖ τὰ σύμπαντα. τοῦτο εἰς πᾶσαν κτίσιν μεριζόμενον, καὶ ἄλλως ὑπ' ἄλλου μετεχόμενον οὐδὲν ἐλαττοῦται παρὰ τῶν μετεχόντων. Id eſt. Sanctificat, viuificat omnia, in omnem creaturam diuiſum, & aliter ab alio participatum non imminuitur ab iis qui participant.] Præclarè
S. Tho. 1. 2. q. 112. ar. 4. id explicant verba S. Thomæ. *Ex parte obiecti gratia gratum faciens non poteſt eſſe maior vel minor: quia gratia ſecundum ſui rationem, coniungit hominem ſummo bono, quod eſt Deus: ſed ex parte ſubiecti gratia poteſt ſuſcipere magis vel minus, prout ſcilicet vnus perfectiùs illuſtratur à lumine gratiæ quam alius. Cuius diuerſitatis ratio quidem eſt aliqua ex parte præparantis ſe ad gratiam: qui enim magis ſe ad gratiam præparat, pleniorem gratiam accipit.*

Digitized by Google

III.

Alia teſtimonia ſcript pro inæqualitate gratiæ & iuſtitiæ.

Alia vero longeque plura ad eiuſdem veritatis illuſtrationem in ſcripturis argumenta occurrunt, quibus alter altero iuſtior, Deo gratior, & gratia proinde vberiori auctus ornatuſque prædicatur. Exempla, Enoch, Noë, Melchiſedech, Abrahæ. Iobi notiſſima ſunt, cui Deo teſtante *ſimilis in terra non erat* Iob. 1. quibus verbis idem valere notat Olympiodorus quod de Noë dicitur Gen. vi. v 9. Iuſtus erat in generatione ſuâ, id eſt, iuſtiſſimus omnium τῶν κατὰ τοὺς ἰδίους χρόνους ætatis hominum illius. Exemplum aliud comparatum affert ex lib. 1. Samuelis S. Hieronymus. *Inter Dauid virum ſanctum & Saul regem peſſimum, medius Jonathas fuit, quem nec inter hædos poſſumus ponere, quia Prophetæ amare dignus eſt: nec inter arietes, nec parem eum faciamus Dauid, maximè cum & ipſe interfectus ſit. Erit igitur inter oues, ſed inferiori ordine & quomodo intra Dauid & Ionatham, ſic inter ouem & ouem cogeris ſuſcipere differentias.* Sic etiam ex Euangelio, ibidem, *dicit Dominus ad diſcipulos ſuos. Qui vult inter vos maior eſſe, ſit omnium minimus. Si omnes in cælo æquales, futuri ſumus, fruſtra nos hic humiliamus, vt ibi poſſimus eſſe maiores. De duobus debitoribus quingentorum denariorum & quinquaginta, cui plus dimittitur plus amat. Vide & Saluator, dico inquit, tibi; remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum; cui autem minus dimittitur, minus diligit: qui minus diligit & minus ei dimittitur: vtique in minori gradu erit.* Adduxerat & antea S. Hieronymus verba Chriſti, *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*, quæ quidem cum de numero Eccleſiarum quæ toto orbe diffuſæ ſunt, inſulſè exponeret hæreticus, *Quis riſum tenere queat?* &c. *Deinde ſenſus ſcripturæ intuendus: dicerem, inquit vobis, quia vado & præparabo vobis locum, ſi non manſiones multæ eſſent apud Patrem? hoc eſt ſi vnuſquiſque manſionem ſibi, non ex largitate* Dei, *ſed ex proprijs operibus præpararet, & ideo non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo: non eſt filij dare & quomodo Patris eſt præparare? Paratæ, inquit, ſunt in cælo diuerſæ & plurimæ manſiones, plurimis diuerſiſque virtutibus, quas non perſonæ accipiunt, ſed opera.* Ad eumdem modum B. Cyrillus & Theodorus in Catena ἐπεὶ διάφορος καὶ ποικίλη τις εἶναι δοκεῖ ἡ τῶν ἀγαθῶν πολιτεία καὶ τῶν θεοσεβούντων βίος, οὐδὲ μία καὶ ὁμοία τῶν πάντων ἐστὶν ἀγωγή, ἀλλ' ἄλλος ἄλλου κρείττων ἢ ἐλάττων τυγχάνει κατὰ τὴν ἄσκησιν τῆς δικαιοσύνης, εἰκότως οὐ μία, ἀλλὰ πολλαὶ τοῖς ἁγίοις ἡτοιμάσθησαν μοναί. Id eſt: Quandoquidem bonorum diuerſa multiplexque viuendi ratio eſt, eorumque qui Deum piè colunt, alius alio melior inferiorue, prout quiſque in iuſtitiæ exercitatione profecit, merito non vna, ſed multæ ſanctis præparatæ ſunt manſiones.]

Hier. 2. in Iouin. — Matth. 20. — Luc. 7. — Ioan. 14. — Matt. 20. — Caten. in Io. 14.

B. Auguſtinus Epiſt. ad Dardanum. *Cum igitur Deus qui vbique eſt per diuinitatis præſentiam, non in omnibus habitet per gratiam habitationis: Etiam in quibus habitat non æqualiter habitat. Nam vnde eſt illud quod Heliſæus popoſcit, vt dupliciter in eo fieret ſpiritus Dei qui erat in Heliâ? & vnde in omnibus ſanctis ſunt alij alijs ſanctiores, niſi abundantius habendo habitatorem Deum? Quomodo ergo verum ſupra diximus, quod Deus vbique ſit totus, quando in alijs eſt amplius, in alijs minus? ſed non eſt negligenter intuendum quod diximus, in ſeipſo eſſe vbique*

Aug. ep. 57. v. Ambroſ. ep 81. ad Siricium. Greg. 4. mor. c. 42. Hier. rurſus 2. in Iouin. ex Apoſt. alia eſt claritas ſolis & c. 1. Cor. 15.

CAPVT III.

De Gratia habitualis cauſſis et productione, ex SS. Patrum Doctrinâ.

SVMMA CAPITIS.

I.

Cauſſa finalis Gratiæ ex ſcript. & Patribus.

II.

Cauſſa efficiens Gratiæ Deus ſolus ex iiſdem.

III.

Cauſſa materialis gratiæ ſeu ſubiectum, animæ ſubſtantia quam ad illam potentiam habeat.

IV.

Quo genere productionis gratia efficiatur à Deo, creatione an generatione ſiue eductione.

I.

Cauſa finalis infuſionis Gratiæ.

NATVRAM & cauſſam formalem gratiæ ſatis cognitam ac exploratam habemus ex iis quæ de ipſius definitione dicta ſunt vtroque capite præcedenti: Reliquam vt cauſſarum ipſius ſeriem pertexamus, à finali cauſſa exordium ducendum eſt: quam rectè

Chryſ. ho. 2. in Ep. ad Epheſ.

B Chryſoſtomus illis verbis Apoſtoli declarat Ep. ad Epheſios *Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius.* Finis enim proximus gratiæ ſanctificantis, eſt redemptio & ſalus ani-

Et Ezech. 36.

mæ, finis remotus & vltimus eſt Deus, ſicut, inquit, dicebat Eſai. 48. Facio propter me. Et Pſ. 108. fac nobis propter nomen tuum. τοῦτο πληροφορεῖ τοὺς ἀκούοντας καὶ αὐτοὶ μαθόντας, ὅτι διὰ τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα πάντως ποιήσει ἃ τῆς ἐπαγγελίας. Id eſt. Illud auditoribus plenam fidem ingenerat, cum accipiunt, Deum omnia quæ promiſit, facturum, propter bonitatem ſuam.] Quod & propter bonitatis communicationem,

Ad Rom. cap. 8.

& propter communicationis ipſius gloriam externam explicari poteſt: Atque adeo propter gloriam ipſius Chriſti, qui totius Gratiæ ſummam in ſe redigit, merito ſuo veluti coemptam atque comparatam; ad cuius gloriam proinde pertinet ipſius Gratiæ communicatio ac diffuſio, quæ reddit homines συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ *conformes imagini filij D*[illegible]*, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Quod pluribus proſequitur

Cyrill. l. 7. Glaphyr.

S. Cyrillus Glaphyris in Geneſim de Ioſephi benedictione pertractans: & antea Athanaſius orat. 3. & v. contra Arianos.

I I.

Efficiens cauſſa Gratiæ ſanctificantis & habitualis, Deus ſolus. Ratio Theologorum Principis. *Nulla res poteſt agere vltra ſuam ſpeciem: quia ſemper oportet quod cauſſa potior ſit effectu. Donum autem gratiæ excedit omnem facultatem naturæ creatæ, cum nihil aliud ſit quàm quædam participatio diuinæ naturæ, quæ excedit omnem aliam naturam. Vnde neceſſe eſt quod ſolus Deus deificet communicando conſortium diuinæ naturæ per quamdam ſimilitudinis participationem: ſicut impoſſibile eſt quod aliquid igniat, niſi ſolus ignis.* Pſal. LXXXIII. *gratiam & gloriam dabit Dominus:* GRATIAM, inquit, S. Auguſtinus *de quâ ipſe dixit: Gratia Dei ſum id quod ſum.* Theodoritus pereleganter τὴν χάριν τὴν θείαν ἐκ τῶν τοῦ παναγίου πνεύματος κρουνῶν ἀρυόμεθα. Id eſt. Gratiam diuinam ex ſanctiſſimi Spiritus fontibus haurimus. Nec mirum, gratiæ ſiquidem ſanctificantis infuſio, creatio quædam altera eſt. Creationis verò ſolus Deus principium eſt. S. Gregorius Theologus orat. de baptiſmo ὁ θεὸς ὥσπερ σε ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν, οὕτως ἀναπλάσας αὖ πλάσει, πλάσει θειοτέρᾳ τε καὶ τῆς προτέρας ὑψηλοτέρᾳ. ἡ τοῖς μὲν ἀρχομένοις ἐστὶ σφραγὶς τοῖς τελειοτέροις τὴν ἡλικίαν καὶ χάρισμα, καὶ τῆς πεσούσης εἰκόνος διὰ τὴν κακίαν ἐπανόρθωσις. Id eſt. Quemadmodum Deus nos primùm creauit, ita creatos refinxit & quidem figmento diuiniori primumque ſuperanti, quod vt vitæ curſum ineuntibus ſignaculum eſt, ita iis qui adultiori ætate ſunt, Gratiæ donum eſt.] S. Auguſtinus ſerm. de verbis Apoſtoli, traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram &c. Ro. 4. *Quid eſt propter iuſtificationem noſtram? vt iuſtificet vos & iuſtos faciat nos. Eris opus Dei non ſolum quia homo es, ſed etiam quia iuſtus es. Melius eſt enim iuſtum eſſe quam hominem te eſſe. Si hominem te fecit Deus & iuſtum tu te facis, melius aliquid facis quam fecit Deus.* Idipſum reſumit lib. 1. de peccatorum meritis. Ex Rom IV. Credenti in eum qui iuſtificat impium, deputatur fides ad iuſtitiam. *Quiſquis ergo auſus fuerit dicere: iuſtifico te: conſequens eſt vt dicat etiam: crede in me, quod nemo ſanctorũ rectè dicere potuit, niſi Sanctus Sanctorum. Creditis in Deum & in me credite.* S. Baſilius homilia de fide ex eo ſancti Spiritus diuinitatem probat, πᾶσι τὴν παρ' ἑαυτοῦ χάριν δίδωσι καὶ υἱοθετεῖ τοὺς ἠλλοτριωμένους. Id eſt. Omnibus gratiam à ſeipſo largitur & in filios adoptat qui alienati erant. Idem fecerat B. Athanaſius pro diuinitate Chriſti, orat. 3. contra Arianos B. Chryſoſtomus ad ea verba Epiſt. ad Rom. *Deus eſt qui iuſtificat.* B. Cyrillus Alex. lib. in Ioannem, huc reuocat, verba Chriſti *Nemo venit ad Patrem, niſi per me:* ὅταν ἅγιοι γεγονότες κατὰ τὸ πρέπον τῇ ἀνθρωπότητι μέτρον ἁγίῳ τῷ κολλώμεθα. ἅγιοι γὰρ ἔσεσθέ φησιν, ὅτι ἐγὼ ἅγιος cum ſancti effecti quantum humanæ naturæ fert conditio, ſancto Deo coniungimur: ſancti enim eritis, inquit, ſicut & ego ſanctus ſum. Idem lib. X. ad ea Chriſti verba *Ego ſum vitis vera & Pater meus agricola eſt*, vbi de ſanctitatis per gratiam communicatione ſermonem ita concludit, ὅλης τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος ἔργον ἐστὶν, ἡ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπανόρθωσις, καὶ διὰ πάσης ἔρχεται τῆς θείας φύσεως ἡ ἐφ' ἅπασι τοῖς παρ' αὐτῆς δρωμένοις θέλησίς τε καὶ δύναμις. Totum Sanctæ & conſubſtantialis Trinitatis opus inſtau-

S. Thom. 1. 2 q. 112. 4. art 1. Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. de cauſſis iuſtific.

Aug. in Pſ. 83.

Serm 15.

Aug. 1. de pecc. mer. c. 14.

Io. 14.

Baſil. ho. 15. & in Eunom. lib. 3. vbi ἐπισημαντικῶς ſanctitatis cauſſam affert.

Chryſ. ho. 15, in 8. ad 10.

Cyrill. l. 9. in Io.

Leuit. 20.

rario noſtra eſt, & ad totam naturam diuinam pertinet omnium quæ ab ipsâ fiunt voluntas ac poteſtas. σωτηρία μίας θεότητος κατόρθωμα ſalus noſtra ſolius diuinitatis opus eſt] Vide ibidem plura. Illud idem magnificentioribus verbis prædicat ac exornat ad ea Chriſti dicta: pro eis ſanctifico meipſum ὁ ἁγιάζειν δυνάσθαι [illegible] πνεύματος [illegible] τῇ τῆς ὅλης κτίσεως μέτεστι φύσει, ſanctificare poſſe per ſpiritus participationem, vnius reginæ omnium naturæ opus eſt.] Vide plura pag. 89. Duplicem autem modum quo Chriſtus nos ſanctificat vnum externum, & alterum internum poſtea diſtinguit. Iſidorum Peluſiotam vide lib. IV. Ep. LXV. alioſque paſſim.

Cyrill. 2. in Ioan.

Rationem alteram adduxit B. Thomas non ſanè pœnitendam, quia nulla creatura poteſt communicare alteri virtutem naturæ ſuperioris, vt ex Angelorum gradibus conſtat, multo minus diuinæ. Tertiam quoque adiunxit, quia nulla ſubſtantia creata poteſt in ſubſtantiam animæ illabi, ideoque nec illam vt principale agens ad gratiam immutare. Vnde vna creatura in aliâ non dicitur inhabitare, ſicut ſpiritus Dei, quum nos per gratiam ſanctificat Apoſtolus ad Rom. *Vos eſtis in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Spiritus vita propter iuſtitiam. Spiritus inhabitans in vobis.* Ibidem. B. Chryſoſtomus ἔνθα ἔστι πνεῦμα [illegible] παρὸν τις μὴ [illegible] χριστὸν [illegible] ὅπου γὰρ μία τῆς τριάδος [illegible], ἐκεῖ ἡ τριάς. ἀδιάσπαστος γὰρ ἐστι πρὸς ἑαυτήν. Id eſt. Spiritu præſenti, Chriſtum abeſſe impoſſibile eſt. Vbi enim vna Trinitatis perſona eſt, Trinitas adeſt: indiuiulsè enim ſeipſam habet, &c. Intimiorem autem illam eſſe intimo noſtro, totamque tori animæ illabi, Gratiæ infuſione, ex Auguſtino & aliis, Theologi docent, quod quidem nulli creaturæ conuenire poteſt: Deo igitur ſoli ſicubi [illegible], vt loquitur Dionyſius, ita & gratiam communicare ius eſt.

S. Tho. 3. p. q. 62. a. 1.

S. Tho. 3. p. q. 64. a. 1. & 27. de verit. ar. 3.

S. Chryſ. ho. 13 ad Rom.

Dionyſ. Eccleſ. hier. c. 1.

III.

Cauſſa materialis ſeu ſubiectum gratiæ.

Animæ ſubſtantiam eſſe proprie Gratiæ ſanctificantis ſubiectum antea ex doctrina SS. Patrum, eaque conſtantiſſimâ, demonſtrauimus. Nihil aliud modò ſupereſt præterquam vt quænam huius materiæ ad gratiæ productionem potentia ſit, quiſve concurſus, paucis aperiamus. Breuiter igitur dicimus animæ ſubſtantiam non habere potentiam vel appetitum naturalem ad gratiam, ſed tantummodo potentiam, vt Theologi vocant, obedientialem, & quidem non actiuam, ſed paſſiuam duntaxat, ſi de Phyſica agatur: de morali enim & diſpoſitiuâ poſtea dicturi ſumus. Conſulenda ſunt ea, quibus libro primo huius operis oſtendimus Gratiam naturalibus Creaturæ cuiuſquam principiis non deberi; quod præter acutiſſimas S. Thomæ rationes, ex S. Dionyſio, Epiphanio, Chryſoſtomo aliiſque comprobatum eſt. Vnicum S. Cyrilli teſtimonium extremum hic retexo ἴδιον τῆς ἀνθρωπότητος ὃ οἰκεῖον μὲν ἔχειν καὶ ὡς ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως τὴν αὐτῶν χορηγίαν [illegible] καταπλουτεῖν δὲ μᾶλλον ἔξωθεν τι καὶ ἐπακτῶς [illegible] φύσιν ἰδίαν. Id eſt. Proprium quidem naturæ humanæ eſt, donorum

Lib. 1. cap. 3. Dion. diu. no. c. 7. Epiph. in Ancor. Chryſ. hom. 4 in Gen. S. Cyril lib. 2 in Eſai. idem 1 de ador. & l. 2 in Ioan.

cæleſtium gratiæ nihil planè ex penu propriâ ac veluti ex propriâ naturâ habere: at potius iis quæ ſupra propriam naturam ſunt, diteſcere extrinſecùs atque aſcititiè, à Deo ſcilicet profectis.] Hæc ad inſtitutum ſufficiunt vt potentiam ſolum paſſiuam & obedientialem ad Gratiæ ſuſceptionem animæ ab origine innatam eſſe ſupponamus, quæ ad hoc idonea eſt, vt Gratia eidem tanquam ſubiecto accidat atque *inhæreat*: vti ſacra Synodus Tridentina loqui non dubitat.

IV.

Sic erit omnino factu facillimum, vt quænam & qualis Gratiæ ſanctificantis in animæ ſubſtantia productio dicenda ſit, intelligatur. Controuerſia ſcholæ in eo eſt, vtrum creatio, vtrum eductio dicenda ſit. Ambiguitas elidenda primùm eſt. Si creatio ſumatur pro rei ſubſiſtentis productione, quum gratia ſit accidens & qualitas ſupernaturalis, nec per ſe ſubſiſtens, ſed inhærens, & cum ordine dependentiæ à ſubiecto, cui inhærere debet, producatur; eo ſenſu accuratè creatio dici productio ipſius non poteſt. Ita S. Thomas. Quia verò creatio à quibuſdam etiam extenditur ad ea quæ vim & captum potentiæ naturalis (ratione cuius materia dicitur μήτηρ Ariſtoteli 1. Phyſ. 9. & rationes ſeminarias habere Auguſtino 3. de Trin. c. 7.) ſuperant atque extra ſphæram agentium naturalium poſita ſunt, ſolamque potentiam receptiuam obedientialem in ſubiecto prærequirunt, & Dei ſolius actione producuntur: quùm Gratia à Deo ſolo animæ infundatur, ſimul à Deo creari dicitur à permultis veteribus Scholaſticis Scoto, Bonauentura, Gabriele, Paludano & aliis; ſicut anima Ariſtoteli ἔξωθεν extrinſecus adueniens, Theologis creari dicitur: adeo vt S. Thomas medio quodam modo ſententiam vtramque temperare conetur, vbi ait *ſecundum hoc etiam gratia dicitur creari, ex eo quod homines ſecundum ipſam creantur, id eſt in nouo eſſe conſtituuntur ex nihilo, id eſt, non ex meritis, ſecundum illud ad Epheſios 2. Creati in Chriſto, in operibus bonis. Sicut accidens neque fit, neque corrumpitur; quia eius eſt fieri vel corrumpi; cuius eſt eſſe vel non eſſe; accidens autem eſt entis ens, & ideo dicitur fieri vel corrumpi, ſecundum quod ſubiectum incipit vel deſinit eſſe in actu ſecundum illud accidens. Et ſecundum hoc dicitur etiam gratia creari.*

Creatio an eductio gratiæ productio ſit.

S. Tho. 1. p. q. 45. ar. 4.

Ariſt. 2. de gener. an. 3.

S. Tho. 1. 2. q. 110. ar. 2. ſic etiam eam annihilari dixit 2. ſent. d. 26. a. 1.

V. Aug. de grat. & lib. arb. c. 8. & in Pſ. 144.

Metaph. l. 7. & l. 12. t. 3.

Hæc doctrina & loquendi ratio quam excogitauit B. Thomas valde conſentanea eſt ſcripturæ ſanctorumque Patrum dictis. Sic enim dicitur *creari cor mundum in homine* Pſ. L. *Sic creari ſcientiâ ſpiritus* Eccleſiaſtici XVII. ſic intelligitur illud Apoſtoli ad Galatas. *In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed* NOVA CREATVRA. Rurſus ad Epheſios *Induite nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt.* B. AVGVSTINVS in PSALMVM CIII. *Quicquid ambulat & repit in terris, quicquid natat in aquis, quicquid volat in aëre, quicquid circumagitur in cælo, totus mundus Dei creatura eſt.* Sed repleta eſt terra creaturâ tuâ, Chriſte. *De quâ dicit Apoſtolus: ſi qua in Chriſto noua* Creatura. *Noua creatura quæ facta eſt? omnes credentes in Chriſtum, &c.* Idem poſtea in illud: *auferes ſpiritum eorum & deficient.*

Gal. c. 5.

Eph. c. 4.

2. Cor. 5.

emittes ſpiritum tuum & creabuntur. Auſert ſpiritum eorum, emittat ſpiritum ſuum, & creentur, ipſius enim ſumus figmentum, dixit Apoſtolus creati in operi- Rom 4. *bus bonis. A ſpiritu eius accepimus gratiam, vt iuſtitiæ viuamus, quia ipſe eſt qui iuſtificat impium, &c.* Idem ſer. vi. de verbis Apoſtoli. Vide.

Lib 4 Strom. Clemens Alexandrinus hominis reparationem per Gratiam, καλλίστην τῆς κτίσεως ἁρμονίαν eſſe oſtēdit pulcherrimam creationis cuiuſdam Athan. hom. de Athan ho. de Sabbathis. harmoniam. B. Athanaſius nouam creaturam apud Apoſtolum per gratiam interminabilem ἀτελεύτητον χάριν multis commendat. B. Baſi- Baſil. in Ps 32. vide & ho. 9. lius magnus ἐπὶ μὲν τοῦ πλάσματος ἡμῶν τὸ ἀπὸ τῆς γῆς τὸ ἐγενήθη. ἐπὶ δὲ τῆς κατ' εἰκόνα θεοῦ κατασκευῆς, τὸ, ἐκτίσθη. ἐπεὶ δὲ ἡ κτίσις ἐπὶ τῆς μετακοσμήσεως καὶ βελτιώσεως πολλάκις λαμβάνεται, ὡς τὸ εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις. καὶ τὸ ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον· τάχα τὸ μὲν ἐγενήθη ἐπὶ τῆς πρώτης οὐσιώσεως τοῦ ἀνθρώπου λέγεται. τὸ δὲ ἐκτίσθη ἐπὶ τῆς δευτέρας διὰ τῆς Nota. χάριτος τοῦ Χριστοῦ ἀναγεννήσεως. Id eſt. Ad figmentum quidem noſtrum terreſtre pertinet quod dicit, *Et facta ſunt*: ad imaginem vero Dei il- 2. Cor. 5. lud, *& creata ſunt*. Quoniam vero creatio pro tranſmutatione in potiorem partem ſolet accipi: vt eſt illud, ſi qua in Chriſto noua creatura: item illud, vt duos crearet in vnum hominem: forſan illud quidem, *facta ſunt* dicitur de prima ſubſtantiæ hominis productione, hoc vero, *creata ſunt*, de ſecunda per GRATIAM Chriſti regeneratione. Huic S. Baſilij loco, multi ſed fruſtra, ſubnecti poſſent, quia res clariſſima, & facile quibuſuis obuia apud Chryſoſtomum, & Cyrillum, & reliquos Græcorum.

Ex his clarum eſt quæſtionem eſſe ferè de nomine apud Scholaſticos, an Gratia creari dicatur meliùs, an increari vel concreari, an educi, an induci, an infundi, in animam Gratiæ capacem; de cuius remota ad Gratiam aptitudine dixit B. Auguſtinus *ſit gratia quædam naturæ attributa quæ communis eſt bonis & malis, &c. Proinde poſſe habere fidem, ſicut poſſe habere Charitatem naturæ eſt hominum: habere autem fidem, quemadmodum habere charitatem, Gratia eſt fidelium.* Litem itaque totam paucis dirimere S.Tho. q.3. de pot. ar.8. ad 8. mihi videtur B. Thomas, poſtea quam dixit Gratiam proprie non creari quia non eſt forma ſubſiſtens: *Infuſio tamen gratiæ accedit ad rationem* Chryſ. in 1. ad Cor. *creationis, quia non eſt ita ex potentiâ materiæ, vt poſſit educi in actum per cauſſam naturalem.* A Deo enim Gratia eſt, vt ait B. Chryſoſtomus ἡ ὄντως χάρις ἀπὸ θεοῦ.

Plura de Gratiæ productione inferius dicturi ſumus, vbi controuerſiam de iuſtificatione attigerimus.

CAPVT QVARTVM.

In quo demonſtratur Gratiam ſanctificantem Gradibus quibuſdam conſtare, inæqualem eſſe, augeri poſſe, minui non poſſe ex Doctrinâ SS. Patrum ſcripturis innixâ.

SVMMA CAPITIS.

I.

Gratia gratiæ exæquata apud Prophetam Zachariam cap. 7. Controuerſia proponitur aduerſus hæreticos.

II.

Vtrum Gratiæ ſanctificantis inæqualitas probari poſſit ex Apoſtolo ad Rom. c. 12. & 1. Cor. c. 12.

III.

Alij ſcripturæ loci à S. Auguſtino Græcis Patribus & S. Thom. ad inæqualitatem gratiæ probandam adducti.

IV.

Gratiam augeri poſſe ex ijſdem docetur.

V.

Gratiam minui non poſſe, licet amitti poſſit.

I.

INGENIOSÆ, floridæ & opulentæ eruditionis ſcriptori perbellè conueniret, Lectorem recreare amœna illa quæſtione, quid ſibi velit Zachariam Prophetam, *Gratia Gratiæ exæquata*? Cap. IV. B. Cyrillus δυσέφικτον ὃ περισκελίδον difficillimum vocat. *Et educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius* In huius enim verſiculi expoſitione, exercendi ingenij doctrinæque proſeminandæ campus latiſſimus, ampliſſimaque materia eſt. Vt enim ſenſus literalis de Darij Hytaſpis Gratiam Cyri exæquantis in templi inſtauratione pari beneficio à nonnullis: nihilominus tamen & ad Deum, ea verba refert B. Hieronymus, etiam literali interpretatione, Gratiam æqualem Zorobabeli, gratiæ olim Dauidi Salomonique præſtitæ, facientis. Allegoriæ vero mirum quantum in hoc contextu liceat, cui aditum aperit Chaldaïca paraphraſis *Emergit Chriſtus Meſſias cuius ab æterno nomen dictum eſt.* B. HIERONYMVS. *Educet Dominus lapidem primarium de quo legimus In principio erat verbum &c. Quod autem dixit: Exæquabit gratiam gratiæ eius* (ita enim expoſuit B. Hieronymus vocem תשאות à radice שוה æquauit, permutata ה in א quod frequens, non verò à radice שוא vociferatus eſt, vt recentiores ex Rabb faciũt) hoc ſignificat: *nos omnes de plenitudine eius accepimus & gratiam pro gratiâ, id eſt pro gratiâ legis gratiam Euangelij, vt æqualem gratiã & per munus, & ex Iſraël credentes accipiant, & populus Ethi-*

Zach. 4. v. 7.

Hier. in Zach. c. 4.

Luc. 1. Eph. 2. Io. 1. *corum. Vnde & Gabriel loquitur ad Mariam: inuenisti gratiam apud Deum: & Paulus Apoſtolus ſcribit: gratiâ enim ſaluati eſtis. Et Ioannes Euangeliſta: lex, inquit, per Moyſen data eſt: Gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Quibus in teſtimoniis gratiæ etiam ſanctificantis Chriſti meritis partæ animiſque fidelium infuſæ, certiſſimæ notæ conſpicuæ ſunt Græcorum Patrum eadem explicatio, ... ἐξουσία τῆς λίθου τῆς κληρονομίας, ἰσότητα χάριτος χα... *... tandem hæreditatis, æqualitate Gratiæ Gratiam eius.*

Cyrill. Comm. in Zachar. B. Cyrillus Alexandr. ἡ χάρις πρώτη τῶν Ἰουδαίων. ἀλλ' ἐν ἰσότητι καὶ ὁμοιότητι τῆς ἀρχαίας ἐκείνης χάριτος, χάρις δίδοται παρὰ χριστοῦ, ὅς γέγονεν ἡμῖν λίθος ..., ὡς θεμέλιος, ἤγουν ἀκρογωνιαῖος κληρονόμος δὲ πάλιν ὡς υἱός. γεγένημεθα γὰρ δι' αὐτοῦ κληρονόμοι θεοῦ. πῶς οὖν ἐν ἰσότητι τῆς προτέρας χάριτος ἡ δευτέρα. ἃ γὰρ ἐπ' ἐκείνοις ἐπετελεῖτο σαρκικῶς ἤγουν αἰσθητῶς, ταῦτα πεπλήρωκεν ἐφ' ἡμῖν ὁ χριστὸς πνευματικῶς τε καὶ νοητῶς. ἐξείλετο δὲ ... διαβολικῆς, ὡς ἐκ πηλοῦ καὶ πλινθείας· ἀπήλλαξε ... ἐν κόσμῳ ... ἀκαθαρσιῶν τῶν σαρκικῶν. διεβίβασεν ὡς διὰ θαλάσσης ... Id eſt. Gratia illa prima Iudæorum fuit: verum in æqualitate & ſimilitudine antiquæ illius Gratiæ gratia data eſt à Chriſto, qui factus eſt nobis lapis, vt fundamentum, vt lapis angularis & rurſum hæres vt filius. Per illum quippe hæredes Dei inſtituti ſumus. Quomodo igitur in æqualitate gratiæ primæ, ſecunda? quæ in illis fiebant ſecundum carnem & ſenſum, hæc Chriſtus in nobis ſecundum ſpiritum & intellectũ præſtitit. Eripuit nos ex ſeruitute diabolica, ſicut ex luto & latere: liberauit ab affectibus & immunditiis carnis: velut per mare tranſitũ nobis conceſſit &c. Poſtea eoſdem textus ſacros affert quos Hieronymus pro gratiâ ſanctificante. THEODORITVS hic arbitratus promitti gratiam & actualem & habitualem πᾶσαν αὐτοῖς ἐμπλήσας χάριν καὶ τελείᾳ αὐτοὺς κατακοσμήσας χάριτι ... ἀπεργάσομαι ... ὥστε τὸ ἐλλεῖπον τῇ ἀνθρωπίνῃ δυνάμει ἀναπληρῶσαι καὶ ἐξισῶσαι τὴν ἄνωθεν χάριν. Id eſt. Cum omni gratiâ complens, & perfectâ gratiâ ornans, efficiam vt quod humanis viribus deeſt, ſuppleat ſuperna gratia & exæquet.

Sed hactenus diluduli ſatis. Hæc ſumma eſt, Gratiam quamcumque gratiæ alteri ipsâ æqualitate aut inæqualitate comparari poſſe. Sunt igitur in Gratia ordines quidam, ſunt gradus, modi ſunt quidam tum inter ſe tum etiam aliis diſſimiles ac diſpares, quorum acceſſu vel detractione, intenſior aut remiſſior contractior aut vberior minor maiorue Gratia dici poſſit: quod ex ſequentibus ſcripturæ Patrumque ſanctorum teſtimoniis magis conſtabit. Idque contra veteres, contra mediæ ætatis, contra nouos etiam hæreticos. Ex veteribus namque Hæreticis Iouinianus Gratiam augeri non poſſe dixit apud B. Hieronymum lib. ſec. in eumdem, ex eoque erroris fonte alios riuulos lutulentos deduxit omnes iuſtos eſſe æquales, vnum altero nec plus mereri, nec amplius coronari. Ex mediis hæreticis, quanquam paulo diuerſioribus Begui di, homines iuſtos licet initio æquales, tandem ad cumulum gratię qui vlterius altiuſve ſurgere augerique non poſſet, aſcendere. Ex recentioribus idem Lutherus vnum altero iuſtiorem, non tamen ex inęqualitate gratię inhęrentis quam ignorat, ſed

ex

ex æqualitate obiecti imputatiuæ iuſtitiæ, negauit.

II.

Procliue autem eſt vt inæqualitas illa graduum ſanctificantis & habitualis gratiæ, ab auctoribus antiquis probetur ex Apoſtoli verbis, quæ an id probent incertum tamen alicui iure videatur. Habentur illa in Epiſtola prima ad Corinthios, atque inter alia ſic à B. Hieronym. aduerſus Iouinianum referuntur. *Cur in typo Eccleſiæ in arca Noë diuerſa animalia, & pro qualitate meritorum diuerſæ ſunt manſiones? Cur adſtitit Regina à dextris Domini in veſtitu deaurato, circumdata varietate? Cur Ioſeph in forma Chriſti variam habuit tunicam? Cur Apoſtolus loquitur ad Romanos. Vnicuique ſicut Deus diuiſit menſuram fidei? ſicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis, differentes ſiue Prophetiam ſecundum menſuram fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrinâ, ſiue qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt in ſollicitudine, curramus ad reliqua. Diuiſiones Gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Et diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus: vnicuique autem data eſt operatio ſpiritus, iuxta id quod expedit &c. Quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſiâ primùm Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes & Gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Nunquid omnes Apoſtoli, nunquid omnes Prophetæ, nunquid omnes Doctores, nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Æmulamini autem dona maiora, &c.* Eodem modo B. Auguſtinus hoc loco Apoſtoli nititur ad probandam gratiæ ſanctificantis differentiam, epiſt. ad Dardanum.

Difficultas de probatione, ex verbis Apoſtoli.

S Hieron. l. 2. in Iouinian.

Pſ. 44.

Gen. 37.

Ro. 12.

1. Cor. 12.

S. Aug ep. 57.

Hi vero Apoſtolicæ vtriuſque Epiſtolæ loci non de Gratiâ ſanctificante, ſed de gratiæ donis ſeu Chariſmatibus intelligendi primum veniunt: vt quid ergo ad Gratiæ ſanctificantis & meritorum differentiam probandam à B. Hieronymo aſſumuntur? Hæc vna ratio eſt, quod nimirum ex variis illis Gratiarum gratis datarum ſpeciebus & gradibus, homines varios quoque Gratiæ gratum facientis gradus poſſint adipiſci, κατ' ἀναλογίαν πίστεως ſecundum fidei proportionem, ait B. Baſilius in moralibus: & multo magis ſecundum charitatem, cui ex illis donis ampliorem materiam præbent ea quæ ſalutem animæ quam quæ ſalutem corporis ſpectant: vnde enumeratis illis Chariſmatum muneribus B. Gregorius Theologus Hieronymi præceptor, ita concludit πνεύματος ἁγίου μερισμοὶ, ὃ τῆς χρηστῆς σωτηρίας μυστήριον. σὺ δὲ εἰ μὲν τὰ μείζω δυνατὸς εἶ, καὶ οἷς εὐεργετεῖται ψυχὴ, μηδὲ ταῦτα εὖ ποιεῖν ἀπόκνει τὸν δεόμενον. μᾶλλον δὲ πρῶτα καὶ μάλιστα τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ πρὶν αἰτηθῆναι ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεῶν καὶ δανείζων τὸν λόγον, καὶ ἀπαιτῶν φιλοπόνως ὃ δανείζεις μετὰ τόκου τῆς τοῦ ὠφελημένου προσθήκης, ὃ ἀεὶ τῷ λόγῳ προστίθησιν αὔξων ἑαυτῷ κατὰ μικρὸν τὰ τῆς εὐσεβείας σπέρματα. εἰ δὲ μὴ τά γε δεύτερα καὶ μικρότερα, καὶ ὅσα εἰς δύναμιν ἥκει τὴν σήν. ἐπικούρησον, ὄρεξον τροφὴν, ὄρεξον ῥάκος. Id eſt.

S. Baſil. moral. c. 2.

Naz. orat. 16.

III.

Alia teſtimonia ſcript pro inæqualitate gratiæ & iuſtitiæ.

Alia vero longeque plura ad eiuſdem veritatis illuſtrationem in ſcripturis argumenta occurrunt, quibus alter altero iuſtior, Deo gratior, & gratia proinde vberiori auctus ornatuſque prædicatur. Exempla, Enoch, Noë, Melchiſedech, Abrahæ. Iobi notiſſima ſunt, cui Deo teſtante *ſimilis in terra non erat* Iob. 1. quibus verbis idem valere notat Olympiodorus quod de Noë dicitur Gen. vi. v 9. Iuſtus erat in generatione ſuâ, id eſt, iuſtiſſimus omnium τῶν κατὰ τοὺς ἰδίους χρόνους ætatis hominum illius. Exemplum aliud comparatum affert ex lib. 1. Samuelis S. Hieronymus. *Inter Dauid virum ſanctum & Saul regem peſſimum, medius Jonathas fuit, quem nec inter hædos poſſumus ponere, quia Prophetæ amare dignus eſt: nec inter arietes, nec parem eum faciamus Dauid, maxime cum & ipſe interfectus ſit. Erit igitur inter oues, ſed inferiori ordine & quomodo intra Dauid & Ionatham, ſic inter ouem & ouem cogeris ſuſcipere differentias.* Sic etiam ex Euangelio, ibidem, *dicit Dominus ad diſcipulos ſuos. Qui vult inter vos maior eſſe, ſit omnium minimus. Si omnes in cælo æquales, futuri ſumus, fruſtra nos hic humiliamus, vt ibi poſſimus eſſe maiores. De duobus debitoribus quingentorum denariorum & quinquaginta, cui plus dimittitur plus amat. Vade & Saluator, dico inquit, tibi; remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum; cui autem minus dimittitur, minus diligit: qui minus diligit & minus ei dimittitur: vtique in minori gradu erit.* Adduxerat & antea S. Hieronymus verba Chriſti, *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*, quæ quidem cum de numero Eccleſiarum quæ toto orbe diffuſæ ſunt, inſulſê exponeret hæreticus, *Quis riſum tenere queat?* &c. *Deinde ſenſus ſcripturæ intuendus: dicerem, inquit vobis, quia vado & præparabo vobis locum, ſi non manſiones multæ eſſent apud Patrem? hoc eſt ſi vnuſquiſque manſionem ſibi, non ex largitate* Dei, *ſed ex proprijs operibus præpararet, & ideo non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo: non eſt filij dare & quomodo Patris eſt præparare? Paratæ, inquit, ſunt in cælo diuerſæ & plurimæ manſiones, plurimis diuerſiſque virtutibus, quas non perſonæ accipiunt, ſed opera.* Ad eumdem modum B. Cyrillus & Theodorus in Catena ἐπειδὴ διάφορος καὶ ποικίλη τις εἶναι δοκεῖ ἡ τῶν ἀγαθῶν πολιτεία καὶ τῶν θεοσεβούντων βίος, οὐδὲ μία καὶ ὁμοία τῶν πάντων ἐστὶν ἀγωγή, ἀλλ' ἄλλος ἄλλου κρείττων ἢ ἐλάττων τυγχάνει κατὰ τὴν ἄσκησιν τῆς δικαιοσύνης, εἰκότως οὐ μία, ἀλλὰ πολλαὶ τοῖς ἁγίοις ἡτοιμάσθησαν μοναί. Id eſt, Quandoquidem bonorum diuerſa multiplexque viuendi ratio eſt, eorumque qui Deum piè colunt, alius alio melior inferiorue, prout quiſque in iuſtitiæ exercitatione profecit, merito non vna, ſed multæ ſanctis præparatæ ſunt manſiones.]

Hier. 2. in Iouin. — Matth. 20. — Luc. 7. — Ioan. 14. — Matt. 20. — Caten. in Io. 14.

B. Auguſtinus Epiſt. ad Dardanum. *Cum igitur Deus qui vbique eſt per diuinitatis præſentiam, non in omnibus habitet per gratiam habitationis: Etiam in quibus habitat non æqualiter habitat. Nam vnde eſt illud quod Heliſæus popoſcit, vt dupliciter in eo fieret ſpiritus Dei qui erat in Heliâ? & vnde in omnibus ſanctis ſunt alij alijs ſanctiores, niſi abundantius habendo habitatorem Deum? Quomodo ergo verum ſupra diximus, quod Deus vbique ſit totus, quando in alijs eſt amplius, in alijs minus? ſed non eſt negligenter intuendum quod diximus, in ſeipſo eſſe vbique*

Aug. ep. 57. v. Ambroſ. ep 81. ad Siricium. Greg. 4. mor. c. 42. Hier. rurſus 2. in Iouin. ex Apoſt. alia eſt claritas ſolis &c. 1. Cor. 15.

Idem diſerte ep. 29. ad hier. & tr. 6. in Ioan.

totum. Non ergo in eis quia alij plus eum capiunt, alij minus. (Et poſtea.) *Nec tamen diuiditur, ſed æternâ ſtabilitate in ſeipſo manens, totus adeſſe rebus omnibus poteſt & ſingulis totus: quamuis in quibus habitat, habeant eum pro ſua capacitatis diuerſitate alij ampliùs, alij minus, quos ipſe ſibi dilectiſſimum templum gratiâ ſuæ bonitatis ædificat. Et donationum quidem ſunt diuiſiones* 1. Cor. 12. cuius probationis rationem antea dedimus.

Cyrill. Hier. Catech. 1.

B. Cyrillus Hieroſolymitanus eamdem Gratiæ ſanctificantis diſparitatem ad diſpoſitionis iuſtificatorum inæqualitatem ſic refert: *καθάρισον σου τὸ ἄγγος, ἵνα πλείονα δέξῃ τὴν χάριν. ἡ μὲν γὰρ ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν ἐξ ἴσου δίδοται πᾶσιν, ἡ δὲ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου κοινωνία κατὰ ἀναλογίαν δεδώρηται τῆς ἑκάστου πίστεως.* Id eſt. Munda vas tuum vt maiorem recipias gratiam. Remiſſio enim peccatorum ex æquo omnibus datur. Spiritus vero ſancti communicatio ſecundum proportionem fidei vniuſcuiuſque donatur.

To. 6. Ed. Par. 2. Cor. 6. 13.

B. Chryſoſtomus aut certè Chryſoſtomum imitatus orator ſacer hom. in Cæcum & Zacchæum, explicans illud Apoſtoli: dilatamini & vos, *ἵνα δείξῃ ὅτι τῇ ἁπλωθείσῃ διανοίᾳ πλατυτέρα ἡ χάρις ἐπεισέρχεται. καὶ ὁ προφήτης· ἄνοιξον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό. οὐδὲν παρὰ τῆς εὐεργεσίας τὸ κώλυμα, ἀλλὰ παρὰ τῆς ἡμετέρας ῥᾳθυμίας. Φωστὴρ τῆς δικαιοσύνης ἀνέτειλεν Ἰησοῦς, ἡπλώθη πανταχοῦ ἡ ἀκτὶς τοῦ νοητοῦ ἡλίου. καὶ ὁ μὲν ἐλάττονος ἀπολαύει τῆς χάριτος ὁ δὲ μείζονος. οὐ τῆς χάριτος μεριζούσης, ἀλλὰ τῆς διανοίας τὸ μέτρον ὑποβαλλούσης.* Id eſt. Vt oſtendat in animum dilatatum latiorem ſeu ampliorem gratiam introire: ſic Propheta, aperi os tùum & implebo illud: ab ipſo nullus beneficio, ſed à noſtra negligentiâ obex opponitur. Luminare iuſtitiæ Ieſus exortus eſt: diffuſi ſunt omnem in partem ſolis ſpiritalis radij, atque vnus quidem minorem percipit gratiam, alter verò maiorem: non quod gratia ita ſe diuidat, ſed quod animus menſuram ſubijciat, &c.

IV.

Gratiæ acceſſio & augmentum demonſtratur ex ſcripturis & SS. Patribus.

Quæ hactenus in medium adduximus, gratiæ inæqualitatem in diuerſis ſubiectis mutuò comparatis oſtendunt: nunc vero eadem gratiæ inæqualitas graduumque ſibi per incrementa ſuccedentium acceſſus eiuſdem ſubiecti comparatione demonſtrandus eſt. Gratiam igitur ſanctificantem poſſe, debere, ac reuera quotidie augeri ſcripturarum omnes ferme paginæ declarant. *Ambula coram me*, ait Deus Abrahæ,

Gen. 17.

& eſto perfectus. Gr. *εὐαρέστει ἐναντίον ἐμοῦ, καὶ γίνου ἄμεμπτος* placeas coram me & irreprehenſibilis fias, quod ad virtutis & gratiæ *τὴν πολλὴν ἐπίτασιν* magnam intenſionem ſpectat vt notat Chryſoſtomus. Pſalmographus. *Beatus vir cuius eſt auxilium eius abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.* Benedictionem *dabit Legiſlator: ibunt de virtute in virtutem.* S. Auguſtinus epiſt. ad Hieronymum: *Profectò ita vt quiſque illuſtratione pia Charitatis aſpectus eſt, in alio actu magis, in alio minus, in alio nihil: ſic poteſt dici habere aliam & aliam non habere, aliam magis aliam minus habere virtutem. Nam & maior eſt in iſto Charitas quàm in illo, rectè poſſumus*

Chryſ. ho. 39. in Gen.
Pſ. 83.
Ep. 29.

dicere, & aliqua in iſto, aliqua in illo, quantum pertinet ad charitatem quæ pietas eſt: & in ipſo vno homine quod maiorem habuit pudicitiam quàm patientiam, & maiorem hodie quàm heri, ſi proficit. Et vt generaliter breuiterque complectar, quam de virtute habeam notionem; quod ad rectè viuendum attinet: virtus eſt charitas, quâ id quod diligendum eſt diligitur: hæc in alijs maior in alijs minor, in alijs nulla eſt. Pleniſſima verò quæ iam non poſſit augeri, quamdiu hic homo viuit, eſt in nemine: quamdiu autem augeri poteſt, profectò illud quod minus eſt quam debet, ex vitio eſt, &c.

Prouerbiorum libro ſcriptum eſt. Iuſtorum ſemita. *Iuſtorum ſemita* Prou. 4.
quaſi lux ſplendens procedit & creſcit vſque ad perfectum diem. Greg. Naz.
Epiſt. Nicobul. ad filium & Greg. Magnus hom. in Ezechiel. legatur. Greg.ho.5.Ez.
S. Petrus non tantum de augmento charitatis, de quâ poſtea dicturi ſumus, ſed etiam gratiæ nominatim. Vos igitur fratres præſcientes cuſto- 2.Petr.3.
dite *ne inſipientium errore traducti excidatis propriâ firmitate.* CRESCITE VERO IN GRATIA *& cognitione Domini noſtri & Saluatoris Jeſu Chriſti.* Idem quod initio Epiſtolæ cum ſalute optauerat Simon Petrus & Apoſtolus *Ieſu Chriſti, ijs qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem in iuſtitiâ Dei noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti. Gratia vobis & pax adimpleatur, &c.* S. Paulus. *Quemad-* 2.Cor 8.
modum voluntas Dei ante cœpit, ita & perficiat in vobis etiam Gratiam iſtam. Sed ſicut in omnibus abundatis fide & ſermone & ſcientiâ & omni ſollicitudine in- Eph.c.1.
ſuper & charitate veſtrâ in nos vt & in hac Gratiâ abundetis. Ad Epheſios. *Qui prædeſtinauit nos in filiorum adoptionem per Ieſum Chriſtum in ipſum ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in quâ gratificauit nos in dilecto. In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum, ſecundum diuitias gratiæ eius. Quæ ſuperabundauit in nos, &c.* Idem ad
Timotheum. *Tu ergo, fili mi, confortare in gratiâ quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Ruſus 2.Tim.2.v.1.
ad Corinthios. *Potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis* 2 Cor.9.
augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. Incrementa autem illa bonorum
operum virtute ac merito fieri, docet ad Coloſſenſes ſcribens, *vt ambu-* Coloſſ.c.1.
letis dignè Deo in omni opere bono fructificantes & creſcentes. Ita ſiquidem par omnino & Gratiæ & charitati augmentum præſtant, vnde orat idem Apoſtolus *vt in Charitate creſcamus* Eph. 4. v 15. & *vt Charitas noſtra magis abundet.* Phil. 1. v. 26. *& vt nos Dominus multiplicet & abundare faciat in Charitate* 1. Theſſal. 3. Quomodo vero bona opera & merita tam ad Gratiæ quam ad Charitatis augmentum, Phyſicéne an moraliter, principaliter an inſtrumentariò & diſpoſitiuè concurrant, inferiùs erit diſputandi locus.

Interim pauca hæc ex Ss. Patribus. B. Athanaſius etiam de Gratiæ Athanaſ.hom.in
ſanctificantis inſtauratione & amplificatione loquens, poſt illius in Paſc.
baptiſmo ſucceſſionem, multiplicationem talenti appellat ἀρεταῖς τὸ δῶρον τιμήσωμεν· φιλανθρωπίας μετέλθωμεν. ἐλεημοσύνην προχειριζώμεθα. πολυπλασιάσωμεν τὸ τῆς χάριτος τάλαντον. Id eſt. Virtutibus donum honoremus: Miſericordiam aggrediamur: Eleemoſynam largiamur: talentum gratiæ multiplicemus, &c] S. Gregorius Theologus id vocat Naz.or.40.
γεωργεῖν τὸ χάρισμα donum gratiæ excoleret. Idem oratione ad Grego- Orat.40.id.Naz.
rium Nyſſenum ὁ λόγος ὁ τὰ μεγάλα καταρτίζων καὶ τὰ μικρὰ μεγαλύνων or.6.

διὰ τῆς χάριτος, ἵνα καταρτίσαμεν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Id eſt. Verbum quod magna perficit, & parua per gratiam auget, vos ad omne opus

Macar.ho.10. bonum perficiat.] Macarivs ἡ ψυχὴ τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως νοητὴ, καθαρὸν τοῦ πνεύματος ἁγίου οἰκητήριον γενομένη εἰς ταῦτα τὰ μέτρα μετὰ δοκιμασίας καὶ πειρασμῶν ποικίλων, τὴν πνευματικὴν αὔξησιν καὶ προκοπὴν λαμβάνει. Id eſt. Anima cęleſtis Regis ſedes, purum ſancti Spiritus domicilium effecta, ad hos gradus per probationem & tentationes multas, ſpiritale incrementum & profectum accipit plura ibidem. S. Gregorivs Nyſſenus

Nyſſen or. de ſcopo vit. Chriſt. ὅσον ἐκτείνεις τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνας τοσοῦτον καὶ τὸ τῆς ψυχῆς συνεκτείνεται μέγεθος. καὶ τὴν μὲν ἀΐδιον ζωὴν καὶ τὴν ἄρρητον ἐν οὐρανοῖς εὐφροσύνην ἡ τοῦ πνεύματος δίδωσι χάρις τὴν δὲ ἀξίαν τοῦ δέξασθαι τὰ δῶρα καὶ ἀπολαῦσαι τῆς χάριτος ὁ διὰ τῆς πίστεως πρὸς τοὺς πόνους ἔρως ἔχει προσελθοῦσαι δὲ εἰς ταυτὸν δικαιοσύνη ἔργων καὶ πνεύματος χάρις, εἰς ἣν συνῆλθον ψυχὴν, ταύτην ζωῆς μακαρίας μετ᾽ ἀλλήλων πεπλήρωκεν. Id eſt. Quanto magis labores pro pietate intendis, tanto etiam magis animæ magnitudo ſimul intenditur. Et vitam quidem æternam & ineffabilem in cęlis lętitiam Spiritus ſancti gratia confert. Meritum vero condignum iſta dona ſuſcipiendi & gratiâ fruendi amor laboribus obtinet. Iam verò ad idem progreſſæ operum iuſtitia & ſpiritus Gratia, in quâ animâ concurrerunt, eam beatâ vitâ certatim compleat &c.

B. Chryſoſtomus quam piè quam facundè hanc in rem perorat?

Chryſ.ho.3.in Gen. τοιαύτη τῶν ναμάτων τῶν πνευματικῶν ἡ φύσις. ὅσῳ ἂν τις μετὰ δαψιλείας τὰ ἐντεῦθεν ἀρύσασθαι βουληθῇ νάματα, τοσούτῳ μᾶλλον ἀναβλύζει καὶ ἐπιδίδωσιν

Io.7. ἡ χάρις ἡ πνευματικὴ. Id eſt. Hęc eſt ſpiritalium fluentorum natura, vt quo quis magis inde haurire ſtudet, hoc magis ſcaturiant & ſpiritualis

Ho.7.ad Eph.c.3. gratia accreſcat.] Huic ſcopo accommodat verba Apoſtoli *det vobis Deus ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtutem corroborari per ſpiritum eius in interiori homine habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati & fundati. Vt adimpleamini in omnem plenitudinem* Dei. *Ei autem qui potens eſt facere omnia ſuperabundanter quam petimus aut intelligimus ſecundum virtu-*

Cyrill.l.1.in Ioan. *tem quæ operatur in nobis*, &c. B. Cyrillvs Alexandrin. in eumdem ſenſum dixit ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν ἐφύτευσε τὴν χάριν καὶ ἐρριζώθη πάλιν τὸ πνεῦμα Deus in nobis Gratiam plantauit, & rurſus ſpiritus radices accepit. Ma-

To.1. Bibl. PP. carius Eremita in exercit. de temperantiâ ἡ χάρις ἀδιαλείπτως σύνεστι καὶ ἐρρίζωται καὶ ἐζύμωται ἐκ νέας ἡλικίας Gratia indeſinenter adeſt, radicata ac veluti fermentata ab tenerâ ætate, &c. Multa ibidem de ipſius ac-

1.Trid.Syn.ſeſſ.6. cap.10.& can.24. cretione. Addemus alia Patrum teſtimonia inferius vbi de merito ad Gratiam augendam *Gratiam enim meretur augeri vt aucta mereatur perfici*, ait S. Auguſtinus epiſt. cvi Per quos autem actus augeatur intenſiores, æquales, remiſſiores ibidem ex Ss. Patribus diſputaturi ſumus.

V.

Gratia ſanctificans non minuitur. Tametſi vero Gratiam augeri hęc & plura conuincant: Minui tamen eam non poſſe, certiſſimum eſt, adeo vt citius deperdatur quam vllo ſui momento deterior fiat. Quod quidem non eo fit, quod partibus gradibuſve non conſtet qui abſolutâ Dei à ſe inuicem diſſolui

Digitized by Google

ſepararique reuera poſſent: ſed propter præſentem rerum ſupernaturalium ordinem, ſic à Deo inſtitutum, qui gratiæ iacturam & amiſſionem velut ἐν ἀδιαιρέτῳ in indiuiſibile poſitam eſſe conſtituit: ita vt à ſolo peccato mortali aboleri poſſit, qui non vnum tantum gratiæ gradum, ſed omnes omnino pari inſultu, deijcit, vno eodemque ictu labefactat & extinguit. Peccata autem venialia quemadmodum non contra legem, ſed propter legem ſunt, nec Dei amicitiam diſſoluunt, ita nec Charitati habituali toti gratiæ ſanctificanti directè appoſita ſunt, nec vlli ipſius parti vel gradui eadem ratione aduerſantur, ac proinde nullos gratiæ gradus æquè nec Gratiam integram, violare poſſunt aut deterrere: etiam quouis numero frequétiâve commiſſa, quum ad vnius mortalis grauitatem nunquam poſſint aſſurgere, vt docet B. Thomas. *Charitas*, inquit, *per peccatum, veniale diminui non poteſt, neque effectiuè, neque meritoriè. Effectiuè quidem non quia ad ipſam charitatem non attingit. Charitas enim eſt circa finem vltimum veniale autem peccatum eſt quædam inordinatio circa ea quæ ſunt ad finem. Non autem diminuitur amor finis ex hoc quod aliquis inordinationem aliquam committit circa ea quæ ſunt ad finem ſicut aliquando contingit, quod aliqui infirmi multum amantes ſanitatem inordinate tamen ſe habent circa dietæ obſeruationem. Sicut etiam in ſpeculatiuis ſciẽtijs falſæ opiniones circa ea quæ deducuntur ex principijs, non diminuunt certitudinem principiorum. Similiter etiam veniale peccatum non merentur diminutionem Charitatis. Cum enim aliquis delinquit in minori non meretur detrimentum pati in maiori. Deus enim non plus ſe auertit ab homine, quam homo auertat ſe ab ipſo. Vnde Charitas non habet cauſſam minuentem, licet habeat augentem. Et hoc quidem directè. Poteſt tamen indirectè dici diminutio charitatis diſpoſitio ad corruptionem ipſius, quæ fit vel per peccata venialia, vel etiam per ceſſationem ab exercitio operum charitatis. Qui enim ſpernit modica, paulatim decidet Eccli. 19. v. 1.* Confirmat hæc B. Auguſtinus, in Pſal. 49. & Ep. 108. ad Seleuciam. S. Chryſoſtomus hom. LXXXVIII. in Matthæum χρὴ δὲ καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν. οὐ τοσαύτης δεῖ σπουδῆς τὰ μεγάλα πλημμελήματα ὡς τὰ μικρὰ καὶ εὐτελῆ. ἐκεῖνα μὲν γὰρ αὐτὴ ἡ φύσις τῆς ἁμαρτίας ἀποστρέφεσθαι παρασκευάζει. τὰ δὲ μικρὰ αὐτῷ τούτῳ εἰς ῥαθυμίαν ἐμβάλλει, καὶ οὐκ ἀφίησι γενναίως διαναστῆναι πρὸς τὴν αὐτῶν ἀναίρεσιν. διὸ καὶ ταχέως γίνεται μεγάλα καθευδόντων ἡμῶν. Id eſt. Oportet etiam aliquid admirandum dicere. Non tantâ curâ opus habent magna peccata quantâ habent parua ac vilia. Illa enim vt auerſemur, ipſa peccati natura efficit: hæc autem quia parua ſunt, deſides reddunt, & dum contemnuntur, non poteſt ad eorum expulſionem animus generosè aſſurgere. Vnde citò ex paruis maxima, negligentia noſtra fiunt &c. Lege reliqua & Macarium hom. x.

Contra Altiſſiodor. ex Dionyſ. ex Cartuſ. & victoriam.

S. Tho. 2. 2. q. 88. a. 4. & 2. 2. q. 24. a. 10.

Ib. ad 1.

L. de morib. Eccl. c. 24. & ſer. 44. de temp.

Chryſ. in M. tr. 87. vel. 88.

CAPVT QVINTVM.

De interitu Gratiæ: oſtenditur contra Hæreticos Gratiam ſanctificantem et iuſtitiam per peccatum amitti poſſe.

SVMMA CAPITIS.

I.

OPpoſitio peccati mortalis cum Gratia habituali, qualis ſit apud Theologos, Phyſica an moralis.

II.

Hæreticorum hodiernorum error veterum ſurculus proponitur. Contra eos de fidei iactura ex ſcript. & SS. PP. diſputatur.

III.

De amiſſione Gratiæ & iuſtitiæ contra Hæreticos ex ſcripturis & Patribus præſertim Græcis decernitur.

IV.

Hæreticorum obiectiones ex ſcripturis perperam explicatis diluuntur, ſecundum Patrum præcipuè Græcorum ſenſum.

I.

Baſil. or. in Iulittam Martyrem. Naz. or. 19. PECCATVM priuationis ſpecie definiri nemini eſt ignotum. S. BASILIVS ἁμαρτία ψυχῆς ἀῤῥωστία, θάνατος τῆς ἀθανάτου Peccatum animæ morbus mors ſubſtantiæ immortalis. B. GREGORIVS Theologus μία ζωὴ πρὸς τὴν ζωὴν βλέπειν, εἷς θάνατος ἁμαρτία, ψυχῆς γὰρ ὄλεθρος. Vna vita, vitam intueri. Vna mors, peccatum: Animæ interitus. Certè vero animę ſubſtantiam non perimit peccatum: Animę igitur mors, quod aliquid animæ innatum, aut potius animæ inditum amoueat, quidē vt virtutem, aliquid à Deo conceſſum

1 Theſſ. 5. 9. vt gratiam, exſtinguat. *Spiritum nolite exſtinguere* quod non de ſolo Cha-
S. Aug. epiſt. 23. ad Bonifac. riſmate, ſed de Gratię quoque ſanctificantis habitu intelligit B. Auguſtinus, eorum peccato qui ſic agunt ac ſi extinctum velint. Addit enim Apoſtolus, poſt alterum de Prophetia verbum *ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer veſter ſpiritus (id eſt gratia vt exponit Theodoritus) & anima & corpus (ne querela* ἀμέμπτως *inculpatè in aduentu D. N. Ieſu Chriſti ſeruetur.* Per peccatum

Trid. ſeſſ. 6. can. 27. & cap. 15. quodcumque mortale Gratia ſpiritus exſtinguitur, Synodus Tridentina ſeſſ. vi. *Si quis dixerit nullo alio quantumuis graui & enormi, præterquam infidelitatis, peccato ſemel acceptam gratiam amitti, anathema ſit.* Quo verò ge-

Caietanus & Sota in 4. d. 15 q. 1. a. 2. nere oppoſitionis cum Gratiâ ſanctificante pugnet peccatum præſertim actuale, quo illa ſtatim deſtruitur, Scholæ controuertunt. S. Thomę pleriq; diſcipuli cenſent peccatum Phyſicè, poſitiue ac efficienter Gratię

Gratiæ habitui aduerſari, quod quidem ab ipſius mente non abeſſe videtur 2. 2. qu. 24. art. 10. vbi Charitatis habitum à peccato *effe-ctiuè* expelli docet. Theologorum alij Phyſicè quidem, ſed formaliter tantum & per modum priuationis gratiæ velut formæ expulſionem à 1.p.qu.49.ar.1.&1. peccato fieri opinantur, quod totidem penè verbis S. Thomas. Alij ve- 2.qu.83.a.1.ad 4. ro ſolum moraliter & demeritoriè: ita vt horum nonnulli aſſerant fieri Scot.in 4.d.16. & poſſe, ſaltem ſuppoſito alio decreto, alioque rerum ordine poſito, vt Ricardus. peccatum & Gratia ſimul ac ſemel in eodem ſubiecto permaneant, quæ ſententia vt verum fatear, mihi ſemper ingrata ac pene odioſa fuit, rem ita viuam, pulchram, diuinam, fœtidæ, deformi, Deoque ſuper omnia inuiſæ copulare non dubitans. Vnde ſequeretur eumdem à Deo amari ſimul & odio ſummo haberi. Subſcriberem ego libentius priori ſententiæ, aſſerendo peccatum non ſolum moraliter & demeritoriè, ſed etiam Phyſicè opponi gratiæ & gratiam peccato habituali ſicut formam priuationi: ideoque peccatum actuale eatenus gratiam Phyſicè expellere, quatenus eſt actio quædam deficiens & corruptiua, priuationem gratiæ nempe maculam peccati habitualis, in animam inducens. Quod enim obijcitur peccatum non opponi gratiæ, ſed virtuti, vnde ab homine in puris naturalibus conſtituto peccatum non deſineret committi, quamuis tunc per illud peccatum priuatio gratiæ proximè non introduceretur, quum gratia illi ſtatui minimè debita eſſet: facillimum eſt ita reſpondere, peccatum quidem immediatè opponi virtuti, tanquam formæ naturali & morali, gratiæ vero mediatè tanquam formæ ſupernaturali. Cum homo in ſtatu Gratiæ creatus eſt: quia nimirum priuatio oppoſita vni formæ quæ in altera continetur in eodem ſubiecto, vtrique opponitur. Exempli cauſſa: priuatio oppoſita formæ animalis eſt etiam oppoſita formæ hominis quæ formam animalis eminenter in homine cōtinet: ita vt quæcūque formam animalis expellunt à materia, etiam formā hominis expulſura ſint. At forma virtutis eminenter in gratiæ ſanctificantis formâ continetur, priuatio igitur virtutis non ſoli virtuti, ſed etiam gratiæ hominem vt virtutis illius capacem ſanctificanti opponitur. In homine vero in puris naturalibus conſtituto, peccatum eſſet quidem proximè priuatio virtutis, gratiæ vero remotè, ſemperque illi poteſtate ſaltem opponeretur macula culpæ habitualis & deformitas. Sed de hac gratiæ & peccati oppoſitione plura dicturi ſumus poſthac, vbi de iuſtificatione agetur. Cæterùm, quamuis deeſſet Phyſica illa oppoſitio, moralis ſatis ſuperque eſt, vt peccati cum gratiâ incompoſſibilitas agnoſcatur, quæ prohibeat, καὶ πᾶσαν μετοχὴν δικαιοσύνης καὶ ἀνομίας, πᾶσαν κοινωνίαν φωτὶ πρὸς 2. Cor. 6. σκότος, συμφώνησιν καὶ συγκατάθεσιν πᾶσαν, *omnem participationem iuſtitiæ cum iniquitate: omnem ſocietatem luci cum tenebris: omnem conuentionem, omnem conſenſum.*

II.

Quocumque tandem modo gratia peccato extinguatur certe extingui nimium ac nimium experimur. Audent tamen aſſerere, ſed

hæretici, iuſtitiam, quam gratiæ ſanctificantis habitus confert, ſemel

Vvicleſ. apud Valdenſ. to. 2. c. 160.

habitam amitti nõ poſſe. Vvicleſum nõ moror. Lutherus apud Ekium in Catalogo errorum eius, dixit baptizatos licet peccare poſſint, ſalu-

Caluin. 2. inſtit. c. 2

tem amittere non poſſe. Luthero plus aliquid Caluinus, qui hac in re etiam eleganter errare ſtuduit. Ille de fide ſuâ iuſtificante loquens. *Hoc interim tenendum eſt, quamuis exigua ſit & debilis in electis fides: quia tamen Spiritus Dei certa illis arrha eſt, nunquam ex eorum cordibus deleri poſſe eius ſculptu-*

Aug l. de hæreſ.

ram. Equidem Caluino pridem proluſerat Iouinianus, dicebat enim *non*

Hier. l. 1. fin.

poſſe hominem peccare lauacro regenerationis accepto. B. Hieronymus lib. ſec. in Iouinianum. *Tranſiuimus ad ſecundam partitionem, in quâ negat eos qui totâ fide baptiſma conſecuti ſunt, deinde poſſe peccare. Et Dominus quod excepto Deo, omnis creatura ſub vitio ſit, non quod vniuerſi peccauerint: ſed quod peccare poſſint: & ſimilium ruina ſtantium ſit metus.*

Profligatam, peremptam, ſepultam hæreſim, ni ſuſcitata iterum foret, quid oppugnare iterum neceſſe? Verum & inſtituti præterea noſtri eſt quid Græci hac in re Patres ſenſerint, de iuſtitiâ ſimul & fide, quæ hæreticis idem omnino eſt, quid illi ex ſcripturis circa vtriuſque iacturam docuerint, paucis indagare. Ac primò non minimum hæreticis negotium faceſſit, fidei & iuſtitiæ quam primus parens ha-

Athanaſ. orat. ad Gent. init.

buit, cum noſtra comparatio: Deus enim *fecit hominem rectum* Eccleſ. c. VII. fide, gratiâ rationis, libertatis ad gratiam, appetitûs ad rationem perfectâ ſubordinatione præditum: ille tamen breui excidere non deſiit: nimiâ ſecuritatis fiduciâ, propriæque perfectionis intuitu: *ἑαυτὸν κατιδὼν καὶ ὡς ἐν ἰδίοις ἀπατώμενος εἰς ἑαυτοῦ ἐπιθυμίαν ἔπεσε, τὰ ἴδια προτιμήσας τῆς πρὸς τὰ θεῖα θεωρίας.* Id eſt. Seipſum circumſpiciens ac veluti propriis deceptus in ſui cupiditatem incidit, propria diuinorum contemplationi anteponens ait Magnus Athanaſius. Atqui homo etiam poſt gratiam Chriſti perceptam plura patitur circa boni exſecutionem impedimenta, pluribus ad peccatum illecebris ac irritamentis, quæ Apoſtoli querela eſt capite ſeptimo Epiſtolæ ad Romanos; lapſus ergo à iuſtitiâ in peccatum illi periculoſior imminet. Verum de facto ipſo tractare ſatius ac certius eſt Chriſtus Dominus ſementis iactæ parabolam enarrans (vt enim de Gratiâ Chriſti loquamur, de quâ maximè controuerſia eſt, locos veteris inſtrumenti prætermittimus, vt

Ezech 33.

Ezechielis *Etiamſi iuſto dixero quod vitâ viuat, & confiſus in iuſtitiâ ſua fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur)* Chriſtus igitur Lucæ VIII. *Semen quod ſuper petram: qui cum gaudio ſuſcipiunt verbum: & ſi radices non habent, ſed ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* En fides ſemel accepta citò amiſſa. De eiuſdem iacturâ frequentiſſimè diui-

1. Tim. 1. v. 19.

nus Apoſtolus. Epiſt. 1 ad Timotheum. *Fili Timothee milites in illis bonam militiam: habens fidem & bonam conſcientiam quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. Ex quibus eſt Hymenæus & Alexander.* Naufragium illud à fide antea perceptâ ad impietatem vſque, infidelitatis & prouidentiæ negatæ vltimum barathrum, ſentit fuiſſe Theodoritus, rationemque reddit, *ῥίζα γὰρ τῆς ἀσεβείας ὁ διεφθαρμένος βίος* impietatis fundamentum vita corrupta. Eadem Epiſtolâ cap. IV. *Spiritus manifeſtè*

ſpiritus dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum. Et cap. VI. *Radix omnium malorum eſt cupiditas* φιλαργυρία, *quam quidam appetentes, errauerunt à fide. Tu autem, &c. Certa bonum certamen fidei, &c.* S. Chryſoſtomus ad primum Apoſtoli locum duplicem. Rationem naufragij à fide affert. ἵνα μὴ φόβῳ τῶν μελλόντων βασανίζωνται σπουδάζουσι πεῖσαι τὴν ψυχὴν, ὅτι ψευδῆ πάντα τὰ παρ᾽ ἡμῖν. καὶ πίστεως τινὲς ἐκτρέπονται οἱ λογισμοῖς τὸ πᾶν ζητοῦντες. ναυάγιον γὰρ ἐργάζεται ὁ λογισμὸς καὶ ὥσπερ πλοῖον ἀσφαλές ἐστιν ἡ πίστις. τοὺς ἐκτραπέντας τοίνυν ἐκ ταύτης ἀνάγκη ναυαγεῖν. Id eſt. *Qui ad Ethniciſmum conuerſi ſunt*, ne futurorum metu crucientur, perſuadere ſibi ſtudent falſa eſſe omnia religionis noſtræ capita: à fide quoque nonnulli peruertuntur dum ratiocinationibus omnia colligere quærunt. Naufragium quippe huiuſmodi ratiocinatio eſt, fides autem velut nauis tutiſſima. Igitur qui ex illâ exciderint, neceſſe eſt naufragium facere, &c. Idem inculcat & commentariis in alios duos Apoſtoli locos, & in quartum ſub finem capitis ſexti. *Deuitans profanas vocum nouitates & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes circa fidem* ἠστόχησαν *à ſcopo aberrauerunt, vulg. exciderunt. Gratia tecum Amen.* Vide homiliam Chryſoſtomi XVIII. — Chryſ. ho. 3. in 1. Tim.

B. Gregorius Theologus ad locum ex Euangelio Lucæ prolatum alludens facundiſſimè fidei deſertores deplorat his verbis μίαν μοῖραν ἐν ψυχῶν γένος ἀποκηρύττω τῆς πανηγύρεως. στένων μὲν καὶ ἀλγῶν καὶ οὐδὲ ἐπαΐοντας ἴσως πενθῶν, οὐδ᾽ αἰσθανομένους τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας ἀποδυρόμενος. τοῦτο γὰρ τῆς πληγῆς αὐτῶν ἐλεεινότατον, ἀποκηρύττω δ᾽ ὅμως. οἱ σπαρέντες οὐκ ἐπὶ τὴν στερεὰν πέτραν καὶ ἄσειστον, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν ξηρὰν καὶ ἄγονον. εἰσὶ δὲ τῷ λόγῳ προσελθόντες ἐπιπολαίως καὶ ὀλιγόπιστοι, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς, εὐθέως ἐξανατείλαντες καὶ προσκύψαντες, ἵνα τοῖς πλησίον ἀρέσκωσιν, ἔπειτα ὑπὸ βραχείας τοῦ πονηροῦ προσβολῆς καὶ ὀλίγου πειρασμοῦ καὶ καύσωνος, ἐξηράνθησαν καὶ ἀπέσβησαν. Id eſt. Vnam claſſem, vnum animarum genus ab hac panegyri abdico: gemens quidem & dolens ac ne audientes quidem fortaſſe lugens, nec exitium ſuum ſentientes deflens. hoc enim totius eorum plagæ maximè miſerabile eſt, ſed tamen abdico: eos nempe qui non ſupra firmam & ſtabilem petram, ſed ſupra ſiccam & ſterilem ſeminati, perfunctorie ad pietatis doctrinam acceſſerunt, exiguaque fide præditi, quia altas in terram radices non egerant, confeſtim exorti ſunt, ac proſpicientes vt aliis placerent, poſtea ad breuem maligni aſſultum, paruæque tentationis æſtum exaruerunt.] At hæc de fide ſatis. Lege Tertullian. initio libri de præſcript. & iterum Chryſoſtomum ad hæc Pauli verba Rom. XI. *Tu fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time.* Et in illud ad Gal. I. *Miror quod ſic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in Gratiam Chriſti, in aliud Euangelium.* Et S. Auguſtin. expoſit. in Ep. ad Galat. — Or. 3. in Iul.

III.

De Gratia ſanctificante & iuſtitiâ propriè hic ſermo eſt. Illam autem iacturæ, quamdiu viuitur, obnoxiam eſſe docet Apoſtolus ad Romanos ſcribens. *Vide bonitatem Dei in te, ſi permanſeris in bonitate: alioquin* — De gratiæ & iuſtitiæ amiſſione. Rom. c. 2.

Idem eadem epiſt. cap. x. *Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur hoſtia pro peccato*; quo eodem modo exponit B. Chryſoſtomus, vbi reſpondet tum illis qui ex hoc loco tollebant Chryſ.ho.20.ad pœnitentiam, tum iis qui idcirco dicebant ſe baptiſmum merito differre. Heb. τί οὖν πρὸς ἀμφοτέρους ἐροῦμεν; ὅτι οὐ τὴν μετάνοιαν ἐνταῦθα ἀναιρεῖ, οὐδὲ τὸν διὰ μετανοίας ἐξιλασμόν, οὐδὲ ὠθεῖ καὶ καταβάλλει διὰ τῆς ἀπογνώσεως τὸν ἐπταικότα. οὐχ οὕτως ἐχθρός ἐστι τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, ἀλλὰ τὸ δεύτερον ἀναιρεῖ λουτρόν. οὐ γὰρ εἶπεν οὐκέτι ἐστὶν ἡ μετάνοια, οὐδὲ οὐκέτι ἐστὶν ἄφεσις. ἀλλὰ θυσία οὐκέτι ἐστί, τουτέστι σταυρὸς δεύτερος. Id eſt. Quid ergo dicemus vtriſque? quod hic non tollit pœnitentiam, nec eam quæ pœnitentia fit, placationem: neque expellit & deijcit per deſperationem, eum qui lapſus eſt: non eſt vſque adeo noſtræ ſalutis inimicus, ſed ſecundum lauacrum aufert. Non enim dixit, non eſt ampliùs pœnitentia, neque eſt ampliùs remiſſio: ſed, non eſt amplius hoſtia. Hoc eſt non amplius Crux ſecunda&c. Hæc omnia quum B. Pauli, tum Chryſoſtomi verba, baptizatos & fideles etiam iuſtos gratiâ & ſanctitate excidere clariſſimè probant.

S. Petrus, idem non celat Epiſtolâ ſec. *Filij maledictionis derelinquentes rectam viam, errauerunt ſecuti viam Balaam, &c. Melius erat illis non cognoſcere* ἐπεγνωκέναι cognouiſſe *viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo quod illis traditum eſt, ſancto mandato.* Quem hæretico & apoſtatæ opponendum locum, rectè docet B. Hieronym. lib. 1. in Iouinianum ad finem. Accedat demùm illud Apocalypſeos cap. ſec. vbi Chriſtus cum Epiſcopo Epheſi, ſic expoſtulat. *Sed habeo aduerſum te pauca, quod Charitatem primam reliquiſti. Memor eſto itaque vnde excederis, & age pœnitentiam & prima opera fac.* Quamuis autem hunc locum interpretes quidam explicent ſolum de remiſſione charitatis; non vero de amiſſione Charitatis & gratiæ, nihilominus tamen amiſſionem quoque Gratiæ poſſibilem eſſe ex hoc loco planum eſt: vnde Andreas Cæſarienſis per ſe quentia verba *ſin autem, mouebo candelabrum de loco tuo* τὸ τῆς θείας χάριτος γύμνωσιν diuinæ gratiæ denudationem ſignificari ſcribit.

2.Pet.2. Anaſtaſ. Sinait. qu.3.

Andreas Cæſar. ad cap.2. Apoc.

Immenſum eſſet vniuerſos SS. locos qui hanc veritatem, quoties præſertim de pœnitentiâ ſcripſerunt, cumulatiſſimè confirmant, legenda eſt S. Baſilij oratio de Pœnitentia: plures aliæ Chryſoſtomi tomo 1. Nazianzeni quadrageſima poſt illum locum, de peccato poſt Baptiſmi gratiam commiſſo δεινὸν ἀπορρίψαντας χάριν χρεωστεῖν κόλασιν καὶ ἀντιμετρεῖν ἁμάρτια διορθώσει Graue eſt cum gratiam abiecerimus, ſupplicio nos obnoxios reddere, & correctione vitæ admiſſa peccata compenſare. S. Chryſoſtomus id ampliùs ex Petri lapſu probat, quem accidiſſe ἐκ τοῦ γυμνωθῆναι τῆς ἄνωθεν βοηθείας ex priuatione ſuperni auxilij dicit, nimirum ſpecialis vt libro ſec. diſſeruimus ὅρα σφοδρότητα πτώματος conſpice magnitudinem caſus &c. Alioqui priuatio auxilij à nobis primùm diſcerentibus oritur, vt idem ait hom. LXXI. in Matthæum σὺ σεαυτὸν ἠρήμωσας τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας καὶ προὔδωκας καὶ ἔξω τῆς βοηθείας ἐποίησας. Tu teipſum priuaſti Dei prouidentia, teipſum prodidiſti, & ipſius

Cyril. Hier. Catech 17. in fin. Baſil. & in Martyr. Iulitt. περὶ τοῦ δοῦναι χάριτος ἐπιδιδόναι. Naz. or. 40.

Baſil. adhuc ho. in Attende tibi, de facil. pecc.

Chryſ. ho 72. vel 73. in Io. init.

Chryſ. ho. 76. in Matth.

auxilij exſortem reddidiſti.] Aliquid enim aut ſupinæ inertiæ, aut ſuperbiæ latentis lapſum hominis & deſertionem Dei antecedere neceſſe eſt. Idem hom. 3 in Eſ. ὁ θεὸς τοὺς ὑπερηφάνους ἀφίησι καὶ ἐγκαταλιμπάνει, καὶ τῆς οἰκείας βοηθείας γυμνοῖ, ἀλλὰ ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται. Id eſt. Deus ſuperbos deſerit, & derelinquit, ſuoque priuat auxilio: ſed & ſuperbis reſiſtit, Prou 3. poſt gratiæ ſcilicet abuſum aut ipſa bene vtendi contemptum, vt ibidem ex Patribus oſtendimus: vt enim bona à Deo ſic mala à nobis incipiunt, vt ait S. Chryſoſt. in ep. ad Hebr. ὁρᾷς παρ' ἡμῶν ἀρχόμενα κακά; παρ' ἡμῶν τὸ ἀμελῆσαι. τὰ δὲ ἀγαθὰ παρ' αὐτοῦ καὶ εὐεργεσίαι. Vides à nobis mala incipere? à nobis enim negligentia eſt, ab ipſo vero bona & beneficia.

In illud vidi Dominum ho 3. to. 3. Pallad. 34.

Chryſ. ho. 14.

S. Cyrillus Alexandrinus iiſdem veſtigiis inſiſtens, id quoque S. Petri lapſu confirmat, de quo tamen coram omnibus præſertim cum Catechumenis non eſſe loquendum monet. Deum quoque numquam abeſſe, id eſt deſerere priuſquam deſeratur Denique Gratia ideo voluntarie abijci poteſt, quia aſcititia eſt & voluntarie quoque recipitur. εἰσποιητὸς καὶ ἀποβλητὸς ἡ χάρις.

Init. lib. 12. in Ioan. L. 1. in Eſ. p. 5. & 6. & in Oſee Proph. p. 91. Cyrill. dial. 3. de Trinit.

IV.

Hæreticos ſacris literis abuti iam ab initio quo nouum ſcripturarum fœdus ſcribebatur, conqueſtus eſt B. Petrus epiſt. ſec. de Epiſtolis Pauli loquens. *In quibus ſunt difficilia intellectu quædam quæ indocti & inſtabiles deprauant* στρεβλοῦσι *detorquent ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem.* Vera vt non immerito dixerit Tertullianus. *De ſcripturis agunt, & de ſcripturis ſuadent aduerſarij. Aliunde ſcilicet loqui poſſent de rebus fidei, niſi ex literis fidei? Omnia de veritate contra veritatem constructa ſunt.* Quod ſanè hac in controuerſia nimio plus compertum. Opponunt enim in primis circa charitatem hæc teſtimonia. Cantic. VIII. *Aqua multæ non poterunt extinguere charitatem neque flumina obruent illam.* Pariter Apoſtolus. *Quis nos ſeparabit à Charitate Chriſti? Certus ſum quia neque mors neque vita &c. poterit nos ſeparare à Charitate Dei.* Sic & ep. 1. ad Corinth. *Charitas nunquam excidit.* Charitas igitur ſemel habita non poteſt amitti Rationem affert Gregorius Magnus, *fortis eſt vt mors dilectio, quia mentem quam ſemel cœperit, à dilectione mundi funditus occidit.*

Obiectiones hæreticorum ex doctrina PP. diluuntur. 2. Petr 3.

Tert. de præſcr. 15.

Obiect. 1 de charitate.

Rom. 8.

1. Cor. 13.

Greg 10. moral.

Solutiones variæ & omnes quidem veræ aptæque, his argumentorum locis communes quædam, aliæ ſingulares adhiberi poſſunt. Prima quidem eſt, ſermonem in iis haberi de charitate perfectâ & conſummatâ, quæ confirmationem in gratiâ, de quâ poſtea dicturi ſumus, aſſequitur atque comitatur. Altera eſt hæc de charitate, in ſenſu hypothetico & quamdiu in animo conſeruatur, prædicari. Vtramque ſolutionem indicant SS. Patres, in Catenâ Græca quæ vulgo inſcribitur, expoſitio trium Patrum. τουτέστιν ἐὰν ἐν τῇ ἐμῇ ἀγάπῃ καὶ τῇ δι' αὐτὴν ζηλώσεως, μενεῖς καὶ αὐτὸς ἐν σοὶ, καὶ φυλαχθήσῃ. ἐπειδὴ δέ ἡ ὁλικὴ εἰς ἐμὲ ἀγάπη ἰσχυρὰ ἐστιν, ὡς πᾶσαν ἐπὶ κακὸν ὁρμὴν τε καὶ κίνησιν καταπαύουσα, δίκην θανάτου. Id eſt. Hoc eſt: Si in Charitate meâ permanſeris, ego etiam

Solutur.

To. 2. Bibl. PP. Gr.

in te permanebo & conſeruaberis. Nam perfecta erga me charitas adeo fortis eſt, vt mortis inſtar ad malum motiones atque impetus ceſſare faciat.] Locus Apoſtoli ad Rom. certitudinem duntaxat moralem inſinuat, πέπεισμαι perſuadeor, vt inferiùs declarabitur. Alter verò ad Corinthios, *Charitas nunquam excidit* de charitate non ſingulorum tantum quæ & quamdiu in animâ ſupereſt, laboribus aut tentationibus per ſe cedere neſcia, vt exponit S. Chryſoſt. & S. Auguſt. l. de mor. Eccleſ. cap. 2. ſed de charitate tum Eccleſiæ vniuerſæ militantis, cum etiam Eccleſiæ triumphantis, etiam in alterâ vitâ ſuperſtite ac æternâ intelligendus venit: vt manifeſtum eſt ex ſequentibus *ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur: ex parte enim cognoſcimus & ex parte prophetamus. Quum autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.* THEODORITVS rem acu tetigit. ὁ γὰρ μέλλων βίος τούτων ἀνενδεής. περιττὴ γὰρ ἡ προφητεία τῶν πραγμάτων παρόντων. ἄχρηστοι γὰρ καὶ αἱ γλῶσσαι καὶ τούτων διαιρουμένης διαφορᾶς. ἡ γνῶσις δὲ παύεται ἡ ἐλάττων, χορηγουμένης τῆς μείζονος· περιττὴ γὰρ τοῖς τελείοις τῶν μειρακίων ἡ γνῶσις. ἡ δ' ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει. τουτέστιν οὐ διασφάλλεται ἀλλ' ἀεὶ μένει βεβαία, καὶ ἀσάλευτος, καὶ ἀκίνητος, εἰς ἀεὶ διαμένουσα. Id eſt. Futura enim vita his non indiget: ſuperuacanea enim eſt prophetia rebus præſentibus: inutiles quoque linguæ, ſublata earum differentiâ: ceſſat quoque minor cognitio, quando maior conceditur, ſuperuacanea enim perfectis eſt adoleſcentium cognitio. Charitas autem nunquam excidit, hoc eſt non labitur, ſed ſemper manet, firma, inconcuſſa, immobilis, & in æternum permanens.] Quid plura.

Obijciuntur alia contra gratiæ ipſius amiſſionem. Ioannis IV. *Qui biberit ex aquâ, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Marci vltimo. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Ioannis VI. *qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Ad Rom. cap. VIII. Ioannis epiſt. 1. cap. 3. *Qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen illius in eo manet: & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.* Obiect. circa gratiam ipſam.

Reſpondemus priores locos intelligi de naturâ ipſâ & proprietate Gratiæ præſertim ſacramentalis, quæ ex ſeipſâ quidem ac perpetua ac æuiterna eſt; quoad ſui tamen conſeruationem pendet ex ſubiecti ſui morali diſpoſitione & perſeuerantiâ, *qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſalus erit* Matth. 24. Cuius perſeuerantiæ defectu, *à gratia excidimus* vt loquitur Apoſtolus. *Si enim iuſtus auerterit ſe à iuſtitiâ ſuâ, omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur in præuaricatione quâ præuaricatus eſt, & in peccato ſuo morietur.* Vnde B. Auguſtinus lib. de corrept. & Grat. *Gratiam Dei ſuſcipiunt*, Nota, *ſed temporales ſunt, nec perſeuerant: deſerunt & deſeruntur.* Ad Gal. c. 5. Aug. de corr. c. 13.

Difficilior paulo Ioannis Epiſtolæ textus eſt: ab Hæreticorum tamen mente quam longiſſimè abeſt, vt à Ss. Patribus exponitur, præcipuè à S. Ambroſio, commentariis in Eſaiam, vt citat S. Auguſtinus lib. IV. ad Bonifacium qui locum hunc interpretatur de iis qui in ſtatu gloriæ regenerati ſunt, quæ & regeneratio dicitur in Euangelio. Sed hac explicatione præteritâ, S. Auguſtinus aliam ſubtiliorem adinuenit, *non* Aug. ad Bonif. 4. c. 7. Matth. 19. S. Aug. de nat. & gr. c. 14.

poteſt, id eſt *non debet* peccare: ſed neque iuſtus neque iniuſtus peccare debet: diſcrimen hoc tamen conſtituit S. Ioannes inter filium diaboli, & eum qui *ex Deo natus eſt*, quod hic peccare non poſſit: *quoniam ex Deo natus eſt*, omnino placet S. Hieronymi expoſitio lib. ſec. contra

Initium libri ſec. Hier. in Iouin. Iouinianum. *Secunda propoſitio eſt, eos qui fuerunt baptizati, à diabolo non poſſe tentari, & ne hoc ſtultè dicere videretur, adiecit. Quicumque autem tentati*

1. Ioan. 5. *fuerint, oſtendi eos aquâ non ſpiritu baptizatos. Quod in Simone mago legimus. Vnde & Ioannes dicit, omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, &c. Et in fine Epiſtolæ. Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat, ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum. Reuera fortis* OBIECTIO, *& quæ indiſſolubilis permaneret, niſi ipſius Ioannis teſtimonio ſolueretur. Statim enim intulit. Filioli cuſtodite vos à ſimulachris. Si omnis qui natus eſt ex Deo non peccat,*

1. Io. 1. *& à diabolo tentari non poteſt, quomodo præcipit vt caueant ne tententur? Et in eadem rurſus Epiſtolâ: ſi dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt. Exiſtimo quod Ioannes ad baptizatos ſcripſerit, & quod omne peccatum à diabolo ſit. Ille peccatorem ſe confitetur, & ſperat remiſſionem poſt*

1. Io. 2. *baptiſma peccatorum: & Iouinianus meus dicit. Ne tangas me quoniam mundus ſum. Quid ergo? contraria ſibi Apoſtolus loquitur? minimè. In eodem quippe loco cur hoc dixerit, ſtatim ediſſerit. Filioli mei hæc ſcribo vobis vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Chriſtum iuſtum, &c. Propterea, inquit ſcribo vobis, filioli mei. Omnis qui natus eſt ex Deo non peccat, vt nõ peccetis: Et* TAMDIV *ſciatis vos in generatione Domini permanere, quãdiu non peccaueritis, &c.* Reliqua legantur. Eamdem in ſenſu compoſito ſolutionem (*natus ex Deo peccare non poteſt* lethali nempe peccato, quamdiu in natiuitate illa, & vt ita dicam in illa filiatione adoptiuâ per gra-

Aug. de peccat. mer. l. 1. c. 8. & tr. 5. in ep. Io. tiam manet & perſeuerat) amplexus eſt poſtea B. Auguſtinus libro de peccator. meritis & addit alium de ſenſu formali, *In quantum regenerante ſpiritu filij Dei, ſimiles ei ſumus habentes primitias ſpiritus, illinc peccare non*

Ps. 36. *poſſumus: in quantum autem diſſimiles ſumus per reliquias vetuſtatis, hinc ſi dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, donec totum tranſeat in adoptionem & non ſit peccator & locum eius quæras & non inuenias.* Eodem

Oecum. in 1. Ioan. 3. de letalibus non venialibus. Trid. ſeſſ. 6. c. 2. quo Hieronym. modo, exponit Oecumenius, ex verbis ipſius Ioannis, *omnis qui in eo manet, non peccat lenis*, οὗτός ἐστιν ὁ ἀνενδότως τὰς ἀρετὰς μετιὼν, καὶ μηδέποτε τῆς τούτων ἀπολήγων ἐργασίας. is eſt qui ſine fuco virtutes ag-

Ib. ad ſect. 4. greditur, & nunquam ab earum operatione ceſſat. Et poſtea etiam aliquid addit ad confirmationem in gratiâ pertinens, de quâ ſuperius aliquid attigimus: εὔδηλον ὅτι καὶ ὁ ἐκ θεοῦ γεγεννημένος, ὡς θεοῦ υἱὸς οὐχ ἁμαρτάνει. καὶ ἡ αἰτία ὅτι σπέρμα αὐτοῦ τοῦ θεοῦ δηλονότι ἐστὶν, ἤτοι τὸ πνεῦμα ὃ διὰ τοῦ χαρίσματος ἐλάβομεν, ὅπερ ἐν ἡμῖν μένον, τουτέστιν ἡδρασμένον, ἀνεπίδεκτον ἁμαρτίας τὸν νοῦν ἡμῶν ποιεῖ. Id eſt. Manifeſtum eſt quod etiam is qui ex Deo natus eſt, tanquam Filius Dei non peccat; & cauſſa eſt quoniam ſemen ipſius eſt, Dei videlicet ſiue ſpiritus, per quem donum gratiæ accepimus, quod in nobis manens ſiue confirmatum, efficit mentem noſtram peccati incapacem.] &c.

1. Ioan. 2. ἐξῆλθον. Inſtant vltimò ex eiuſdem Epiſtolæ verbis, de Antichriſtis, *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent*

vtique

vtique nobiſcum : ſed vt manifeſti ſint, quia non ſunt omnes ex nobis. Vnde conſequitur, inquiunt, tum eos qui ab Eccleſiâ recedunt & damnantur, nunquam fuiſſe fideles ac proinde nec gratiâ præditos: tum à contrario eos qui ſaluantur, à fide & gratia nunquam potuiſſe deficere.

Reſpondemus neutrum verum, neutrum ſequi. Dæmones enim in ſtatu gratiæ creati aliquando iuſti fuerunt, vt rectè B. Hieronymus contra Iouinianum diſputat, & S. Cyrill. lib. IX. in Ioannem: & Saül aliquanto tempore iuſtus & Dauid aliquanto iniuſtus fuit, vt ait S. Cyprianus, *quamdiu in vijs Domini ambulauerunt, datam ſibi gratiam tenere potuerunt: recedente ab eis diſciplina dominicâ, receſſit & gratia.* In nouo quoque fœdere, Iudas fidelis aliquando & iuſtus, vt ex ſcripturis etiam probat S. Hieronymus, Petrus iniuſtus exſtitit: ille tamen filius perditionis Ioan. 17. Hic *morte clarificauit Deum.* Ioan. vlt Quid ergo iſta conſequentia ſibi vult? merum Iouinianiſmum. Locus vero qui pro antecedente aſſumitur. *Non erant ex nobis.* Non probat eos fide ſemper & gratiâ caruiſſe: ſed aliquanto ànte tempore, fidei & gratiæ occultam iacturam feciſſe, quàm apertè ab Eccleſiâ recederent. Quod acutè paucis verbis attigit Tertullianus, de hæreticis ſub abſtracto nomine hæreſeωn loquens, *de Eccleſia hæreſes prodierunt, ſed non fuerunt ex illâ*, EX QVO *factæ ſunt aduerſus illam.* Vide S. Auguſtin. lib. de bono perſeuer. cap. VIII. & de corrept. & grat. c. IX. Solemne eſt Patribus, id Apoſtatis, quales ſe eſſe hæretici non ſentiunt, applicare. Ita S. Cyprian. lib. de vnit. Eccleſ. Vincentius Lirin. in commonitorio, Flauianus CP. Ep. ad S. Leonem.

S. Cyprian. ep. 7.

S. Hieron. lib. 3 an Pelagian. & l. 1 in Hierem.

Tert. de præſcr. c 36. S. Cypr. de vnit. Eccl.

Flauian. ep. 2. to. 2. Concil. Gen.

Hæc omnia fidem Eccleſiæ perpetuam Theologorum doctrinam, Sacroſanctæ Synodi Tridentinæ definitionem illuſtrant & confirmant. *Si quis hominem ſemel iuſtificatum, dixerit amplius peccare non poſſe, neque gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur & peccat nunquam verè fuiſſe iuſtificatum: anathema ſit.* De iuſtificatione nunc agendum.

Syn. Trid. ſeſſ. 6. can. 23.

CAPVT VI.

De Iuſtificationis nomine, et definitione.

SVMMA CAPITIS.

I.

IVſtificationis Controuerſia aperitur. Quædam Iuſtitiæ & iuſtificationis peregrina huic quæſtioni notiones ſecernuntur, Ex S. Paulo & Auguſtino.

II.

Iuſtificationis, de qua agendum eſt, nomen & notio propria, & definitio à Syn. Tridentina tradita proponitur. Iuſtificare iuſtum facere eſt ex ſcript. & PP.

III.

Iuſtificatio per Gratiam Chriſti non ſolam peccatorum remiſſionem externam complectitur, ſed etiam regenerationem per veram mutationem & inhærentem gratiæ ac iuſtitiæ formam. Doctrina ſcripturæ à ſanctis Patribus præſertim Græcis expoſita.

IV.

Veritas eadem ex iiſdem principiis ſcripturæ & SS. Patrum.

V.

Obiectiones hæreticorum ex iiſdem euertuntur.

I.

INGENS & operoſum argumentum; rerum varietate, locuples: myſteriorum amplitudine immenſum: Dei maximum opus, miraculorum potentiſſimum; Naturæ ſecunda meliorque natiuitas, gratiæ inſtauratio, via & aditus gloriæ. Diuinorum omnium bonorum ad nos copiosè promanantium veluti alueus eſt: hæc enim vniuerſa complectitur, vt ait S. Chryſoſtomus εἰς μέσον ἄγει ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, τιμωρίας ἀναίρεσιν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἁγιασμὸν, καὶ ἀπολύτρωσιν, καὶ υἱοθεσίαν, καὶ ἀδελφότητα, καὶ κληρονομίας κοινωνίαν, καὶ πνεύματος ἁγίου δαψιλῆ χορηγίαν. Id eſt. In medium adducit peccatorum remiſſionem, pœnæ ſolutionem, & iuſtitiam, & ſanctificationem, & liberationem, & adoptionem, & fraternitatem, & hæreditatis conſortium, & Spiritus ſancti dona largiſſima.] Hæretici tamen iuſtificationem ad ſolius peccatorum remiſſionis anguſtias redigunt, quam adeo ieiunam faciunt, vt ſolius extrinſecæ condonationis fauorem huic ſepoſitum velint. Iuſtificationem igitur veram & qualem nobis Chriſtus ſanguinis ſui pretio comparauit, vt ab illius adumbratæ ac ementitæ laruâ ſeiunctam vindicemus: prætermiſſis variis iuſtificationis acceptionibus, pro iure, pro mandato, pro legis veteris expiationibus, pro iuſtitiæ & innocentiæ opinione probatione, vel declaratione: profitemur nos iuſtificationem hîc vſurpare pro iuſtitiæ ſupernaturalis adeptione,

S. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 9. & 10.

Chryſ. hom. 2. in Matth.

quæ homini ea Deo eſt, vt loquitur S. Auguſtinus : de quâ intelligendus S.Aug.l. de ſpir. &
Apoſtoli locus omnem Gratiæ & iuſtificationis Euangelicam doctri- lit.c.18 & de grat.
nam continens, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι διὰ τῆς ἀπολυτρώ- & lib.arb.c.12.
σεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, *Iuſtificati Gratis per gratiam Dei, per redemptionem* Rom 3.
quæ eſt in Chriſto Ieſu.

II.

Iuſtificationem autem iſtam, quâ *iuſtificamur gratis per gratiam Dei*,
dicimus optimè intellectam, deſcriptam à Concilio Tridentino ſeſſio-
ne VI. *Iuſtificatio eſt translatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ,* Trid. ſeſſ. 6. cap 4.
in ſtatum gratiæ & adoptionis filiorum Dei per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum Gal 4. Tit. 3.
Saluatorem noſtrum. Quæ quidem deſcriptio veram in animâ hominis
mutationem à termino priuatiuo nempe à ſtatu peccati ad terminum
poſitiuum ipſi oppoſitum, nempe ad ſtatum iuſtitiæ per regeneratio-
nem ſpiritualem, formâ Gratiæ habitualis inhærente impreſsâ reſtan-
tem diſertè comprehendit. Quamuis enim Theologi, iuſtificatio-
nem fieri poſſe fateantur à termino negatiuo, qualis eſt ſtatus puræ S.Tho in 4. d.1.
naturæ, tam labis peccati, quam nitoris gratiæ expers; vel etiam qu 1.a.1.& 28. de
à termino poſitiuo, ab imperfectiori nempe gratiæ ſtatu, à gradu ver.qu.7.
inferiori ad ſuperiorem, *qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc*: nihilomi-
nus tamen hîc, de termino priuatiuo iuſtitiæ amiſſæ, ad terminum
eiuſdem acquiſitæ & reparatæ, ſermo accuratus eſſe debet. In illâ au- Trid. ſeſſ. 6. cap. 7.
tem animi mutatione & regeneratione quænam neceſſario concur-
rant, explicatiùs eadem Synodus poſtea his verbis tradit. *Iuſtificatio non*
eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis
per voluntariam ſuſceptionem gratiæ & donorum. In cuius doctrinæ confir-
mationem ita ſancit. *Si quis dixerit homines iuſtificari vel ſolâ imputatione iu-*
ſtitiæ Chriſti, vel ſolâ peccatorum remiſſione, excluſâ gratiâ & charitate, quæ in
cordibus eorum per Spiritum ſanctum diffundatur atque illis inhæreat: aut etiam
gratiam qua iuſtificamur, eſſe tantum fauorem Dei, anathema ſit. Hoc anathe-
mate primum error ille percellitur quo hæretici aſſerunt verbum *iuſti-*
ficare in nouo fœdere, nihil aliud eſſe quam *iuſtum reputare vel oſtendere ſeu*
declarare non verò *iuſtum facere*. Quo ſenſu homo etiam iniuſtus iuſtifica-
ri dicitur Prouerb. VII. *qui iuſtificat impium & condemnat iuſtum, vterque*
abominabilis eſt apud Deum: quo ſenſu iuſtificari etiam Deus dicitur Pſ. 7.
& Luc. 7 Catholici verò contra, iuſtificare eſſe, iuſtum verè efficere,
in loco quem veluti pro typo præfiximus, *iuſtificati gratis per gratiam ipſius*, Rom.3.
id eſt, non tantum iuſti à Deo reputati, ſed etiam iuſti verè effecti: ſicut S.Aug. in Pſ. 30 c.1.
S. Auguſtinns non ſemel exponit illud capitis ſequentis, *Credenti in eum* tr.3 in Io. de ſpir.
qui iuſtificat impium, id eſt, *qui facit ex impio iuſtum*: ſi enim impium ita iu- & in ep. ad Ro. Pc.
ſtificaret, vt iuſtum eſſe declararet, & falsò & iniuſtè faceret: iuſtificat c.22.
ergo quia iuſtum ex impio & pium facit. S. Auguſtinus iterum. *Quid* Aug tract 3. in Io.
eſt gratia? gratis data. Quid eſt gratia? gratis donata non reddita. Si autem vere Rom.4.
debebatur, bonus fuiſti: ſi autem non merito tuo, vt verum eſt, malus fuiſti. Cre-
didiſti autem in eum qui iuſtificat impium. Quid eſt qui iuſtificat impium? Ex im- S.Aug tr.72. in Io.
pio facit pium. Idem contemplans opera Chriſti in cælis, nempe Ange
los in iuſtitiâ creatos, & opera eiuſdem in terris nempe hominis per

gratiam ipſius iuſtificatos, *in cælis ſedes*, Dominationes, *Principatus, Poteſtates, Archangeli, Angeli ſunt opera Chriſti. Nunquid etiam his operibus maiora facit qui, operante in ſe Chriſto, cooperatur ſalutem æternam ac iuſtificationem ſuam? Non ſic audeo præcipitare ſententiam: Intelligat qui poteſt, iudicet qui poteſt, vtrum maius ſit iuſtos creare, quàm impios iuſtificare.* Facilis ex hoc loco ratiocinatio Lectori efformanda relinquitur.

Rom.c.5.

At nonne B. Paulus clariſſime *iuſtificare*, interpretatur, *iuſtum conſtituere*? ad Rom. cap. v. vbi de verâ per Chriſtum iuſtificatione acturus ſic orditur, *iuſtificati ergo ex fide pacem habeamus*, &c. Sub finem vero, *igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in* IVSTIFICATIONEM VITÆ. *Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per obedientiam vnius* IVSTI CONSTITVENTVR *multi*, δίκαιοι κατασταθήσονται. Antitheſis inter verum & inhærentem reatum ab Adamo deriuatum & contractum, & inter veram igitur iuſtitiam à Chriſto hauſtam & deriuatam ponderanda eſt: deinde locutio hæc κατασταθῆναι δίκαιον iuſtum conſtitui, quâ vox præcedens *iuſtificationis vitæ* exponitur, quæ vocatur etiam initio capitis χάριν ἐν ᾗ ἑστήκαμεν. *Gratiam in qua ſtamus.*

Daniel 1. condemnabitis caput meum Regi.

Ro.2.13.

Quin illud etiam ex loco antecedente eiuſdem Epiſtolæ, quem hæretici corrumpere tentarunt, euidentiſſimum redditur οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. *Non enim auditores legis apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.* Beza hunc locum fœdiſſimo gloſſemate deturpat. *Iuſtificabuntur, id eſt iuſti pronuntiabuntur apud Dei tribunal.* Neſcio quid poſteà de *iuſtitia imputata* putidiuſculum obgannit. Nos vero ſimpliciter dicimus, iuſtificabuntur, id eſt, *iuſti efficientur.* Quid ita? Bezæ Auguſtinum antepone. B. Auguſtinus libro de ſpiritu & literâ. *Sic intelligendum eſt, factores legis iuſtificabuntur, vt ſciamus eos non eſſe factores legis, niſi iuſtificentur: vt non iuſtificatio factoribus accedat, ſed factores legis iuſtificatio præcedat. Quid eſt enim aliud, iuſtificati, quàm iuſti facti, ab illo ſcilicet* QVI IVSTIFICAT IMPIVM, VT EX IMPIO FIAT IVSTVS. *Si ita loqueremur, homines liberabuntur: Hoc vtique intelligeretur, eis qui iam homines eſſent, liberationem accedere. Si autem, homines creabuntur: non vtique intelligeretur eos creari qui iam homines erant, ſed ipsâ creatione homines fieri. Ita ſi dictum eſſet, factores legis honorabuntur, non rectè acciperemus, niſi honorem illis, qui iam eſſent factores legis, accedere. Cum vero dictum eſt, factores legis iuſtificabuntur, quid aliud dictum eſt, quam iuſti iuſtificabuntur? factores enim legis vtique iuſti ſunt. Ac per hoc tantumdem eſt ac ſi diceretur, factores legis* CREABVNTVR NON QVIA ETANT, SED VT SINT. His verbis mentem ſuam teſtatam eſſe voluit Auguſtinus. Ne autem ſcrupulum inijciat quod continenter adijcit. *Aut certè ita dictum eſt iuſtificabuntur, ac ſi diceretur iuſti habebuntur, iuſti deputabuntur. Sicut dictum eſt de quodam, ille autem volens ſe iuſtificare, id eſt vt iuſtus haberetur & deputaretur.* Hoc enim Dei iudicium, ſiue hanc deputationem, docet poſtea præſupponere *naturam per gratiam eſſe reparatam & interiorem hominem per gratiam renouatum eſſe.* Quod probat ex Apoſtoli primo loco Gratiæ totius fundamentum ponente, *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius*, &c. Sequentia Apoſtoli

Beza in c. 2. ep. ad Rom.

S. Aug. de ſpir. & lit.

Ibid. & c. 27.

Rom. 3.

verba ſic etiam S. Chryſoſtomus explicat & in idem trahit, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ τοῦ εἶναι αὐτὸν δίκαιον καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ *ad oſtenſionem iuſtitiæ ipſius vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu.* ὥσπερ ἔνδειξις πλούτου τὸ μὴ μόνον αὐτὸν εἶναι πλούσιον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους πλουσίους ποιεῖν, καὶ ζωῆς τὸ μὴ μόνον εἶναι ζῶντα, ἀλλὰ καὶ νεκροὺς ζωοποιεῖν. καὶ δυνάμεως τὸ μὴ μόνον αὐτὸν εἶναι δυνατὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀσθενεῖς δυναμοῦν. οὕτω καὶ δικαιοσύνης ἔνδειξις, τὸ μὴ μόνον αὐτὸν εἶναι δίκαιον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑτέρους ἐν ἁμαρτίᾳ καταπεσόντας ἐξαίφνης δικαίους ποιεῖν Id eſt. Quemadmodum diuitiarum oſtenſio facit vt non ſolùm ipſe ſit diues, ſed etiam vt alios diuites efficiat: & vitæ oſtenſio vt non ſolum viuens ſit, ſed etiam alios mortuos viuificet: & potentiæ vt non ſolùm ipſe ſit potens, ſed etiam vt infirmos corroboret: ſic & iuſtitiæ oſtenſio facit vt non ſolùm ipſe ſit iuſtus, ſed etiam vt alios qui in peccatum ceciderunt, repente IVSTOS FACIAT.] Iuſtificare igitur eſt non ſolum iuſtum oſtendere, ſed & iuſtum facere. Chryſ. ho. 7. ad Rom.

III.

Veritatis huius explicatio eſt, quia iuſtificatio non ſolam peccatorum remiſſionem externam ſiue condonationem, ſed etiam internam maculæ ipſorum deterſionem atque ablutionem per mutationem realem, & formæ inhærentis communicationem in ſe comprehendit. Hæc vniuerſa S. Auguſtinus & alij vtriuſque linguæ Patres ex ſcripturis docent. S. AVGVSTINVS ex Apoſtoli ad Romanos Epiſtolâ: *Vnde dilectio, id eſt charitas per quam fides operatur, niſi vnde illa fides ipſam impetrauit? neque enim eſſet in nobis quantacumque ſit in nobis, niſi diffunderetur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Charitas quippe Dei dicta eſt diffundi in cordibus noſtris, non quâ nos ipſe diligit, ſed quâ nos facit dilectores ſuos, ſicut iuſtitia Dei, quâ iuſti eius munere efficimur: & Domini ſalus qua nos ſaluos facit? & fides Ieſu Chriſti qua nos fideles facit. Hæc eſt iuſtitia Dei quam non ſolum docet per legis præceptum, verum etiam dat per ſpiritus donum.* His verbis profligatur hæreticorum abſurdiſſima ſententia, nos formaliter iuſtificari per ipſammet Chriſti iuſtitiam, quæ damnatur in Canone x. Synodi Tridentinæ *ſi quis dixerit homines ſine Chriſti iuſtitia, per quam nobis meruit, iuſtificari, aut per eam ipſam* FORMALITER IVSTOS *eſſe: anathema ſit.* Pergit S. Auguſtinus in Pelagianos pro gratiâ Chriſti dimicans: Apoſtolus dixit *imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. Sed præter hanc imitationem gratiæ eius, Illuminationem iuſtificationemque noſtram etiam* INTRINSECVS *operatur illo opere de quo idem prædicator eius dicit, neque qui plantat eſt aliquid neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Hæc enim gratia baptizatos quoque paruulos ſuo inſerit corpori, qui certè imitari aliquem nondum valent. Sicut ergo ille in quo omnes viuificabuntur, præter quam quod ſe ad iuſtitiam exemplum imitantibus præbuit, dat etiam ſui ſpiritus occultiſſimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paruulis.* Poſtea hanc iuſtificationem vocat *occultam communicationem & inſpirationem gratiæ ſpiritalis. Et generationem ſpiritus gratiæ, & ſpiritum gratiæ regenerantis ad iuſtificationem vitæ.* Idem ex alio Apoſtoli ad Epheſios ſcribentis monito, *Renouamini ſpiritu & induite*

Iuſtificatio mutatio realis inhærentiſque gratiæ infuſio eſt.

S. Aug de ſpir. & lit c. 32.

Ro. 5.

Trid. ſeſſ. 6. can. 10.

Aug. de pec. mer. l. 1. c. 9. 1. Cor. 4.

1. Cor 3.

S. Aug. de Gen. ad lit. l. 6. c. 24. Eph. 4.

nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.

Eadem verba apud Iren. lib. 5. c. 10.

Ecce quod amiſit, Amiſit per peccatum. In hoc ergo renouamur ſecundum id quod amiſit, Amiſit, id eſt, ſecundum ſpiritum mentis noſtræ. Meritò idem Caluinus qui in aliâ quæſtione de Gratiâ ſufficiente & efficaci dixit immeritò: *Totus Auguſtinus meus eſt;* in hac controuerſiâ de iuſtificatione, nuntium Auguſtino miſit, *eiuſque ſententiam, quâ gratiam ad ſanctificationem refert, non eſſe recipiendam ſuo iudicio dixit.* Nam & apertiſſimè lib. xv. de Trinitate, ex alio Apoſtoli loco. *Nos autem reuelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes: in eamdem imaginem transformamur de gloriâ in gloriam, tanquam à Domini Spiritu. Speculantes, per ſpeculum, inquit, videntes transformamur de forma in formam mutamur: de gloria in gloriam: de gloria creationis in gloriam iuſtificationis. Natura in rebus creatis excellentiſſima, cum à ſuo Creatore ab impietate iuſtificatur, à deformi formâ formoſam transfertur in formam.*

L. 3. Inſtit. c. 2. §. 15.

Aug. 15. de Trin. c. 8.

2. Cor. 3.

Reuocanda ſunt huc teſtimonia Patrum Græcorum quæ ſuperius pro gratiæ habitualis exiſtentiâ adduximus. Pauca verò alia non vulgaria nec obſoleta ſcripturarum fundamentis, vt polliciti ſumus innitentia ſubijcere non grauabit. Clemens Alexandrinus tractâs illum Apoſtoli contextum. *Et hæc quidem fuiſtis. Sed abluti eſtis: ſed ſanctificati eſtis: ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini Jeſu & in Spiritu Dei noſtri.* ἐδικαιώθητέ φησι τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου· ἐποιήθητε, ὡς εἰπεῖν, ὑπ᾽ αὐτοῦ δίκαιοι εἶναι ὡς αὐτός, καὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ὡς ἔνι μάλιστα κατὰ δύναμιν ἀνεκράθητε. Id eſt. Iuſtificati eſtis, inquit, in nomine Domini: facti eſtis, vt ita dicam ab ipſo vt iuſti eſſeris ſicut ipſe, & Spiritui ſancto, quoad eius fieri potuit, commixti eſtis. Ibidem vocat ſanctificationem τὴν ἕξιν habitum quemdam.

Clem. Alex. 7. Strom.

S. Athanasivs ex alio Apoſtoli loco αὕτη τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία ἐστίν, ὅτι ὧν ἐστὶ ποιητής, τούτων καὶ πατὴρ ὕστερον κατὰ χάριν γίνεται. γίνεται δὲ ὅταν οἱ κτισθέντες ἄνθρωποι, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, λάβωσιν εἰς τὰς καρδίας ἑαυτῶν τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ κρᾶζον, Ἀββᾶ ὁ πατήρ. οὗτοι δέ εἰσιν ὅσοι δεξάμενοι τὸν λόγον, ἔλαβον ἐξουσίαν παρ᾽ αὐτοῦ τέκνα θεοῦ γενέσθαι. ἄλλως δὲ οὐκ ἂν γένοιντο υἱοί ὄντες φύσει κτίσματα, εἰ μὴ τοῦ ὄντος φύσει καὶ ἀληθινοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ὑποδέξωνται. διὰ τοῦτο γοῦν ἡμεῖς οὐ πρῶτον γεννώμεθα, ἀλλὰ ποιούμεθα. γέγραπται γάρ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον. ὕστερον δὲ δεξάμενοι τὴν τοῦ πνεύματος χάριν, λεγόμεθα τότε λοιπὸν καὶ γεννᾶσθαι ὕστερον ὡς υἱοποιούμεθα. Id eſt. Ea eſt Dei bonitas in homines, vt quorum Creator eſt, horum poſt modum per gratiam Patrem ſe faciat. Facit autem ſe Patrem, cum qui iam conditi ſunt, vt inquit Apoſtolus, ſuſceperint in cordibus ſuis Spiritum Dei clamantem Abba Pater. Iſti ſunt qui ſuſcepto verbo acceperunt poteſtatem Filios Dei fieri. Aliter enim nunquam efficerentur filij, cum naturâ res creatitiæ ſint, niſi eius qui naturâ filius eſt, ſpiritum ſuſciperent, &c. Et paulo poſt. Ea de causâ nos non primùm gignimur, ſed creamur. Siquidem ſcriptum eſt: faciamus hominem: poſtmodum receptâ ſpiritûs gratiâ, dicimur quoque tandem & generari: dixerat antea, filij fieri, &c.

Athan. or. 3. in Arian.

Rom. 8.

S. Basilivs Magnus contra Eunomium, differens de gratiâ & ſanctificatione virtutum cæleſtium, eam per formam aliquam realem &

habitualem à Spiritu ſancto infuſam ſic deſcribit τοῦ μέτρου τῆς ἁγιωσύνης μεταλαμβάνουσι, καὶ ὥσπερ ὁ σίδηρος ἐν μέσῳ τῷ πυρὶ κείμενος, τὸ μὲν σίδηρος εἶναι οὐκ ἀποβέβληκε, τῇ δὲ σφοδροτάτῃ πρὸς τὸ πῦρ ὁμιλίᾳ ἐκπυρακτωθεὶς, καὶ πᾶσαν εἰς ἑαυτὸν τὴν τοῦ πυρὸς φύσιν ὑποδεξάμενος, καὶ χρώματι, καὶ ἐνεργείᾳ πρὸς τὸ πῦρ μεταβέβηκεν. οὕτω καὶ αἱ ἅγιαι δυνάμεις ἐκ τῆς πρὸς τὸ ἅγιον κοινωνίας, δι' ὅλης τῆς ἑαυτῶν ὑποστάσεως κεχωρηκότα ἤδη καὶ συμπεφυσιωμένον τὸν ἁγιασμόν. διαφορὰ δὲ αὐταῖς πρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αὕτη, ὅτι τῷ μὲν φύσις ἡ ἁγιωσύνη ταῖς δὲ ἐκ μετουσίας ὑπάρχει τὸ ἁγιάζεσθαι. Id eſt. Sanctitatis menſuram participant. Et ſicut ferrum in medio igne poſitum, ferri naturam non amiſit: vehementi tamen cum igne coniunctione ignitum, cum vniuerſam ignis naturam in ſemetipſum acceperit, & colore, & calore, & actione in ignem tranſit: ſic ſanctæ virtutes ex communicatione, quam cum illo habent qui naturâ ſanctus eſt, per totã ſuam ſubſtantiam receptam & quaſi coagmentatam ſanctificationem habent. Differentia vero ipſis à Spiritu ſancto hæc eſt, quod natura ſpiritûs ſanctitas eſt, illis verò participatione ſanctificatio ineſt, &c.] Id quidem omni luce clarius eſt hæc omnia quæ in ſanctificatione commendat S. Baſilius, à ſola iuſtitiâ extrinſeca & remiſſione ſeu non imputatione peccatorum præſtari non poſſe: & ad ea opus eſſe tum affectione intrinſecâ, cum etiam formâ aliquâ infuſâ & in animâ permanente.

IV.

Accedunt turmatim alij Patres Græci, è quibus vnum adhuc aut alterum ſeligere liceat. S. Chryſoſtomus nullius circa Gratiam controuerſiæ immunis eſſe debet, vt acceptam ab hæreticis iniuriam nullo Chryſ.to.1.ho.60.
non loco vlciſcatur. Iccirco illum etiam ante eos quos tempore conſequitur, hac in parte collocare non dubito: Is ergo Catecheſi ad illumi- vide & mitâ ho.9. in Ioan.
nandos καὶ τίνος ἕνεκεν φησίν, εἰ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῖν ἅπαντα ἀφίησι τὸ λουτρόν, οὐχὶ λουτρὸν ἀφέσεως ἁμαρτημάτων καλεῖται, οὔτε λουτρὸν καθάρσεως, ἀλλὰ παλιγγενεσίας; ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἡμῖν ἀφίησι τὰ ἁμαρτήματα, οὐδὲ ἁπλῶς ἡμᾶς καθαίρει τῶν πλημμελημάτων, ἀλλ' οὕτως ὡς ἂν εἰ ἄνωθεν ἐγεννήθημεν. καὶ γὰρ ἄνωθεν ἡμᾶς δημιουργεῖ καὶ κατασκευάζει, οὐκ ἀπὸ γῆς διαπλάττων πάλιν, ἀλλ' ἐξ ἑτέρου στοιχείου τῆς τῶν ὑδάτων φύσεως δημιουργῶν. οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀποσμήχει τὸ σκεῦος ἀλλ' ὁλόκληρον αὐτὸ ἀναχωνεύει πάλιν. Id eſt. Et cur, inquis, hoc quod nobis peccata remittit, non dicitur lauacrum remiſſionis peccatorum, nec lauacrum purgationis, ſed lauacrum regenerationis? Quia non ſimpliciter nobis peccata remittit, nec ſimpliciter nos purificat a delictis, ſed tanquam denuò generatos efficit. Nam denuò nos creat & conficit, non de terrâ fingens iterũ, ſed ex alio nos elemento per aquarum naturam progenerat. Non enim vas ſimpliciter purgat, ſed integrum illud refingit, &c.] Gregorivs Theologus iam an- Naz.or.de Bapt. 40.
te accerſitus τὴν τοῦ πλάσματος καὶ πεσούσης εἰκόνος ἐπανόρθωσιν, πλάσιν θειοτέραν, emendationem plaſmatis & imaginis collapſæ reformationem, figmentum diuinius, non ſolâ remiſſione peccatorum conſtare, ſed etiam gratiæ, luminum & donorum ſupernaturalium opulentiſſimâ in animam effuſione prædicat tota oratione de Baptiſmo.

Idem de mutatione dexteræ Excelſi & ἀνακαινίσει innouatione in iuſti-
Nyſſ. or. Catech. to. 2. ficatione hom. XLIII. Gregorius Nyſſenus tota oratione Catechetica nihil frequentius inculcat ἡ ἄνωθεν γέννησις, ἀναστοιχείωσις ἀνθρώπου, ἡ ἀναγεννήσεως χάρις διὰ τῆς θείας μορφῆς ſuperna generatio, reſtauratio hominis, regenerationis gratia per diuinam formam. Idem lib. v. in Eunomium τὴν πρὸς τὸ θεῖον τοῦ ἀνθρωπίνου μεταβολήν τε καὶ μεταποίησιν mutationem humani ſtatus in diuinum & refectionem appellat. Rurſus in oratione de ſcopo vitæ Chriſtianæ in iuſtificatione non ſolam κάθαρσιν διὰ τῆς χάριτος, ἀλλὰ καὶ τὴν τῆς γεννήσεως ψυχῆς ἀνανέωσιν, καὶ τὸ μέτρον καὶ κάλλος διὰ τῆς χάριτος δίδοσθαι non ſolam purgationem per gratiam, ſed etiam innouationem animæ, & modum, & pulchritudinem per gratiam dari agnoſcit.

Cyrill. in Eſ. lib. 4. or. 2. Gal. 4. S. Cyrillus Alexandrinus in Eſaiam explicans illud Pauli *donec formetur Chriſtus in vobis.* μορφοῦται γε μὴν ἐν ἡμῖν ὁ Χριστὸς ἐντιθέντος ἡμῖν τοῦ ἁγίου πνεύματος θείαν τινὰ μόρφωσιν, δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης. οὕτω γὰρ οὕτω ταῖς ἡμετέραις ἐμπρέπει ψυχαῖς ὁ χαρακτὴρ ὑποστάσεως τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἀναμορφοῦντος ἡμᾶς τοῦ ἁγίου πνεύματος δι' ἁγιασμοῦ πρὸς αὐτόν. ἔφη γοῦν καὶ ὁ ἱερώτατος πάλιν Παῦλος, μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ ἀναμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν. χρὴ τοιγαροῦν μεμνῆσθαι καὶ τῆς τοῦ δικαιοῦντος φιλανθρωπίας, καὶ ὅτι πεπλάσμεθα πρὸς υἱότητα. Id eſt. Formatur autem in nobis Chriſtus, ſancto Spiritu nobis diuinam quamdam formam inſerente per ſanctificationem & iuſtitiam. Sic enim in animis noſtris elucet Character Dei ac Patris: reformante nos Spiritu ſancto per ſanctificationem in ipſum. Itaque rurſum dixit ſanctiſſimus Paulus: nolite conformari huic ſæculo, ſed transfiguramini mentis veſtræ
Rom. 12. renouatione, &c. Meminiſſe ergo nos oportet etiam humanitatis eius qui iuſtificat, & quod ſimus in filios effecti &c.] Idem, alia Pauli ver-
Rom. 8. ba expendens *quos præſciuit, & prædeſtinauit* συμμόρφους *conformes fieri*
Cyrill. lib. 2. *imagini filij ſui.* ἀνακτίζεσθαι τοιγαροῦν καὶ ἀναπλάττεσθαί πως εἰς εἰκόνα τὴν πρώτην τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἐρωτᾷ διὰ μετουσίας τοῦ πνεύματος, ἵνα τὴν πρώτην ἐκείνην ἀμφιεσάμενοι χάριν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀνακομισάμενοι μόρφωσιν, ἀμείνους τε ἤδη καὶ δυνατώτεροι τῆς ἐν τῷ δὲ τῷ κόσμῳ βασιλευούσης ἁμαρτίας εὑρεθησόμεθα. Id eſt. Renouari ergo & reformari quodammodo ad primam illam imaginem rogat hominis naturam, per ſpiritus parti-
Vide plura alia ibid. cipationem, vt primâ illâ induti gratiâ & temperatâ cum eo ſimilitudine potentiores & fortiores peccato quod in hoc mundo regnat, inue-
Lib. 10. in Io. niamur, &c.] Antea verò, εἰς ἑτέραν τινὰ μετίστησιν ἕξιν τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο καὶ κατοικήσῃ τὸ πνεῦμα καὶ εἰς καινότητα μεταπλάττει ζωῆς in alterum quemdam habitum transformat eos in quibus eſt ac inhabitat ſpiritus, nouitatem vitæ immutat: quod probat ex eo Samuelis ad Saülem inſiliet ſuper te ſpiritus Domini & vertêris in virum alterum Et ex altero Pauli, transformemur à claritate in claritatem tanquam à Domini ſpiritu &c.] Quod & verbo μεταχαλκεύειν velut ex ære fuſo refingere expreſſit libro XII. comm. in Ioan. πλείοσι δι' ἁγιασμοῦ τοὺς κατ' ἀλήθειαν τῆς ἰδίας φύσεως κοινωνοὺς διὰ τῆς τοῦ πνεύματος μετουσίας ἀναδείκνυσι καὶ μεταχαλκεύων ὥσπερ τινὰ τὴν ἀνθρώπου φύσιν εἰς τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον δύναμίν τε καὶ δόξαν.

ῆξαι. Id eſt. Chriſtus perficit per ſanctificationem, vere propriæ naturæ conſortes per ſpiritûs participationem efficiens, ac veluti refingens naturam hominis ad vim & gloriam ſupernaturalem.] Expreſſiùs adhuc lib. XI. γίνεται μὲν ἐν ἡμῖν ὁ υἱός, σωματικῶς μὲν ὡς ἄνθρωπος, συνανακιρνάμενός τε καὶ συνενούμενος δι' εὐλογίας τῆς μυστικῆς. πνευματικῶς δὲ αὖ πάλιν ὡς θεὸς τῇ τοῦ ἰδίου πνεύματος ἐνεργείᾳ καὶ χάριτι τὸ ἐν ἡμῖν ἀνακτίζων πνεῦμα πρὸς καινότητα ζωῆς, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως κοινωνοὺς καθιστάς. Id eſt. Eſt quidem in nobis filius corporaliter quidem vt homo, nobiſcum commixtus & vnitus per benedictionem myſticam: Spiritaliter vero rurſus vt Deus, proprij ſpiritûs operatione & gratiâ, ſpiritum qui in nobis eſt, inſtaurans ad nouitatem vitæ, & diuinæ ſuæ naturæ conſortes faciens.] Hæc vniuerſa clariſſimè demonſtrant ad iuſtificationem perfectam, ſolam non ſufficere remiſſionem peccatorum per fauorem externum: quippe qui eâ poſitâ, non ſequitur abſque alio gratiæ diuinæ influxu & effectu, eſſe nos immutatos & affectos formâ aliquâ, eſſentiæ & naturæ diuinæ conſortium, ſanctitatem & adoptionem in filios Dei nobis tribuente, per quam ius vitæ ac hæreditatis æternæ aſſequamur: remitti ſiquidem peccata poſſent ſine his omnibus prærogatiuis, quæ dubio procul à Gratiâ intrinſece inhærente & ſanctificante pendent.

Cyrill. in Io. l. 2. c. 12.

Quæ quidē omnia ſequētibus Apoſtoli verbis veluti recolligere licet: *Saluator noſter Deus ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus ſancti quem effudit, in nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum vt iuſtificati gratiâ ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ.* Addi poteſt quod non ſemel de arrhâ ſpiritûs nempe gratiâ commendat: *credentes verbo veritatis Euangelio ſalutis veſtræ ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis in laudem gloriæ ipſius.* Sanctificans gratia Spiritus ſancti his verbis deſignatur; ſicut & 2. Cor. 1. *Deus ſignauit nos & dedit pignus ſpiritûs in cordibus noſtris.* Et cap v. *qui nos efficit in hoc ipſum Deus eſt, qui etiam dedit nobis pignus ſpiritus.* Theodoritus χάρις ἀρραβὼν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. ἀρραβὼν μικρόν τι μέρος τοῦ παντός. Gratia arrha futurorum bonorum. Arrha exigua pars totius. Interpres enim pignus pro arrha poſuit, vt arrha non redditur, ſed pretium impletur. Gratiam igitur vt rei permanentis nempe gloriæ arrham permanere & impleri oportet, ita S. Auguſtinus apud Bedam in commentario.

Ad Titum cap. 3.

Epheſ. c. 1.

Theod. in 2. Cor. 1.

V.

Inſurgit Caluinus, hæreticorum iuſtificationi Catholicæ obtrectantium à Luthero alter, in Antidoto Concilij Tridentini ad ſeſſionem VI. *Papiſtæ negant iuſtificationem eſſe ſolam remiſſionem peccatorum: ſed renouationem & ſanctificationem ſimul contineri volunt. Nunquid hoc verum ſit videamus. Verba Pauli ſunt capite IV. ad Rom. Dauid beatitudinem hominis dicit, cui Deus imputat iuſtitiam ſine operibus: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Si ex Dauidis ſententiâ Paulus gratuitæ iuſtitiæ definitionem rectè elicit: ſequitur in*

Obiectiones hæreticorum diluuntur.

Caluin Antid. ad ſeſſ. 6. cap. 9.

Pſ. 32.

remiſſione peccatorum eſſe poſitam. Sic enim interpretatur Paulus, iuſtum à Dauide nuncupari, cui Deus iuſtitiam imputat, non imputando peccata. Sic & idem Apoſtolus non adducto alterius teſtimonio alibi loquitur: Erat Deus in Chriſto mundum ſibi reconcilians, non imputando hominibus peccata. Deinde continuo poſt adijcit eum qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum feciſſe, vt eſſemus iuſtitia Dei in illo. Quid apertius? Nec locus eſt vulgari cauillo, de iuſtificationis initio ipſum agere. Dauid enim de ſe loquitur, poſtquam inter filios Dei fuerat cooptatus.

2. Cor. 5.

Et quoniam de verbi proprietate lis eſt, cum Chriſtus à Paulo iuſtitia & ſanctificatio noſtra prædicatur, certè inter hæc duo ſtatuitur diſcrimen, quod Tridentini Patres confundunt, nam ſi duplex eſt gratia, quod nos Chriſtus iuſtificat & ſanctificat, iuſtitia vitæ innouationem ſub ſe non complectitur. Nec aliter poteſt exponi illud ad Roman. 8. Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus eſt qui iuſtificat, quis eſt qui condemnet?

Reſpondemus hunc obiectionum globum tria inuoluere: primum eſt de verbo iuſtificationis (ab vltimo enim, methodi cauſsâ, incipiendum eſt) Alterum eſt de iuſtitia Chriſti nobis imputatâ. Tertium eſt de remiſſione peccatorum per ſolam non imputationem ex loco Pſalmographi vno, & Pauli altero.

Quod ſpectat ad iuſtificandi verbum, vt vt ſit aliquando in ſcriptura ſumi pro eo quod eſt iuſtum cenſere, vel etiam oſtendere & pronuntiare, quod antea vltrò faſſi ſumus: ſæpe ſæpiùs tamen & maximè propriè eſt, *Iuſtum facere* vt clarè & cumulatè demonſtrauimus: præcipuè in iis noui inſtrumenti locis, quibus *vera iuſtitia & iuſtificatio* per Chriſtum opponitur legali, vt toties ac toties in Epiſtolis Pauli, ad Romanos præſertim & ad Galatas Hoc dictum, hoc probatum, hoc recantatum. Quin & ille locus à Caluino adductus cui ſubintelligere, ſed addere verbum (eſt) quomodo auſus eſt Caluinus, ex cap. VIII. ad Romanos de vera iuſtificatione, quâ non ſolum *oſtenditur & pronuntiatur*, ſed etiam *quâ fit iuſtus* accipiendus eſt, quocumque modo loci illius quatuor pericopæ ſiue cum interrogatione, ſiue abſolutè quædam interpungantur ac efferantur. Locus integer ſic habet v. 33. *Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat?* (vel ſine interrogationis notâ: *Deus qui iuſtificat* Θεὸς ὁ δικαιῶν. v. 34. *Quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt?* (vel ſine interrogatione: *Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, imo qui reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* v. 3. *Quis ergo nos ſeparabit à Charitate Chriſti?* Triplex enim huius loci expoſitio apud Ss. Patres. Prima. Quis accuſabit aduerſus electos Dei? an Deus qui eos iuſtificat? Ita S. Auguſtinus libro de doctrina Chriſtianâ tertio. Et ſic ſenſus veram iuſtificationem non excludit, vult enim Deum, qui eſt auctor veræ hominum iuſtificationis, in iis nullam amplius culpam vtpote gratiâ ſuâ deletam agnoſcere & arguere. Secunda expoſitio eſt: Quis accuſabit aduerſus electos Dei? nemo, aut certè diabolus vel diaboli filius. Deus enim eſt qui eos iuſtificat: & hæc quidem expoſitio per quam appoſitè in perfectam iuſtitiæ infuſionem cadit. Origenes ad eum locum ex verſione Rufini. *Quis accuſabit? princeps mundi huius.*

S. Aug. l. 3. doctr. Chr. cap. 3 & Primaſius in comment.

Origen. lib. 7. in Ep. ad Ro.

Sed quamuis ille exerat nequitiam propoſiti ſui, Deo iuſtificante & delente ſicut nubem, iniquitatem electorum ſuorum, & ſicut caliginem peccata eorum, & à prioribus delictis eos dealbante vt niuem & ſicut lanam candidam faciente, quid proficiet accuſator? Tertia denique expoſitio vt hæc propoſitio *Deus qui iuſtificat*, referatur ad ſequentem *quis eſt qui condemnet?* & hoc ſenſu iuſtificandi verbum non ſolum ſumitur pro eo quod eſt iuſtum reputare vel iuſtum oſtendere, ſed etiam iuſtum facere: Eum enim, non ſolum qui iuſtus à Deo pronuntiatur, ſed ideo iuſtus pronuntiatur, quia à Deo factus eſt iuſtus, *condemnare exterum eſt à virtute Dei vt ſapientia loquitur.* Et hæc explicatio de verâ & internâ iuſtitiâ maximè quadrat Apoſtoli verbis antecedentibus, *quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui*: item *quos vocauit hos & iuſtificauit, quos iuſtificauit, hos & glorificauit*: nec enim *conformes ſunt imagini filij Dei* niſi qui verè & intrinſecè iuſti ſunt: nec ad aliud vocantur, niſi vt non tantum dicantur iuſti, ſed etiam vere iuſti fiant: nec ob aliud glorificantur niſi quia non tãtùm iuſti pronũtiantur, ſed etiam iuſti verè ſunt. Denique controuerſiam totam dirimit interpretatio B. Chryſoſtomi Θεὸς ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων; οὐκ εἶπε θεὸς ὁ ἀφεὶς ἁμαρτήματα, ἀλλ' ὃ πολλῷ μεῖζόν ἐστι, θεὸς ὁ δικαιῶν. Id eſt. Deus qui iuſtificat, quis condemnet? Non dixit, Deus qui remiſit peccata, ſed quod multo maius eſt, Deus qui iuſtificat: nec tantum iuſtos pronuntiat, ſed & ſicut Chriſtus, iuſtos facit: ὁ γὰρ χριστὸς ζωὴ ὢν καὶ πηγὴ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, καὶ μετ' ἐξουσίας τῆς αὐτῆς τῷ πατρὶ, καὶ νεκροὺς ἐγείρων, καὶ ζωοποιῶν καὶ τὰ ἄλλα πάντα ποιῶν, καὶ ἀπεγνωσμένους καὶ καταδεδικασμένους ἐξ οἰκείας ἐξουσίας καὶ τῆς καταδίκης ἐκείνης ἀπαλλάξας καὶ δικαίους καὶ υἱοὺς ποιήσας. Id eſt. Chriſtus cum vita ſit & fons omnium bonorum & auctoritate eadem cum Patre viuos exſuſcitans & viuificans & alia vniuerſa faciens: qui deſperatos nos & condemnatos propriâ poteſtate ab illa damnatione liberauit & IVSTOS ET FILIOS FECIT.] Ergo aliter exponi poteſt ac debet iſte locus, quàm imponit Caluinus.

Greg. Magn. lib. 7. ep. 53.

Sap 12. v 15.

Chryſ. ho. 15 in Rom.

Alterum obiectionis caput quod attinet, nos iuſtificari per iuſtitiam Chriſti nobis imputatam, tam falſum eſt quàm à ſcripturæ modo loquendi ac ſenſu alienum eſt. Nec enim id ſibi vult locus Apoſtoli, Chriſtus *factus eſt nobis ſapientia & iuſtitia & ſanctificatio*: falſum enim eſt, vt ſub anathemate definiit Synodus Tridentina, hominem *formaliter eſſe iuſtum per iuſtitiam Dei, ſiue Chriſti.* Quomodo igitur hoc verum eſt, Chriſtus eſt iuſtitia & ſanctificatio noſtra? *Cauſſaliter*, inquiunt in Scholis. In quo genere cauſſæ? Exemplaris. Bene eſt. Quid adhuc? Efficientis, & Phyſicæ, & moralis ſiue meritoriæ. An ita Patres? Chryſoſtomus dicat: ὁ χριστὸς ἡμῖν αἴτιος, σοφοὺς ἡμᾶς ποιήσας καὶ δικαίους καὶ ἁγίους. Chriſtus nobis cauſſa eſt, qui & ſapientes nos fecit, & iuſtos, & ſanctos. Sic Deus dicitur fortitudo noſtra, patientia noſtra, quia in nobis fortitudinem & patientiam efficit, adauget. B. AVGVSTINVS *Iuſtitia Dei dicitur* (ab Apoſtolo, *ignorantes Dei iuſtitiam*) *non quâ iuſtitiâ Deus iuſtus eſt, ſed quâ iuſtitiâ homini ex Deo eſt.* Idem ex comparatione peccati Adam quod ab eo in nobis eſt ſolùm effectiuè cum iuſtitiâ Chriſti.

Contra iuſtitiam imputatiuam.

1. Cor. 1.

Seſſ. 6. can 10.

Pſ. 17. 70.

Aug. de gr. & lib. ar. c. 12.

Sicut ille in quo omnes viuificabuntur, præter quam quod ſe iuſtitiam exemplum imitantibus præbuit, dat etiam ſui ſpiritûs occultiſſimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paruulis: ſic & ille in quo omnes moriuntur, præterquam quod eis qui præceptum Domini voluntate tranſgrediuntur, imitationis exemplum eſt, occulta etiam tabe carnalis concupiſcentiæ ſuæ, tabificauit in ſe omnes de ſuâ ſtirpe venientes. Efficientia Adami demeritoria eſt: Efficacia Chriſti meritoria: *per hunc enim annuntiatur vobis remiſſio peccatorum ab omnibus à quibus non potuiſtis, in lege Moyſi iuſtificari. In hoc omnis qui credit, iuſtificatur.* Exemplaris vero, efficiens quoque & meritoria cauſſæ, formalem alteram non includit, imo expoſcit, ſicut ſapientia quæ in Deo eſt, non excludit ſapientiam quam Deus hominum animis infundit ſuæ veluti effectum ac expreſſionem: ita nec iuſtitia Chriſti, iuſtitiam inhærentem: vtramque enim coniunxit Paulus in illo loco. *Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio & redemptio.* S. Cyrillus in Ioan. lib. IX. tractans locum Pſalmiſtæ: *In Deo faciemus virtutem.* vbi vult *in Deo* idem eſſe ac *per Deum*, & probat ex loco Pauli. *Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu qui factus eſt nobis ſapientia*, &c. Nunquid enim, ait, dicet aliquis traditam cælitus Corinthiis gratiam in ipsâ Chriſti ſubſtantiâ, ἀπομεμνημονευμένην ἄνωθεν χάριν ἐν αὐτῇ οὐσίᾳ τοῦ Χριστοῦ δεδόσθαι; καὶ πῶς οὐκ ἂν ὁ ἐρῶν ληρεῖ. Et quomodo iſtud nugari non ſit? In

Et apud Bedam in 1. Cor. 1.

Chriſto igitur, id eſt, per Chriſtum, &c. S. Auguſtinus Epiſt. ad Conſentium. *Sicut illa iuſtitia cum ſit in ſeipſa vita, etiam nobis fit vita, cum eius efficimur vtcumque participes, ita cum in ſeipsâ ſit iuſtitia, etiam nobis fit iuſtitia, cum ei cohærentes iuſtè viuimus. Et tanto magis minuſve iuſti ſumus, quantò illi magis minuſve cohæremus.* Vnde dicimur *effici iuſtitia Dei in ipſo* Col. 1. Alibi vero dicit Auguſtinus iuſtitiam charitatem eſſe quæ diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis Ro. 5.

De nat. & grat. fin.

Contra remiſſionem peccati per non imputationem.

Rom. 4 Pſ. 32.

Tertium tandem Caluini telum eſt ex verbis Pſalmi depromptum à Paulo quoque recitatis. *Credenti in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam*, ſecundum propoſitum gratiæ Dei (non eſt in Gr.) *Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputabit* (ita Hebr. Gr. λογίσηται imputauerit) *Dominus peccatum.* Ex hoc loco Caluinus ita concludit, *ſic interpretatur Paulus iuſtum à Dauide nuncupari, cui Deus iuſtitiam imputat, non imputando peccata.* Hic locus ſcopulus hæreticorum eſt. Lutherus enim & Caluinus in eum impegerunt dicentes peccata cum à Deo remittuntur, remanere, ſed tegi, operiri, id eſt à Deo non amplius imputari. Errant iterum, quum dicunt non aliter remitti quam per illam non imputationem, abſque vllius veræ maculæ abſterſione, purgatione, internâ hominis mutatione per gratiam ſanctificantem ſiue actualem ſiue habitualem.

Primus error de peccato ſuperſtite, nihil aliud patrocinij nanciſcitur, quam ex eo quod peccata, iuſtorum beatorum quippe, dicuntur hîc *remiſſa*, *tegi* tamen, vt & *operiri* Pſ. 84 & Nehem. 4. Sed hanc latebram erroris perfodit S. Auguſtinus concione in illum Pſalmum quem vocat *Pſalmum Gratiæ Dei & iuſtificationis noſtræ.* Quaſi errantes

Aug. conc. 2. in Pſ. 31.

ipſos alloqueretur, *Ne ſic intelligatis, inquit, quod dixit peccata cooperta ſunt quaſi ibi ſint & viuant. Tecta ergo peccata quare dixit? vt non viderentur* (concione ſeu explicatione primâ dixerat, *tecta, id eſt in obliuionem deducta.*) *Quid enim erat Dei videre peccata, niſi punire peccata? &c. vnde illud: auerte faciem tuam à peccatis meis.* Et poſtea. *Deus peccata tua tegat, non tu. Medicus tegat & curet, emplaſtro enim tegit*, &c. Tegere igitur non eſt ea vt ſint ſeruare, ſed ſanare: & ita quidem vt ea Deus etiam ad vltionem velut tenebris perpetuis inuoluta obliuiſcatur. Clemens Alexandrinus id refert ad diuinæ Charitatis officium, Charitatis enim eſt, καλύπτειν τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν *operire multitudinem peccatorum*, ita vt tamen ſimul & deleantur & remittantur, vt ibidem ex ſcripturis oſtendit. S. GREGORIVS Theologus oratione de Baptiſmo, *tecta peccata* eſſe ait, quum prauorum habituum moralium reliquiæ licet actualibus culpis in voluntate deletis, in appetitu remaneant: *non imputatæ*, actionibus ſcilicet indifferentibus: δεῖ μὴ σοφισθῆναι τὸν καθαρμὸν ἀλλ' ἐνσημανθῆναι· λαμπρυνθῆναί σε τελείως, ἀλλὰ μὴ χρωσθῆναι, μηδ' ἐπικάλυψιν τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλ' ἀπαλλαγὴν ἔχειν τὸ χάρισμα. Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἁμαρτίαι. τοῦτο τῆς παντελοῦς καθάρσεως. καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι, τοῦτο τῶν οὔπω τὸ βάθος καθηρεμένων. Μακάριος ἀνὴρ ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν. τρίτη τις αὕτη τάξις τῶν ἁμαρτανομένων, ὧν ἡ μὲν πρᾶξις οὐδὲ ἐπαινετή, τὸ δὲ τῆς γνώμης ἀνεύθυνον. Id eſt. Porro non fucanda eſt purgatio, ſed imprimenda: tibique hoc agendum vt plenè ac perfectè ſplendeſcas, non vt leuiter atque in ſuperficiem illinaris: vt gratiæ donum non peccata tantùm obducat, ſed ab iis omnino nos vindicet. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates*, hoc perfectæ purgationis eſt. *Et quorum tecta ſunt peccata.* Hoc iis congruit qui profundè nondum purgati ſunt. *Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.* Tertia quædam hæc peccantium claſſis eſt, quorum ſcilicet tametſi actio minimè laudabilis eſt, mens tamen ipſa crimine vacat.] Vbi notandum eſt magnum Theologum non agere tantum de præteritis peccatis quos baptiſmo planè obliterari non dubitat, ſed de diſpoſitione ad noua peccata perfectè reſecanda. Diſpoſitio verò illa, quum praua quædam habitudo ſit, in aliis deleri, in aliis obduci tantum ſolet. Controuerſia verò eſt de ante actorum maculâ, cuius certum eſt poſt acceptam remiſſionem & iuſtificationem ne veſtigium quidem relinqui. Theodoritus id egregie vel ex ipſo *tegendi* verbo exponit τοσαύτῃ περὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς χρῆται φιλοτιμίᾳ ὁ θεός, ὡς μὴ μόνον ἀφεῖναι ἀλλὰ καὶ καλύψαι τὰς ἁμαρτίας, καὶ μηδὲ ἴχνη τούτων καταλειπεῖν. Id eſt. Erga peccatores Deus tantâ liberalitate vtitur, vt non ſolùm remittat, verùm etiam ita obtegat peccata, vt ne veſtigia quidem horum remaneant.]

Pſ 50. — Clem Alex. Strom. 2. — 1. Pet. 4. — Naz or. 4. — Pſ. 31. — Theod. interpr. in Pſ. 31.

Quod vero ſequentia ſpectat verba de non imputatione peccati, *Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum* etſi quidam Hebræorum explicent de eo qui nullomodo peccauit, quod & veriſimile ſit ex atrinentibus verbis *& in ſpiritu eius non eſt dolus*: Vt vt ſit, certum eſt omni peccatori, peccatum à Deo imputari, quia reuera eſt: certum eſt quoque innocenti nullatenus imputari quia nec eſt nec fuit: certum

Ioſeph Kimchi apud Mnifium doctiſſ. in Pſ. 32. Heb.

tandem ei cui peccatum remiſſum eſt non amplius imputari peccatum, quia non amplius peccatum eſt; quod ſi eſſet, vt hæretici volunt, profectò non imputari non poſſet, quia Deus omni peccatum verè habenti, imputat quod habet, vt ipſe iudicij falſus eſſe non poteſt. Peccatum igitur fictitiè non tollitur ex eo quod non imputatur à Deo: ſed quia verè per Dei gratiam iuſtificantem ſublatum eſt, ideo non imputatur. Vnde Paulus dixit, 2. Cor. 5. *Deus erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians, non reputans illis delicta ipſorum*, ſed poſtquam dixit quod præcedit, *ſi qua in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt; ecce facta ſunt omnia noua: omnia autem ex Deo qui nos reconciliauit ſibi, &c.* Quod autem verè per

Quæretur peccatū & non inuenietur. Pſ. 9. Dei gratiam deleatur & auferatur peccatum, Deus ipſe teſtatur, non ſolum verbis quibus è coccino peccati ſe niuem facturum pollicetur,

Eſai. c. 1. ſed apertius Danielis IX. *Vt conſumatur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna.* Vnde & Paulus

Rom. 6. 6. *Vetus noſter homo ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati: vt non vltra ſeruiamus peccato, qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato.* Hæc Tertul-

Tertull. l. de reſur. car. 47. lianus interpretatur, *vt euacuetur corpus delinquentiæ per emundationem vitæ mundialis non per interitum ſubſtantiæ, vnde rurſus ſicut exhibuiſtis membra veſtra famula immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita & nunc exhibete membra veſtra famula iuſtitiæ in ſanctificium &c. Ita per hanc totam ſenſuum ſeriem ab iniuſtitiâ & delinquentiâ membra noſtra diuellens & iuſtitiæ, & transfert eadem à ſtipendio mortis ad donatiuum vitæ æternæ, &c.*

Anacephalæoſis ex PP. Vt ergo tota hæc iuſtificationis œconomia probè intelligatur, ſupponendum eſt ex Ss. Patribus & Theologis ex commiſſo contractóve

Nota de macula peccati ex PP. peccato maculam in animâ ſupereſſe, quam inſigni loco S. Baſilius vocat: ῥύπος καὶ τὸν τύπον τοῦ ἡμαρτημένου καὶ τὸ ἴχνος τῆς ἁμαρτίας οἱονεί τινος

S. Baſilius ex Pſal. βαφῆς ἀνεκπλύτου turpitudinem & notam impreſſam, & veſtigium peccati veluti tincturæ cuiuſdam indelebilis.] Remittitur quidem peccatum extrinſecè per clementiæ & miſericordiæ diuinæ fauorem externum· ſed macula peccati non deletur formaliter niſi per gratiam, quæ remiſſionis peccatorum vltimæ forma ac veluti perfectus actus

Naz. or. 39. eſt, ſecundum doctrinam Patrum maximè Græcorum quos nunc euoluimus. B. Gregorius Theologus, ἄφεσιν ἔχει τῶν προελθόντων τὸ χάρισμα.

Orat. 40. χάρισμα γάρ Gratia præteritorum remiſſionem habet. Gratia enim eſt.] Iterum, αὕτη ἡ τοῦ βαπτίσματος χάρις καὶ δύναμις τῆς τῶν καθ' ἕκαστον ἁμαρτίας κάθαρσιν ἔχουσα καὶ παντελῆ ῥύψιν τῶν ἀπὸ κακίας ἐπεισελθόντων συγχωσμάτων ἢ μολυσμάτων. διπλῶν δὲ ὄντων ἡμῶν, ἐκ ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, καὶ τῆς μὲν ὁρατῆς τῆς δὲ ἀοράτου φύσεως, διπλῆ καὶ ἡ κάθαρσις, δι' ὕδατός τε φημὶ καὶ πνεύματος. τοῦ μὲν θεωρητῶς τε καὶ σωματικῶς λαμβανομένου, τοῦ τε ἀσωμάτως καὶ ἀθεωρήτως συντρέχοντος. καὶ τοῦ μὲν τυπικοῦ τοῦ δὲ ἀληθινοῦ καὶ τὰ βάθη καθαίροντος, ὃ τῆς πρώτης γενέσεως ἐπικουρία τυγχάνον καινοὺς ἀντὶ παλαιῶν, καὶ θεοειδεῖς ἀντὶ τῶν νῦν ὄντων ἐργάζεται. Id eſt. Hæc eſt Baptiſmi gratia & vis, non orbem terrarum vt olim aquis obruens, ſed vniuſcuiuſque hominis peccatum purgans, eaſque obſtructiones vel maculas, quæ vitio contrahuntur, prorſus abſtergens. Quandoquidem autem duabus partibus, hoc eſt animo & corpore conſtamus: quarum altera in

aſpectum cadit, altera non cadit: duabus quoque rebus conſtat Baptiſmus, aquâ ſcilicet & ſpiritu: illa viſibili & corporeo modo accepta, hoc autem incorporeo & inuiſibili concurrente: illâ typicâ, hoc vero & intima animi purgante: qui primæ natiuitati opem ferens, ex veteribus nouos, ex humanis diuinos efficit &c.] S. Gregorius Nyſſenus Nyſſ.to.2. orat. de ſcopo vitæ Chriſtianæ, maculas peccati primum vocat, τὰ πονηρὰ καὶ δυσίατα τῆς ψυχῆς ἐγκεκρυμμένα κακὰ mala quædam improba & inſanabilia in animâ abſtruſa, ad quorum curationem diuinam gratiam exigit non ſolum eam quam συμμαχὸν cooperantem, ſed etiam τὴν ἐνοίκησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος inhabitationem Spiritus ſancti quam alij Patres ſupra vocant τὴν ἐνοικοδόμον χάριν, cuius gratiâ acceptâ ἡ ψυχὴ μεταποιηθεῖσα τῷ βίῳ, καὶ δεξαμένη τὴν τοῦ πνεύματος εἰς ἑαυτὴν χάριν, καινὴ γέγονεν ὅλη καὶ ἀνεκτίσθη. Id eſt. Anima per vitam tranſmutata, & ſuſceptâ ſpiritus gratiâ noua tota fit atque reparatur.] Quod eſt τὴν ἀναχώνευσιν vt ait Andreas Cretenſis, καὶ τὴν θέωσιν ἐν τῇ χάριτι ἐπιδέχεσθαι S. Chryſoſtomus toties illud habet· τὴν ψυχὴν τῇ χάριτι καθαρεύεσθαι Gratia animam purgari. Idem quoque in iuſtificatione, animas velut in conflatorium mitti ait, quia οὐδὲ τῆς ποιότητος ἴχνη οὐδὲ κηλῖδος λείψανα διὰ τὴν τοῦ πνεύματος χάριν priſtinæ labis veſtigia nec maculæ illius reliquiæ remanent propter Spiritus ſancti gratiam.] Vide pulchram & prolixam comparationem in Catecheſi ad illuminandos. Theodoritus ad eumdem ſenſum Zachariæ verba enarrans, *Ipſe ingreditur quaſi ignis conflatoris, & quaſi herba lauantium.* ὁ θεὸς τῇ θείᾳ χάριτι χλοώδους καθάπερ τινὶ πόας τῶν ἁμαρτημάτων ἐκκαθαίρει τὸν ῥύπον, Deus gratia diuina tanquam herba quadam vtens peccatorum ſordes expurgat. plura ibidem.

Andr. Cret. or de hum vit.1.
Chryſ in Gen.ho. 2.fin.& paræn 1.ad Theodor.
Chryſ.to.1. ho.50.
Theodor.in Malach c.3.
Zach.11.10.

Hæc eſt igitur vera, hæc ſupernaturalis, hæc diuina iuſtificationis diſpenſatio: vt in animâ exortæ & concretæ peccatorum ſordes, ſuperfuſo veluti Cloacæ cuiuſdam fornice, ſtagnantes contegantur: ſed funditus elutæ ac deterſæ effluant, & alueum expurgatum relinquant limpidiſſimis gratiæ laticibus, fluentis ſuperioribus Iordanis, & fontibus Saluatoris, de quibus hauriemus in gaudio aquas ſalientes in vitam æternam. Eſ.12.Io.4.

Hæc vera, hæc ſalutaris, hæc diuina Therapeutice eſt, quâ nimirum animæ peſtilenti vitiorum afflatu labefactatæ, & periculoſâ ægritudine decumbentis non quidem maligna vlcera celantur ac veluti pretioſo panno obuoluuntur, ſicut ipſi medicinam fallacem hæreſis facit; ſed ad viuum vſque reſecantur, vruntur; totus homo fit ſanus, Io.7. vt Chriſtus loquitur, non figura, non colore tantum, ſed ſanguine, ſed ſucco, ſed cordis mundi creatione & in imis ipſis viſceribus ſpiritu Pſ.50. prorſus innouato.

Hæc tandem vera, hæc admiranda Deoque auctore digna inſtauratio eſt, quâ homo peccati veneno enectus, iam feretro impoſitus, iam quatriduanus & fœtens, non vt Ethnicorum cadauera in rogo, byſſo & purpurâ induitur, quod hæreſeos imputatiuam Chriſti iuſtitiam adhuc in peccato exiſtentibus imponentis ludibrium eſt; ſed Redemptoris clamantis magnâ voce primum excitatur, regeneratur, in ſpem

Rom.6. Gal.5.2. Cor.15. & 5.

viuam, animam ac ſpiritum per gratiam recipit, ſic demum in nouitate vitæ, viuens ſpiritu, ſpiritu ambulat; viuens ex virtute Dei, viuens non ſibi, ſed ei qui pro ipſo mortuus eſt, & reſurrexit.

CAPVT VII.

De virtutibus et donis cum Gratiâ in iuſtificatione infuſis, ex Patrum Græcorum doctrinâ Scholæ collatâ.

SVMMA CAPITIS.

I.

VIrtutes infuſæ & dona Spiritus ſancti quomodo differant ex Theologis.

II.

Virtutum infuſarum diuiſio, & infuſio in iuſtificatione ex S. Tho. & PP.

III.

Donorum Spiritus ſancti diſcrimen, numerus, officia, infuſio in iuſtificatione ex S. Thoma & Patribus Græcis & Latinis.

I.

OBSCVRA eſt admodum & implicata virtutum ac donorum in animam cum habitu gratiæ à Deo influentium contemplatio, præcipuè quoad diſcrimen, numerum, ordinemque omnium ac ſingulorum ſpectat. Iſtorum igitur habituum veſtigia apud Patres Græcos indagabimus non ſolùm ex principiis & dogmatibus, ſed etiam ex concluſionibus apud Theologos ex S. Thomæ mente atque auctoritate maximè receptis & confirmatis.

In primis igitur hoc certo certius eſt, gratiam ſanctificantem non ſolam ac nudã in iuſtificatione infundi ſed cũ habitibus aliis donorum ſupernaturalium ac virtutum. Dona ſiquidem Spiritus ſancti & virtutes infuſæ mutuo nomenclaturam ſibi communicant: Virtus enim omnis infuſa cum à Deo gratis detur, comprehenditur in eo dati ac doni cenſu, de quo Iacobus Apoſtolus, ait: πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. Vulg. *Omne datum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum.*

Iac.c.1.v.17.

Dionyſ. cæl. Hier. c.1.

Ex quibus verbis operum ſuorum initium duxit S. DIONYSIVS, quibus & meritò adiecit: ἀλλὰ καὶ πᾶσα πατροκινήτου φωτοφανείας πρόοδος, εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότως φοιτῶσα πάλιν ὡς ἑνοποιὸς δύναμις ἀνατατικῶς ἡμᾶς ἀναπληροῖ καὶ ἐπιστρέφει πρὸς τὴν τοῦ συναγωγοῦ πατρὸς ἑνότητα καὶ θεοποιὸν ἁπλότητα, καὶ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τὰ πάντα καὶ εἰς αὐτόν, ὡς ὁ ἱερὸς ἔφη λόγος. Id eſt. Quin & omnis à Patre motę illuſtrationis emanatio in nos beneficè inundans,

denuo

denuo ſeu vnifica vis ad ſupera nos reuocando implet, & conuertit ad
congregantis Patris vnitatem, & ad deificam ſimplicitatem. Quoniam Rom.11.36.
ex ipſo & in ipſum ſunt omnia, vt ſermo ſacer ait.

Viciſſim autem dona Spiritus ſancti virtutes etiam dicuntur generali quidem notione, quatenus ad bonos & laudabiles actus inclinant. Propriè tamen ſumpta ſpiritûs dona vt donum ſapientiæ, ſcientiæ, ti-
moris & alia de quibus Eſaiæ cap. XI. S. Thomas à virtutibus etiam infu- S.Tho.1.2.q 68.
ſis diſcernit: *Eo quod virtutes perficiunt hominem ſecundum quod homo natus* ar. 1.
eſt moueri per rationem in his quæ interius vel exterius agit: per dona vero diſponitur homo vt efficiatur promptè mobilis ab altiori mouente, nempe ab inſpiratione di-
uinâ; Eſai. cap. L. Dominus aperuit mihi aurem: Ego autem, non contradico. Et 7. Ethic. Eudemior.c.18.
Philoſophus dicit quod his qui mouentur per inſtinctum diuinum non expedit con-
ſiliari per rationem humanam: quia mouentur à meliori principio. Et hoc eſt quod Heroicos ibid.
quidam dicunt, quod dona perficiunt hominem ad altiores actus, quam ſint actus
virtutum. Qui ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt & hæredes Ro. 8. S.Tho.ib. ar.2.

II.

Virtutum infuſarum Principes ſunt Theologicæ, quæ Deum pro Virtutum infuſarũ
obiecto tam materiali quam formali immediato habent, & ad eum vt diſcrimen, productio in iuſtificat.
in ſeipſo eſt, feruntur, prout eſt vltimus finis noſtræ rationis cognitio-
nem excedens, vt ait S. Thomas. Tres ſunt, illo Eccleſiaſtici dicto com- S.Th.1.2.q.62.ar.
prehenſæ. *Qui timetis Dominum, credite illi & non euacuabitur merces veſtra.* 1 & ſeq.
Qui timetis Dominum ſperate in illum, & in oblectationem veniet vobis miſeri- Eccl.cap.2.
cordia. Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra.
S. Paulus epiſt. 1. ad Corinthios. *Nunc autem manent fides, ſpes, Charitas,*
tria hæc. Et has quidem virtutes in hominis iuſtificatione cum Gratia
ſimul infundi, certo certius eſt. Synodus Tridentina. *In iuſtificatione cum* Innoc. III. cap. maiores de baptiſ.
remiſſione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Jeſum Chriſtum cui Viennenſe Conc.
inſeritur, fidem, ſpem & charitatem. Quæ verba quidem de habitibus vir- Clem. VII. de S. Trin.
tutum intelligit quum antea de actibus earumdem verba fecerit qui
iuſtificationem inſtar diſpoſitionum antecedunt.

Infuſarum virtutum aliæ ſunt morales: Nam præter morales virtu- S.Tho.1.2.q.63.
tes acquiſitas quæ infundi à Deo etiam poſſunt, ſed rarò infunduntur, ar. 4.
vt ex difficultate agendi conſtat, ideoque infuſæ per accidens dicuntur, Theologi alias virtutes morales per ſe infuſas ſpecie diſtinctas agnoſcunt, quæ in eadem materiâ in quâ acquiſitæ verſantur, alios actus ſuperioris ordinis & verè ſupernaturales producere poſſunt; ex alio ſcilicet tendendi modo & motiuo altiori deſumpto ex conformitate ad naturam eleuatam per gratiam ſeu ad regulam rationis ac luminis ſupernaturalis. Atque huiuſmodi virtutes infuſæ eodem modo in virtutes Cardinales diſtribui poſſunt & alias iis ſubordinatas, vt Religionem, pœnitentiam humilitatem & cæteras, quas locus ille ſapientiæ complectitur, *ſobrietatem & prudentiam docet ſapientia, & iuſtitiam*
& virtutem (id eſt fortitudinem) quibus vtilius nihil eſt in vitâ hominibus. (Gr. ἀνδρείαν.)
Vbi & videtur de habitibus eiuſmodi ſupernaturalibus loqui, ratione

quorum habitâ, dicit μύστις γάρ ἐστι τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιστήμης καὶ αἱρετὶς τῶν ἔργων αὐτοῦ. Id eſt. *Doctrix eſt diſciplinæ Dei & electiua operum illius.*

S.Tho.1.2.q.63. ar.3.

De virtutum neceſſitate ita S. Thomas, *oportet quòd virtutibus Theologicis proportionaliter reſpondeant alij habitus diuinitus cauſati in nobis qui ſic ſe habeant ad virtutes Theologicas, ſicut ſe habent virtutes morales & intellectuales ad principia naturalia virtutum. Nam licet virtutes Theologicæ ſufficienter nos ordinent in finem ſupernaturalem, quantum ſcilicet ad ipſum immediatè: oportet quod per alias virtutes infuſas perficiatur anima circa alias res, in ordine tamen ad Deũ.*

S Tho qu. diſp. de virtutib. qu. vii. ar.10.

De infuſione vero earumdem virtutum agit in quæſtionibus diſputatis idem ſanctus Doctor. *Infunditur igitur diuinitus homini ad peragendas actiones ordinatas in finem vitæ æternæ, primò quidem gratia per quam habet anima ſpeciale eſſe: deinde fides, ſpes & charitas, vt per fidem intellectus illuminetur de ſupernaturalibus cognoſcendis quæ ſe habent in iſto ordine ſicut principia naturaliter cognita in ordine connaturalium operationum: per ſpem autem & charitatem acquirit voluntas inclinationem in bonum illud ſupernaturale. Et ſicut præter iſta principia naturaliter requiruntur habitus virtutum ad perfectionem hominis ſecundum modum ſibi connaturalem; ita ex diuinâ influentiâ conſequitur homo præter præmiſſa principia ſupernaturalia virtutes infuſas quibus perficitur ad operationes ordinandas in finem vitæ æternæ ſecundum rationem legis diuinæ hominis ratione ſuperiorem.*

Ib. ad 8.

Luc. vlt.

Infuſione virtutum eiuſmodi nos in iuſtificatione adornati, atque ita indui virtute ex alto ſenſerunt Græci Patres. Vnus pro cæteris S. Chryſoſtomus qui omnium illarum virtutum Gratiam comitantium pompâ docet pertinere ad eã quam vocat τὴν τοῦ πνεύματος χορηγίαν ad APPARATVM SPIRITVS: πάντα γὰρ ἀπὸ θεοῦ χάριτος καὶ τῆς ἀρετῆς omnia à Dei gratiâ & à virtute: Vna quidem gratia multas virtutes in animo operatur: dum explicat illud Pſaltæ, & ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, vt apud eum opera noſtra dirigantur, μία λαμπρότης ἀλλ' ἐρχομένη πρὸς ἡμᾶς πολλὰς λαμπρότητας ἀποτελεῖ, λαμπρότητα ἐλεημοσύνης, λαμπρότητα σωφροσύνης, λαμπρότητα φιλοξενίας, λαμπρότητα φιλοστοργίας. Id eſt. Vnus quidem eſt ſplendor, ſed in nos immiſſus multos ſplendores producit: ſplendorem Eleemoſynæ, ſplendorem temperantiæ, ſplendorem hoſpitalitatis, ſplendorem amoris fraterni &c.

Chryſ. in P 150.
Epiſt. 3. ad Olymp.

Orat. de cæco.

S. Aug. in Pſ 83.

S. Auguſtinus in Pſal. *Quid nobis præſtat gratia? Ambulabunt à virtutibus in virtutem. Hic enim per gratiam multæ virtutes dantur, &c. Qui dat virtutes diuerſæ loco hoc, dabit vnam virtutem ſeipſum. Nam & virtutes agendæ vitæ noſtræ quatuor deſcribuntur à multis & in ſcripturâ inueniuntur. Prudentia dicitur quâ dinoſcimus bonum & malum. Iuſtitia dicitur quâ ſuum cuique tribuimus. Temperantia dicitur quâ libidines refrænamus. Fortitudo dicitur quâ omnia moleſta toleramus. Iſtæ virtutes nunc in valle plorationis per gratiam Dei donantur nobis. Ab his virtutibus ibimus in illam virtutem, &c.* Alij Patres adeundi, de *hoc nobiliſſimo omnium virtutum comitatu, quæ animam ſimul cum gratiâ diuinitus infunduntur* vt loquitur Catechiſmus Tridentinus.

Ambroſ. 6. in hex. c. 7. & l. 5. in Luc.
Greg ho. 5. in Ezechiel. & 2. mor. c. 26. 36.
Cap. de baptiſ.

III.

Dona vero Spiritus ſancti quæ gratiæ infuſione in animam ſimul

illabuntur, etſi plura fortaſſe ſint aut certe eſſe poſſint, ſeptem exprimit Eſaias Propheta. *Et requieſcet ſuper eum Florem Spiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſapientiæ & pietatis. Et replebit eum ſpiritus timoris* Domini. Dona illa eſſe habitus ſupernaturales colligit S. Thomas ex verbo *requieſcet*, & *quia ſicut virtutes morales habitus quidam ſunt, quibus vires appetitiuæ diſponuntur ad promptè obediendum rationi, ita & dona habitus ſunt quibus homo perficitur ad promptè obediendum inſpirationibus Spiritus ſancti: ita vt ad apprehenſionem veritatis per inſtinctum & motum ſuperioris potentiæ, nempe Dei inſpiratæ ſpeculatiua ratio perficiatur per* INTELLECTVM: *Practica verò per* CONSILIVM: *ad rectè autem iudicandū ſpeculatiua perficiatur per* SAPIENTIAM, *practica vero per* SCIENTIAM. *Sicut in his quæ ſunt ad alterum appetitiua virtus perficitur per* PIETATEM: *in his autem quæ ſunt ad ſeipſum perficitur per* FORTITVDINEM, *contra timorem periculorum: contra concupiſcentiam verò inordinatam delectabilium, per* TIMOREM *iuxta illud Pſal. 118. confige timore tuo carnes meas &c. Et hæc ſe extendunt ad omnia ad quæ ſe extendunt virtutes tam intellectuales quàm morales* Dona illa eſſe connexa docet quoque S. Thomas ex S. Gregorio lib. 1. moralium gratiamque ſanctificantem & habitualem ſemper comitari, adeo vt etiam in patriâ remaneant, quantum ad habitum & perfectionem, licet non quoad exercitium, materiæ defectu. Beatitudines ad dona reducuntur: ſunt enim eorum actus ſiue operationes. Fructus vero duodecim Spiritus ſancti enumerati ab Apoſtolo Epiſt ad Galatas, *charitas, gaudium, pax* &c. ratione maioris tantum perfectionis ſecundum gradus à virtutum actibus differunt, prout maiorem ſuauitatem & delectationem inferunt ex fruitione bonorum, vel malorum ſedatione, inquit B. Thomas ibidem legendus. Nobis ſiquidem inſtituti noſtri lineas obſeruantibus ſufficit de donorum infuſione quam Tridentina Synodus cum gratiæ infuſione coniunxit, pauca ex Patribus delibare.

Donorum Spiritus ſancti numerus, officia, productio in iuſtif.
Eſai. cap. 2.
S. Tho. 1. 2. q 68. ar. 3.
Ibid. a. 4.
In loco Eſaiæ: pietas & timor eodem nomine *yra.*
S. Tho. ar. 5. ex Gr. 1. mor. 32.
Ar. 6.
S. Tho. 1. 2. qu. 69. tot. Matt. 5. Luc. 6.
Gal. 5. v. S. Tho. 1. 2 q 70. tot.
Trid. ſeſſ. 6. c. 7.

Græci quidem Patres ſeptem hæc ſancti Spiritus dona non rarò *operationes* appellant. S. Baſilius lib. v. in Eunomium καθ᾽ ἑπτὰ ἐνεργείας γινώσκεται τὸ πνεῦμα ἃς ὁ Ησαΐας ἔφρασε Id eſt. Septem ex operationibus cognoſcitur Spiritus ſanctus, quas dixit Eſaias. S. Gregorius Theologus: ἑπτὰ ὀνομαζόμενος τίμια πνεύματα τὰς ἐνεργείας οἶμαι τοῦ πνεύματος, πνεύματα φίλον τῷ Ησαΐᾳ καλεῖν ſeptem pretioſos ſpiritus, operationes vt opinor Spiritus ſancti, ſpiritus appellare ſolet Eſaias.] Eadem fere verba Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum. *Septena ſunt munda & quia boni ſeruant vnitatem ſpiritûs in vinculo paria; ſanctum autem ſpiritum diuina ſcriptura in ſeptiformi operatione commendat, ſapientiæ & intellectus, conſilij & fortitudinis, ſcientiæ & pietatis, &c.* B. Cyrillus lib. ſec. in Eſai πολυειδὴς ἐνέργεια multiplex operatio. Nihilominus tamen hæc operationis nomenclatura non excludit habitum à quo operatio manat, vnde fontem Spiritus ſancti donorum omnium in Chriſto poſitum ſignificari docet B. Athanaſius, & ab eo B. Hieronymus commentario ad hunc locum, ex Euangel. S. Hilarius in Matth. can. xv. Spiritus ſancti *Septiforme munus.* Theodoritus οὐ μερικὴν τὴν χάριν, ἀλλὰ πλήρωμα χαρισμάτων exponit non particularem gratiam, ſed gratiæ donorum plenitu-

Baſil. 5. in Eun. 14.
Naz. or. 44.
S. Aug. l. 12. in Fauſt. c. 15.
S. Athan. lib. de fide ſua.
Theodorit. in c. 11. Eſ.

dinem. S. Auguſtinus ſer. de Annunt. *ſeptem illa dona nouiſſima, &c.*

Hanc autem donorum Spiritusſancti gratiis aliis permixtorum infuſionem, permanentiam vt ita dicam ſiue ſtabilitatem efficaciam denique in variis multiplicem, nemo eſt qui profundiori ſenſuum captu ac diſertiori eloquio deſcripſerit quam Baſilius Magnus libro ad Amphilochium, Gregorius Theologus: *τὸ πνεῦμα τῷ ἁγίων ἑκάστῳ τῷ δεκτικῷ, ὡς μόνῳ παρὸν διαρκῆ τοῖς πᾶσι τὴν χάριν καὶ ὁλόκληρον ἐξαφίησιν. καὶ ὥσπερ τὰ λαμπρὰ καὶ διαφανῆ τῶν σωμάτων ἀκτῖνος αὐτοῖς ἐμπεσούσης, αὐτά τε γίνεται περιλαμπῆ, καὶ ἑτέραν αὐγὴν ἀφ' ἑαυτῶν ἀποστίλβει. οὕτως αἱ πνευματοφόροι ψυχαὶ ἐλλαμφθεῖσαι παρὰ τοῦ πνεύματος αὐταί τε ἀποτελοῦνται πνευματικαὶ, καὶ εἰς ἑτέρους τὴν χάριν ἐξαποστέλλουσιν· ἐντεῦθεν μελλόντων πρόγνωσις, μυστηρίων σύνεσις, κεκρυμμένων κατάληψις, χαρισμάτων διανομαί, τὸ οὐράνιον πολίτευμα, ἡ μετὰ ἀγγέλων χορεία, ἡ ἀτελεύτητος εὐφροσύνη, ἡ ἐν θεῷ διαμονὴ, ἡ πρὸς θεὸν ὁμοίωσις, τὸ ἀκρότατον τῶν ὀρεκτῶν θεὸν γενέσθαι.* Id eſt. Spiritus ſanctus vnicuique capacium, quum ita adſit quaſi ſoli ipſi adeſſet, omnibus ſufficientem & integram gratiam infundit, &c. Et paulo poſt Et quemadmodum corpora illuſtria & perlucida contacta radio ſolis & ipſa ſupra modum ſplendida fiunt, & alium ex ſe ſplendorem emittunt. Sic & animæ ſpiritu in ſe recepto & ipſæ ſpirituales fiũt, & in alios gratiam emittunt. Hinc futurorum præſcientia, arcanorum intelligentia, occultorum comprehenſio, donorum gratiæ diſtributiones, cœleſtis conuerſatio, cum Angelis chorea, hinc gaudium perpetuum, hinc in Deo perſeuerantia, ſimilitudo cum Deo, & quo nil vlterius expeti poſſit, hinc eſt vt Deus fias.] Gregorius vero Theologus amicum hoc in ſtadio non deſerit, exemplis rem totá affatim illuſtrans & gratiis gratis Spiritus ſancti dona intexẽs, *μηδεὶς δύναται τὴν βασιλείαν ἰδεῖν ἢ λαβεῖν ὅστις μὴ ἄνωθεν ἐγεννήθη πνεύματι καὶ τὴν προτέραν ἐκαθαρίσθη γέννησιν, ἣ νυκτός ἐστι μυστήριον, ἡμερινῇ καὶ φωτεινῇ διαπλάσει, ἣν καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος διαπλάττεται. τοῦτο τὸ πνεῦμα σοφώτατον γὰρ καὶ φιλανθρωπότατον ἂν ποιμένα λάβῃ, ψάλτην ποιεῖ. ἐὰν αἰπόλον συκάμινα κνίζοντα, προφήτην ἐργάζεται. τὸν Δαβὶδ καὶ τὸν Ἀμὼς ἐνθυμήθητι. ἐὰν μειράκιον εὐφυὲς λάβῃ, πρεσβυτέρων ποιεῖ κριτὴν καὶ παρ' ἡλικίαν, καὶ τὰ ἑξ.* Id eſt. Nemo videre aut accipere regnum poteſt, niſi qui deſuper renatus fuerit ſpiritu, & priorem natiuitatem expurgarit, per diurnam & lucidam creationem, quã in ſeſe quiſque fingitur à priori generatione quæ noctis arcanum eſt, purgatus fuerit. Hic ſpiritus vtpote ſapientiſſimus & hominum amantiſſimus, ſi paſtorem nactus fuerit, Pſaltem efficit. Si caprarium moros vellicantem, Prophetam reddit. Dauidem & Amos cogita. Si adoleſcentem bonæ indolis, Preſbyterorum iudicem ſupra ætatem facit, &c. Vide reliqua & mirare. Adde ſis & Gregorium Nyſſenum lib. 1. in Eunomium ad finem.

Baſil. l. de Spiritu ſancto c. 9.

Naz or. 44.

CAPVT VIII.

De diſpoſitionibus ad iuſtificationem quæ adultis neceſſariæ ſunt. Ac primo de motu fidei.

SVMMA CAPITIS.

I.

Diſpoſitiones à Concilio Tridentino propoſitæ è veterum Patrum doctrinâ ſunt.

II.

Fidei tanquam primæ diſpoſitionis neceſſitas ad iuſtificationem ex teſtimoniis SS. Scripturæ innixis.

III.

De motu ſpei ex fide emergentis ex iiſdem Script. & Patribus.

IV.

De motu timoris ex iiſdem.

I.

DISPOSITIONES ad gratiæ ſanctificantis ſuſceptionem & iuſtificationem, quaſdam in adultis eſſe neceſſarias, ex doctrinâ ſcripturæ & Ss. Patrum, Sacroſancta Synodus his verbis aſſeruit. *Declarat ſancta Synodus iuſtificationis exordium in adultis à Dei per Ieſum Chriſtum præueniente Gratiâ ſumendum eſſe: hoc eſt ab eius vocatione quâ nullis eorum exiſtentibus meritis vocantur: vt qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem atque adiuuantem Gratiam, ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ liberè aſſentiendo & cooperando diſponant. Diſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuinâ gratiâ & adiuti fidem ex auditu concipientes, libere mouentur in Deum, credentes vera eſſe, quæ diuinitus reuelata & promiſſa ſunt, atque illud in primis à Deo iuſtificari impium per gratiam eius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu. De hac diſpoſitione ſcriptum eſt, accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quod inquirentibus ſe, remunerator ſit.* Hæc ex B. Thomâ deſumpta videntur: verum & in antiquorum etiam Patrum theſauro dudum recondita erant.

Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. Cap. 6. 1. Ro. 3. Heb. 11. 1. 2. qu. 13. ar. 4.

Clemens Alexandrinus in Stromat. omnia illa iuſtificationis primordia componit, toto penè libro ſecundo, cuius hæc ſumma paulo ante medium. Θεία τοίνυν ἡ τοσαύτη μεταβολὴ ἐξ ἀπιστίας πιστὸν ἵνα γενόμενον καὶ τῇ ἐλπίδι καὶ τῷ φόβῳ πιστεῦσαι. καὶ δὴ ἡ πρώτη πρὸς σωτηρίαν νεῦσις, ἡ πίστις ἡμῖν διαφαίνεται, μεθ' ἣν φόβος τε καὶ ἐλπὶς καὶ μετάνοια. σύν τε ἐγκρατείᾳ καὶ ὑπομονῇ προκόπτουσαι, ἄγουσιν ἡμᾶς ἐπί τε ἀγάπην, ἐπί τε γνῶσιν. Id eſt. Diuina ergo eſt tanta mutatio vt qui ex infidelitate fidelis factus fuerit, ſpei quoque credat & timori. At prima quidem ad ſalutem inclinatio nobis fides apparet: poſt illam timor & ſpes & Pœnitentia, cum con-

Clem. lib. 2. Strom. Eod. cap. 6.

Eee iij

Eod.cap 6.] tinentia & rolerantia proficientes, nos ducunt ad charitatem & ad cognirionem.] Quid aliud quæſo ſubiecit Tridentina Synodus? *Et dum peccatores ſe eſſe intelligentes ex diuinæ iuſtitiæ* TIMORE *quo vtiliter concutiuntur ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo in* SPEM *eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore, illumque tanquam omnis iuſtitiæ fontem* DILIGERE *incipiunt: ac propterea mouentur aduerſus peccata, per odium aliquod & deteſtationem, hoc eſt per eam Pœnitentiam quam ante Baptiſmum agi oportet, dum proponunt ſuſcipere Baptiſmum, inchoare nouam vitam, & ſeruare diuina mandata, &c.*

II.

Fidei tanquam primæ diſpoſ. neceſſitas ex P '. Ambroſ.r.de pœn. c.r. Iuſtificari nemo poteſt adultorum niſi pœnirentiam agens Luc. *XIII.* Pœnitentiam agere nemo niſi veniam implorans: implorare veniam niſi ſperans: ſperare nemo niſi credens, quia fides eſt *ſubſtantia rerum ſperandarum*: primus ergo ad iuſtificationis gratiam motus à fide eſt: vnde Rom.c.5. Apoſtolus *Iuſtificati ergo ex fide fiduciã habeamus ad Deum, per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ per quem acceſſũ habemus* PER FIDEM IN GRATIAM *iſtam in quâ ſtamus*. Dubio procul per fidem in gratiam ſanctificantem & habitualem, in quá propriè ſtamus & ſtatum filiorum Dei conſequimur & conſeruamus. Fidei vero motus ad quem cooperamur, Gratiæ præuenienris motum, qui ſine nobis eſt, non excludit, ſed prærequirir, Cyrill.Catech.5. ſed enim *Gratia Dei eſt donum, in gratiâ Ieſu Chriſti*, ibid. v. 15. S. Cyrillus Hieroſolymitanus: ἐπὶ τὴν πίστιν ἡμᾶς τὴν ἀληθῆ καλεῖ καὶ ἡ σήμερον ἀνάγνωσις γενομένη, τὴν ὁδὸν ἡμῖν παραστήσασα πῶς δεῖ τῷ θεῷ καὶ ἡμᾶς εὐαρεστῆσαι. πότε γὰρ προσελθόντα ἄνθρωπος δουλεῦσαι τῷ θεῷ μὴ πιστεύων ὅτι γίνεται μισθαποδότης. Id eſt. Ad fidem veram vos hodierna vocat lectio, viam Ad Heb.c.11. nobis præparans quomodo oporteat vos etiam placere Deo. Quando enim homo acceſſerit ad ſeruiendum Deo, non credens eum remuneratorem &c Plura ibidem de initio inſtificationis per fidem. Eodem Apoſtoli loco ad id vtitur B. Baſilius in Pſ. cxv. & li. v. in Eunomium. Greg.Nyſſ.to.2. B. Gregorius Nyſſenus ad Simplicianum, διὰ τῆς πίστεως μεταβαίνουσιν Io.3. ἀπὸ τοῦ εἶναι σαρκὸς εἰς τὸ γίνεσθαι πνεῦμα. Id eſt. Per fidem rranſitur ab eſſe carnis ad hoc vt ſimus ſpiritus. Plura in oratione Catecherica. S. Chryſ.in Pſ.44. Chryſoſtomus in Pſalmos. οὐκ ἐκ χάριτός ἐστι σωθῆναι μόνον, ἀλλὰ χρεία καὶ τῆς πίστεως, καὶ μετὰ τὴν πίστιν καὶ ἀρετῆς. Id eſt. Salus non eſt tantum ex Cyrill. in Agg. p.634.to.3. gratiâ, ſed etiam fide opus eſt, & poſt fidem virtute.] S. Cyrillus in Aggæum Prophetam ad illud; *Tempus domus Domini ædificandæ*: οὐκοῦν ἕκαστος ἡμῶν οἰκοδομείτω τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν διὰ πίστεως ὀρθῆς, αὐτὸν ἐχέτω θεμέλιον τὸν σωτῆρα τὸν ἔντιμον ἀληθῶς. παρεισαγέτω δὲ τούτοις καὶ ὕλην ἑτέραν, τὴν ὑπακοὴν δὴ λέγω, καὶ τὸ εἰς πᾶν ὁτιοῦν εὐκολον, τὴν ἀνδρείαν, τὴν ὑπομονὴν, τὴν ἐγκράτειαν. συναρμολογούμενοι γὰρ οὕτω διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, εἰς ναὸν ἅγιον ἀναβησόμεθα καὶ εἰς κατοικητήριον τοῦ θεοῦ ἐν πνεύματι. Id eſt. Quilibet igitur noſtrûm, cor ſuum per fidem rectam ædificet, ipſum Saluatorem pro fundamento verè pretioſo habens. Aliam 1.Pet.1. deinde materiam addat, obedientiam puta, & ad quiduis facilitatem, fortitudinem, patientiam, continentiam. Sic enim omnium virtutum

ſuppeditatione coaptati in templum ſanctum & in habitaculum Dei in ſpiritu exſurgemus.] Non multum abeſt S. Auguſtinus *domus Dei credendo fundatur, ſperando erigitur, diligendo perficitur, &c.* Idem multis oſtendit fidem eſſe religionis & ſalutis initium lib. de prædeſtinat Ss. ad ſeptem capita, in ſept. vero, *ex fide ideò dicit Apoſtolus iuſtificari hominem non ex operibus, quia ipſa* PRIMA *datur ex quâ impetrentur cætera, quæ propriè opera nuncupantur, in quibus iuſtè viuitur.* Alij Patres Latini videri poſſunt apud Coccium, Bellarminum & alios. Monebo tantum aceruum locorum ſcripturæ, quibus probatur *fidem eſſe ſalutis fundamentum & initium* reperiri apud Fulgentium libro de Incarnatione & gratiâ. Ser.22.de verb. Apoſt. Eph.2.

III.

De Motu vero ſpei ad iuſtificationem neceſſario, facilis demonſtratio eſſe poteſt ex ſpei cum fide connexione, quæ tanta eſt vt in definitione fidei ſpem inſerat Apoſtolus, cuius locum hac Paraphraſi donauit B. Ioannes Damaſcenus ἔστι πίστις, ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων, ἔλεγχος οὐ βλεπομένων, ἡ ἀδιάκριτος ἐλπὶς, τῶν τε ὑπὸ θεοῦ ἡμῖν ἐπηγγελμένων, καὶ τῆς τῶν αἰτήσεων ἡμῶν ἐπιτυχίας. Id eſt. Fides ſperandarum (ſperantium habet Aug. tr. 79 & 95. in Io.) *ſubſtantia rerum: argumentum (Aug. conuictio) non apparentium. Indubitabilis & indijudicabilis ſpes rerum à Deo promiſſarum, & aſſecutionis petitionum noſtrarum.* Neceſſariam eſſe præterea ſpem ad iuſtificationem ſecundum ſeipſam, luce ipsâ clarius eſt 1. Ioan. c. 1. *qui habet hanc ſpem ſanctificat ſe.* Et Rom. 8. *ſpe ſalui facti ſumus.* Quum deteriori nemo conditione ſit quam ille qui nec gratiæ donum nec gratiæ ſpem habet, vt ait Gregorius Theologus: μήτε χάρισμα ἔχων μήτε τὴν ἐλπίδα τῆς χάριτος ἐν ὀλίγῳ ναυαγήσας τὴν σωτηρίαν. Id eſt. Neque donum Gratiæ neque gratiæ ſpem habens breui naufragium faciens &c Diſerte hanc ſpei motionem τὴν κατ' ἐλπίδα κίνησιν exprimit B. Gregorius Nyſſenus meditatione in Pſalmos, eâ vna cum gratiâ τὴν τοῦ κακοῦ ἀναχώρησιν ἐπὶ τὸν μακάριον βίον ἀνοίγειν, καὶ χειραγωγεῖν ἡμᾶς, oſtium patefacere ad recedendum à malo & ad beatam vitam nos manuducere oſtendit. Lege Auguſtinum Enchiridio. Damaſc. lib. 4. de fid. c. 2. Heb. 2. Naz. or. 40. Nyſſ in Pſ. tract. 2. vlt. Cap. 15.

IV.

Motus timoris, quo homines *vtiliter concutiuntur*, ait Tridentina Synodus, ex B. Auguſtino & Catech. Trid. c. 5. ſpem velut æquilibrio adhibito excipit, aut certe ab ea excipitur viciſſim. Eccleſiaſtic cap. 1. *Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari.* Si quando præceptum timoris vrget, vt certè aliquando vrget & oſtendit B. Thomas, certe id maximè in diſpoſitione ad iuſtificationem. Dicamus aliquid ex Græcis Patribus, vti ſuſcepti muneris eſt. Clemens Alexandrinus laudans verba Paſtoris *virtus eſt fides per quam ſeruantur* filij Dei, addit, προηγεῖται μὲν πίστις, φόβος δὲ οἰκοδομεῖ, τελειοῖ δὲ ἡ ἀγάπη· ὁ μὲν γὰρ ὁ ἐκ θεοῦ φόβος παιδεύει εἰς ἀγάπην ἀποκαθίστησιν. Id eſt. Præcedit quidem fides, Timor autem De motu timoris. S. Aug. tr. 34. in Ioan. S. Tho. 1. 2. qu. 23. ex Luc. 2. Matth. 10. Timete eum qui poteſt, &c. Clem. l. 2. Strom.

S.Tho.1 2.q.19. ar 8. ædificat, Charitas vero perficit, Dei enim timor erudit & in charitatem reſtituit &c. Timor ille dicitur initialis à Theologis & ex vtroque S.Aug. tract.61. in Ioan. compoſitus eſt, caſto, ſeu filiali, imperfecto & ſeruili. Sed hæc huius Baſil.in Pſ.32. loci non ſunt. Pergamus. S. Baſilius in Pſal. ὡς εἰσαγωγικὸς εἰς εὐσέβειαν ἀναγκαίως παραλαμβάνεται ὁ φόβος. ἀγάπη δὲ λοιπὸν παραλαβοῦσα τοὺς ῥυθμισθέντας ἀπὸ τοῦ ἐπιστημονικοῦ φόβου, τελειοῖ. Id eſt Timor velut introductorius neceſſariò ad pietatem aſſumi ſolet. Charitas vero demum excipiens eos qui inſtructiuo timore ſunt exercitati, eos perficit.] Plura in Pſalmum xxxiii. vbi & timorem ſeruilem pœnæ (non quidem Gamach. ad qu.19. contra Lutheri art. 10. metum illum ſeruilem qui nec ſcintillam amoris habet, de quo non eſt ſermo) ſed eum tamen qui pœnæ metum maxime reſpicit eamque quàm egregie inferni imaginem ob oculos ponit, eſſe Baſ in Pſ.33. φόβον τὸν σωτήριον καὶ ἁγιασμοῦ ποιητικὸν timorem ſalutarem & ſanctificationis effectorem oſtendit. Naz.or.39. B. Gregorius Theologus τὴν δειλίαν ἐπαινουμένην laudabilem timorem appellat: Or 53. iterum ἀγαθὸν μέγιστον bonum præſtantiſſimum, quo à perpetrato ſcelere impius recedere poteſt, à To.1. quo ſi exciderit, perit. Ita & Nyſſenus orat de ſcopo vitæ Chriſtianæ. Chryſ.ho.1;. B. Chryſoſtomus ad Populum Antiochen τί γεέννης χαλεπώτερον; ἀλλ' οὐδὲν τοῦ ταύτης χρησιμώτερον φόβου. ὁ γὰρ τῆς γεέννης φόβος τὸν τῆς βασιλείας ἡμῖν κομίζει στέφανον. οὐδὲν γὰρ κατεσθίει μὲν ἁμαρτήματα, ἀρετὴν δὲ αὔξεσθαι ποιεῖ καὶ θάλλειν, ὡς διηνεκὴς φόβου φύσις. Id eſt. Quidnam gehennâ grauius: ſed huius timore nihil vtilius eſt. Gehennæ quippe timor gloriæ coronam nobis affert, &c. Nihil enim ad eo peccata conſumit, virtutem vero auget & florere facit, atque aſſidui timoris natura, &c. Plura ibidem, alibique toties. Hæc omnia timoris ſalutaris Elogia Dei gratiam nullâ ex parte lædunt aut imminuunt: efficimur enim θεοφόβοι διὰ τῆς δοθείσης ἡμῖν παρὰ Χριστοῦ χάριτος Dei metuentes per gratiam quæ à Chri- L.9.in Io. ſto nobis donatur, ait S. Cyrillus Alexandrinus.

CAP. IX.

CAPVT IX.

In quo oſtenditur ſolam fidem non ſufficere ad integram iuſtificationem, ex Doctrinâ Patrum Græcorum.

SVMMA CAPITIS.

I.

ERroris de fide ſola iuſtificante incunabula ab Eccleſiæ primâ ætate ex S. Auguſtino eiuſdem inſtauratio. Fidem ab operibus diuelli poſſe. Ex SS. PP.

II.

Fidem ab operibus ſeiunctam non iuſtificare ex ſcript. & Patrum præcipuè Græcorum Doctrinâ contra Lutherum.

III.

Fidei cum operibus quidem cohærentis, ſed tamen ſolius & ſine operibus iuſtificantis per apprehenſionem iuſtitiæ Chriſti, Caluiniana ſententia ex ſcript. & PP. refellitur.

IV.

Obiectiones Lutheri & Caluini ex iiſdem diluuntur.

I.

ECCLESIÆ calenti adhuc in terris Chriſti ſanguine, ex quo germinauit, perfuſæ & madenti, immanis error tanquam ſerpens in cunis inſidiatus eſt, fidem abſque operibus iuſtitiam conferre : contra quem ex Epiſtolis Pauli male intellectis & deprauatis extortum potius quam exortum Canonicas Petri Ioannis Iacobi ac Iudæ Epiſtolas ſcriptas eſſe
teſtatur S. Auguſtinus libro ſingulari de fide & operibus ab eo in Retractationibus agnito ac recognito. Si non Apoſtolicis temporibus errorem iſtum propagauit Irenæo teſte: Valentinus eumdem altero ſæculo inſtaurauit : Ætius & Eunomius quarto in indice qui Auguſtino tribuitur. Sepultum ab inferis reuocauit Lutherus ad articulum primum commentar. & lib. contra concluſiones Ekij : adeo vt impie auſus fuerit in ipſo Bibliorum contextu, verbis Prophetæ & Apoſtoli: iuſtus ex fide viuit, adijcere vocem *ſolâ*, & amico arguenti reſcripſerit *Sic vult Martinus Ludder.* Quantò vero modeſtius Caluinus ? *Sophiſtæ, fidem iuſtificari hominem quia toties in ſcripturâ recurrit, negare non audent, ſed cum nuſquam exprimatur*, SOLA, *hanc adiectionem fieri non ſuſtinent.* Conatur Chamierus diſcrimen aliquid inter Caluini & veterum hæreticorum ſententias: ſed reuera de Caluino bene mereatur quantumlibet, veritatem nihil iuuat: aut ipſi fucum facit, aut potius vulnus infligit. In primis cum ait ſanctum Iacobum in Epiſtolâ Catholicâ, non agere de fide verâ, ſed tantum *de Hypocriticâ fidei iactantiâ* : At contra,

S. Aug. lib. de fide & operib. c. 14. to. 4.
S. Iren li.1. in hær. c. 20. Epiph. in hær. 32.
Aug. lib. de hæreſ. c. 14.
Vide Gamachæum ad qu. 4. & 5. de fide c 21.
Rom. c. 2.
Caluin. 3. inſtit. c. 2. §. 19.
Chamier. lib. 22. de ſola fide inſtit. c. 7.

S. Aug. l. de fide & operib. B. Auguſtinus teſtatur B. Iacobum agere de fide de quâ Paulus egit in Epiſtolâ ad Romanos ex quâ ſumpta fuit erroris occaſio, detracta tamen ei dilectione per quam operatur, ita vt eſſet ſimilis fidei de quâ loquitur Apoſtolus ad Cor. ep 1. *Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non haveam nihil ſum.* Quemadmodum ergo illa etiam miraculorum fides πιστικὴ vt vocat B. Cyrillus, de quâ loquitur hic Apoſtolus, charitate licet orbata, eſt adhuc vera fides & ſpecies diuinæ gratiæ gratis datæ, ſic & fides δογματικὴ intellectualis, adhuc vera fides eſt, licet ab eadem dilectione auulſa & ſeparata, modò per aliud quodcumque peccatum, quàm infidelitatis, directe ſcilicet fidei oppoſitæ. Nec argutatio Caluini hilum valet, quod Iacobus non dixerit *ſi quis fidem habeat*, ſed *quid prodent ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat*: Idem enim ſignificat quum abſolute ſubiungat, *nunquid poterit fides ſaluare eum*? Item quod fidei dæmonum comparetur. id non officit: comparatur enim ratione inutilitatis: deinde & ratione obiecti comparatur & à B. Auguſtino fides dæmonum cum fide B. Petri. Eumdem tamen ſpecie habitum eſſe non ſequitur. Licet & ſequi videatur in ſententiâ B. Auguſtini veram fidem dæmonibus non abiudicantis. Verum hæc miſſa faciamus: ſic enim perſpicuum ac exploratum eſt fidem à Charitate & reliquis virtutibus diſcretam eſſe, vt S. Auguſtinus toto libro de fide & operibus nihil magis doceat: in quo præſcribit Catechumenos quantûlibet rerum diuinarum fidem conceperint, prauis tamen moribus ac vitiis adhuc immerſos non eſſe baptizandos. Plura inferiùs.

(Margin: 1. Cor. 13. — Cyrill. Hieroſ. Catech. 5. & Damaſc. 4. de fide c. 2. — Iacob. ep. c. 2. v. 14. — S. Auguſt. l. de vn. baptiſ. c. 10. In Enchirid. c. 8. S. Tho. 2. 2. qu. 18. a. 3. ad 2.)

II.

Fidem ſolam ab PP. operibus ſecluſam non iuſtificare ex PP. contra Lutherum l. de captiu. Babyl. & alibi paſſim. Prolixam aduerſus Lutheri dogma diſputationem moliri non eſt animus; quorſum enim aduerſus eum integram Ss. Patrum præſertim Græcorum aciem inſtitui, qui ne Apoſtolorum quidem hac in re cótumeliæ pepercit, & B. Iacobi Epiſtolam *ſtramineam* appellauit? Ne tamen ſuſceptæ prouinciæ omnino deeſſe videar, perpauca ex illis adducere non detrecto. B. Cyrillus Hieroſolymitanus: Ἀβραὰμ αὐτάρκης τύπος, ἐπειδὴ κἀκείνου γεγόναμεν υἱοὶ διὰ πίστεως, οὐκ ἐξ ἔργων μόνον ἐδικαιώθη, ἀλλ' ἐκ πίστεως, Abraham ſufficiens typus, quandoquidem ipſius filij facti ſumus per fidem, non ex operibus ſolum, ſed etiam ex fide iuſtificatus eſt] Iterum ἤδη τοίνυν ἄρξαι τοῦ ἐργάζεσθαι ταῦτα καὶ ἐπίμενε τῇ πίστει. μὴ κατὰ τὰς μωρὰς παρθένους μέλλων ἀγοράζειν τὸ ἔλαιον, ἀποκλεισθῇς. μὴ θαρσήσῃς ὅτι μόνον κατέχεις τὴν λαμπάδα ἀλλὰ διατήρησον αὐτὴν καιομένην. λαμψάτω σου τὸ φῶς τῶν καλῶν ἔργων ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. Id eſt. Incipe hæc operari (ſcilicet opera miſericordiæ de quibus Matth. 23. 35.) & perſeuera in fide: ne vt ſtultæ virgines, oleum emens excludaris. Ne in hoc confidas quod ſolam lampadem habeas, ſed ardentem eam conſerua, luceat lux bonorum operum tuorum coram hominibus &c.]

(Margin: Catech. 5. — Catech. 15.)

Naz or. 28 vide & or. de baptiſ. B. Gregorius Theologus: ὡς γὰρ οὐκ ἔστι χωρὶς πίστεως πρᾶξις ἔγκριτος, ἐπειδὴ καὶ δόξης ἕνεκεν οἱ πολλοὶ τὸ καλὸν ἐπιτηδεύουσι καὶ φύσεως οὕτως ἔχοντες. οὕτω καὶ πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά. δείξατε οὖν ἐκ τῶν ἔργων τὴν πίστιν. Id eſt. Sicut

actio abſq; fide non eſt admittēda, quādoquidem multi gloriæ cauſſa, vel quod ita à naturâ ſe habeant, bonis actionibus ſtudent: ſic etiam fides abſque operibus mortua eſt. Oſtendite ergo ex operibus fidem, &c. Gregorius Nyſſenus rationem reddens cur Apoſtolus in panopliâ τῇ πίστει τὴν δικαιοσύνην συμπλέξας καὶ συνυφάνας. fidei iuſtitiam, connexuerit & contexuerit, οὔτε γὰρ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων τῆς δικαιοσύνης ἰσχύει περισώσασθαι. οὐδ' αὖ πάλιν ἡ τοῦ βίου δικαιοσύνη ἀσφαλής ἐστιν εἰς σωτηρίαν καθ' ἑαυτὴν διεζευγμένης τῆς πίστεως. Id eſt. Neque enim fides abſque iuſtitiæ operibus ſufficit ad ſalutem: neque rurſus vitæ iuſtitia per ſe ſatis tuta eſt ad ſalutem, à fide ſeiuncta.] B. Chryſoſtomus in Ioannem ad ea verba *Qui credit in filium habet vitam æternam*: ἆρα οὖν ἀρκεῖ τὸ πιστεῦσαι εἰς τὸν υἱὸν πρὸς τὸ ζωὴν ἔχειν αἰώνιον; οὐδαμῶς. καὶ τί λέγω περὶ μέρους δόγματος; κἂν γὰρ εἰς τὸν πατέρα τις καὶ τὸν υἱὸν ὀρθῶς πιστεύσῃ καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, βίον δὲ μὴ ἔχῃ ὀρθόν, οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἀπὸ τῆς πίστεως ἔσται. οὐκ οὖν καὶ ὅταν λέγῃ· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, μὴ νομίσωμεν ἀρκεῖν ἡμῖν εἰς σωτηρίαν τὸ λεγόμενον. δεῖ γὰρ ἡμῖν καὶ βίου καὶ πολιτείας ἀκριβεστάτης. Id eſt. Num igitur ſufficit ad vitam æternam adipiſcendam, credere in filium? Nullo modo. Et quid de parte doctrinæ loquor? Etiamſi quis in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum RECTE credat, vitam rectam non habens, nullam ex eo maiorem vtilitatem ex fide capit. Cum ergo dicit. *Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum Deum verum*, ne putemus hoc ad ſalutem ſufficere: neceſſaria ſiquidem nobis eſt vitæ & conuerſationis exactæ rectitudo.] Baſilius Seleucienſis orat. de reſurrect. Lazari idem habet penè totidem verbis. B. Cyrillus ad verba Chriſti, *Ego ſum vitis & vos palmites & ſequ.* ἰστέον ὅτι συνενούμενοι μὲν διὰ πίστεως τῷ Χριστῷ καὶ ἐν ψιλαῖς καὶ μόναις ὁμολογίαις τὸ τῆς κολλήσεως εἶδος ἐπιτηδεύοντες, οὐ μὴν καὶ τοῖς ἐξ ἀγάπης ἀνδραγαθήμασι τὸν τῆς συναφείας δεσμὸν ἐπισφίγγοντες, κλήματα μὲν ἐσόμεθα, νεκρὰ δὲ ὅμως καὶ ἄκαρπα. δίχα γὰρ ἔργων ἡ πίστις νεκρά ἐστι κατὰ τὴν τοῦ ἁγίου φωνήν. Id eſt. Sciendum quod licet Chriſto vniti ſimus per fidem & in nuda ac ſolâ confeſſione coniunctionis vinculum conſtringamus, neque vero præclaris Charitatis actionibus id præſtemus, palmites quidem nos fore, ſed mortuos tamen ac infructuoſos. Nam fides ſine operibus mortua eſt, vt dicit ſanctus ille. Plura ibid. cumulatè.

Iac. 2.
Nyſſ. Eccleſ. ho. 8. Epheſ. 6. Et in orat. Catechet. & de ſcopo vitæ Chriſt.
Chryſ. ho. 30. in Io.
Iac. 2.

III.

Caluinus licet reapſe idem cum Luthero ſentiat, vt qui bonis operibus infinitis ne vnciam quidem ponderis & valoris tribuat: ab eo tamen diſcedere ſimulat veritate conuictus, dicens ſe ſemper de fide quæ per dilectionem operatur, fide viuâ, fide charitate animatâ ſentire ac loqui, quæ ad iuſtificationem in ſolidum ſufficiat: quæ licet virtutes & opera admittat, *ideoque non ſit ſola: ſola tamen iuſtificat, quia ſola Iuſtitiam Chriſti apprehendit.* Quod & aliis verbis parum iuſtificationis ſuæ principio honorificis, ridiculè circumloquitur libro 3. inſtitutionum, contra Oſiandrum differens. *Non eſt diuerſa ratio quin fides*

Fidei cum operibus, abſque operibus tamen iuſtificantis ſententia Caluiniana refellitur ex SS. PP. Gal. 5.
In antidoto Concilij Trident.
Caluin. Inſtit. l. 3. c. 2. §. 7.

etiamſi nullius per ſe dignitatis ſit vel pretij, nos iuſtificet, Chriſtum afferendo ſicut olla pecunijs referta hominem locupletat. Certe *mors in olla.* Poſtea enim addit Caluinus *fidem eſſe rem merè paſſiuam ad iuſtificationem.* Paulo poſt tamen dicit eſſe cauſſam iuſtificationis *formalem, vel inſtrumentalem.* Quomodo vero hoc? apprehendendo mortem Chriſti & iuſtitiam ipſius propriam nobis imputatam: promiſſionem Patris ipſius reconciliati, nobis applicando ac certò ſtatuendo peccata nobis intuitu Chriſti remiſſa eſſe.

Cap.12. §5. 4.Reg.4.

Cap.14. §.17. toto lib.3. & aliis paſſim locis.

Hæc omnia falſa ac fallacia in negotio ſalutis eſſe, illudque totum planè ludificari & in fabulam commentumque vaniſſimum conuertere, ratio hæc vna ſcripturæ Patrumque auctoritate fulcienda conuincet. Vniuerſa illa *apprehenſionis iuſtitiæ Chriſti & promiſſionis Dei* ratio aut ad fidei cognitionem refertur, aut ad fiduciam ex eâ emergentem: ſed neutra iuſtificat formaliter, ergo inanis. De cognitione primùm agamus. Cognitio, aut eſt nuda rei notitia ad primam intellectus operationem pertinens, quæ propriè à Philoſophis apprehenſio dicitur, & talis quidem Chriſti cognitio iuſtificare non poteſt, quum & infidelibus ſit communis: aut eſt cognitio cum iudicio & aſſenſu, iuſtitiæ Chriſti iam nobis à Deo imputatæ ac proinde iuſtificationis iam factæ antequam fiat, quod repugnat. De fiduciâ vero non minus abſurdum oritur: Aut enim quis apprehendit & confidit ſe iuſtificari per iuſtitiam Chriſti: ex eo quod iam eſt, aut ex eo quod non eſt: ſi iam eſt, non iuſtificatur per hanc fiduciam: ſi non eſt, falsò, temerè ac inaniter ſe iuſtificatum apprehendit, & confidit Igitur tota illa fidei iuſtificantis apprehenſio ac fiducia euaneſcit. Hæc ratiocinatio iam ſcripturæ teſtimoniis munienda eſt. Ioannis capite XII. de Phariſæis. *Propterea non poterant credere quia iterum dixit Eſaias: excæcauit oculos eorum & indurauit cor eorum &c. Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt è Synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam Dei.* Ex hoc loco manifeſte elucet fidem eſſe poſſe abſque Charitate & gratiâ, & proinde abſque iuſtificatione. Principes enim illi verâ fide credebant in Ieſum, quia ſcriptura opponit eorum fidei, infidelitatem Phariſæorum: fides autem cui infidelitas opponitur, vera eſt fides. Illi tamen Principes charitatem non habebant nec gratiam, cui charitas adiungitur; propriæ ſiquidem gloriæ apud homines pariendæ, aut ſeruandæ ac amplificandæ cupiditate, Dei gloriam poſteriorem ducebant. B. Auguſtinus vocat *ingreſſum fidei in quo proficere potuerunt.* Agnoſcit quoque veram in iis fidem B. Cyrillus lib. VIII. in Ioannem, licet dicat ſimul: πιστεύειν καὶ μὴ πιστεύειν credere & non credere, quia ſcilicet credebant corde, ore confitebantur. θεὸς γὰρ οὐ λεληθότως τιμᾶσθαι βούλεται παρὰ τῶν θαυμάζειν αὐτὸν ἑλομένων, ἀλλὰ φανερῶς. χρῆναι γὰρ ὑπελάμβανε τὴν πίστιν ἀποτίθεσθαι τῇ καρδίᾳ, ποιεῖσθαι γε μὴν ἐν παρρησίᾳ πολλῇ τὴν ἐπ' αὐτῷ σοφωτάτην ὁμολογίαν. Id eſt. Non enim clanculum honorari cupit ab his qui eum admirari ſtatuerunt, ſed apertè: atque adeo exiſtimat fidem in cordis abdito merito quidem reponi, cæterum magnâ libertate eius pruden-

Io.12.40.

Aug.tr.53.in Io.

Cyrill.8.in Io.

tiſſimam confeſſionem promendam eſſe.] Quod autem ad apprehenſionem illam fidei, nunc ſufficit id Auguſtini de ſpir. & lit. cap. 12. *Non iuſtificat ipſa cognitio.* Plura hac de re dicturi ſumus Capite xi. vbi de certitudine iuſtificationis. Nunc obiectionibus occurrendum.

IV.

Hæreticorum obiectiones circa hanc controuerſiam diluendæ. Prima complectitur eos ſcripturæ locos qui ſignificant hominem iuſtificari fide ſine operibus. *Iuſtificatur*, inquit, *homo fide, ſine operibus ergo iuſtificatur ſola fide.* Antecedens probatur. Ad Rom. 3. λογιζόμεθα vertente Beza. *Colligimus igitur fide iuſtificari hominem abſque operibus legis.* Quod ſequitur Iuſtinianus in Paraphraſi, ad Epheſ. 2. *Gratiâ eſtis ſeruati per fidem: idque non ex vobis,* D*ei donum eſt, non ex operibus.* Ad Phil. 3. *Vt inueniar in illo non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed eam quæ eſt ex fide.* Ad Gal. 2. *Scientes non iuſtificari hominem ex operibus legis, ſed per fidem Ieſu Chriſti,* &c. *Propterea quod non iuſtificabitur ex operibus legis vlla caro.* Ad Titum 3. *non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos.* Argumentorum hæret. prima claſſis.

Reſpondemus ante omnia, duo S. Iacobi effata veluti principia tenenda eſſe: Primum ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις *fides cooperatur operibus:* aliud ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον. *Ex operibus iuſtificatur homo & non ex fide tantum.* Vnde ſequitur primò, fidem ſolam non iuſtificare: ſecundò opera iuſtificare vna cum fide. Supereſt igitur vt conferamus Apoſtoli Pauli dicta, cum dictis Iacobi, vt fecit S. Auguſtinus libro de fide & operibus. Quantùm quidem ad Primum Paulus non pugnat cum Iacobo dicente ex *fide tantùm* ſeu fide ſolâ *hominem non* iuſtificari: quia Paulus nunquam dixit, *fide tantùm* vel *fide ſola* hominem iuſtificari. Quantùm ad ſecundum vero, cum Paulus dixit *ſine operibus* Iacobus verò *cum operibus, cooperantem fidem iuſtificare*: Videndum quomodo intelligi & conciliari ſimul debeant. Perpetua fuit itaque Orthodoxorum ſententia S. Iacobum loqui de bonis operibus in ſtatu fidei factis, ſiue per fidem ipſam, ſiue cum fide factis ex motu inſpiratione & auxilio diuinæ gratiæ per Chriſtum, quæ dubio procul cum ipſa fide iuſtificationis opus, ſiue primæ quâ Gratiâ ſanctificans infunditur, ſine ſecundæ quâ gratiâ augetur, conficiunt. Sanctus igitur Paulus talia opera nunquam à iuſtificatione excluſit, imo ea ſemper exigit, vt capite ſequenti docebitur. Quædam igitur oppoſita fidei. Quænam illa? Primò ea quæ ex ſolis naturæ rationiſque humanæ viribus, qualia Gentilium: quæ quidem prima excludit Epiſtolâ ad Romanos. Secundò ea, cæremonialia præſertim, quæ à lege, ſiue in lege, ex vi ſolius legis: ante fidem & ſine fide: ante gratiam & ſine gratiâ homines ſub lege poſiti effecerunt: non vero ea quæ in lege atque ex præcepto legis, cum in vſu fuit, adiuncta fide & gratiâ præſtiterunt, multo minus ea, quæ lege abrogatâ iam non ſunt opera legis, ſed opera fidei & gratiæ. Tertio vero, meo quidem iudicio, excludit omnia omnino opera à iuſtificatione, id eſt à principio Iac. ep. c. 2. v. 21. V. 24. Nota.

& à primâ origine iuſtificationis, quæ à Deo ſolo pendet per Gratiæ ad fidē excitantis infuſionem & inſpirationem, nullis præcedentibus hominum operibus & meritis immiſſam, nomine ſiquidem fidei gratiam ipſam, & fidem illuminantem & mouentem aliquando etiam intelligit: & hæc poſterior ſolutio adhiberi debet loco Apoſtoli ad Epheſios, *Gratia ſalui facti eſtis per fidem: idque non ex vobis. Dei donum eſt, non ex operibus.* Audiendi Patres. S. Auguſtinus, hæc vniuerſa libro de ſpiritu & literâ vel vno capite complectitur. *Quid igitur intereſt breuiter dicam, Quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat, &c. Ac per hoc lege operum dicit Deus, fac quod iubeo: lege fidei dicitur Deo, da quod iubes. Ideo enim iubet lex vt admoneat quid faciat fides: id eſt, vt cui iubetur, ſi nondum poteſt, ſciat quid petat: ſi autem continuò poteſt & obedienter facit, debet etiam ſcire quo donante poſſit.* Certe licet credere ſit etiam opus aliquod, attamen & hic alia opera præterquam credendi continentur, *vt petere, obedienter facere*, quæ quidem ex Gratia Dei præueniente, tanquam diſpoſitiones ad iuſtificationem vna cum actu, credendi à B. Auguſtino agnoſcuntur, & reliquo etiam libro ſæpe ſæpius commendantur. Idem legendus lib 3. ad Bonifacium, vbi ad locum ex Phil. 3. adductum, diſtinguit iuſtitiam quæ ex lege eſt, à iuſtitiâ legis. *Miro quodam modo, ſed tamen vero, iuſtitiam legis non implet iuſtitia quæ in lege eſt, vel ex lege, ſed quæ in ſpiritu gratiæ. Iuſtitia quippe legis impletur in eis, ſicut ſcriptum eſt Ro. 8. quia non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritum. Secundum iuſtitiam vero quæ in lege eſt, ſe fuiſſe ſine querelâ in carne non in ſpiritu dicit Apoſtolus, & iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſuam dicit fuiſſe non Dei. Intelligendum eſt igitur iuſtitiam legis non impleri ſecundum iuſtitiam quæ in lege eſt vel ex lege, id eſt ſecundum iuſtitiam hominis, ſed ſecundum iuſtitiam quæ eſt in ſpiritu gratiæ. Ergo ſecundum iuſtitiam Dei, hoc eſt quæ homini ex Deo eſt. Quod planius & breuius dici poteſt, iuſtitiam legis Dei non impleri cum lex iubet, & homo quaſi ſuis viribus facit, ſed cum ſpiritus adiuuat, & hominis non libera, ſed Dei gratiâ liberata voluntas facit. Secundum hanc autem iuſtitiam Dei, quæ non propterea iuſtitia Dei, quoniam iuſtus eſt, ſed quia homini ex Deo eſt, nunc fides operatur per dilectionem,* &c. Tandem in libro de fide & operibus vtrumque Apoſtolum concilians, *Apertiſſimè ſcriptura teſtatur nihil prodeſſe fidem, niſi eam quam definiuit Apoſtolus, id eſt quæ per dilectionem operatur (ἐνεργουμένη paſſiuè) ſine operibus autem ſaluare non poſſe, &c.* vide rel.

Aug. de ſpir. & lit. c. 12.

Cap. 7. & 8.

Phil. 3. 9.

Gal. 5.

Auguſt. de fid. & oper. c. 15.
Gal. 5.
Iac. 2.

S. Chryſoſtomus locum Apoſtoli ad Philippenſes exponens Auguſtino præluxit: καλῶς εἶπε μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην. οὐχ ἣν διὰ πόνων καὶ ἱδρώτων ἐκτησάμην, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ τῆς χάριτος φησίν· ποία δέ ἐστιν αὕτη; ἡ ἀπὸ πίστεως τοῦ θεοῦ. τουτέστι καὶ αὕτη παρὰ θεοῦ δίδοται. θεοῦ ἐστιν αὕτη ἡ δικαιοσύνη. δῶρόν ἐστιν αὕτη ὁλόκληρον. ὁρᾷς ὅτι οὐχ ἁπλῶς δεῖ τῆς πίστεως, ἀλλὰ δι' ἔργων. Id eſt. Rectè dixit non habens meam iuſtitiam, non eam quam laboribus & ſudoribus comparauerim, ſed eam quæ à gratia eſt, inquit. Qualis autem iſta eſt? ea quæ eſt ex fide Dei Id eſt, quæ à Deo data eſt. Dei enim eſt iſta iuſtitia Donum eſt in ſolidum, &c. Vides quod non nuda ſit fides, ſed per opera, &c.

Chryſ. hom. 2. in Phil.

Obiectionum altera locos illos accumulat, in quibus fides ſolius

in iuſtificarione fit aperta mentio. Matth 9. *ſecundum fidem veſtram fiat vobis* 15. & Mar. 10. & Luc 7. *Fides tua te ſaluum fecit.* Ioan. 1. *poteſtatem dedit eis filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius.* Ioan. 20. *hæc autem ſcripta ſunt vt credatis & credentes vitam habeatis.* Actor 15. *fide purificans corda eorum.* Rom. 5. *Iuſtus ex fide viuet.* Et 5. *Iuſtificati igitur ex fide.* Et 10. *Corde creditur ad iuſtitiam.* Plures alij conſimiles.

Vide Ignatium ep ad phel. de hoc loco.

Reſpondemus communes Theologorum ſolutiones aptiſſimas eſſe, iuſtitiam ſeu iuſtificationem tribui fidei nominatim (non tamen vnquam cum adiectiuo *ſola*, quemadmodum cum eodem ſeclu ſis operibus ipſi denegatur iuſtificatio Iacob 2.) primo quia fides eſt Fundamentum & radix diſpoſitionum primarum ad iuſtitiam vt pluribus oſtendit S. Auguſtinus. Secundo, quia loci complures de fide viuâ intelligendi ſunt quæ charitatis per quam informatur & animatur, actus & opera comprehendit. Eſt enim fides quæ per dilectionem operatur, vt ex Apoſtolo pluribus oſtendit S. Auguſtinus libro de fide & operibus alibique toties. Poſtremo quia iis quæ connexæ ſunt cauſſæ eiuſdem effectus, ſolemne eſt ſingulis effectus ipſos tribui, non ſecus ac omnibus: vnde vt in iſtis locis fidei, ſic in aliis iuſtificatio & ſalus tribuitur ſpei: Rom 8. ſpe ſalui facti ſumus, in aliis charitati Luc. 7. *Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum.* Bene quidem hæc. Sed & hoc adijcere minime pertimeſcam, fidei totam iuſtificationem perſæpe tribui in ſcripturis, quatenus in earum pleriſque locis *fides* ſumitur pro *fideli Chriſtianæ & Euangelicæ vitæ* profeſſione & toto ipſius apparatu tam quoad doctrinam quam quoad diſciplinam. *Lex fidei* Rom. 3. 17. Qua ratione fides idem eſt ac iuſtitia vniuerſalis Chriſtiani, virtutumque omnium habitus & actûs continet ad hanc neceſſarios, ac proinde fidem ſpecialem, ſpem, Charitatem, reliquas virtutes. Quis enim in Euangelij decreto dixerit ſolam abſque operibus fidem à fideli exigi his verbis? *Qui crediderit & baptizatus fuerit, hic ſaluus erit: Qui verò non crediderit, condemnabitur.* Profectò tota Chriſtianæ legis norma ac ſumma, vno credendi verbo præcipitur. Sic etiam fidei nomen vniuerſa hæc includit ad Rom v. *Iuſtificati ex fide.* Sic ad Gal. v. *Nos enim ſpiritu, ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus. Nam in Chriſto Jeſu, neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides quæ per Charitatem operatur.* Hanc animaduerſionem confirmat homilia ſeptima integra S. Chryſoſtomi in Epiſtolam ad Romanos & multo magis hom. xxiii. & ſequ. in Epiſtolam ad Hebræos ex toto capite xi. vbi omnia bonorum operum genera fidei tribuuntur.

Gamach tr. de fide c. 11. ad qu. 4. & 5.

S. Aug. ep 105. de præd. SS c. 7. & in Ps 31. Fides primo datur ea qua cætera impetrantur.

Mar vlt 16.

Obijciunt prætereà, fidem nunquam reperiri ſine Charitate: vnde cum S. Iacobus ait, fidem ſine operibus eſſe mortuam, idem ac ſi dicat non eſſe, quia mortuus homo non eſt homo. Reſpondemus S. Iacobum rem bene explicare, non exemplo hominis, ſed exemplo corporis. *Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt.* Corpus autem mortuum verum eſt corpus licet non viuum. Clemens Alexandrinus fidem etiam ſine Charitate docet adhuc eſſe *θεῖόν τι aliquid diuinum.* Adhuc enim ipſa fides cum Gratiæ auxilio, ad charitatem

Fides mortua, fides eſt.

Iac. 2.

Iac. 2. 20. & 26.

Clem. Alex. l. 2. Strom.

& ad ſtatum gratiæ ſanctificantis poteſt diſponere. S. Auguſtinus lib. de ſpiritu & literâ *per legem cognitio peccati: per fidem impetratio gratiæ: per gratiam ſanitas animæ.*

Seſſ.6.can.28. Definiit Synodus Tridentina, *ſi quis dixerit amiſſâ per peccatum gratiâ ſimul & fidem ſemper amitti, aut fidem quæ remanet, non eſſe veram fidem; licet non ſit viua: aut eum qui fidem ſine charitate habet, non eſſe Chriſtianum, anathema ſit.* Nota. Ad cuius canonis lectionem obſeruabit lector tantillum reſipuiſſe Caluinum, & veritatis huius luce perſtrictum, coactum fuiſſe admittere, quod totis antea libris negauerat: ſic enim in Antidoto ad illum locum: Calu. Antid. ad can.28. *ſemen aliquod fidei manere in homine, licet ſuffocatum, etiam inter grauiſſimos lapſus, non nego. Id quantulumcumque eſt, particulam fateor eſſe veræ fidei: addo etiam viuæ: quando aliter ex eâ non poſſet oriri fructus. Verum quoniam non apparet ad tempus, nec ſe vſitatis ſignis exerit perinde habetur atque emortua quoad ſenſum noſtrum.*

Obiect. ex PP. Ex Patribus etiam nonnulla hæretici obijciunt, quæ ex antea dictis ad ſcripturæ locos facile poſſunt. Vnum aut alterum ex Græcorum locis difficilioribus expédemus. Origen. in c. 3. ep. ad Ro. ita & Chryſ. ho. de fide & leg. nat. Origenes. *Dicit Apoſtolus ſufficere ſolius fidei iuſtificationem, ita vt quis credens tantummodo iuſtificetur, etiamſi nihil ab eo fuerit operis expletum.* Bene iam reſpondit Bellarminus hunc locum excludere ſolum opera quædam externa, non vero omnia, præſertim interna, ab exemplis quæ adducit peccatricis & latronis qui abſque ieiunio & Eleemoſyna iuſtificati ſunt. Vnde in caput IV. Epiſtolæ eiuſdem, *prima ſalutis initia & fundamenta fides, profectus & augmenta ædificiis; ſpes, perfectio autem & culmen totius operis, Charitas.* Hanc ſolutionem confirmare poſſumus ex B. Ignatio Epiſt. ad Epheſios: ἀρχὴ ζωῆς πίστις τέλος ἀγάπη. Naz. orat. 26. Vitæ initium fides: finis Charitas. Gregorius Theologus eamdem diſtinctionem operis interni & externi affert: δικαιοσύνη μὲν γὰρ καὶ τὸ πιστεῦσαι μόνον, σωτηρία δὲ παντελὴς τὸ καὶ ὁμολογῆσαι. Iuſtitia quippe eſt vel ſolum credere: ſolus vero perfecta & confiteri.

Baſil. ho. 22. Alter eſt S. Baſilij locus oratione de humilitate: αὕτη ἡ τελεία καὶ ὁλόκληρος καύχησις ἐν Θεῷ, ὅτε μήτε ἐπὶ δικαιοσύνῃ τις ἐπαίρεται τῇ ἑαυτοῦ· ἀλλ' ἔγνω μὲν ἐνδεῆ ὄντα ἑαυτὸν δικαιοσύνης ἀληθοῦς, πίστει δὲ μόνῃ τῇ εἰς Χριστὸν δεδικαιωμένον. Id eſt. Ea demum perfecta & omnimoda gloriatio eſt, quando neque propter ſuam ipſius quis iuſtitiam extollitur, ſed agnoſcit ſe quiedm verâ deſtitui iuſtitiâ, verum ſolâ in Chriſtum fide iuſtificatum eſſe.] Reſpondemus hunc locum excludere opera quaſi ex propriis viribus facta, vnde propriæ iuſtitiæ opera dicuntur, vt ſupra ex Apoſtolo Epiſt. ad Phil. 3. & ex S. Auguſtino dicebamus: Aug. 3. de Bonif. c. 7. & 8. non vero opera ex Dei gratiâ, ſicut ex eius præcepto ad iuſtificationem neceſſaria: de quibus ſtatim S. Baſilius loquitur, Baſil. ibid. vt de mortificatione propriæ voluntatis per pœnitentiam, futuræ vitæ amore; Virtutis laboribus, in 1. Cor. 15. quibus ait cum Apoſtolo, *Abundantius laboraui: non autem ego, ſed gratia Dei mecum.* Alia ex S. Baſilio, inferiùs.

Triplex hæreticorum nulla fides. Dicendum erat aduerſus hæreticorum diuiſionem, quâ fidem diſtinguunt in fidem hiſtoricam, fidem miraculorum, & fidem promiſſionum. Fidem hiſtoricam appellant eam quâ credimus ea quæ in

ſcripturis

ſcripturis à Deo reuelata ſunt vera eſſe. Fidem miraculorum quâ fieri à Deo poſſe miracula credimus atque confitemur, & quum neceſſe eſt, optamus atque confidimus. Fidem vero promiſſionum quâ ipſi credunt, eatenus, veras eſſe promiſſiones Dei de gratuita peccatorum remiſſione per mortem Chriſti, quatenus eam fide apprehendunt ſibique applicando, iuſtitiam ipſius imputatam conſequuntur. Duo enim prima fidei genera negant ad iuſtificationem quidquam prodeſſe: ſolùm hoc tertium fidei genus iuſtificare cenſent.

Sentiunt ex aduerſo Catholici Hiſtoricam quam illi vocant fidem, ſolam veram eſſe fidẽ Theologicam, & ad iuſtificationem diſponere. Etenim quid eſt credere? eſt, inquit, S. Auguſtinus, res diuinas *cum aſſenſione cogitare*: hoc eſt eas cogitando, veras fateri, earum veritati aſſentiri ex obiecto formali & motiuo primæ veritatis reuelantis. Res diuinas hiſtoriæ ſacræ monumentis conſignatas, audiendo, cogitando cum veras eſſe credamus & confiteamur, actum infuſæ fidei diuinæ dubio procul elicimus, & eo actu ſaltem diſpoſitiue iuſtificamur, vt Scholæ loquuntur, id eſt, ad iuſtificationem diſponimur. Oſtenditur ex ſcripturis ipſis: fidei hiſtoricæ veritas creditur cum hiſtoriæ Euangelij fides adhibetur, eiuſque facta, dicta, vt vera ſincerè agnoſcuntur. Talis fides commendatur ad iuſtificationem & ad ſalutem ore ipſius Chriſti: *Omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? ait illi vtique Domine, Ego credidi quia tu es Chriſtus filius Dei viui qui in hunc mundum veniſti.* Iterum Chriſtus ad Patrem. *Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum verum Deum & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.* Paulus epiſt. ad Romanos cap. IX. *Si in corde tuo credideris, quod Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris.* Et 1. Cor. XV. Plura alia hiſtorica fidei veræ & iuſtificantis obiecta coaceruat *Notum facio nobis Euangelium quod prædicaui vobis quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini &c. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, & quia ſepultus eſt & quia reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas: & quia viſus eſt Cephæ*, &c. Certè hæc omnia hiſtorica ſunt, & fidei Symbolum componunt, Euangelium idcirco eorum creditum *ſaluat.* Igitùr non ſola promiſſionum fides, quæ bene intellecta non eſt diuerſa à fide quam hiſtoricam vocant, non diuinam.

S. Aug. lib. de prædeſt. ſſ. c. 7.

Ioan. 6. 2. 24.

10. 17. 3.

Deinde vero fides, quam miraculorum vocant, eo quod per eam credimus omnia à Deo etiam miracula fieri poſſe, eadem eſt fides quâ diuinã Euangelij hiſtoriam credimus: & illa fides ſaluam facit hæmorrhoiſſam: *Confide; filia fides tua te ſaluam fecit.* Matth 9. Cæcum Luc 18. *Reſpice, fides tua te ſaluum fecit.* Quanquam & hæc ad ſanitatem corporis reſpiciunt primo ac per ſe, ſed ab hæreticis pro iuſtificatione adducuntur, quam & probabile eſt vna cum ſanitate corporis à Chriſto ſæpe nec enim Malcho fuit, reſtitutam. Centurionis talis eſt fides miraculorum (vt hæretici explicant fidem, nos enim [illegible] cum Paulo & S. Cyril. Catech. v ſupra expoſuimus.) Vt quid ergo teſtimonia illa pro fide ſolâ iuſtificante obtrudunt, in quibus de fide miraculorum agitur, quæ apud eos non iuſtificat? Melius eſt profecto nos

Mar. 8.

Matth. 8.
1. Cor. 2. & 15.

Eph. 4. 5. non triplicem, ſed vnam fidem cum Apoſtolo profiteri, Epheſ. iv. *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.*

CAPVT X.

De motu liberi arbitrij à gratiâ excitati, et de actibus Pœnitentiæ ad iuſtificationem diſponentibus.

SVMMA CAPITIS.

I.

Motum liberi arbitrij in peccatum, ad iuſtificationem adultorum exigit Theologorum Doctrina. S. Thomæ ratio 1. 2. qu. 113. ar. 5. cum Gregor. Nyſſen.

II.

SS. *Patrum Græcorum eadem eſt ſententia, & B. Auguſtini.*

III.

Motus ille liberi arbitrij in peccatum eſt actus Pœnitentiæ. Ex ijſdem PP.

IV.

Actus Pœnitentiæ perfectus Contritio eſt, quæ ad iuſtificationem proximè diſponit contra Lutheri articulum ſextum.

V.

Imperfectus Pœnitentiæ Actus vulgo Attritio deſcribitur ex Concilio Tridentino: ſufficit cum Sacramento ad iuſtificationem. Doctrina Sorbonæ.

I.

ORDIRI non maxima ſine cauſſâ lubet, ab eo quod ſibi contigiſſe narrat S. Chryſoſtomus, obuium ſibi fuiſſe non ſemel qui diceret, *Peccator ego ſum, in Eccleſiam non ibo*: Quam aptè vero, quam neruosè frigidam hanc & pernicioſam excuſationem conuellat, hinc diſce. αὐτὸ γὰρ αὐτὸ ὅτι ἁμαρτωλὸς εἶ, ἀπάντησον. ἔχεις ἐκκλησίαν, θυσίαν ἐπιφερομένην, εὐχὰς πατέρων, πνεύματος ἁγίου χορηγίας, μαρτύρων μνήμας, συναθροισμὸν ἁγίων, καὶ πολλὰ τοιαῦτα δυνάμενά σε ἀπὸ ἁμαρτίας ἀνακαλέσασθαι εἰς δικαιοσύνην. Id eſt. Maximè enim ob hãc iſtam cauſſam quia peccator es, diei feſto debes occurrere. Habes Eccleſiam & ſacrificium quod offertur, habes Patrum orationes, habes Spiritus ſancti vniuerſa dona, Martyrum memorias, congregationem ſanctorum multaque alia huiuſmodi quæ à peccatis ad iuſtitiam reuocare te poſſunt] Plura ibidem re lector inuitant. Nullum igitur tempus, peccato erit im affixum peccatorem à ſpe conuerſionis, quam tot remedia in Eccleſia à Deo repoſita pollicentur, extorrem facit. Verum mutatio mutatione mutanda eſt, vt veterum alius Patrum dixit, quem receptæ Theologorum doctrinæ ſtatim fideiuſſorem dabimus.

Chryſoſt. ho. 69. Edit. Par. in SS. Petrum & Eliam.

Itaque S. Thomas, ſic ea de re diſſerit. *Sicut corpus motum recedit à termino à quo, & accedit ad terminum ad quem: oportet quod mens humana dum iuſtificatur, per motum liberi arbitrij recedat à peccato & accedat ad iuſtitiam: receſſus autem & acceſſus in motu liberi arbitrij accipitur ſecundum deteſtationem & deſiderium: dicit enim Auguſtinus exponens illud, Mercenarius autem fugit: affectiones noſtræ motus animorum ſunt, lætitia animi diffuſio: timor animi fuga eſt: progrederis animo cum appetis, fugis animo cùm metuis. Oportet igitur quod motus liberi arbitrij ſit duplex in iuſtificatione impij: vnus quo per deſiderium tendat in Dei iuſtitiam: & alius quo deteſtetur peccatum.* S. Gregorius Nyſſenus vtramque mutationem liberæ inclinationis ſic deſcribit. ἡμεῖς δὲ οἱ ἄνθρωποι ἐν τροπῇ τε καὶ ἀλλοιώσει κείμενοι κατ' ἀμφότερα διὰ τῆς ἀλλοιωτικῆς ἐνεργείας ἢ χείρους ἢ βελτίους γινόμεθα· χείρους μὲν ὅτε τῆς μετουσίας τῶν ἀγαθῶν ἀποῤῥέομεν· βελτίους δὲ πάλιν ὅτε πρὸς τὸ κρεῖττον ἀλλοιούμενοι τυγχάνομεν. ἐπεὶ οὖν τῷ κακῷ διὰ τῆς τροπῆς συνωλισθήσαμεν, χρεία τῆς ἀγαθῆς ἡμῖν ἀλλοιώσεως, ὡς ἂν διὰ ταύτης γένοιτο ἡμῖν ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολή. Id eſt. Nos autem homines in mutatione & alteratione poſiti, ſecundum vtrumque per operationem tranſmutatricem deteriores aut meliores reddimur, deteriores quidem, quando à bonorum participatione decidimus; meliores rurſus quando ad id quod melius eſt, conuertimur. Cùm igitur per mutationem in malum inciderimus opus eſt bonâ mutatione, vt per eam ad id quod melius eſt, transferamur, &c]

S. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 5.

Aug. in Io. tr. 46.

Nyſſ. tr. 2. in Pſal. c. 4.

II.

Motum autem illum liberum eſſe penitus debere, iidem qui antea libro ſecundo, aliis etiam locis Græci Latinique Patres ſemper docent S. Auguſtinus locis innumeris, quos omnes in hoc vno videre mihi videor. *Niſi quiſquam voluntatem mutauerit, bonum operari non poteſt. Quod in noſtrâ poteſtate eſſe poſitum, alio loco Dominus docet, vbi ait; aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam & fructum eius malum, quod non eſt contra gratiam Dei quam prædicamus. In poteſtate quippe hominis eſt mutare voluntatem, ſed ea poteſtas nulla eſt niſi detur à Deo; de quo dictum eſt: dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Quod autem motu maximè ſibi proprio licet à Deo excitato, homo ad ſui iuſtificationē concurrat atq; cooperetur, id verbis diſertiſſimis teſtatur, dum exponit illud Ioannis epiſt. 1. Omnis qui habet ſpem hanc in ipſo, caſtificat ſemetipſum ſicut & ipſe caſtus eſt. *Videte quemadmodum non abſtulit liberum arbitrium vt diceret, caſtificat ſemetipſum. Quis nos caſtificat, niſi Deus? Sed Deus te nolentem non caſtificat. Ergo quod adiungis voluntatem tuam Deo, caſtificas teipſum: Caſtificas te non de te, ſed de illo qui venit vt habitet in te. Tamen quia agis ibi aliquid voluntate, ideo & tibi aliquid tributum eſt: ideo autem tibi tributum eſt, vt dicas ſicut in Pſalmo, Adiutor meus eſto, ne derelinquas me. Si dicis: adiutor meus eſto, aliquid agis: nam ſi nihil agis quomodo ille adiuuat?* &c.

Motus liberi arbitrij in conuerſione ex PP.

S. Aug. 1 retract. c. 22. v & de gr. & lib. arb. c. 1. de pec. mer c. l. de ciu. c. 10 ad ſimpl. qu 2. de præd S. c 3. de grat. & lib. arb. c. 1. ſer. 15 de verb. Apoſt. ad Bonifac. c. 8. Ep. 89 & 106.

Tract. 4. in Epiſt. Ioan.

Pſal. 26.

Græci Patres idem antea docuerant. S. Ignatius Epiſt. ad Epheſ. συντρέχειν τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ concurrere voluntati Dei, &c. S. Cyrillus Hieroſolymit. Quomodo peccata mea remittentur, ais, τῷ θέλειν τῷ πιστεύειν, volendo, credendo iterum οὐκ ἐπιπλάστως, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως.

Vide alios lib. 2. viii. Catech. 1. & 7.

εἰς τὴν ἁγίαν υἱοθεσίαν ἐρχόμεθα. Non ex neceſſitate, ſed ex liberâ electione ad ſanctam adoptionem accedimus. S. Gregorius Nyſſenus τὰ μὲν λοιπὰ τῶν τικτομένων τῇ ὁρμῇ τῶν ἀπογεννώντων ὑφίσταται· ὁ δὲ πνευματικὸς τόκος τῆς ἐξουσίας ἤρτηται τοῦ τικτομένου. Cætera quæ gignuntur ex vi cauſarum ſuarum generantium ſubſiſtunt. Partus autem ſpiritualis pendet ab illius poteſtate qui naſcitur.] S. Chryſoſtomus in Pſalm. ἡ χάρις καὶ ὁ ἔλεος κἂν χάρις ᾖ καὶ ἔλεος, ἀλλὰ τοὺς βουλομένους καὶ χάριν ἔχοντας σώζει. Id eſt. Gratia & miſericordia, licet gratia & miſericordia ſint, volentes tamen & Gratiam habentes ſeruat, &c.] Idem legendus in illud Apoſtoli ſec. Ep. ad Timotheum. *Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum.* Non tamen gratiam excludit, vt obtrectatores ei imponunt, hoc enim toties repetit: ἐν τῇ προαιρέσει κεῖται τῇ ἡμετέρᾳ μετὰ τὴν ἄνωθεν χάριν, τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας. Id eſt. In libera noſtra electione ſita ſunt virtus & vitium, poſt diuinam gratiam. S. Cyrillus vtitur aptiſſimè verbo μετορμίζεσθαι quod proprio ad conuerſionem animi motu cieri ſignificat: μετορμίζεσθαι δὴ οἷον ἐπὶ τὰ ἀμείνω τρέπονται τῶν αἰσχιόνων ἀπαίροντας καὶ προσίεσθαι μὲν ὡς ἡδίστην τὴν ἄνωθεν κλῆσιν. Dicet igitur vt à turpioribus factis digreſſi ad meliorem vitam rurſus ſponte moueamur, & ſupernam vocationem libentiſſimè amplectamur, &c. Olympiodorus Nyſſenum imitatus Comment. in illud Eccleſiaſtæ tempus naſcendi & tempus moriendi: ὁ μὲν σωματικὸς τόκος ἢ θάνατος οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀλλὰ τῇ τοῦ θεοῦ ἐξουσίᾳ καὶ τικτόμεθα καὶ ἀποθνήσκομεν. ὁ δὲ πνευματικὸς ἐφ' ἡμῖν. μετὰ γὰρ τῆς τοῦ θεοῦ συνεργείας καὶ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως χρεία, ἵνα ἀποθάνωμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, τεχθῶμεν δὲ τῇ δικαιοσύνῃ. Id eſt. Corporea quidem natiuitas vel mors non eſt in noſtrâ poteſtate, ſed Dei arbitrio generamur & morimur. Spiritualis vero natiuitas & interitus in poteſtate noſtrâ eſt. Cum diuinâ ſiquidem cooperatione, opus etiam eſt liberâ noſtrâ electione, vt moriamur peccato & iuſtitiæ naſcamur.] Conſentanea ſunt hæc diuinis vocibus *Cum auerterit ſe impius ab impietate ſuâ, ipſe animam ſuam viuificabit.*

Nyſſen. in or. Catech. c. 31. 38. & 39. Idem ho. 6. in Eccleſ. & or. 6. de beatit. fin.

Chryſ. in Pſ. 6.

Chryſ. hom. 6. in 2. Tim init. & ho. 3. ad Epheſ.

Chryſ. ho. 54. in Gen.

Lib 1. de Ador.

Olymp. in Eccl. c. 3.

III.

Motus autem ille liberi arbitrij in peccati fugâ & deteſtatione, Pœnitentiæ actibus per gratiam Dei præuenientem excitatis & eleuatis meritò tribuitur à Theologis. Præiuere ſancti Patres, lampadem ſcripturarum ſibi inuicem tradentes. Lex & Prophetæ ante Ioannem, Ioannes poſt Prophetas, poſt Præcurſorem Chriſtus ipſe promulgauit, *Pœnitentiam initote*, inquit Tertullianus, *purgandis mentibus præpoſitam, vt quicquid error veras inquinaſſet, quicquid in corde hominis ignorantia contaminaſſet, id pœnitentia verrens, & radens, & foras abijciens, mundam pectoris domum Spiritui ſancto paret. Quo ſe illi cum caleſtibus bonis libens inſerat. Horum bonorum vnus eſt titulus ſalus hominis, criminum priſtinorum abolitione præmiſſa*, &c. Legatur S. Cyprianus lib. de lapſis S. Auguſtinus epiſt. ad Seleucianam, de neceſſitate Pœnitentiæ, ante & poſt Baptiſmum & in Enchiridio.

Actuum Pœnitentiæ neceſſitas ad iuſtificationem. Concil. Trid ſeſſ. 6. cap.

Tert. l. de Pœnit. Matth. 3.

Aug Enchir. c. 65.

Digitized by Google

S Athanaſius, aut auctor verus: τρία βαπτίσματα καθαρτικὰ πάσης οἵας δή ποτε ἁμαρτίας. τὸ τοῦ ὕδατος, τὸ τοῦ ἰδίου αἵματος, καὶ τρίτον τὸ διὰ δακρύων εἰς ὅπερ καὶ ἡ πόρνη ἐκαθαρίσθη. πλὴν δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Κορυφαῖος τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Id eſt. Tria baptiſmata quodcumque peccatum purgantia. Baptiſmus aquæ, proprij ſanguinis, lachrymarum quo meretrix baptizata, & Coryphæus S. Apoſtolorum Petrus, plura ib. ex Ezechiel. 33. S. AMPHILOCHIVS: ὁ θεὸς δικαιοῖ τὰ δάκρυα Deus lachrymas iuſtificat &c. vide. S. BASILIVS: τὸ τῆς μετανοίας χάρισμα, τὸ μέγεθος τῆς χάριτος, τὴν συγχώρησιν, τὸν ἐγκαινισμὸν καὶ τὴν ἀναγέννησιν. Pœnitentiæ Chariſma, magnitudinem gratiæ, remiſſionem peccatorum, innouationem & regenerationem, ex copioſiſſimis ſcripturæ locis eloquentiſſimè prædicat. GREGORIVS Theologus: τὸ ἐπιπονώτερον τὸ διὰ δακρύων βάπτισμα laborioſum baptiſma quantæ ſit ad iuſtificationem & ſalutem efficaciæ oſtendit oratione in ſancta lumina. Nulla re fuit vnquam facundior Chryſoſtomus totis voluminibus, lege orationes ad populum Antiochenum. Ne dubites autem illum ad Pœnitentiam & Pœnitentiæ dignos fructus gratiam exigere, vide finem homiliæ 111. in Geneſim & Comm. in Matthæum: οὐ γάρ ἐστιν οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἁμάρτημα ὅπερ οὐκ εἴκει καὶ παραχωρεῖ, τῇ τῆς μετανοίας δυνάμει, μᾶλλον δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι Id eſt. Nullum enim eſt, nullum eſt omnino peccatum quod non Pœnitentiæ virtuti cedat, vel potius Gratiæ Dei, & c.] Lege reliqua Adde S Epiphanium in hæreſim Catharorum & in Origenianos. S. Cyrillum libro 1. de adoratione. Cæteros prætereo. Res enim per ſe dilucida eſt.

Quæſt ad Antioch. 72 v. & lit. de incar. Verb.

Amphil homil. in peccatricem & or. ſeq. de Pœnit. Baſil ho. 23.

Naz or. 19. fin. & carm p. 38.

Chryſ. ſt & to. 4. paræn. ad Theod.

Chryſ. hom 23. in Matth.

Epiph. in hær. 59. & 64.

IV.

Actus Pœnitentiæ præcipuus eſt animi dolor. Contritio dicitur Theologis. De eo ſic Concilium Tridentinum. CONTRITIO *quæ primum locum inter pœnitentis actus habet animi dolor ac deteſtatio eſt de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero. Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus neceſſarius, &c* Et canone v. contra Lutheri articulum hunc impium. *Contritio quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem & deteſtationem peccatorum, quâ quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, & acquiſitionem æternæ damnationis, hæc contritio facit hypocritam & magis peccatorem.* Hæ blaſphemiæ anathemate à Synodo damnantur Lutherus vt huius articuli dicta aſſereret, tribuebat Caſſiano vt Semipelagiano ea quæ oppugnat. Repoſuit optimè Ioannes Roffenſis Epiſcopus in illius articuli euerſione, meram eſſe calumniam, quâ hæc Catholicæ fidei capita Semipelagianiſmi inſimulantur, atque etiamnum temerè arguuntur. Inſpiciendum verò nunc eſt, quantum ea quæ Tridentina Synodus ex fidei decretis & Theologorum ſcitis de doloris animi ſeu Contritionis neceſſitate, vi & efficacia ad iuſtificationem aſſeuerauit & ſanxit, ſcripturæ à Ss. Patribus expoſitæ concordent. S. Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium. *In criminibus quamlibet magnis remittendis in*

Actus Pœnitentiæ Contritio.

Trid ſeſſ. 14. de Pœn. c 4.

Vide articulos Lutheri, eorumque refutationem apud Fiſcherum. Ep. Roffenſem.

Aug. Enchir. c. 65.

Pſal 50. 50. Honn. ho. 42. V. Ambr. in Apol. Dauid. qui doloreſh intimi affectus vocat. Baſ. ho. 23.

ſancta Eccleſiâ de miſericordiâ Dei non eſt deſperandum, agentibus Pœnitentiam ſecundum modum ſui cuiuſque peccati. In actione autem Pœnitentiæ, vbi tale crimen commiſſum eſt, vt is qui commiſit, etiam à corpore Christi ſeparetur, non tam conſideranda eſt menſura temporis quàm DOLORIS. *Cor enim* CONTRITVM *&* *humiliatum Deus non ſpernit, &c.* vide ſequ. Idem expendens peccatum Dauidis ſtatim à doloris ſignificatione remiſſum. *Dixit: peccaui & mox audiuit: Dominus abſtulit peccatum tuum. Tantum valent tres Syllabæ, &c.*

Ezech. 18. Ion. 3. 3. Reg. 21. Naz. or. 39. in S. Trin.

BASILIVS orat. de Pœnitentiâ agens primum aduerſus eos qui in veteri teſtamento remiſſa per Pœnitentiam peccata infitiabantur, poſt Ezechielis & Ionæ teſtimonia, Achabi & Dauidis hiſtoriâ adductâ, de Dauide ſic ait: προσέφυγε τῷ ἰατρῷ, ἥμαρτον φησὶ καὶ εὐθὺς ἴασις. Confugit ad medicum, peccaui, inquit, & ſtatim ſalus. Poſtea, σε ἐποίησεν ἰατρὸν ἑαυτοῦ te fecit medicum tui ipſius, &c. Vide. Gregorius Theologus Pœnitentem ita deſcribens, qui per ſingulas noctes lectum ſuum ac ſtratum lachrymis lauat, cui ipſæ quoque vitij creatrices fœtent qui lugens vt Dauid & contriſtatus ingreditur, qui Manaſſis reſipiſcentiam ac Niniuitarum humilitatem imitatur, qui Publicani verbis in templo vtitur, qui Chananææ in modum deprimitur, & miſericordiam implorat: tum addit, ἐγὼ μὲν οὖν, ἄνθρωπος εἶναι γὰρ ὁμολογῶ ζῶον τρεπτὸν καὶ ῥευστῆς φύσεως, καὶ δέχομαι τοῦτο προθύμως καὶ προσκυνῶ τὸν δεδωκότα καὶ τοῖς ἄλλοις μεταδίδωμι καὶ προσφέρω τοῦ ἐλέου τὸν ἔλεον. Id eſt. Ipſe quidem hominem eſſe me fateor animal mutabile & fluxæ naturæ: atque hoc (baptiſmi laborioſi genus) libenter amplector, eiuſque donatorem adoro, aliiſque tribuo ac miſericordiam ante miſericordiam erogo &c. Idem eleganter id expreſſit ὠδίνειν τὴν ἐπιστροφὴν καὶ πνεῦμα σωτηρίας τέλειον ἀποτίκτειν. Id eſt. Cum dolore conuerſionem parturire & ſpiritum ſalutis perfectum parere, &c. S. Gregorius Nyſſenus de Contritioni ſaluberrimo dolore ex Apoſtoli loco mira diſſerit, *Triſtitia quæ ſecundum Deum eſt pœnitentiam, in ſalutem ſtabilem operatur.* Ex quibus concludit φάρμακα ἁμαρτίας τὸ ἐκ τῆς μετανοίας πένθος. Remedium peccati luctus ex Pœnitentiâ, redditque rationem cur ſit luctus ille μακαρισμὸς beatitudinis genus: cur etiam in præſenti tempore exprimatur, Beati qui lugent: ἡ παράτασις τῆς θεραπείας τὸ τῆς ἀρρωστίας διηνεκὲς συνενδείκνυται prorogatio medicinæ, morbi continuitatem demonſtrat, ſemper igitur nouis oborientibus peccatis, ſemper dolendum. S. Chryſoſtomus hom. VI. in Matthæum: οὐδὲν οὕτως συγκολλᾷ καὶ ἑνοῖ τῷ θεῷ ὡς τὰ δάκρυα. ὥσπερ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος οὕτως ἀπὸ δακρύων καὶ ἐξομολογήσεως καθαιρόμεθα πάλιν. Nihil æquè nos conglutinat ac vnit Deo ac lachrymæ. Sicut ex aqua & ſpiritu ſic lachrymis & confeſſione iterum purgamur, &c. Idem orat. in terræ motum, οἴμοι προοίμιον τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολῆς. ἥμαρτες, ἐθρήνησας; ἔλυσας τὴν ἁμαρτίαν. Id eſt. Hei mihi, mutationis in melius, exordium eſt. Peccaſti? luxiſti? peccatum ſoluiſti.]

2. Cor. 7. Chryſ. ho. 6. in Matth. Tom. 5.

Quæſtio de valore & efficacia contritionis. Chr. ib. ho. 6.

Quo loco idem Chryſoſtomus & quæſtionem apud Theologos verſari ſolitam vno ferè verbo diſceptat & finit. Vtrum Contritio ex ſe ipſâ an ex pacto diuino iuſtificet, id eſt, ad gratiam ſanctificantem

proximè diſponat. Audire vultis, ô Scholaſtici! *κἂν συγνάσῃς ἢ κατηφὴς γένῃ, ἔχει τινὰ σωτηρίαν ἡ κατήφεια, οὐ διὰ τὴν φύσιν τῆς κατηφείας, ἀλλὰ διὰ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ δεσπότου.* Id eſt. Quod ſi contriſteris & mœſtus ſtas, eſt aliquid ſalutis in mœſtitiâ, non propter mœſtitiæ naturam, ſed propter Domini benignitatem]. Nunquid cum conſuluiſſe videtur S. Auguſtinus in quæſtionibus? *Licet peccator magno gemitu & dolore pœnitendi, miſericordiâ Dei dignus fuerit, non ipſius eſt, qui ſi relinqueretur interiret, ſed miſerentis Dei qui eius precibus doloribuſque ſubuenit.* Vbi verò pactum illud? S. Leo. Apud Deum non patitur veniæ moram veniæ conuerſio, dicente Propheta, cum conuerſus ingemueris tunc ſaluus eris. Ita & S. Baſilius ho XXVIII. ex aliis locis Ezechiel. 8 & 33. Ierem. 8. Adde Ierem. 3. Conuertimini filij reuertentes & ſanabo vos, vbi Deus *conuerſioni noſtræ indulgentiam promiſit*, vt ait S. Auguſtinus. 1. Ioan. 1. 9. *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus vt remittat nobis peccata.*

contra Vaſquez 1. 2 diſp 203. Vide & Chryſ. iterum ho. 80. ad Pop Ant.
Nota.
S. Aug. l. 83 qq q. 68.
S Leo ep. 91. ad Theod.
Ez 33.
Aug. in Pſ 144.

Ac ne forſan aliquis id contritioni debitum iactet, quatenus Contritio Charitatis ſeu amoris Dei actum includit: Duo reponimus: primum quidem, actum diuini amoris ſuper omnia non formaliter, ſed implicitè tantum plerumq; Contritionem comitari, vt pluribus oſtendunt Theologi tractatu de Pœnitentiâ, quemadmodum viciſſim actus contritionis in actu amoris continetur. Secundum vero eſt, nec Contritionem nec actum amoris ex ſe, pacto Dei & acceptatione liberali ſeclusâ, æqualitatem vel proportionem habere cum remiſſione ſeu ſatisfactione peccati, ita neque cum infuſione Gratiæ & neutram ex condigno promereri. Vnde rectè Concilium Tridentinum, cum de Pœnitentiæ & Charitatis etiam actibus iuſtificationem antecedentibus egiſſet, hæc addit: *Efficiens iuſtificationis cauſſa Deus miſericors qui gratuitò abluit: Et gratiâ iuſtificari dicimur quia nihil eorum quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides ſiue opera ipſam iuſtificationis gratiam promeretur. Si enim gratia eſt, iam non ex operibus, &c.* Rationem reddit S. Auguſtinus quia, *iuſtitiam homo non operatur niſi iuſtificatus* Plura inferius vbi de merito. Tale verò pactum & acceptatio Dei ſufficit, vt actui amoris tanquam vltimæ & proximæ ad Gratiæ ſanctificantis formam diſpoſitioni faueat illud Chriſti Luc. VII. remittuntur *ei peccata multa ἀφέωνται* remiſſa ſunt *quoniam dilexit multum.* S. Thomas. *In iuſtificatione impij apparet iuſtitia dum culpas relaxat Deus propter dilectionem quam tamen ipſe miſericorditer infundit ſicut de Magdalena legitur Luc. 7.* &c. Hunc in modum Contritio perfecta charitate, vt ait Concil. Tridentinum, ſiue alteruter, ſiue vterque actus tam contritionis quam amoris Dei iuſtificare abſque morâ dicitur à Theologis etiam citra Sacramentum, non tamen abſque voto ſaltem virtuali implicito Sacramenti, quomodo & propoſitum vitæ melioris in iiſdem actibus nó continetur, niſi explicitè efformetur. Ita teſtatur Gregorius Nazianzenus Gorgoniam ſororem ante baptiſmum fuiſſe Spiritus ſancti gratiâ iam regeneratam. *αὐτῇ μὲν [illegible] τὸ τῆς καθάρσεως καὶ τελειώσεως ἦν ἀγαθὸν, ἣν κοινὴν δωρέαν καὶ δευτέρου βίου κρηπῖδα παρὰ θεοῦ πάντες λαβόντες ἔχομεν. μᾶλλον δὲ πᾶς ὁ βίος κάθαρσις ἦν αὐτῇ καὶ τελείωσις· καὶ τὸ μὲν τῆς ἀναγεννήσεως εἶχεν ἐκ τοῦ πνεύματος· τὸ δὲ ἀσφαλὲς ταύ-*

Seſſ. 6. c. 6. 7. & 8. Cap. 7.
Ro 2.
S Aug. in Pſ. 110.
Eidem dictum ſatis non erat fides tua te ſaluam fecit
Tert. 4. in Matc. 17
S. Tho. 1. p qu. 21. art 1
Trid. ſeſſ. 4. c 4.
S. Tho. in 4. d. 17. q. 3. a. 5.
Greg. Naz. orat.

τῆς ἐκ τῶν προβεβιωμένων, καὶ μόνη σχεδὸν ἵν' εἴπω τολμήσας, σφραγὶς ἀλλ' οὐ χάρισμα τῷ δὲ μυστήριον. Id eſt. Purgationis & initiationis bonum recens acceperat, quod commune bonum & ſecundæ vitæ fundamentum à Deo omnes acceptum habemus. Immò vero tota vita nihil aliud illi erat, quam purgatio & perfectio. Ac regenerationem quidem à Spiritu ſancto habebat, ipſius autem ſecuritatem ab ante acta vitâ. Atque ſoli ei pænè vt audacter dicam, Baptiſmi Sacramentum non gratia, ſed ſigillum erat.] Multa Theologica in his verbis latent, ſed feſtinamus.

V.

De Attritione. Pœnitentiæ actum ſiue Contritionem quæ Sacramenti materia poſſet eſſe, diſtinxit Sacroſancta Synodus in Contritionem perfectam

Seſſ. 14. c. 4. Charitate, quæ vel *ante Sacramentum hominem Deo reconciliat, cum Sacramenti tamen voto*: & contritionem imperfectam de qua hæc habet. *Contritionem illam imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat, cum ſpe veniæ: declarat Synodus non ſolum non facere hominem hypocritam & magis peccatorem: verùm etiam donum Dei eſſe, & Spiritus ſancti impulſum, non adhuc quidem inhabitantis; ſed tantùm mouentis, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat. Et quamuis ſine Sacramento Pœnitentiæ per ſe ad iuſtificationem perducere peccatorem nequeat: tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam diſponit.* Hæc ſacroſanctæ Synodi verba Ss. Patrum ſcitis quadrant, ſi timor ille vel peccati horror accipiatur vt accipi reuera debet non pro fine, ſed pro occaſione quærendæ miſericordiæ diuinæ & ſalutis ex motiuo aliquo ſupernaturali, & deſiderio vel amore Dei aliquo ſaltem imperfecto. Debet enim, vt poſtulat Concilium, *eſſe cum ſpe veniæ & propoſitum peccandi excludere.* Timor enim peccandi propoſitum includens. *Timor gehennæ, ſi non eſſet, peccarem, aut vellem non eſſe, vt liceret peccare.*

Aug. de ſpir. & lit. c. 32. Timor vitioſus eſt. De hoc timore dixit B. Auguſtinus libro de ſpiritu & literâ. *Timor eſt qui cogitur in opere habere quod licet, cum aliud habeat in voluntate, quâ mallet, ſi fieri poſſet, licere quod non licet.* Et poſtea. *Iſta eſt conſenſio ad peccatum*, &c. Item lib. de Naturâ & Gratiâ. *Qui timore ſupplicij non amore iuſtitiæ ſe ſentit abſtinere ab opere peccati, nondum liber nec alienus à voluntate peccati. In ipſâ enim voluntate reus eſt, quâ mallet ſi fieri poſſet, non eſſe quod timet: vt liberè faciat quod occultè deſiderat.*

De nat. & gr. c. 57. v. & l. 2. ad Bonif. c. 9. intus peccat qui non voluntate ſed timore non peccat. ep. 100. ad honor. & conc. 2. in Pſ. 38.

Timor autem etiam adhuc ſeruilis, ſed tamen vtilis ad ſalutem, & ad iuſtificationem in attritione diſponens is eſt cuius obiecto tanquam occaſione & motiuo vtitur peccator, ad hoc vt à peccato animum auertens ad miſericordiam Dei imperfecto ſaltem deſiderio & amore

Ser. 18 de verb. Dom. & tr. 9. in ep. Ioan. confugiat. Dicitur B. Auguſtino, *timor adhuc ſeruilis, ſed tamen cuſtodiens vt abſtineatur à malis & perducens ad dilectionem; Timor quâ intrat charitas. Timor præſidium procedentibus ad ſalutem.* Sicut antea diximus ex S.

In Pſ. 5.

Vide ſupra cap. 8. Baſilio in Pſal. 32. eſſe φόβον εἰσαγωγικὸν καὶ σωτήριον. Timorem introductiuum & ſalutarem.

Attritionem

Attritionem cum huiuſmodi timore, licet *nondum charitate perfectam* ad iuſtificationem ex Sacramento percipiendam diſponere meritò ſanxit Tridentina Synodus. Ita docent omnes Scholæ Orthodoxæ; Sorbonica in primis ea de re decretum edidit in Cenſurâ aduerſus cu iuſdam notas, in librum de Virginitate B. Auguſtini ſolemnibus Comitiis. Duuallius, Gamach. t. act. de Pœnit. cap.

CENSVRA.

QVæ tradit de Attritionis inſufficientiâ & Contritionis ex perfectâ Charitate, abſolutâ neceſſitate ad recipiendum Sacramentum Pœnitentiæ, & quæ addit & approbat de abſolutione, quod nihil aliud ſit quam declaratio iuridica peccati iam remiſſi: damnauit quoque facultas, & cenſuit has propoſitiones eſſe quietis animarum perturbatiuas, communi & omnino tutæ praxi Eccleſiæ contrarias, efficaciæ Sacramenti Pœnitentiæ imminutiuas & inſuper temerarias ac ERRONEAS. Cenſura Sorbonicæ Facul. An. 1638.

VI.

Corollarium hoc eſto. Eorum omnium quæ diximus ex Ss. Patribus atque Theologis circa diſpoſitiones ad Iuſtificationem & Gratiam habitualem, anacephalæoſim meditari videtur B. Cyrillus Alexandrinus: χρὴ δὴ τοὺς ἄρα μετάνοιαν ἠρημένους, ἀπαλλάττεσθαι μὲν τῶν ἐκ φαυλότητος ἐγκλημάτων, δακρύειν δὲ οὕτω καὶ ἐξομολογεῖσθαι θεῷ, τετιμηκότας ἤδη τὸ ἀγαθοεργεῖν. ὁ γὰρ θεὸς οὐχ ἁπλῶς εἰς δάκρυον, ἢ εἰς χρηστοὺς ἐμβλέψεται λόγους, ἀλλ' εἰς ἔτη καὶ τρόπους. ὀνησιφόρον δὲ τότε τὸ κλαίειν ἐστὶν, ὅταν φαίνωνται τῆς ἀγαθουργίας οἱ τρόποι τῇ τῆς φαυλότητος ἀποστροφῇ συνεκδέοντες. ἀναιρουμένης γὰρ ἐν ἡμῖν τῆς ἁμαρτίας ἡ τῆς ἀρετῆς ἐπανατρέχει φύσις. Id eſt. Opus eſt ergo Pœnitentiam agere volentes, ab improbitatis criminibus diſcedere, & ita demum plorare ac Deo confiteri, iam vſum ipſum bonorum operum magni æſtimantes. Deus ſiquidem non ſimpliciter lachrymas & bona verba, ſed vitam & mores inſpiciet. Tunc autem lachrymæ proderunt, quando mores rectè factorum cum emerſione improbitatis coniungi cernentur: ſublato enim in nobis peccato, virtutis origo ſuccedit. Iuſtificationis ordo. Cyrillus in Michæam.

Diſpoſitionum autem illarum, præcipuè fidei & Charitatis modo & captui Gratiæ ſanctificantis menſuram à Deo infuſam reſpondere docent Theologi; docent etiam Græci Patres. B. Gregorius Nyſſenus: τὸ πλούσιον καὶ ἄφθονον πνεῦμα τὸ ῥέον ἀεὶ τοῖς δεχομένοις τὴν χάριν ἧς οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι πληρωθέντες ταῖς τοῦ χριστοῦ ἐκκλησίαις τοὺς καρποὺς ἐπεδείξαντο τοῦ πληρώματος· τοῦτο τοῖς τὴν δωρεὰν εἰλικρινῶς δεχομένοις κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου τῶν μετειληφότων πίστεως; σύνεργον καὶ σύνοικον παραμένει, οἰκοδομοῦν ἐν ἑκάστῳ τὸ ἀγαθὸν πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς τῆς πίστεως ἔργοις σπουδήν. Id eſt. Gratiæ gradus reſpondent diſpoſitioni. Nyſſ. or. de ſcopo Chriſt. vet.

Diues & liberalis ſpiritus qui ſemper infunditur iis qui gratiam accepetunt qua impleti ſancti Apoſtoli Chriſti Eccleſiis fructuum plenitudinem contulerunt iis, qui munus illud ſyncerè admiſerunt, pro menſura cuiuſque eorũ qui fidei participes fuere: adiuuat eos & in iis permanet, bonum in vnoquoque ædificans, iuxta animæ ſtudium in fidei operibus. ASTERIVS Amaſenus Epiſc. τῶν δὲ δωρεὰν λαμβανόντων ἡ τῆς σπουδῆς ἑκάστου διαφορά, καὶ μεῖζον καὶ ἔλαττον αὐτὸ ποιεῖ. Id eſt. Differentia ſtudij vniuſcuiuſque eorum qui donum accipiunt, illud vel maius vel minus reddit.

Apud Phot. Bibl. ho. de prodigo.

CAPVT XI.

De certitudine Iuſtificationis, ex mente Græcorum Patrum.

SVMMA CAPITIS.

I.

PRoponitur ex S. Baſilio omnium quæ ad iuſtificationem pertinent, rerum apparatus & ſeries: à quâ Excluditur fides priuata ſeu certitudo iuſtificationis, Lutheri delirium.

II.

Loci V. Teſtam. interpretatione Patrum illuſtrantur.

III.

Loci N. T. exponuntur ex B. Chryſoſtomo.

IV.

Certitudo Moralis ſufficit in iuſtificatione, ex PP. Obiectiones hæreticorum pro certitudine fidei & cecâ confidentiâ ad iuſtificationem, euertuntur.

I.

HÆc igitur in arduo & operoſo Iuſtificationis negotio diuina cum humanis temperata ſe habent, vti B. BASILIVS Magnus præclare ſapienterque deſignauit. ἡ μεγάλη καὶ ἀμέτρητος τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας χάρις ἐν ἀγάπῃ Ἰησοῦ προλαβοῦσα, λύτρωσίς ἐστι τῶν ἁμαρτημάτων, ἐλευθερία τοῦ ἐν τῷ αἰῶνος παραπτώματι βασιλεύοντος θανάτου, καταλλαγὴ τῷ θεῷ, δύναμις τῆς πρὸς θεὸν εὐαρεστήσεως, δικαιοσύνης δωρεά, κοινωνία τῶν ἁγίων, βασιλείας οὐρανῶν κληρονομία καὶ μυρίων ἄλλων ἀγαθῶν βραβεῖον. Id eſt. Magna & immenſa Dei bonitatis erga homines Gratia eos præueniens in Charitate Ieſu eſt redemptio peccatorum, liberatio à morte per mũdi peccatum regnante, reconciliatio cum Deo, facultas Deo placendi. Iuſtitiæ gratuita donatio, communio ſanctorum, regni cæleſtis hereditas, & bonorum aliorum innumerorum præmium.] Rectè monet B. Baſilius ibidem ne talem ac tantam gratiam nimiâ iuſtitiæ ſecuritate vacuam reddamus. *In loco enim tentationum*, ait B. Auguſtinus, *tanta eſt*

infirmitas vt ſuperbiam poſſit generare ſecuritas. Quod ſtatim inanem illam & fallacem de propriæ iuſtificationis temerariâ fiducia hæreticorum ſententiam explodit, circa quam ita primùm Lutherus inſanit in Articulis ab Eccleſiâ damnatis. *Non ſufficit peccati remiſſio & gratiæ donatio, ſed oportet etiam credere eſſe remiſſum: neceſſario requiritur fides quæ credat ſententiæ Sacerdotis: crede fortiter te abſolutum & abſolutus verè eris.* Caluinus vero pertimuit ne Luthero non eſſet deterior, quum illius hæreſim amplificare, expolire, necnon adhibitis argumentorum machinis fulcire laborauit, aliumque de certitudine prædeſtinationis errorem attexuit; ita vt docuerit, *fideles poſſe eam notitiam de ſua iuſtitia & prædeſtinatione habere, vt certa fide & diuinæ veritatis perſuaſione ſtatuerit ſibi remiſſa eſſe peccata: nec ſolùm poſſe, ſed etiam debere omnes hoc de ſe ſtatuere, ſe fideles, iuſtos & prædeſtinatos eſſe, alioqui nec fideles, nec iuſtos futuros: Ac demum hac ſolâ fide homines iuſtificari.*

Art. 10. 11. 12. à Leone X. & à Facultate Pariſ. apud Roffenſem vide.

Caluin. in Antidoto Concil. Trid. & 3. Inſtit. c. 2. à § 16.

Contra hos errores Tridentina Synodus merito decreuit. *Si quis dixerit hominem à peccatis abſolui, ac iuſtificari ex eo quod ſe abſolui ac iuſtificari* CERTO *credat, aut neminem verè eſſe iuſtificatum, niſi qui credat ſe eſſe iuſtificatum, & hac ſolâ fide abſolutionem & iuſtificationem perfici, anathema ſit. Si quis dixerit hominem renatum & iuſtificatum teneri ex fide ad credendum ſe certè eſſe, in numero prædeſtinatorum, anathema ſit.*

Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 9. & can. 14.

Ib. can. 15.

Controuerſiam iſtam ex ſcripturæ locis Patrumque Latinorum teſtimoniis egregiè aduerſus hæreticos pertractant duo illa ante Deum lucentia Sorbonæ candelabra, Philippus Gamachæus, Andreas Duuallius, quorum opus hîc recudere non eſt neceſſe: nonnulla tantum ex Græcorum doctrinâ Patrum, quorum aliquos ſuam in partem cum iniuriâ abſtrahere moliti ſunt hæretici, adiecturi ſumus.

Gamach. tr. de gr. ad qu. 112. cap. 5. Duuall. quæſt. de effect. grat. art. 10. Optime etiam Card. Bellarm. l. 3. de iuſtificat. contra Ambroſ. Catharinum.

I I.

Ad hanc veritatem illuſtrandam ac firmandam adduci ſolita ſunt non pauca ex Iobi cap. IX. vbi Iob ipſe ſic loquitur v. 2. *Verè ſcio quod ita ſit & quod non iuſtificetur homo compoſitus Deo &c. v. 9. Si venerit ad me non videbo eum: ſi abierit, non intelligam* quæ de acceſſu & receſſu Dei per gratiam exponit S. Gregor. Magnus. Denique v. 20. & 21. *Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobauit. Etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea.* Chald. *Perfectus ego ſum, neſcio animam meam.* Et poſtea v. *verebar omnia opera mea.* Græca parum deflectunt à v. XI. εἴτε γὰρ ἠσέβησα οὐκ οἶδα τῇ ψυχῇ: ſi enim impiè egi, non noui animo. Quæ tamen Polychronius & Olympiodorus conferunt cum Apoſtoli loco ex quo incertitudo iuſtificationis ab aliis hauritur. ὃ τοῦ ἀποστόλου εἶπεν, οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, πλὴν οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. ἐμαυτῷ γὰρ οὐ συνεπίσταμαι παρανομήσαντι. ἓν δὲ οἶδα ὅτι κακῶς πάσχω. ὁρῶν δὲ ἐν ἐσχάταις τὰ κατ' ἐμαυτὸν εἰς ἀπορίας καθέστηκα, ἀγνοῶν τὴν τῶν γεγενημένων αἰτίαν λογίσαμαι. Id eſt. Illud Apoſtoli dixit: nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Mihi enim alicuius delicti non ſum conſcius: hoc vnum autem noui me ærumnis conflictari:

Loci ſcripturæ ex Græcorum PP. interpretatione illuſtrantur.

Greg. 9. Mor. c. 17. & 19.

In Catena Græc. Anglic. p. 217.

cumque ad extrema me redactum videam, ignorans cui culpæ imputanda ſunt ea quæ mihi acciderunt, animi pendeo.] Quo loco Patricius Iunius fruſtra conſulit ſcribi εἰνοῶν pro ἀγνοῶν, cum nec Manuſcripti fidei, nec quadrare Auctoris ſenſui quiſquè perſpiciat. Sed Iunius aliquid contra Caluinianum dogma hîc ſubodoratus eſt.

S. Aug. lib. de perfect. iuſtitiæ recip. 19. ita & S. Leo ſer. 6. de quadrag.

Alter locus ex Pſalmo XVIII. depromitur. *Delicta quis intelligit? & ab occultis meis munda me, Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo.* Quem S. Auguſtinus rectà in hæreticos ipſos videtur intorquere, *quantalibet præditus ſit homo iuſtitiá, cogitare debet ne aliquid in illo, quod ipſe non videt, inueniatur eſſe culpandum, cum rex iuſtus ſederit in throno, cuius cognitionem fugere delicta non poſſunt, nec illa de quibus dictum eſt: delicta quis intelligit?* S. Baſilius

Baſil. conſtit. c. I.

in Conſtitutionibus Monaſticis locum hunc Pſalmi cum Apoſtoli quoque dicto componit: πολλὰ γὰρ ἁμαρτάνοντες τὰ πλεῖστα, οὔτε γινώσκομεν. διὰ τοῦτό φησιν ὁ ἀπόστολος, οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. τουτέστι πολλὰ ἁμαρτάνω, καὶ οὐ γινώσκω. ὅθεν καὶ ὁ προφήτης φησί. παραπτώματα τίς συνήσει; Id eſt. Multa ſiquidem cum peccemus, maiorem eorum partem ne intelligimus quidem. Idcirco Apoſtolus dicebat, nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Quod idem eſt ac ſi diceret, multa committo delicta, quæ committere me non intelligo. Propterea etiam Propheta ait. Delicta quis intelliget? &c. Non eſt verendum ne Caluinus hæc de venialibus exponat culpis, quas nullas agnoſcit: Exponeret verò quantum luberet, certe interiorem animi ſtatum iuſto ignotum ſemper hæc probant: at nulli, inquit, iuſti & peccati etiam mortalis expertes: Itane vero? quinam illi ſunt

Pſal. 118.

de quibus idem Pſalmographus μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ. *Beati immaculati in via?* Ijdem certe qui *ſancti immaculati in conſpectu Dei.* Epheſ. 1.

Prou. 20.

Alij ex Salomone loci afferuntur. *Quis poteſt dicere: mundum eſt* (Heb.

Hier. lib. I. in Pelagian.

mundaui) cor meum? purus ſum à peccato? Eccleſiaſtæ cap. 9. *Sunt iuſti atque*

Iſid. Peluſ. l. 3. ep. 248. & l. 4. ep. 101. 116. v.

ſapientes, & opera eorum in manu Dei. Et tamen neſcit homo, vtrum odio vel amore dignus ſit, ſed omnia in futurum ſeruantur incerta. S. Hieronymus, commentariis ad iſtum locum, licet optimè noſſet Hebraïca ſic habere. *Et*

S. Hier. in Eccleſ. 9

amorē & odium non ſciens homo quod obijciunt hæretici, non abſtitit tamen quin vtrumque ſic exponeret. *Senſus eſt: inueni iuſtorum quidem opera in manu Dei eſſe, & tamen vtrum amentur à Deo, an non, nunc eos ſcire non poſſe, & ambiguos fluctuare vtrum ad probationem ſuſtineant, quæ ſuſtinent, an ad ſupplicium, &c.* Appoſitè ad eum locum S. Bernardus ſer. 1. de Septuageſ. *Quis poteſt dicere, ego de electis ſum, ego de prædeſtinatis: reclamante ſcripturá, neſcit homo &c.* Verſio quoque Græci interpretis eumdem ſenſum ab Hieronymo traditum recipit καίγε ἀγάπην καίγε μῖσος οὐκ ἔστιν εἰδὼς ὁ ἄνθρωπος necnon Symmachi πρός τε δὲ οὐ φιλίαν οὐδὲ ἔχθραν ἐπίσταται ὁ ἄνθρωπος τὰ πάντα πρὸ προσώπου αὐτῶν, quum hæc amicitia Dei vel inimicitia, quæ operum verè libripens eſt, exponi iure poſſit, etſi & ad amicitiam humanam referant Græci interpretes, Thaumaturgus, Olympiodorus. Verum anteferenda prior interpretatio quum apprimè conſentiat aliis ſcripturæ verbis fiduciam iſtam hæreticam

Eccleſiaſtici c. 5.

diſplodendibus. *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Vbi Græca ſic

habent, περὶ ἐξιλασμοῦ μὴ ἄφοβος γίνου ἐν πλεονασμῷ. De propitiatione noli eſſe ſine timore multum ſiue cum exceſſu, quod ad præteriti peccati, de quo dixerat *ne dixeris peccaui &c.* expiationem referendum eſt. Vnde illud *quis ſcit* Ionæ 3. S. Hieronymus, *dum homines dubij ſunt de* Hier. in Ion. c. 3.
ſalute, fortius agant pœnitentiam S. Hier. lib 1. in Pelag. *certum iudicium ſolius Dei eſt*. S. Auguſtin. in Pſ L. *Nihil tam occultum, nihil tam incertum &c.* Sed quod polliciti ſumus, exſequamur.

III.

S. Chryſoſtomus verba ponderans diuini Apoſtoli Epiſt. primæ ad Græci Patres idem docent ex locis N.T.
Corinthios. *Mihi autem pro minimo eſt vt à vobis iudicer aut ab humano die. Sed neq; me ipſum dijudico. Nihil enim mihi cõſcius ſum. Sed non in hoc iuſtificatus ſum, qui autem me iudicat, Dominus eſt.* ἀνακρίνει *dijudicat* Inſiſtit potiſſi- 1. Cor. c 4.
mum his verbis, *ſed neque meipſum iudico*, &c. Et poſt multa Caluinianæ Chryſ. hom. 2 in 1. Cor.
fiduciæ infenſiſſima, ſubijcit οὐδὲ γὰρ ἑαυτὸν ἀρκεῖν φησι πρὸς τὴν τοιαύτην ἀκρίβειαν. εἶτα ἐπειδὴ καὶ τοῦτο σφόδρα ἐπηρμένον ἐδόκει εἶναι τὸ ῥῆμα, οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, καὶ αὐτὸ διωρθώσατο εἰπών, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. τί οὖν οὐ χρὴ δικάζειν ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἁμαρτήμασι; καὶ σφόδρα μὲν οὖν καὶ τοῦτο ποιεῖν, ὅταν ἁμαρτάνωμεν, ἀλλὰ Παῦλος τοῦτο οὐκ εἶπεν· οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα φησίν· ποῖον οὖν ἔμελλε κρίνειν ἁμάρτημα, μὴ ἑαυτῷ συνειδώς; ὁ δὲ οὔ φησι δεδικαιῶσθαι. οἱ οὖν μυρίων τραυμάτων τὸ συνειδὸς ἐμπεπλησμένον ἔχοντες, καὶ μηδὲν συνειδότες ἑαυτοῖς ἀγαθόν, ἀλλὰ τὸ ἐναντίον, τί ἂν εἴποιμεν; καὶ τί δή ποτε, εἰ μηδὲν ἑαυτῷ σύνοιδεν, οὐ δεδικαίωται; ὅτι συνέβαινεν ἡμαρτῆσθαι αὐτῷ τινα ἁμαρτήματα, μὴ μὴν αὐτὸν εἰδέναι ταῦτα ἁμαρτήματα. [Neq; enim ſeipsũ dicit ſufficere ad hoc accuratè præſtandum, deinde quia id verbi plus æquo elatũ videbatur, nihil mihi cõſcius sũ id quoque correxit dicens, *ſed non in hoc iuſtificatus ſum*. Quid ergo an non oportet & ſe & peccata iudicare? Maximè quidem, inquit id oportet facere cum peccamus. Sed Paulus hoc non dixit: nihil mihi conſcius ſum, inquit: quodnam ergo peccatum eſſet iudicaturus, quum nihil eſſet ſibi conſcius? Ille autem non dicit ſe eſſe iuſtificatum. Qui ergo habemus conſcientiam innumeris vulneribus plenam, & nullius boni nobis conſcij ſumus, ſed potius è contra, quid dicamus? Et quamnam ob cauſſam, ſi nihil ſibi conſcius fuit, non fuit iuſtificatus? quoniam contingebat vt ab eo peccata quædam eſſent admiſſa, neque tamen ipſe ſciret hæc eſſe peccata.] Poſtea vero quidã addũt ex eodẽ facũdiſſimo Doctore, iudicium noſtrum ideo non eſſe accuratum ὅτι τὰ πλείονα τῶν γινομένων ἡμᾶς λανθάνει καὶ κρύπτεται, quia plura
eorum quæ fiunt nos latent & abſcondita ſunt nobis: verum ibi loqui- Ita & S. Hieron. li. 2. in Pelagian.
tur de alienis non de propriæ conſcientiæ rebus, priori autem loco de Aug. in Pſal 41.
propriis: vnde & ita argumentatur: ſi res propriæ conſcientiæ ignora- Bern ep. 42. Trid. ſeſſ. 6. cap. 16.
mus, vt Apoſtolus profeſſus eſt, quanto magis alienas?

Diuinus iterum Apoſtolus ea de cauſſa ſcribit Epiſt. ſec. ad Corinthios. *In nobis ipſis reſponſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo*: ὅτι χρὴ διὰ παντὸς ἐσταγμένον εἶναι τὸν βίον τὸν ἡμέτερον, inquit

Chryſ.ho.2.in 2. Cor. S. Chryſoſtom. quia oportet ſemper in ſollicitudinis veluti certamine poſitam eſſe vitam noſtram.] *Beatus enim homo ſemper pauidus* Prou. 2. & ad Phil. 2. *Cum metu & tremore ſalutem veſtram operamini* : quorum loco Chryſoſtomus confert id Pſal ſec. Seruite Domino in timore & exultate ei *cum tremore* & quis timor, inquit ? quem habebat Paulus
1.Cor.9. iterum cum dicebat, *ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.* Ecce vero Paradogmatiſtæ de ſuâ quemque iuſtitiâ, ſalute, prædicatione ſecurum eſſe iubent, tamque certum quam certa fides Deum
Heb.12.v.28. eſſe docet. At iterum θεσπέσιος, ad Hebræos cap. XIII. διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες, ἔχωμεν χάριν δι' ἧς λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ θεῷ μετ' αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας. *Itaque regnum immobile ſuſcipientes, habeamus gratiam per quam ſeruiamus placentes Deo cum reuerentia & metu. Etenim Deus no-*
Chryſ. ho.7.in c.3. Epheſ. *ſter ignis conſumens eſt.* Concludere hæc lubet verbis Chryſoſtomi : τί δυσκολώτερον πρᾶγμα μαθεῖν, ὅτι φιλεῖ ἡμᾶς ὁ θεός ; σφόδρα δύσκολον ἀγαπητέ. Quidnam eſt difficilius quàm diſcere quod nos Deus diligat. Eſt admodum difficile, ô dilecte !

Deficeret me tempus ſi Græcorum aliorum Patrum hanc in rem calculos colligere adniterer : quapropter eorum nonnullos in reſponſis ad obiectiones hæreticorum attingere ſufficiet.

IV.

Certitudo moralis in iuſtificatione ex PP. Tametſi verò certitudinem exactam, adeoque illam quæ ex fide diuinâ eſt, ab hominis iuſti conſcientia, ſecluſâ reuelatione remouimus : illam tamen quam coniecturalem alij, moralem plures vocitant, quæ ſpei ferè adiuncta eſt, & animorum tranquillitatem abundè gignit, iuſtificationi maximè congruere non diffitemur.
S. Aug. Epiſt ad Dardanum 57. B. Auguſtinus, docet permultos inhabitantem in ſe Spiritum ſanctum ignorare. *Neque hoc in paruulis mirum debet videri, cum Apoſtolus quibuſdam etiam maioribus dicat, neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis ? de qualibus ante dixerat : animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei, quos etiam paruulos vocat, non carnis ætate, ſed mentis. Non itaque percipiebant cognitione Spiritum ſanctum qui habitabat in eis, & habitante in ſe Spiritu ſancto adhuc animales, non-*
Idem contra præſumentes ſe præ-deſtinatos eſſe. l. de corr. & gr. c.13. *dum ſpiritales erant, quia nondum poterant inhabitatorem ſuum ſpiritum cognitione percipere. Habitare autem ideo & in talibus dicitur quia in eis occultè agit, vt ſint templum eius, idque in proficientibus & proficien-*
Diadoch. de perf. ſpirit. c.70.76.85. *do perſeuerantibus perficit.* DIADOCHVS multa eiuſmodi habet de gratiæ latentis occultis operationibus, *Gratia latenter myſteria ſua in animâ operatur : Gratia præſentiam ſuam celat in baptizatis.* De coniecturis autem illis, indiciis & probabilibus argumentis quibus homo ſe gratiam Dei adeptum & in iuſtitiæ ſtatum reſtitutum perſuaderi poteſt, agit ex mente Græcorum Patrum, quos accuratè legerat, iiſdem merito adnumeran-
Anaſtaſ. Sin. qu.75. vide & qu.107. dus Anaſtaſius Sinaïta in quæſtione illà cui titulum fecit : πόθεν γινώσκει ὁ ἄνθρωπος, εἰ ἐνοικεῖ ἐν αὐτῷ ὁ χριστός. Quomodo nouit homo, num in ipſo habitet Chriſtus : vbi ſumpta comparatione à fœminâ

conceptûs ſui ſigna percipiente, addit *οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ οὐ δεῖται παρ' ἑτέρου μαθεῖν ἡνίκα ἐνοικήσῃ ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῇ διὰ πνεύματος ἁγίου. εὐθέως γὰρ καὶ αὐτὴ ὁρᾷ τὰ ἀκάθαρτα ῥεύματα τῶν ἐκ συνηθείας αὐτῆς παθῶν ἀναστελλόμενα, καὶ τὴν τῶν πολλῶν βρωμάτων ὄρεξιν παυομένην, καὶ μάλιστα τὴν τῆς ἡδονῆς ὑπὲρ πάντα μισουμένην καὶ τὰ ἑξ.* Id eſt. Ita & anima non habet opus ab alio diſcere, quando Chriſtus per Spiritum ſanctum in ipſa habitet: mox enim & ipſa videt impuros fluxus prauorum affectuum ex conſuetudine vitioſâ manantes ſiſti: variorum ciborum appetitionem cohiberi, & dulcedinẽ voluptatis ſuper omnia odio haberi; dulcedo quippe mellis prægnanti odioſa eſt: hæc ſigna & argumenta teſtantur, nos *parturire ſpiritũ ſalutis, propter timorem Domini.* Eſ. 26. *Et id Apoſt. an non cognoſcitis voſmetipſos, quia Chriſtus in vobis eſt niſi forte reprobi eſtis?* 1. Cor. 13. πικρίνεια ἢ σίουρμα vide Chryſoſtomum in Gen. ho. 31

Hæc ſolutio de certitudine morali, per ſe conuenit omnibus ſcripturæ locis ab hæreticorum turbâ ad nauſeam vſque repetitis. Vt Ioan. 14: *Vos autem cognoſcetis Paracletum quia apud vos manebit & in vobis erit.* Item ad Rom. cap. 8. *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei.* Ibid. *Certus ſum quia neque mors, neque vita &c.* Gr. πέπεισμαι *perſuaſus ſum, vel confido* vt legit S. Hieron. Ep ad Algaſiam. Primæ ad Cor. ſec. *Accepimus ſpiritum qui ex Deo eſt vt ſciamus quæ donata ſint nobis.* 1 Cor 2. *Probet ſe vnuſquiſque.* 2. Cor. 1. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* 2. Cor. 13. *Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide: an non cognoſcetis voſmetipſos &c.* Vbi tamen loquitur Apoſtolus de præſentia Chriſti per miracula & de fide generali eorum Eccleſiæ. Ad Epheſ. cap. 3. *Per quem habemus fiduciam & acceſſum in confidentiâ per fidem eius.* Vbi præterea agitur non certitudine, non iuſtitiæ vel fidei nota ſubiectiuæ, ſed de certitudine obiecti ipſius. Denique 1. Ioannis cap. 4. *In hoc cognoſcimus, quoniam in ipſo manemus & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis.* Ita & ſancti Patres intelligendi de certitudine obiectiua eorum quæ generatim ad fidem vel ſalutem pertinere aſſerunt, non vero de certitudine reflexionis omnem formidinem excludentis circa fidem vel iuſtitiam noſtram: ſeclusâ, vt dixi, reuelatione quâ poſita & cognita tenetur homo ex fide eidem aſſentiri vt facta eſt Magdalenæ & latroni, ipſius Chriſti voce, quanquam non deſunt ex Catholicis Doctoribus qui iudicium certum de ſua quemque fide ferre poſſe dicant, ſecus vero de iuſtificatione: iuxta id S. Auguſtini lib. xiii. de Trinit. *Ipſam fidem, quando ineſt in nobis, videmus in nobis, tenet illam certiſſima ſcientia, clamatque conſcientia.* Idem vero de iuſtitiæ & Gratiæ ſtatu dixit. *Quamdiu viuimus, hîc de nobis ipſis nos ipſi iudicare non poſſumus, non dico quid cras erimus, ſed quid hodie ſimus.* Vnicus eſt forſan eiuſdem Doctoris locus qui rudiores terrere poſſit ex libro de Pœnitentiæ medicinâ. *Dimitte nobis debita noſtra non dicimus pro ijs peccatis, quæ remiſſa credimus in baptiſmo, niſi de ipſa fide dubitemus.* Liber ille non eſt S. Auguſtini: ſed prior pars huius loci reperitur lib. ſec. aduerſus Creſconium his verbis. *Dimitte nobis debita noſtra non dicimus pro ijs debitis, quæ ſemel in baptiſmo dimiſſa eſſe confidimus.* Quod de certitudine morali oppidò accipiendum eſt: Quomodo vt ad Græcos reuertamur,

Nota de fide.

S. Aug. 13. de Trin. c. 1. vide multa ib.

L. 50. hom. c.

Cap 2.

2. in Creſc. c. 28.

Baſil in reg breuior q.12. & 296.

dixit B. Baſilius. *πῶς πληροφορηθῇ ἡ ψυχὴ ὅτι ἀφῆκεν αὐτῇ ὁ θεὸς τὰ ἁμαρτήματα; ἐὰν θεωρήσῃ αὐτὴν ἐν τῇ διαθέσει τοῦ εἰπόντος, ἀδικίαν ἐμίσησα καὶ ἐβδελυξάμην.* Id eſt. Quomodo certò perſuaſus eſſe aliquis poteſt, Deum ſibi peccata remiſiſſe: ſi affectionem animi in ſe talem eſſe animaduertat, qualem habebat is qui dixit: iniquitatem odio habui & abominatus ſum.] Ab hoc veluti clypeo reliqua hæreticorum obiectionum tela retundi poſſunt: quas controuerſiarum tractatoribus fortiùs debellandas relinquimus.

CAPVT XII.

De confirmatione in Gratiâ.

SVMMA CAPITIS.

I.

Confirmatio in Gratiâ, ſupponit nullam creaturam ab intrinſeco impeccabilem produci poſſe ex PP. Græcis.

II.

Confirmatio ex Gratia peccatum excludit abſque neceſſitate voluntati illatâ.

III.

Confirmationis in gratiâ conditiones ex ſcript. & PP.

IV.

Confirmatio in gratiâ quomodo differat à dono perſeuerantiæ ex PP.

I.

Macar. ſen. ho. 17.

CONTEMPLATIO hæc de confirmatione in Gratiâ non mediocrem habet cum præcedente controuerſiâ affinitatem, eo quod ſcribit S. Macarius Apoſtolos qui in gratiæ ſtatu confirmati fuere, de ſuâ ſalute non planè, dum viuerent, ſecuros extitiſſe. *λέγω δέ σοι ὅτι καὶ οἱ ἀπόστολοι ἔχοντες τὸν παράκλητον ὁλοτελῶς οὐκ ἦσαν ἀμέριμνοι. συνῆν γὰρ τῇ χαρᾷ καὶ ἀγαλλιάσει φόβος καὶ τρόμος ἐξ αὐτῆς τῆς χάριτος.* Id eſt. Dico autem tibi, quod etiam Apoſtoli, qui paracletum habebant, non erant plane ſollicitudinis vacui. Nam cum gaudio & exultatione aderat timor & tremor ab ipsâ gratiâ procedens.] Quomodo verò ſe res ita habeat, id ex quibuſdam de cõfirmatione in gratiâ Theorematis pendet. Horum primum eſt. Nullã exiſtere poſſe creaturam quæ ab intrinſeco id eſt naturalem & ortûs ſui principiis debitam habeat impeccabilitatem vt vulgo vocant, *impeccantiam* vt S. Hieronymus. *ἀναμαρτησίαν* facilius Græci Patres appellant, quam Clemens Alexandrinus quandoque ſumit pro ceſſatione à peccato, alij verò ferè pro peccati committendi laudabili & fœlici impotentiâ, quæ quidem ex ſummâ virtute & gratiâ conſurgit.

Nulla Creatura impeccabilis Hier. procem. l. 4. in Ierem. Theod. Art. apud Phot. cod 177. Clem Alex. 2 & 4. Strom vel pro innocentia vt & apud Damaſc. 2 de fid. 12.

git. S. Dionyſius Alexandr. in Epiſtolâ contra Paulum Samoſatenum: εἰ μὴ γὰρ ἦν ὁ χριστὸς αὐτὸς ὁ ὢν θεὸς λόγος, οὐκ ἠδύνατο εἶναι ἀναμάρτητος. οὐδεὶς γὰρ ἀναμάρτητος εἰ μὴ εἷς ὁ χριστὸς, ὡς καὶ ὁ πατὴρ τοῦ χριστοῦ, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Niſi fuiſſet Chriſtus ipſe verus Deus Verbum, non potuiſſet eſſe impeccabilis. Nemo enim eſt qui peccare non poſſit niſi vnus Chriſtus, ſicut & Chriſti Pater & Spiritus ſanctus.] Rationem ducit S. Baſilius ex mutabilitate Creaturæ & indigentiâ propriâ in ordine ad ſanctitatem quam nonniſi participatam habere poteſt. οἷς ἐπεισοδιάστον καὶ ἑτέρωθεν ἐπιδεδομένον ὑπάρχει τὸ ἀγαθὸν, τῆς μεταπτωτῆς εἰσι φύσεως. οὐ γὰρ ἂν ἐξέπεσεν ὁ ἑωσφόρος ὁ πρωῒ ἀνατέλλων, οὔτε συνετρίβη ἐπὶ γῆς, εἰ φύσει ὑπῆρχε τοῦ χείρονος ἀνεπίδεκτος. Id eſt. Quibus aſcititium & aliunde inditum bonum inexiſtit, ea caducæ & tranſmutabilis ſunt naturæ. Non enim cecidiſſet ille Lucifer manè oriens, neque in terram alliſus eſſet, niſi naturæ fuiſſet eius, quæ deteriori conditione eſſe poſſet.] S. Ioan. Damaſcenus. πᾶν κτιστὸν καὶ τρεπτόν. μόνον δὲ τὸ ἄκτιστον ἄτρεπτον. ἡ λογικὴ φύσις ὡς λογικὴ αὐτεξούσιος. ὡς δὲ κτιστὴ τρεπτή, ἔχουσα ἐξουσίαν καὶ μένειν καὶ προκόπτειν ἐν τῷ ἀγαθῷ, καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον τρέπεσθαι. Id eſt. Omne creatum vertibile (ita vetus verſio) ſolum autem increatum inuertibile. Intellectualis igitur naturâ quâ intellectualis libera eſt: quâ creata, vertibilis eſt, poteſtatem habens manendi & proficiendi in bono, & in deterius quoque prolabendi]

Dion. Alex. Ep. ad Paulum Samoſat. to. 1. Bibl. P. & apud Euſeb. lib. 7. hiſt.

Baſil. lib. 3. in Eunom.

Dan. l. 2. c. 3.

II.

Status itaque ſuperior peccato, à Gratiâ Dei eſt. Hic enim titulus, impeccantiæ potius debetur quam primæ Adami origini, quam tamen ἁμαρτίας τε παθῶν ἀνωτέραν ſuperiorem peccato & perturbationibus vocat S. Cyrillus. Non eſt autem opus ad eiuſmodi gratiæ confirmationem, vllum neceſſitatis vinculum arbitrio creato adhiberi. Quod præclare diſputat S. Athanaſius contra Arianos dicentes: εἰ ἡ ἁμαρτήσασα φύσις ἐν θεῷ γέγονεν ἁμαρτίαν μὴ ποιήσασα, ἀνάγκη πάνυ κατέχεσθαι ſi peccatrix natura, in Deo, peccati eſt expers, igitur neceſſitate coercetur: reſpondet enim neceſſitatem non bene inferri, quia τὸ μὴ ἁμαρτάνειν κατὰ φύσιν non peccare naturæ conueniens eſt.] Ratio manifeſtiſſima eſt quia confirmati in gratiâ quum ſint adhuc viatores, merentur per omnes & ſingulos actus deliberatos in Deum directos, quibus præceptis parent tam negatiuis quam affirmatiuis: ſunt igitur ab omni circa illos actus neceſſitate prorſus liberi & ſoluti. Quanquam impropriè vocetur à Doctoribus quibuſdam. impotentia peccandi & neceſſitas non peccandi. Iuxta illud S. Auguſtini lib. 22. de Ciu. c. 30. & de corrept. & grat. c. 12. *Prima libertas poſſe non peccare, nouiſſima multo maior non poſſe peccare: prima perſeuerantiæ poteſtas, bonum poſſe non deſerere: nouiſſima fælicitas perſeuerantiæ bonum non poſſe deſerere &c.* Quæ tamen de ſtatu gloriæ capi poſſunt.

Status gratiæ confirmatæ quomodo peccatum excludat ex PP. non ex neceſſitatis vinculo.

Cyrill. lib. 5. de ador.

Athan. or. de ſalutar. aduentu.

III.

Confirmatio in gratia, quænam exigat.

1. Io. c. 3.

2. Theſſ. 2.

Naz. or. 31.

Nyſſ. ho. 7. in Cantic.

1. Theſſal. 3.

Macar. ho. 17.

Chryſ. ho. 4. Gen.

In Ancorato nu. 79.

Confirmatio in gratiâ, videtur gratiam ſanctificantem vberem ac plenam exigere, qualis paſſim deſcribitur in iis qui ipſam adepti ſunt, vt B. Virgine Luc. 2. 40. S. Stephano act. 6. 7. Apoſtolis aliis *Spiritu ſancto repletis* Act. 1. & 4. B. Ioannes de aliis. *Omnis qui natus eſt ex Deo peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare.* Sec. donum perſeuerantiæ, quo Deus confirmat quod operatus eſt in nobis Pſ. 67. ac proinde ſeriem illam ac ſucceſſionem bonorum operum, iuxta illud Pauli. *Ipſe autem Dominus Ieſus Chriſtus confirmet corda veſtra in omni opere & ſermone bono.* τὴν ἕξιν τοιαύτην τῆς ἀρετῆς, ὥστε σχεδὸν ἀδύνατον εἶναι θελῆσαι τὴν περὶ τὰ χείρω φορὰν, talē habitum virtutis vt ſit fere tibi impoſſibile in vitium ferri. Vel ita vt ſit βίος τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτι κατασφαλισθείς, vita Spiritus ſancti gratiæ confirmata, vt pluribus diſſerit B. Gregor. Nyſſenus. Præterea vero quemadmodum donum perſeuerantiæ finalis ſpecialia Dei auxilia complectitur quibus homo à fine ad finem attingat, & omnia impedimenta peccatorum occurrentia ſuperet, aut declinet: ita potiori iure Confirmatio in Gratiâ prout his verbis ſignificat Apoſtolus: *fidelis autem Dominus eſt qui confirmabit vos & cuſtodiet a malo.* Quæquidem gratia *protectionis* eſt, tam intrinſecus quam extrinſecùs cuſtodiens B. Macarius hom. VII. ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ κατέχει τὰ μέλη καὶ τὴν καρδίαν καὶ αἰχμαλωτίζει τὸν νοῦν εἰς ἀγάπην θεοῦ. Id eſt. Virtus diuina continet membra & cor: & mentē captiuat in charitatem Dei] Idem de gratiâ in quâ confirmati ſunt Apoſtoli, loquens ſic ait αὕτη ἡ χάρις ἠσφαλίζετο αὐτοὺς ἵνα μὴ κἂν εἰ μικρὸν τι ἐκπταίωσιν id gratia ipſa eos inoffenſos reddebat, vt ne tantillum quidem impingerent.] B. Chryſoſtomus: ἀδάμαντος στερροτέρους ἡ τοῦ θεοῦ χάρις κατασκευάζει. Id eſt Adamante ſolidiores Dei gratia nos efficit, &c. B. Epiphanius vigilantiam, protectionem & regimen Verbi erga humanitatem ſacroſanctam aſſumptam ſic deſcribit contra Apollinarem: ὁ θεὸς λόγος ἄνωθεν ἀπὸ πατρὸς κατελθὼν εὐδοκήσας ἐν σαρκὶ γενέσθαι, ἐχαλιναγώγει τὸ σκεῦος καὶ ὡς ἤθελεν ἐπεῖχεν αὐτὸ ἀπὸ πάσης ἀχρειώδους πράξεως σαρκικῆς ἠδύνατο, εἰ δὲ ἤθελεν ἐνεδίδου. ἐνεδίδου δὲ εἰς τὰς εὐλόγους καὶ συμπρεπούσας τῇ αὐτοῦ θεότητι σωματικὰς χρείας. Id eſt. Deus verbum cœlitus à Patre deſcendens, & carnem de ſuâ voluntate ſuſcipiens, corpus ſuum velut fræno quodam regebat, & ab inutili omni carnis actione, prout vellet, cohibere valebat: atque vbi libebat, liberè ferri permittebat ad eas duntaxat corporis neceſſitates quæ rationi conuenientes diuinitati conſentaneæ eſſent.]

IV.

Quid adijciat confirmatio in Gratia, perſeuerantiæ finali.

Veniet haud dubiè alicuius in mentem vt ex his percontetur quo igitur modo confirmatio in gratiâ à dono perſeuerantiæ diſtinguatur? Quod ſane pro tempore non aliud mihi videtur eſſe diſcrimen quam ſecundum magis & minus, vt Philoſophi loquuntur, id eſt ſecundum gradus maioris & minoris perfectionis circa eadem obiecta

eoſdem actus, eumdemque finem ſupernaturalem. Quicumque enim dono perſeuerantiæ finalis donati ſunt, pro tempore quo illud habere cœperunt, hoc habent cum iis qui in gratiâ confirmati ſunt, prorſus commune: quod peccatum mortale non committant. Verum id à maiori vel minori perfectione, donorum quibus cumulati ſunt proficiſci poteſt, prout tam perſeuerantium in gratiâ quam in gratiâ confirmatorum alij ſunt aliis perfectiores & proinde à peccato remotiores, ac tutiores. Confirmatio enim quædam eſt in Gratiâ quæ lapſus in peccata venialia non prohibet, ſed tantum in letalia. Alia eſt Confirmatio in Gratiâ, quæ extinctionem fomitis concupiſcentiæ infert: Macarius ho. 17.
alia quæ nõ infert: Alia demum perfectiſſima quæ fomitem extinguit, perturbationes non ſolùm ſedat, ſed etiam occupat, & omnem cuiuſcumque peccati immunitatem concedit qualem in B. Virgine, *quæ vicit ex omni parte peccatum*, cum ſanctis Patribus agnoſcimus, atque ve- S. Bern. ep. 174.
neramur. S. Auguſt. de nat. & grat cap. xxxvi. Damaſc. ex PP. orat. I. S. Tho. 3 p q 27.
de Natiuit. Virg. Vtrum autem ad venialium etiam peccatorum immunitatem & ad paſſionum ipſarum vacuitatem à quoquam alio peruentum ſit: licet fieri poſſe S. Cyrillus aſſerere videatur lib. iv. in Ioan- S Cyrill. fine lib. 4.
nem: ὥσπερ ἐπὶ βαθμῶν χρησάμενοι καὶ προσεσόμενοι μεῖζον τι καὶ ὑπέρτερον ἀναβησόμεθα τὴν ὁλοσχερῆ φημι τῶν παθῶν ἀποκοπήν. Id eſt. Quaſi gradibus quibuſdam vtentes ad id quod maius & ſuperius aſcendemus, integram ſcilicet perturbationum reſectionem. Nihilominus tamen hac in Ioan.
de re nec curioſius inquirendum, nec temerè quidquam aſſeuerandum aut conſtituendum cenſeo, id tantum cum S. Auguſtino tenendum, *Si quis demonſtrauerit aliquem vel aliquos ſine vllo hic vixiſſe peccato, modo hoc munus eſſe diuinum non dubitet: qui non ei, non ſolum minimè aduerſatus, verum etiam plurimum gratulatus fuerit, non mediocribus inuidentiæ ſtimulis agitatur.* Vnde S. Cyrillus ibidem ſtatim: Τὸ μὲν ἀργῆσαι πάθους ἔχει τινὰ μοῖραν τοῦ καὶ ἐφ' ἡμῖν κεῖσθαι δοκεῖν. τὸ δὲ ἀπαλλάττεσθαι πάθους οὐχὶ πάντως ἐφ' ἡμῖν. ἔργον δ' ἂν εἴη πρέπον ὄντως Χριστοῦ τοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα καὶ πάντα διαῤῥυθμίσῃ πρὸς καινότητα ζωῆς. Id eſt. A perturbatione quidem ceſſare ex iis quæ in noſtra poteſtate, ex parte eſſe videatur: Perturbatione vero liberari, opis certè non eſt noſtræ, ſed Chriſto reuera conueniens opus, qui paſſus eſt pro nobis vt omnia ad vitæ nouitatem reformaret. S. Aug. lib. de ſpir. & litt. c. 2.

Certe Confirmatio in Gratia vt omnibus Apoſtolis ita & Paulo collata eſt ex multorum ſententiâ ab ipſa conuerſione: ipſe tamen licet in tertium raptus eſſet cœlum, tum illam confirmationem videtur ignoraſſe, quum ſcripſit, *ſed non in ipſo iuſtificatus ſum*, 1. Cor. 4 & rurſus c 9. *ne reprobus efficiar*: tum etiam ſtimulo carnis non caruiſſe: quem licet quis propriè fuerit, ſe ignorare fateatur vno loco S. Auguſtinus, alibi tamen S Aug. de nat. & grat c. 27. in Pſ 58.
legem membrorum Rom. 7. & concupiſcentiæ motum fuiſſe dicit. hier ad Euſtoch.
Adeoque cum illo carnis ſtimulo, quem, vt diſcederet, fruſtra ter rogauit Paulus, bene cohærere confirmationem in gratiâ, probat S. Thomas ex verbis Domini ad Paulum. *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus* Gr. δύναμις ἡ μοῦ *potentia mea, in infirmitate perficitur.* Vnde Apoſtolus addit, *libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus* S Tho. ad epiſt. 2. Cor.

Chriſti. Confirmatio talis igitur in gratia, nihil ſupra perſeuerantiæ donum adijcere videtur præter quam robur, vigorem & firmitatem aliquam extraordinariam, contra tentationum grauiſſimarum inſultus, cum ſingulari aliquâ Dei protectione.

S Thomas qu. 24. de Verit. art. 9.

Quæ hactenus diximus, vniuerſa docuit S Thomas agens de confirmatione in bono ſeu in gratiâ, tum de illâ præcellenti, quâ B. Virgo donata eſt: tum de illâ quâ Apoſtoli, iuxta id Pſ. *Ego confirmaui columnas eius* ſic habet. *Per gratiam huius vitæ ita poteſt homo bono adſtringi, quod nonniſi valde difficilè peccare poſſit, per hoc quod ex virtutibus infuſis inferiores vires refrænantur, & voluntas in Deum fortius inclinatur, & ratio perficitur in contemplatione veritatis diuinæ, cuius continuatio ex feruore amoris prouenienſ hominem retrahit à peccato. Sed totum quod deficit ad confirmationem, ſic completur per cuſtodiam diuinæ prouidentiæ in illis qui confirmati dicuntur, vt ſcilicet quandocumque occaſio peccati ſe ingerit, eorum mens diuinitus excitetur ad reſiſtendum peccato. Non eſt autem aliquis in ſtatu vitæ omnino, ſicut nec omnino perfectus, ſed aliquo modo dici poteſt,* &c. Vide artic. præced. vbi de confirmatione in bono per gratiam conſummatam.

S Macarius ho. 27. interrog. εἰ ἐδύναντο ἁμαρτάνειν οἱ ἀπόστολοι; reſpondet potuiſſe quia ſemper habebant ἐξουσίαν τῷ θέλοντι ἀγαθοῦ πίπτειν, ſed tamen ἐμπεπηγμένην χάριν. ita reprehéſione Pauli probat prius interrog. præced.

Bibl. Phot. Cod. 222. n. 44.

Ex Patribus Græcis nemo mihi lectus eſt qui menti ac verbis S Thomæ magis conſentiret quam Iouius Monachus apud Photium libro 9. de Verbo Incarnato ἐν τῇ ἀναστάσει τὸν ἀγγελικὸν βιωσόμεθα βίον, μηκέτι πρὸς τὴν τῶν φαύλων ἐκκλίνοντες, ἀλλ' ἐν τῷ ἀτρέπτῳ στηριζόμενοι. οὐ φύσει τοῦτο κτησάμενοι, τῇ δὲ τοῦ πνεύματος δυνάμει, ὥσπερ καὶ αὐτὸ τὸ τῶν ἀγγέλων σύστημα. ταύτῃ ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων ἐστὶν Ἰωάννου τῇ πρὸς τὸ ἄτρεπτον δαψιλείᾳ τοῦ πνεύματος· ὡς εἰ καὶ νῦν πνευματικοῖς χαρίσμασι μείζων ἐστὶν ὁ πρόδρομος, ἀλλ' ὅμως τοσαύτη τις ἔσται κατὰ τὸ μέλλον ἡ τῶν παρόντων μεταβολὴ πρὸς τὸ ἄμεινον, καὶ ἡ δαψιλεία τοῦ πνεύματος, ὡς καὶ τὸν ἐκεῖσε μικρότερον, τῶν ἐνταῦθα τὸ μεῖζον ἐχόντων μεγαλοπρεπεστέρας τυχεῖν δωρεᾶς. καὶ γὰρ ὁ μὲν ἐνταῦθα κἂν τὸ μεῖζον εἶχεν, οὐκ εἶχε τὸ ἄτρεπτον. ὁ δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μικρότερος ὅστις ποτ' ἂν ᾖ, ὅπερ ἂν ἔφερεν ἀγαθὸν, ἀναφαίρετον συνεπεφέρετο, μηδαμῶς ἀῤῥωστίᾳ τροπῆς ὑποκείμενος. Id eſt. Nos in reſurrectione vitam Angelicam acturi ſumus, non iam amplius ad vllum malum proni, ſed in ſtatu immutabili confirmati: nec id quidem naturæ beneficio conſecuti, ſed potentiâ ſpiritus, ſicut & ipſe Angelorum ordo. Eadem ratione qui minor eſt in regno cœlorum, maior eſt Ioanne, quia ſcilicet

Matth. c. 2.

præ abundantiâ gratiæ ſpiritalis mutari amplius non poteſt. Etſi nunc, ait Chriſtus, ſpiritalibus donis potior eſt Præcurſor, ea tamen erit in futura vitâ harum rerum in melius commutatio, tanta ſpiritûs copia, vt qui illic minor eſt, ampliora dona conſecuturus ſit quam qui hîc maiora acceperunt. Qui enim ſic degebat etiamſi maius aliquid eſſet conſecutus, nondum tamen habebat immutabilitatem: qui verò in cœlorum regno minor, quiſquis tandem ille fuerit, quod tulit bonum, id ſimul ſtabile & nunquam adimendum tulit, nulli mutationis infirmitati obnoxius.] Eapropter Baſilius Seleucienſis inducit Deum ita

Or. 2.

Eliæ loquentem in currum igneum aſcenſuro, σὺ δ' ἔχου καταγώγιον ἁμαρτίας ἐλεύθερον, συμπολίτευου μετὰ σαρκὸς τοῖς ἀγγέλοις. Id eſt. Tu ergo ſubi diuerſorium à peccato liberum, carne veſtitus Angelis conuerſare.

CAPVT XIII.

De altero gratiæ ſanctificantis et habitualis effectu, nempe merito. Ex Patribus Græcis.

SVMMA CAPITIS.

I.

Opera iuſtificatorum nō eſſe peccata, ſed bona, ſtudioſa, laudabilia, contra hæreticos docetur ex ſcript. & PP. Græcis.

II.

Eadem opera eſſe vtilia ad Gratiæ conſeruationem, imo & neceſſaria ad Gloriæ conſecutionem in adultis, ex iiſdem oſtenditur.

III.

Eſſe verè merita, mercede præmioque digna, ſupernaturali ac æterno ex ſcript. & PP. Græcis.

IV.

Obiectionibus, contra bonitatem operum ſit ſatis, ex doctrina eorumdem.

V.

Obiectionibus contra rationem & vim meriti occurritur ex ſcript. & PP.

I.

VINDICANDVS in primis ille Canon Tridentinæ Synodi. *Si quis in quolibet bono opere iuſtum ſaltem venialiter peccare dixerit, aut quod intolerabilius eſt, mortaliter, atque ideo pœnas æternas mereri, tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem, anathema ſit.* Canon ille eſt contra Lutheri Articulum XXXI. *In omni bono opere iuſtus peccat.* Et XXXII *Omne bonum optime factum, eſt veniale peccatum.* Plus audet Caluinus qui nullum niſi mortale peccatum agnoſcit. *Omnia hominum opera ſi ſuâ dignitate cenſeantur nihil niſi inquinamenta & ſordes &c. Quodcumque pij hominis opus ſi ſeuero Dei iudicio examinetur, damnabile eſt.* Abſurda prorſus, profana & impia doctrina. Trid. ſeſſ. 6. can. 25. & cap. 2. Luth. art. 31. & 32. Caluin. 3. inſtit. c. 13. & 14.

Igitur, iudice Luthero vel Caluino, errauit Deus ac iudicij falſus fuit, quum Abelis ſacrificium, quod quidem ex hac doctrinâ mortale peccatum erat, gratum acceptumque habuit *reſpexit Deus ad Abel & ad munera eius*, ἐπεῖδε ἐπ' αὐτὸν ὅτι ὑγιεῖ γνώμῃ τὴν προσαγωγὴν ἐποιήσατο. ἐπεὶ ὀρθῇ γνώμῃ καὶ εἰλικρινεῖ διανοίᾳ προσενήνοχεν Ἄβελ, ἐπεῖδέ φησιν, ὁ θεὸς τουτέστιν ἐδέξατο, ἤρεσεν, ἐπῄνεσε. Id eſt. Reſpexit in ipſum quia ſanâ mente obtulerat: quia rectâ intentione & ſincero animo obtulerat Abel, reſpexit, inquit, Deus, id eſt ſuſcepit, grata habuit. laudauit.] Hæreticis bellè conuenit vt dicant bonum malum & malum bonum, ſed Deo profecto id non conuenit; hæreticorum delirium eſt, blaſphemia eſt Operum Abrahami iuſtitia nonne Deum etiam vt auctorem ita & laudatorem habuit? *Abraham Pater noſter, nonne ex operibus iuſtificatus eſt offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur* Geneſ. 4. Heb. 2. Chryſoſt. ho. 18. in Gen. Iacob. ep. c. 2. v. 21.

operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt. Et ſuppleta eſt ſcriptura dicens:
Judith.8.amicus Dei effectus eſt. *Credidit Abraham Deo & reputatum eſt ei ad iuſtitiam & amicus Dei appella:us eſt. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo & non ex fide tantum?* Quæ
Philo lib. de Abraham. operum ſtudioſorum perfectio, comprobat illud Philonis, Abraham propoſitum à Deo fuiſſe ὡς καθολικώτερον τῆς ἀρετῆς ἀρχέτυπον καὶ λογικόν τινα καὶ ἔμψυχον νόμον τῆς σοφίας tanquam vniuerſale virtutis Archetypum & intellectualem quandam ac viuam ſapientiæ legem: quò al-
Baſil.conſtit.c.21. ludit & S. Baſilius qui eum ob hæc virtutis heroïcæ opera στήλην τῇ οἰκουμένῃ ἱδρυθεῖσαν columnam vniuerſo orbi erectam appellat. De Iobi vero innocentiâ & conſummatâ virtute quid ipſe Deus eximium ſilet? *Conſideraſti ſeruum meum Job, quod non ſit illi ſimilis in terrâ vir ſimplex & rectus & recedens à malo & adhuc retinens innocentiam?* Et ſub finem certaminis idem quoque rectitudinis elogium non ſolum eius factis, ſed
Chryſ.hom.1.ad pop.Ant. etiam dictis exhibuit, ita vt non immerito de eo ſic loquatur Chryſoſtomus: χρυσίον ἐστὶ δόκιμον, ὡς βούλει δοκίμασον· οὐχ εὑρήσεις ἐν αὐτῷ κηλῖδα. Id eſt Aurum probatum eſt: vt voles, examina: nullas reperies in eo ſordes, vel maculas. Dauidis aut ante peccatum innoxij aut poſt
Pſ.118. pœnitentiam expurgati verba toties occurentia quis diſſimulet? *Ab*
Pſ.16. *omni viâ mala prohibui pedes meos vt cuſtodiam mandata tua: à iudicijs tuis non declinaui: feci iudicium & iuſtitiam. Igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.* Optime Theodoritus ad priorem locum: οὔτε γὰρ δυνατὸν δύο κατὰ ταυτὸν ὁδεύειν ὁδοὺς δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας. ἀλλὰ δεῖ τὰς ἐναντίας φυγεῖν καὶ τὴν εὐθεῖαν ὁδεῦσαι. Neque enim fieri poteſt vt ſimul duas incedamus vias iuſtitiæ & iniuſtitiæ: ſed oportet contrarias fugere & per rectam ambulare] Quomodo igitur idem opus & bonum & peccatum etiam mortale erit, vt hæretici blaterant?

Num fruſtra, & contra quam fieri vnquam poſſet, præcipiebat Ieſus eum diceret. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt?* An illudebat Chri-
Matth.5. ſtus de muliere peccatrice dicens, *Opus bonum operata eſt in me?* Matt. 26. Fruſtra in Chriſti nomine hortabatur Paulus ad Titum 3. *Curent bonis operibus præeſſe qui credunt Deo?* Ad Epheſios 2. *Ipſius enim factura ſumus, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Opera dicuntur ab Apoſtolo *bona*, ergo ſimpliciter bona ſunt: dicitur ab eodem Chriſtus nos in iis bonis operibus *creare*, abſurdum & impium eſt Chriſtum ſecundâ illa per Gratiam creatione nos creare in peccatis: dicitur Deus nos ad ea bona opera præparare, atqui Deus ad peccata non præparat, qui à peccatis quæ prohibet, auertit: Deniq; vult vt in iis ambulemus, nunquid in peccatis? Abſit. Illis potius Apoſtoli verbis omnes omnino virtutis ſpecies commendari rectè
Chryſ.ho.4.Ethic. in Eph. V. animaduertit S. Chryſoſtomus: ὁρᾶτε οὐχ ἵνα ἓν ἐργασώμεθα προσέταττε, ἀλλ' ἵνα πάντα. οὐ γὰρ ἀρκεῖ μία μόνον ἀρετὴ παραστῆσαι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ μετὰ παῤῥησίας ἡμᾶς, ἀλλὰ πολλῆς δεῖ καὶ ποικίλης καὶ παντοδαπῆς, καὶ πάσης αὐτῆς. ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος τοῖς μαθηταῖς, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. καὶ πάλιν ἂν λύσῃ τις μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχ. Id eſt. Hic non iubet vt vnum operemur eorum quæ iubet, ſed

omnia. Non enim ſufficit vna ſolùm virtus, vt aſſiſtamus nos ad tribunal Chriſti cum fiduciâ, ſed multâ opus eſt & variâ & omnigenâ ac vniuersâ virtute. Audi quid dicat diſcipulis, docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui verbis: & rurſus ſi quis ſoluerit vnum ex mandatis iſtis minimis, &c.] Matth.28.

I I.

Euangelium abrogat quiſquis operum bonorum vtilitatem ad ſalutem adultorum & neceſſitatem non profitetur: Poſtquam Chriſtum dicentem audierit, *Venite benedicti Patris mei poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare; ſitiui & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram & collegiſtis me, &c.* S. Gregorius Theologus: οὐδὲν οὕτω τῶν πάντων, ὡς ἔλεῳ, Θεὸς θεραπεύεται· οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ μᾶλλον ἢ φιλανθρωπίᾳ τὸ φιλάνθρωπον ἀντιδίδοται παρὰ τοῦ δικαίως ἀνταμείβοντος καὶ ἱστῶντος ἐν ζυγῷ καὶ σταθμῷ τὸν ἔλεον. Id eſt. Nullo planè cultu magis quam miſericordiâ Deus colitur, nec vlli alij rei potiùs quam benignitati benignitas rependitur ab eo qui iuſtè remetitur, atque in pondere & mēſurâ miſericordiam ponit.] Non aliâ de cauſsâ dixit S. Petrus, *ſatagite vt per bona veſtra opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. Hanc enim facientes non peccabitis aliquando.* Quâ fronte, amabo, audet ſectarius dicere, *peccabitis, opera veſtra, mala ſunt, peccata ſunt* cum Apoſtolus *bona* vocet *& vocationem ac electionem certam facere* doceat & dicat, *non peccabitis?* Plura inferiùs ex Paulo à Patribus explicato ex quo nunc illud ſufficiat, *Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt & futuræ.* 1. Tim. 4.

Opera bona ad ſalutem neceſſaria. Matth.25. Greg. Naz. or.16. 2.Pet.1.3.

III.

Opera illa ſtudioſa, pia, per Dei gratiam ab hominibus iuſtis effecta, vera eſſe præmij ſupernaturalis & beatitudinis æternæ MERITA omnes ſcripturarum paginæ, omnia ſanctorum Patrum commentaria orationesq; teſtantur. Merces enim nō promittitur nec debetur, nec redditur niſi merito. Beatitudo vero promittitur, debetur, redditur deniq, bonis operibus titulo mercedis. Gen. xv. 1. Matt. v. 12. Lucæ vi. 23. Matth. xxv. Apocal. vlt. *Ecce venio citò & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua.* Vnde & beatitudo certaminis præmium βραβεῖον dicitur 1. Cor. 9. *Corona iuſtitiæ* 2. Tim. 4. *Corona vitæ* Apocal 2. & Iacob. 1. *imo & depoſitum* 2. Tim. 1. *Debetur enim*, vt ait Arauſicana Synodus, *merces bonis operibus ſi fiant, ſed gratia quæ non debetur, præcedit vt fiant.* Tertullianus lib. de Pœnitentiâ: *Deus cum auctor & defenſor bonorum ſit, proinde & acceptator: ſi acceptator etiam & remunerator: Bonum factum Deum habet remuneratorem:* idem repetit & lib. de patientiâ, *quarum patientiæ licet vt Deum habeat debitorem*] S. AVGVSTINVS pluribus locis vno omnia complectitur. *Vita æterna eſt totum præmium cuius promiſſione gaudemus: nec præmium poteſt præcedere merita & prius homini dari quam dignus eſt quid enim hoc iniuſtius, & quid iuſtius Deo? non ergo de-*

Opera illa vera merita præmij ſupernatur. Arauſic. Syn ſec. cap 16 Trid. ſeſſ.6. cap.16 & can.26. & 32. Tert de Pœn c.2. & nomen meritorum habet de reſurr carn. ad loc. Apoſt 1. Cor.15. S.Aug. de mor. Eccl. c.25.

bemus præmium poſcere, antequam mereamur accipere. Latinos Patres alij collegerunt.

Nos Græcorum Patrum mentem pauliſper conſulamus. Pauca ex paucis.

Baſ. in Pſ. 33.

S. Baſilius ad Pſalmum: πᾶσα τοῦ δικαίου πρᾶξις ἀξία τῆς τοῦ θεοῦ θεωρίας. Omnis actio iuſti digna eſt quam Deus reſpiciat, &c.

Matth. 20.

Naz. or. 31.

B. GREGORIVS Theologus, loquens aduerſus eos qui de dogmatibus Eccleſiæ ludunt circa illa verba Chriſti, *non eſt meum dare vobis, ſed quibus datum eſt*: κἀκεῖ τῷ καὶ οἷς δέδοται, πρόσθες δὲ τοῖς οὖσιν ἀξίοις, οἱ δὲ εἰσὶ τοιοῦτοι οὐ μόνον παρὰ τοῦ πατρὸς εἰλήφασιν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῖς δεδώκασιν. Id eſt. Et hoc loco, quibus datum eſt, hoc adiunge qui digni ſunt, quique vt tales ſint, non modo à Patre acceperunt, ſed ſibiipſis etiam dederunt.] Idem oratione in S. Baptiſma.

Id. or. 40.

γενέσθω δὲ μέσον τῆς χάριτος καὶ τῆς ἀναλύσεως, ἵνα μὴ ἐξαλειφθῇ τὰ πονηρὰ γράμματα μόνον, ἀλλὰ καὶ μεταγραφῇ τὰ βελτίονα. ἵνα μὴ τὸ χάρισμα μόνον ἔχῃς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀντίδοσιν, ἵνα μὴ τὸ πῦρ φύγῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς δόξης κληρονομήσῃς. Id eſt. Inter gratiam & mortem aliquid temporis intercedat: vt non ſolum prauæ literæ deleantur, verum etiam earum loco meliores inſcribantur, nec ſolum gratiæ donum habeas, ſed etiam præmium conſequaris: nec ignem ſolum effugias, ſed etiam gloriæ hereditatem capias, &c.

Matth. 20.
Chryſ. ho. 66. in M. ita & Cæſarius dial. 3. v. iterum Chryſoſt. ad pop. Ant. ho. 33.

S CHRYSOSTOMVS Theologo concors: ſic enim exponit illud non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt, &c vbi confert Chriſtum cum Agonotheta dicente amicis ſuis luctari nolentibus, non eſt meum vobis coronam date, ſed quibus labore & ſudore præparatum eſt: ne ſcilicet luctæ leges & iuſtitiæ ordinem perturbet. οὕτω δὴ καὶ τὸν χριστὸν εἴποιμι ἂν τοῦτο εἰρηκέναι, πανταχόθεν αὐτοὺς ἐπαναγκάζοντα μετὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν εἰς τὴν τῶν οἰκείων κατορθωμάτων ἐπίδειξιν τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας καὶ τῆς εὐδοκιμήσεως ἔχειν. Id eſt. Sic planè Chriſtum id dixiſſe affirmamus, vndiquaque illos compellentem vt poſt Dei gratiam, ſpem omnem ſalutis & gloriæ reponerent in propriis operibus, &c. Plura ibidem de iure meritorum æqualium vel inæqualium.

Chryſoſt ho. 25. in Matth.

Idem non veretur dicere Deum nobis debitorem, vbi tractat de anteferendo bono opere ipſis etiam miraculis. τῶν μὲν γὰρ σημείων αὐτοὶ ὀφειλέται ἐσμὲν, τοῦ δὲ βίου καὶ τῶν πράξεων τὸν θεὸν ἔχομεν ὀφειλέτην. Id eſt. Miraculorum enim ipſi debitores ſumus: Vitæ autem ratione & bonorum operum, Deum habemus debitorem.]

Chryſ in 2 Tim. ho. 1. & ad tit. ho 2.

Idem Comment. Epiſt. ad Timotheum ſecund. ποίησόν σοι ὀφειλέτην τὸν θεὸν καὶ τότε αὐτὸν αἴτησον. δάνεισον καὶ τότε ἀπαίτει, ἵνα μετὰ τόκου λάβῃς, fac tibi debitorem Deum, & ita demum ab eo exige. Fœnerare primò, tunc repete vt cum vſurâ recipias.

Cyrill in Theſauro aſſert. 26.

B Cyrillus Alexandrinus ſuperius Chriſti dictum ad matrem filiorum Zebedæi: οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, οὐχ ὅτι μὴ ἀδυνάτως παρασχεῖν, ἀλλ' ὅτι τῶν ποιούντων ἐστὶν ἀναλόγως οἷς κάμνουσι κομίζεσθαι τὸν μισθὸν, ὃν οὐκ ἐνὸν ἔχειν ἐπὶ πρεπόντως οἷς ὁ τοῦ πατρὸς προέγνωσις διὰ τὴν τῶν ἀνδραγαθημάτων ὑπεροχὴν τοῦτο εὐτρέπισεν. Id eſt. Non eſt meum dare, non quod dare non poſſet, ſed quia præmium certantium laboribus proportione quadam reſpondere

dere debet (interijcit comparationem Agonothetæ vt Chryſoſtom.) equidem præmium æquius eſt deferri iis, quibus præſcientia Patris ob rectè factorum excellentiam, illud præparauit.]

IV.

Hæretici in eo volentes errant, quod ſcripturæ teſtimonia, quæ de hominibus plurimis ipſo peccato flagrantibus, aut nondum à peccati labe purgatis, necdum gratiâ Dei reſtitutis manifeſtè tractant, ad omnes omnino homines etiam iuſtificatos traducant. Talia ſunt, Pſalmographi etiam apud Apoſtolum, *Non eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens Deum, omnes declinauerunt*, &c. S. Hieronymus de maiori parte hominum hæc accipienda docet, ſicut & illud. *Omnes quæ ſua ſunt quærunt*: vel de omnibus citra gratiam Dei, ſola duce naturâ, quæ dum ſibi committitur, dimittitur, non verò gratiâ Dei iuſtitiam reparante adiutis: quod videtur Apoſtoli inſtitutum, maiorem illam propoſitionem probante *omnes eſſe ſub peccato & indigere gratiâ Dei.* Adde quod Pſalmi verba de Idololatris intelligenda primâ fronte veniunt, vt notat Theodoritus. Similis apud Eſaiam locus à Luthero & Caluino toties obiectus, *facti ſumus vt immundi omnes nos: & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.* Vbi Propheta loquitur Proſopopœâ hominum totius Iudææ ſceleratiſſimorum, qui conſcientiæ vi conuicti, dicere coacti erant. *Ecce tu iratus es & peccauimus*: de iuſtorum enim operibus præcedenti verſu aliud Propheta dixerat, nempe, *Occurriſti lætanti & facienti iuſtitiam: in vijs tuis recordabuntur tui.* Iuſtos ergo ab iniuſtis apertiſſimè diſcernit, iuſtos, inquit S. Cyrillus: ἐργάτας τῆς δικαιοσύνης καὶ τῶν θείων θελημάτων ἀποτελεστάς, operatores iuſtitiæ & voluntatum Dei exequutores, ab iniuſtis, id eſt impuris, profanis & ſuperſtitioſis in iuſtitiâ legali eaq; idololatriæ admiſtâ fidentibus: tum verò veram Chriſti iuſtitiam repudiantibus, μετὰ τὴν εἰς χριστὸν ἀσέβειαν. Hunc etiam locum exponit S. Macarius de iuſtitiâ non ſolum naturali, ſed etiam falſa & fictitiâ, ſeclusâ Chriſti gratiâ: αἰτείτω ἡ ψυχὴ παρὰ τοῦ διδόντος καὶ ἀμφιεννύντος δόξαν χριστοῦ ἐν φωτὶ ἀῤῥήτῳ, μὴ ποιοῦσα ἑαυτῇ ἱμάτιον λογισμῶν ματαίων, δοκήσει ἰδίας δικαιοσύνης ἀπατωμένη, καὶ νομίζουσα ἔχειν ἀμφίον σωτηρίου. εἴ τις γὰρ ἐν τῇ ἑαυτοῦ μόνον ἵσταται δικαιοσύνῃ καὶ ἀπολυτρώσει, ματαίως καὶ κενῶς κοπιᾷ. πᾶσα γὰρ ἡ οἴησις τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης φανερωθήσεται ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Id eſt. Animo poſtulet à Chriſto largiente & induente gloriam in lumine ineffabili, neque opinione propriæ iuſtitiæ decepta, aut exiſtimans ſe habere indumentum ipſius ſalutaris, conſuat ſibi veſtem vanarum cogitationum. Qui enim in ſuâ tantum iuſtitiâ ac redemptione velut propria conſiſtit, temerè & fruſtra laborat. Omnis enim opinio iuſtitiæ propriæ quaſi pannus menſtruatæ apparebit in ſupremâ iudicij die, &c.

Ad Obiectiones ex Patribus Latinis petitas non eſt inſtituti no-

Obiectionibus hæret. contra iuſtitiam operum ſit ſatis.

Pſ. 13. & ad Ro. c. 3. Eccleſ. 7. non eſt homo iuſtus.

S. Hier. ep. 146 ad Damaſum.

Theod. in Pſ. 13.

Eſ. 64. v. 6. & Eſther c. 14.

v. 5.

Cyrill. Lib. 5. in Eſ. to. 5.

Macar. ho. 20.

Obiect. ex PP. Lat.

ſtri reſpondere : breuiter tamen dicimus imperfectionem quidem operũ noſtrorũ eas oſtendere ob naturæ noſtræ fragilitatem, vt illud

Aug.ep.29.ad Hieron. Auguſtini, *quod minus eſt quam debet, ex vitio eſt*, id eſt infirmitate

L.de perf. inſtit.15. naturæ, quam imperfectionem & improprie vocat peccatum vno loco. *Peccatum eſt cum vel charitas non eſt quæ eſſet debet, vel minor eſt,*

L.3.ad Bonif.c.7. *quàm debet* : eam tamen licet imperfectam dicit eſſe, *veram iuſtitiam, quoniam per ſpiritum Gratiæ homini ex Deo eſt* : Et poſt comparationem cum perfectiori in cælo, ait, *ſed planè minor iſta iuſtitia facit meritum,*

Greg.9. moral.c.1. 2.&14. *maior illa fit præmium.* Alia ſancti Gregorij teſtimonia probant iuſtitiam quæ in homine eſt comparatam cum iuſtitiâ diuinâ eſſe *iniuſtitiam*, ſed id aſſerit, primo comparatè, deinde cum remotâ Dei gratiâ homo cum Deo contendit. Legantur aliæ ſolutiones apud

Gamach. ad quæ. 114.cap. Philippum Gamachæum alioſque Theologos, vt dicamus aliquid

Iouius de verb. Incarn.lib.6. ex Græcis, ita capiendum eſt illud Iouij Monachi apud Photium vbi explicans illum titulum SANCTVS SANCTORVM: καὶ γὰρ καὶ ὅσοι διὰ τὸ θεῖον ἅγιοι λέγονται, βέβηλοί τε ἂν κεκρίνοιντο καὶ ἀκάθαρτοι παραβαλλόμενοι θεῷ. ὥσπερ καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς δοῦλοι, καὶ μὴ ὄντα τὰ ὄντα πρὸς τὸν ὄντως ὄντα ἐξεταζόμενα. Id eſt. Quotquot enim ob diuinam gratiam ſancti dicuntur profani alioquin & impuri iudicentur ſi Deo componantur : vt & omnes reges, ſerui : & exſiſtentia non

9.Moral.1.v & 5.Mor.c.26. exſiſtentia ad eum qui reuera exſiſtit, collata &c. non aliud dicit quam poſt Auguſtinum Sanctus Gregorius, *Homo Deo non compoſitus iuſtitiam percipit, compoſitus amittit.*

V.

Occurritur obiectionibus aduerſus meritum. Quaſi de ſuperiore loco aduerſus meriti nomen ita ſuperbè ac durè pronuntiat Caluinus. *Quicumque primus extraneum à ſcripturis meriti*

Caluin.4 inſtit. 15. *nomen faſtuoſiſſimum, quo Dei gratia obſcuratur, operibus humanis ad Dei iudicium comparatis aptauit, ille fidei ſinceritati peſſimè conſuluit.* Primus,

3.Inſtit.c.2.&c. 15. Sorbonicæ Scholæ errorum omnium matres. quis ille putas? bellua, inquit, *Sophiſta, rabula.* Ita enim Sorbonæ Theologos honorificè appellat : ſed quot ſæculis ante Sorbonam natam, meriti nomen apud Claſſicos Eccleſiæ Doctores claruit?

Tert.de reſur. car *Ordo meritorum, &c.* inquit Tertullianus : *accipient merita* noſtra mer-

Cyprian.l.de Simplic. prælat. cedem, inquit B. Cyprianus : *Meritorum præmia remanent poſt* mor-

Ambroſ.1.de off. c.15. tem inquit B. Ambroſius : *Merito iuſtitiæ tanquam ſtipendium vita æterna* redditur, inquit Sanctus Auguſtinus. Mitto cæteros, ſat

Aug.Epiſt. ad Sixtum.Proſp.ad Capit.Gal.12.Greg.4. mor.42.&c, enim qui Rabulæ & Sophiſtæ titulum officioſiſſimè Caluino reddant. At cur extraneum à ſcripturis meriti nomen, quod reperitur Eccleſiaſtici 16. *Miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum* : Et fruſtra Caluinus mouet Græce haberi κατὰ τὰ ἔργα : nomen enim ἔργου operis, propriè ad operarium ſpectat, cui pro merito merces redditur. Ierem. 31. *Eſt merces operi tuo : dignus eſt operarius* ἐργάτης *mercede ſuâ.* 1. Timoth. 3. Abeſſet vero meriti nomen ab ſcripturis, (conſubſtantialis enim & Trinitatis abſunt

quoque ab iis nomina) re ipſa quid frequentius, quid ſolemnius? Nimirum ſub nomine operum mercedem expectantium, *non eſt iniuſtus Deus vt obliuiſcatur operis veſtri.* Hebr. 6. Id ex ante dictis, eſt notius, & compertum ſupra quam dici poſſit. Ecquis verò faſtus in eo poteſt eſſe, cuius tota ad Dei miſericordiam & potentiam origo refertur, & quod excluſis gratiæ viribus & auxiliis, vanum ac nullum fatemur, his Chriſti verbis. *Cum feceritis hæc omnia, dicite, ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus.* Luc. 17. non ſolùm inutiles Deo, ſed & nobis ſine gratiâ Dei: cum eâ tamen *vaſa vtilia.* 2. Timoth 21. Adde quod bene S. CHRYSOSTOMVS ad operum noſtrorum valoreme, xigit Deus humilitatis nos ipſos deprimentis pondus: ὁ χριστὸς εἰδὼς ὅτι μετὰ τὰ κατορθώματα τοῦτο τὸ πάθος τῆς ἀπονοίας ἡμῖν ἐπισκήπτεται, τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν ὅταν πάντα ποιήσητε λέγετε ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν. οὐκ εἶπεν, ὅταν πάντα ποιήσητε, ἀχρεῖοί ἐστε, ἀλλ' ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἀχρεῖοί ἐσμεν. εἰπὲ μὴ φοβηθῇς οὐκ ἀπὸ τῆς κελεύσεως τῆς σῆς φέρω τὴν ψῆφον ἐγώ. ἂν γὰρ σὺ σεαυτὸν εἴπῃς ἀχρεῖον, ἐγώ σε ὡς χρήσιμον στεφανῶ. Id eſt. Sciens Chriſtus quod poſt rectè facta, nos ſuperbiæ morbus adoritur, dicebat diſcipulis ſuis, quum feceritis omnia, dicite, ſerui inutiles ſumus: non dixit quum omnia feceritis, inutiles eſtis: ſed, dicite vos, inutiles ſumus. Dic igitur, ne metuas, non ex tuo iudicio fero ſententiam. Nam ſi tu te ipſum inutilem dixeris, ego te vt vtilem coronabo.]

S.Tho.1.2.q.114. ar.1 ex Iob.35. ſi iuſtè egeris quid donabis ei?

Chryſoſt ho.5. In Oziam, init & in Gen. ho.21.

Luc. 17.

Ambroſ. l 8. in Luc agnoſcenda gratia, ſed non ignoranda natura &c.

Iterum ergo iterumque dicimus opera humana, ſepoſitâ gratiâ, nullius eſſe ad ſalutem pretij vel momenti, *detrimenta eſſe & ſtercora ſine iuſtitiâ Chriſti.* Phil. 3. quod Apoſtolus ait de operibus à ſe in lege ex vi ſolius legis factis, vt notat Sanctus Auguſtinus: *vt inueniar in illo*, ait ibidem Apoſtolus, *non habens iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt, Ieſu Chriſti.* Quâ ratione opera vel ſine fide vel ſine gratiâ Dei facta quæ vulgo mortua dicuntur à Theologis, inutilia ſunt ad ſalutem, *niſi palmes enim manſerit in vite, non poteſt ferre fructum à ſemetipſo: ſed qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Quod accipiendum eſt non ſolum de fructibus gratiæ gratis datæ, ſed etiam ἐπὶ τῶν ἔργων τῆς κατὰ τὴν πολιτείαν δικαιοσύνης de operibus iuſtitiæ quæ in conuerſatione cuiuſque conſiſtit, vt exponunt G æci Patres in Catenâ.

Aug. 2. de pecc. mer. 13. ita & Cyril.l.3. in Io.

Ioan. 15.

Caten. ad c. 15. Io.

Quæ Latinis ex Patribus ab hæretico Collatore deſumpta ſunt, & optimè à Theologis noſtris iuxta regulas præcedentes expoſita iam fuere. Ex Græcis vero pauca hæc forſan aliquis hic deſiderari nolit. S. BASILIVS, in Pſalm. προσδέχεται ἀνάπαυσις αἰωνία τοὺς νομίμως τὸν ἐνταῦθα διαθλήσαντας βίον. οὐ κατὰ ὀφείλημα τῶν ἔργων ἀποδιδομένη, ἀλλὰ κατὰ χάριν τοῦ μεγαλοδώρου θεοῦ τοῖς εἰς αὐτὸν ἠλπικόσι παρεχομένη. Id eſt Manet illos requies ſempiterna, qui hac in vitâ legitimè certauerint, non tanquam debitum operibus redditum, ſed ob munificentiſſimi Dei gratiam, in quem ſperauerunt, exhibita.] Sed hæc verſio erroris cauſſam præbuit, illud enim κατὰ ſic

Baſil. in Pſ. 114. conuertere anima mea in requiem tuam quia Dominus benefecit tibi.

reddendum eſt, *non iuxta debitum operum, ſed iuxta gratiam*, eo quod multo amplior & opulentior merces quam ipſa per ſe merita poſtulent, à Deo ex Gratiâ & munificentia propriâ tribuatur, tum etiam quia à Gratiâ gratis, nec ex merito, ſed ad meritum conceſsâ, proficiſcuntur omnia quæ ad ſalutem faciunt: non vero quod tota meriti ratio excludatur, vnde Baſilius ibidem cum Apoſtolo vocat mercedem illam *Coronam iuſtitiæ à iuſto iudice redditam.* Multa eiuſmodi occurrunt in Opuſculo Marci Eremitæ, opuſculo de iuſtificatione ex operibus: quibus vt & cæteris locis dubium inijcientibus, verba hæc S. Auguſtini adhiberi poſſunt. *Vita æterna quæ in fine ſine fine habebitur, meritis præcedentibus redditur: tamen quia eadem merita, quibus redditur, non à nobis parta per noſtram ſufficientiam, ſed in nobis facta per gratiam: etiam ipſa gratia nuncupatur, non ob aliud niſi quia gratis datur: nec ideo quia meritis non datur: ſed quia data ſunt & ipſa merita quibus datur. Quid enim habes quod non accepiſti &c.* Falſum igitur & calumnioſum Caluini commentum, obſcurari *miſericordiam Dei & gratiam Chriſti: necnon meritis, illius detrahi ac iniuriam fieri, quaſi inſufficientia ſint noſtriſque indigeant, in quibus ſolis gloriari nobis perinde liceat*: imò vero inde maxima Chriſti meritorum non ſolum ſufficientia, ſed etiam efficacia elucet, quod cauſſis ſecundis ſecum concurſuris det locum, & vitam ac virtutem communicet, influxu illo morali paſſionis ſuæ, omnium meritorum & ſatisfactionum fonte. Hoc enim cum Apoſtolo profitemur *in Chriſto Ieſu Domino noſtro habemus fiduciam & acceſſum in confidentiâ.* Hunc in modum qui gloriatur, *in Domino gloriatur*: rem totam ſequentia confirmabunt.

To. 1. Bibl. PP.

S. Aug. ep. ad Sixt. 105. & de lib. arb. c. 6. 7. & 8.

Epheſ. 2. & 3. & ad Rom. 5.

CAPVT XIV.

De conditionibus ad meritum neceſſarijs.

SVMMA CAPITIS.

I.

DIſtinctio Scholaſtica meriti in meritum de congruo & de condigno ex ſcriptura & Patribus aſſeritur.

II.

Meriti conditio prima, ſtatus viæ. Ex ijſdem.

III.

Rationis vſus & libertas ad meritum. Ex ijſdem.

IV.

Actus virtutis ad meritum: non Charitatis ſolius ex ſcript. & Patribus.

V.

Status Gratiæ ſanctificantis ad meritum: Gratiæ quoque actualis neceſſitas.

VI.

Pactum acceptationis diuinæ ad meritum. Ex ſcript. & PP. Latinis & Græcis.

I.

GVLIELMVS ARVERNVS celeberrimus inter Antiſtites Sacroſanctæ Fccleſiæ Pariſienſis (cuius ſanctimoniæ, Doctrinæ & maternæ Pietati poſt diuini numinis Gratiam omnia me ſemper debere profitebor) librum eruditiſſimum ſcripſit de meritis in quo huius diſtinctionis meminit his verbis. *Dixerunt autem Magiſtri, & dicunt adhuc quia meritum quod definiuimus obſequium retributionis obligatorium, & propriè & rectè atque ſtrictâ ratione meritum, & vocant huiuſmodi* MERITVM CONDIGNI *aliâ vero & ſecundâ intentione dicitur* MERITVM CONGRVI *quâ aliquis idoneus eſt vt aliquid ei fiat.* Ingrata eſt hæc deſtinatio faſtidioſis admodum bonarum rerum Heterodoxis, quâ parte præſertim meritum de condigno ſtatuit. Enimvero cur tantoperè ab eo abhorrent, quod ſcriptura vltro illis porrigit. Non ſunt quidem huc accerſenda teſtimonia in quibus vox καταξιοῦν vel καταξιωθῆναι ſumi poſſit, non pro eo tantum quod eſt *dignum eſſe*, ſed pro *dignatione excipi*, vt 2. Macab. 9. 2. Luc. 20. 35. & 2. Theſſal. 1. 5. vbi tamen non negatur dignitas operum, dignationem honoris & mercedis præcedens. Verum alia ſuppetunt in quibus dignitas ipſa meritorum per ſe magis eniteſcit. Sapientiæ cap. 3. *Spes iuſtorum immortalitate plena eſt: in paucis vexati in multis benè diſponentur: quoniam Deus tentauit illos & inuenit* DIGNOS SE. Quod eſt idem ac dignos Deo remuneratore, vt & illud Col. 1. v. 10. *Ambuletis digne Domino* ἀξίως κυρίου εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν *per omnia placentes, in omni opere bono*

Floruit circa Ann. Ghriſti 1240. ante S. Thom. toto ſæculo ante S. Tho.

Et Theſſ. 2. 12. 3. Ioan. 6.

fructificantes, & creſcentes in ſcientiam Dei: in omni virtute confortati ſecundum potentiam charitatis eius, in omni patientiâ & longanimitate cum gaudio: gratias agentes Deo & Patri qui dignos fecit nos in partem ſortis ſanctorum in lu-
Apocal. 3. 4. *mine.* Demum Apocalypſi. *Qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt.* ἀξιοπρεπεία vno vocabulo dicitur
Clem. Alex. pæd. lib. 2. Clementi Alexandrino. S. Basilivs de retributione æternâ quæ Chri-
S. Baſil ho. 6. ſtianæ vitæ rependitur, loquens, ὃ πρὸς ἀξίαν τῆς δικαιοκρισίας ἐξαίρετον.
In Hex. & hom. quod Deus, &c. init. Quod pro dignitate ſeu merito cuiuſque redditur, Iuſti iudicij prærogatiua. S. Gregorivs Theologus: ὥσπερ διάφοροι βίων αἱρέσεις, οὕτω δὲ
Naz. or. 16. μοναὶ πολλαὶ παρὰ θεῷ κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ μεριζόμεναί τε καὶ διαιρούμεναι. Id eſt Quemadmodum varij vitæ delectûs, ita & multæ quoque apud Deum manſiones, quæ cuique pro dignitate ſeu merito ſuo diuiduntur atque diſtribuuntur.] Cyprianus epiſt. xxv. *Corona mercede condignus eſt.*

II.

Meriti conditio 1. ſtatus viæ. S. Tho. 1. p. q. 62. a. 9. Inter diuerſas meriti condigni notas atque conditiones, primam eſſe arbitror eam quæ ad tempus locumque ſpectat, mortalis nimirum ac terris affixæ vitæ huius quam in ſæculo homines viuunt, quæ vulgò *Via* dicitur, & *Patria* ſeu ciuitati permanenti extra ſæculum opponitur. Geneſ. xlvii. *dies peregrinationis vitæ meæ pauci & mali.* 2. Cor. 5. ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ κυρίου. *peregrinamur à Domino: ambulamus enim per fidem & non per ſpeciem.* Soli ergo *Viatores* mereri poſſunt, præſertim ſibi, & merito quidem præcipuo. Hic agon, illis corona: hic ſtudium, illic meta: hic ſpatium, illic terminus motûs, & centrum in quo & quies. De Cæleſti loquor beataque regione. Nam
Io. 9. 5. Inferni & Purgatorij locus expers meriti. *In ijs enim venit nox, quan-*
Chryſ. in Caten. & in ho. 37. in Matth. & 2. de Laz. *do nemo poteſt operari.* Chrysostomvs: νὺξ, ὁ μέλλων καιρὸς, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι, τουτέστιν ὅτε οὐκέτι πίστις ἐστὶν, οὔτε πόνοι, οὔτε μετάνοια. Nox futurum tempus quando nemo poteſt operari, id eſt quando neque
Aug. tr. 44. in Io. fides amplius, neque labores, neque Pœnitentia. S. Auguſtinus ad illa verba, nemo poterit operari. *Nec tu Domine?* &c. *Ibi nemo poteſt operari, ſed recipere quod operatus eſt. Aliud eſt tempus operationis, aliud receptionis: cum viuis fac ſi facturus es, &c.* Eccleſiaſtis ix. *Quodcumque poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia; nec ſcientia eſt apud inferos, quo tu properas:* quæ verba cum Euangelicis eodem ſenſu
Hier. in c. 9. Eccl. confert S. Hieronym. Apocal. x. *Iurauit Angelus per viuentem in ſæcula,*
Eccli. 44. Heb. 2. 4. Reg. 2. *quia non erit ampliùs tempus.* Quæſtio ſingularis eſt de Enoch & Eliâ æter-
Tert. de reſur. car. c. 8. Apocal. 2. nitatis candidatis, vt vocat Tertull. necdum mortuis, captis tamen, ſed an ideo extra ſtatum viæ, proinde an & meriti? an iterum, ſemelve
Vide Pererium in Gen. lib. 7. qu. 5. morituris? an gratiæ conſummationem adeptis? Exerceant ingenia in hoc problemate Scholaſtici Palæſtritæ. Certe idem cenſeo hac in con-
Theodor. in Gen. qu. 43. trouerſiâ dicendum, quod in alterâ Theodoritus, cum magnâ contentione & acrimonia hæc diſquirenda non eſſe. οὐ δεῖ ζητεῖν τὰ σεσιγημένα. στέργειν δὲ προσήκει τὰ γεγραμμένα. De meritis in proprium commodum & bonum hæc dicta ſint; nam de alieno inferiùs.

III.

Altera conditio, libertas ſeu liberi vſus arbitrij actum ipſum meri- Rationis & liberto idoneum elicientis, actum dicunt Theologi formalem atque poſi- tatis vſus ad meritiuum, vt à meriti ratione puram omiſſionem excludant, *quia*, inquit tum. S Tho 1.2.q. S. Thomas, *declinare à malo ſecundum quod ponitur pars iuſtitiæ, non impor-* 114.a.1 & 2.2.q.79. *tat negationem puram, quod eſt non facere malum. Hoc enim non meretur palmam,* a.1.ad 1. *ſed ſolum vitat pœnam: importat autem motum voluntatis repudiantis malum, vt* Bern. ſer. 81. in *ipſum nomen declinationis oſtendit: & hoc eſt meritorium quando aliquis impu-* Cant. vbi non eſt *gnatur vt malum faciat & reſiſtit.* Nec eſt quod quis aliud innui objiciat libertas, nec meriin verbis Eccleſiaſtici, *qui potuit facere mala & non fecit*, dictum enim tum. antea *fecit mirabilia in vitâ ſuâ* tum additur ad libertatem oſtendendam *qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus*: ac demum ideo ſtabili- Hilar in Pſ.114. ta ſunt bona *illius in Domino.* S. Auguſtinus libro de Gratiâ & libero Hier.in c. 9.Eſ. arbitrio probat libertatis neceſſariam eſſe hanc conditionem ex variis S.Aug de lib. arb. ſcripturæ locis præſertim ex illo Pauli *ſi autem volens hoc facio, mercedem* c. 2. *habeo*; initio vero capitis ſic habet: *Diuina præcepta homini non prodeſ-* 1.Cor.9. *ſent, niſi haberet liberum voluntatis arbitrium quo ea faciens ad promiſſa præmia perueniret.* Ratio paucis, ſed acutis verbis redditur à Gregorio Naz.or 38. Theologo, vbi à Deo conceſſum ait liberum arbitrium: τῷ αὐτεξουσίῳ τιμήσας, ἵν' ᾖ τοῦ ἑλομένου τὸ ἀγαθὸν οὐχ ἧττον ἢ τοῦ παρασχόντος τὰ σπέρματα. Vt bonum non minus eſſet eligentis quàm ſemina præbentis. Plura iam eâ de re ſuperioribus libris tractata. Hæc conditio infantium aliorumque rationis vſu carentium, & omnium quoſcumque actus indeliberatos nec vere humanos à ratione meriti expungit: quorum licet paſſiones & martyrio ad gloriæ aſſecutionem non tamen ad meritum acceptari poſſunt.

IV.

Conditio priori annexa ad meritum eſt honeſtas ſeu bonitas mo- Honeſtas & bonitas moralis actus ralis actûs meritorij omnique ex parte cum rectâ ratione conformi meritorij, & ea tas. Vnde opus etiam ex obiecto bonum, ſi vitioſâ aliquâ circumſtan- quidem integra. tiâ deprauetur, vt à ſincerâ ratione boni, ſic à ratione meriti penitus excidit. Notiſſimum illud S. Dionyſij, ex Hierothei amatoris hymnis: Dion.diu.no.c.4. ἀγαθὸν ἐκ τῆς μιᾶς καὶ ὅλης αἰτίας, τὸ δὲ κακὸν ἐκ πολλῶν καὶ μερικῶν ἐλλείψεων. Bonum ex vnâ & integrâ cauſſa: malum autem ex multis & ſingularibus defectibus. Malum ex circumſtantiâ vitioſâ ſimpliciter ma- Gaban. 2. lum eſt: meriti igitur minimè capax apud Deum cuius *oculi mundi ſunt* S.Tho.2.2.q 83. *& ad malum reſpicere non poteſt.* Vnde actus idem meriti ſimul & peccati 2.13. vel etiam venialis eſſe non poteſt (ſecus ſi duo actûs, vt Theologi quidam diſputant) at vnus eſſe nequit. S. BASILIVS ad dictum Apoſtoli lo- Baſil.de Baptiſ.l.2. cum: *non coronabitur niſi qui legitimè certauerit.* Conferens cum Chriſti di- c.8. cto: Beatus ille ſeruus quem Dominus cum venerit, ita facientem inuenerit, τὸ δὲ μὴ οὕτως γίνεται ἢ παρὰ τόπον, ἢ παρὰ καιρὸν, ἢ παρὰ πρόσωπον, ἢ παρὰ πρᾶγμα, ἢ παρὰ μέτρον, ἢ παρὰ τάξιν, ἢ παρὰ διάθεσιν. Illud autem, quod non fit ITA, eſt id quod fit vel præter locum debitum, vel

præter opportunitatem, vel præter perſonæ decorum, vel præter cauſſam, vel præter modum, vel præter ordinem, vel præter animi propoſitum &c. Exempla iſtorum omnium affert & late pertractat.

Virtutum omnium actus in gratiæ ſtatu ad meritum concurrunt: ſed præ cæteris Charitatis.

S.Tho.1.2.q.114. ar. 4.

Baſil.l.3.in Eunom. κτ' τὴν ἀναλογίαν ἀγάπης. Thalaſſ. Centur 1. μόνη ἀγάπη. ſc. προηγουμένως.

Quum autem virtutis actus ad meritum exigatur, merito quæritur à Theologis, an propriè ſolius Charitatis, an per virtutum etiam reliquarũ Charitati adiunctarum actûs mereri poſſimus. Non de habitu charitatis tantum, ſed de actu explicito & formali ſermo eſt. Charitati quidem primas deberi, extra controuerſiam eſt: ſed illius actus eſt duplex, vnus immediatè erga Deum, qui actûs fidei, ſpei, Religionis tantum abeſt vt excludat, vt ſæpe adnexos habeat: alter erga proximum qui etiam actus aliarum virtutum vt Pietatis, Miſericordiæ, Patientiæ, humilitatiſque comprehendit. Quum igitur Chatitas illos actus imperat, vt præcisè ex motiuo diuini amoris fiant, non eſt dubium perfectionis, quæ in actu Charitatis, rationem potiſſimam haberi in præmio eſſentiali eidem reſpondente, vt docet S. Thomas, ita & hi nec imperentur à Charitate ipſarum virtutum actus, ſiue Theologicarum, ſiue aliarum infuſarum, ſiue etiam moralium acquiſitarum, cum ex motiuo ſupernaruræli applicantur, meritorij ſunt. Quorſum enim contentio & ſchiſma inter virtutes ipſas excitatur?

S.Tho.1.p.qu 95. a.de fide diſertè 22. qu.2.ar.9. docet per ſe meritorium eſſe.

In Gratiam Charitatis hæc ſcripta ſunt ad Rom. cap. v. *Spes non confundit quia Charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris*, &c. Rurſus *in cor hominis non aſcenderunt quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* Ad Gal. v. *Fides quæ per dilectionem operatur.* Iacob. cap. 1. *Coronam vitæ repromiſit Deus diligentibus ſe.*

1.Cor.c.2.

Cæteroqui virtutum etiam aliarum officia & actiones, vt beatitudinis meritorias hæc egregiè teſtimonia commendant. Matthæi cap. v. & Lucæ vi. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt &c.* Hæc enim & præmium eſſentiale deſignant: legantur octo orationes Gregorij Nyſſeni, εἰς τοὺς μακαρισμούς quibus ex hoc Euangelico ſchemate non vni charitati, ſed humilitati, benignitati, caſtitati, patientiæ, temperantiæ, & omnium virtutum choro propoſita ac repoſita beatitudinis æternæ præmia contemplatur. S. Thomas. *Hæc omnia ſunt vnum in re, ſcilicet in beatitudine æternâ, quam intellectus humanus non capit: & idcirco oportuit quod per diuerſa bona nobis nota deſcribantur obſeruata conuenientiâ ad merita quibus præmia attribuuntur.* Præluxerunt Patres. S. BASILIVS hom. μὴ προσηλῶσθαι. De virtutum retributione loquens, hæc inſerit. τοῦτο δὲ χάριν τὴν ὀφειλομένην τοῖς πεπολιτευμένοις ἀντιδιδόντων. καὶ τὰς ἀρετὰς δὲ ἡμέτερα κτήματα γινόμενα εὕροι τις ἄν, ὅταν ἐξ ἐπιμελείας συνυφανθῶσι τῇ φύσει, καὶ οὔτε ἐπὶ γῆς μένοντας ἡμᾶς ἀπολιμπάνειν ἐθέλουσιν, ἐὰν μὴ πρὸς βίαν αὐτὰς ἑκόντες ἀποδιώξωμεν ταῖς τῶν χειρόνων ἐπαγωγαῖς, ἐκεῖσέ τε ἐπειγομένους προτρέχουσι, καὶ τοῖς ἀγγέλοις τὸν κτησάμενον συντάττουσι καὶ λάμπουσι δι' αἰῶνος ὑπὸ τοῖς τοῦ κτίσαντος ὀφθαλμοῖς. Id eſt. Hoc actorum in hac vitâ retributionem accipit. Et virtutes quoque in noſtram poſſeſſionem tranſire quis deprehendat, quando per diligentiam eò euadunt, vt cum ipſa naturâ quaſi coaleſcant, neque in terra

Nyſſ. to 1.

S.Tho.1.2.qu.69. Lege Duuallium qu.104.ar. 4. de grat. Gamach.c.2. ad qu.114.

Origen. in c.4. ep. ep.& Ro.

Baſil.ho.23.

in terra nos afflictos deſerere cupiant, niſi violenter eas per inductionem peiorum abigamus, ſed ad futuram vitam properantes præcurrant, inque ordinem Angelorum ſuum inferant poſſeſſorem, ac ſub conditoris oculis in ſæculum reſplendent.] S. Gregor. Theologus legendus hom. xvi. & S. Chryſoſtomus in Pſal. iv. Ioannis Climaci Scholiaſtes optimè: *ἡ χάρις ταῖς τῶν πιστῶν καρδίαις ἀπείρως ἐπιβάλλουσα ἁρμοζούσας ταῖς ἀρεταῖς τὰς ἐνεργείας χαρίζεται.* Id eſt. Gratia cordibus fidelium immiſſa conuenientes virtutibus actiones largitur.

V.

Conditio Quarta, eſt ſtatus Gratiæ. Siquidem citra gratiam ſanctificantem. Nullus alius eſt ſtatus quam ſtatus naturæ puræ, aut integræ, aut corruptæ: In ſtatu naturæ ſiue puræ ſiue integræ, ſeclusâ gratiâ homo nullum ius habere vel conſequi poteſt ad gloriam, quum altioris ſit ordinis, vt libro primo demonſtratum eſt: In ſtatu naturæ corruptæ per peccatum ſiue originis, ſiue actuale & letiferum, tantum abeſt vt homo aliquid à Deo promereri poſſit, vt ei potius odio ſit atque abominationi, ſupplicioque & morti obnoxius quia *ſtipendium peccati mors, Gratia Dei vita æterna.* Adde quod omne meritum ſicut & omnis gratia, propriè Chriſti eſt, vnde Chriſtus rectè dicitur Dionyſio Alex. *φυσικὴ δωρεαστιών*, Andreæ Cretenſi *ὅλη χάρις* Gratia Vniuerſalis. Impoſſibile enim eſt quemquam mereri, niſi Chriſto inſeratur & vniatur, vt ſit *συγκληρονόμος καὶ σύσσωμος, καὶ συμμέτοχος τῆς ἐπαγγελίας τοῦ πνεύματος ἁγίου ἐν χριστῷ* *cohæres & concorporalis & comparticeps promiſſionis ſpiritus ſancti in Chriſto* vt loquitur diuinus Apoſtolus epiſt. ad Epheſios: atqui id non euenit niſi *κατὰ τὴν δωρεὰν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ τὴν δοθεῖσαν κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ*, *ſecundum donum gratiæ Dei datæ ſecundum operationem virtutis eius*, ergo gratiæ ſtatus ad promerendam filiorum hæreditarem eſt neceſſarius. Concilium Tridentinum. *Si quis dixerit hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dòna Dei, vt non ſint etiam bona ipſius iuſtificati merita: aut ipſum iuſtificatum, bonis operibus quæ ab eo per Dei gratiam & Ieſu Chriſti meritum, cuius viuum membrum eſt, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, anathema ſit.* Hæc de gratiâ habituali: nam de actuali diximus lib. 1 ex Concilio Arauſicano *debetur merces bonis operibus ſi fiant, ſed gratia præcedit vt fiant.*

Status gratiæ ad meritum.
S. Tho. 1. 2. q. 114. ar. 1.
S. Auguſt. Enchir. c. 106. & 107.
Dion. Alex. ep. ad Ro. 1. Paul Sam.
Andr. Cret ſer. 1. de Annunc.
B ſil. in Pſal. 44.
Chriſtus meruit omnem gratiam.
Epheſ. c. 3. & Ro. 8.
V. S. Cyrill Alex. l. 6. de adorat. &
S. Aug. 1. ad Bonif. c. 2.
Trid ſeſſ. 6. can. 32. & cap. 16.
Ad Heb. 2. quia pueri communicarunt carni & ſanguini &c.
Arauſic. ſec. can. 18

VI.

NVLLANE *ſunt merita iuſtorum? ait S. Auguſtinus, ſunt planè quia iuſti ſunt.* Attamen Pactũ diuinæ acceptationis ad meriti vim & efficaciam perneceſſarium. Tametſi enim in merito de condigno ſit fundamentum cōdignitatis & proportionis cum præmio ex eo quod procedat à Deo mouente & à gratia habituali adoptionis, quæ vitæ ſemen æternæ eſt, procedat, vt ait S. Thomas: ea tamen omnia legem, decretum ordinationem, pactumque Dei præſupponunt, vt in actum reducan-

Hilar can. 5. & 6. in Matth.
Aug. ep. 105.
Pactum diuinum ad meritum. S. Tho. 1. 2. q. 114. ar. 1. & 3.

tur atque perficiantur. Ex Matth. parabola cap. xx. epiſt aliis locis. Id clarè probat Concilium Senonenſe Tridentinum : *Talibus hoſtijs promeretur Deus, facietque tandem omnis miſericordia locum vnicuique iuxta meritum operum ſuorum, non abſolutâ condignitate quidem (neque enim condignæ ſunt paſſiones huius ſæculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis) ſed gratuitâ magis & liberali repromiſſione quâ conuentione factâ de denario diurno, conduxit operarios in vineam ſuam; quâ, inquam, qui ſuffert tentationem, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repromiſit Deus diligentibus ſe.* S. Auguſtinus ſerm. xvi. *Deus debitor factus eſt non aliquid à nobis accipiendo, ſed quod ei placuit promittendo*, &c. S. Chryſoſtomus in Matthæum hom. ſec. in ſec. ad Theſſalonicenſes : οὐ μισθὸν δίδωσι οὗ μισθὸν ὀφείλομεν πράγματος, mercedem dat rei cuius mercedem debemus : ora inquit & accipe mercedem, ieiuna & accipe mercedem γενοῦ ἐνάρετος καὶ λάβε μισθόν, κἄν τι μισθὸν ὀφείλων., eſto virtute præditus & accipe mercedem, licet mercedem debens &c.] Debet igitur Deus mercedem & titulo veracitatis, & titulo iuſtitiæ ſimul, iuſtitiæ quippe coronam debet. Vt enim ait S. Fulgentius lib. de Incarn. & Græc. datur non ſolùm *miſeratione donantis, ſed etiam æquitate retribuentis*. Legatur iterum atque iterum S. Auguſtinus & tract. 3. in Ioan. in Pſ. 100. 83. & 63. *vbi & vænale cœlum vocat* : quod tamen ita prius temperauit S. Chryſoſtomus : ὅσον ἔχεις τοσοῦτον ἀγόρασον. ἀγόρασον τὸν οὐρανόν. οὐχ ὅτι ὤνιος οὐρανός· ἀλλ' ὅτι φιλάνθρωπος ὁ δεσπότης. Id eſt. Quantum habes tanti eme. Eme cœlum non quod venale ſit cœlum, ſed quia clemens eſt Dominus.] Plura idem locus & ſequens caput docebit.

Concil. Senon. cap. 16. an. 1528. Heb. 13. Eccli. 16. Rom. 8.

Matth. 20.

Iac. 1.

De Verb. Apoſt. to. 10.

Chryſ. hom. 2. Theſſ. 1. c. 2.

Cyprian. ſer. de op. & eleem. promeretur Chriſtum iudicem & Deum computat debitorem. Ita Hier. ep. ad Heluidiam. init.

Fulgent. cap. 18.

Chryſoſt. hom. 9. de Pœnit.

CAPVT XV.

De his quæ in vtrumque meritum cadunt: nec non de meritorum interitu et reuiuiſcentiâ.

SVMMA CAPITIS.

I.

NEc prima Gratia nec reparatio poſt lapſum in meritum condignum cadit, ex ſcript. PP. & Scholæ Theologis.

II.

Donum perſeuerantia merito condigno non meremur, ex S. Auguſtin. & aliis PP.

III.

Augmentum gratiæ merito condigno iuſti merentur, ex iiſdem.

IV.

Gloria æterna meriti vtriuſque merces, ex ſcript. & PP. Temporalia quomodo in meritum cadant.

V.

Mereri aliis merito condigno Gratiam aut gloriam non poſſumus, congruo poſſumus, ex iiſdem.

VI.

De meritorum exſtinctione & reuiuiſcentiâ pauca ex ſcript. & PP.

VII.

Operis Concluſio.

I.

PRIMA Gratia ea eſt quæ naturæ, ſiue puræ ſiue corruptæ, cæterùm Gratiâ deſtitutæ ſtatum præſupponit. Illa duplex: Actualis, quæ ſub meritum nullum cadit, cum ſit principium totius mutationis à negatione vel priuatione Gratiæ, ad Gratiæ ſuſceptionem *non ex operibus, ſed ex vocante* Rom. IX. & 2. ad Tim. 1. *Vocauit nos vocatione ſuâ ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum & gratiam.* Legatur S. Auguſt. epiſt. 105. Habitualis altera gratia prima eſt, quæ ſub meritum etiam condignum non venit, quum ante illius infuſionem homo in ſtatu ſiue naturę integrę ſiue corruptę, illo quidem meriti incapaci, hoc vero etiam alieno, aduerſario, ac indigno prorſus exiſtat. Vnde longiſſimè à merito, de reparatione poſt lapſum ſic loquitur diuinus Apoſtolus, *omnes peccauerunt, & egent gloria Dei: Iuſtificati gratis per gratiam Dei, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu*: Et paulo poſt *Vbi ergo gloriatio eſt? excluſa eſt.* Rationem alteram adducit S. Thomas, quia principium meriti, qualis eſt gratia ſanctificans, ſub meritum non cadit. *Gratia quidem omni, omne meritum repugnat ſecundum rationem gratuiti doni: ad Rom. 2. ſi ex operibus iam non ex gratiâ: ſed alio præterea modo ſecundum naturam ipſius rei quæ donatur non poteſt gratia cadere ſub merito non habentis gratiam: tum quia excedit proportionem naturæ: tum etiam quia ante gratiam in ſtatu peccati, homo habet*

Rom.3.24.

S.Tho.1.2. qu.114. ar.5.

Donum Dei eſt Eph.3.7. data v.8. & c.4.v.6.& 29.

Nõn ſolum nullis bonis, ſed etiam multis malis præcedentibus meritis datur. Aug. de lib. arb & gr. c. 5. & 6. Tit. 3. 7. Seſſ. vi. cap. 8.

impedimentum promerendi gratiam, ſcilicet ipſum peccatum. Poſtquam autem iam aliquis habet gratiam, non poteſt gratia iam habita ſub merito cadere, quia merces eſt terminus operis: Gratia vero eſt principium cuiuſlibet boni operis in nobis. Proinde huc redit illud Pauli ad Titum. *Iuſtificati gratiâ ipſius.* Et ad Rom. 3. *Iuſtificati gratis.* Optime interpretatur hanc propoſitionem Tridentina Synodus. *Gratis iuſtificari à Deo dicimur, quia nihil eorum quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera ipſam iuſtificationis gratiam promerentur.* Ad Romanos iterum cap. xi. *Sic ergo & in hoc tempore ſecundum electionem gratiæ reliquiæ factæ ſunt: ſi autem Gratia, iam non ex operibus alioqui gratia iam non eſt gratia.* S. Auguſtinus Epiſt. ad Sixtum. *Quod eſt meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cum omne meritum noſtrum non in nobis faciat niſi gratia*, quę verba vt & alia eiuſdem Epiſtolę licet ex proprio ſcopo ad gratiam actualem pertineant, Gratię tamen primę habituali, quę à primâ actuali & efficaci producitur, aptari facilè poſſunt. Idem ad Simplicianum. *Vocantis eſt gratia, percipientis verò gratiam conſequenter ſunt opera bona, non quæ gratiam pariant, ſed quæ gratiâ pariantur. Non enim vt ferueat, calefacit ignis, ſed quia feruet. Nec ideo bene currit rota vt rotunda ſit, ſed quia rotunda eſt; ſic nemo propterea bene operatur vt accipiat gratiam, ſed quia accepit. Quomodo enim poteſt iuſtè viuere qui non fuerit iuſtificatus? quomodo ſanctè viuere qui non fuerit ſanctificatus? vel omnino viuere qui non fuerit viuificatus? Iuſtificat autem gratia, vt iuſtificatus poſſit iuſtè viuere.* Prima eſt igitur gratia, ſecunda bona opera, &c.

Aug. lib. 1. ad Simplic. qu. 2. v. & in expoſ. prop. Ep. ad Rom p. 60. & l de fid. & oper iuſtificatum ſequuntur non iuſtificandum præcedunt Vide toto ferè libro de bono perſeuer. præſertim cap.

Baſil. in Pſ. 32.

Conſulamus tantiſper & Gręcos. S. Basilivs antitheſim futuri ſęculi cum pręſenti hanc eſſe vult, quod in futuro iudicium ſine miſericordiâ futurum ſit, in pręſenti vero cum iuſtificatur peccator, ἔλεος χωρὶς κρίσεως fiat miſericordia ſine iudicio, quia vt ait Paulus, quum eſſemus mortui peccatis & delictis, miſertus Deus conuiuificauit nos in Chriſto. S. Gregorivs Nazianzenus inuitans peccatorem vt Deo offerat: τὴν μεταβολὴν vitę mutationem ait, οὐκ ἐκ Θεοῦ καὶ αὐτὸ τὸ ἔχειν ὃ ἐνέγκωμεν à Deo eſſe quod habeamus quid offerre poſſimus. S. Chrysostomvs in Matthęum. πᾶσα ἡ χάρις ἐστὶ τοῦ δεδωκότος δωρεάς. Omnis gratia donum eſt propriè largientis. Rurſus ex perſonâ Dei οὐδὲ μισθοῦ ταῦτα ἐλάβετε οὐδὲ πονέσαντες· ἐμὴ γὰρ ἡ χάρις. Non tanquam mercedem accepiſtis neque ob labores, mea enim gratia eſt. Tertiò τὸ κληθῆναι καὶ καθαρθῆναι τῆς χάριτος. τὸ κληθῆναι οὐκ ἀπὸ τῆς ἀξίας γέγονεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς χάριτος. Vocari & purgari, gratię eſt, quod vocatus es non ex eo quod dignus eras, ſed ex gratiâ exſtitit.] Hęc ſatis ſuperque.

Eph. 2. 5. Naz. or. 9. Chryſ. ho. 25. in Matth. Ho. 53. in M. de gratia tamen gratis data. Ho. 70. in M.

Phil. Gamach. ad qu. 114.

Quanquam vero meritum de condigno gratię ſanctificantis conſecutionem non attingat: attamen merito de congruo locum dari in actibus fidei, ſpei & contritionis iuſtificationem pręcedentibus antea diximus, idque confirmat B. Auguſtinus epiſt. ad Sixtum. Et alibi multoties: non eſſe vero meritum accuratum, idem docet in Pſal. cx. *Non ex operibus ne forte quis extollatur, ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto in operibus bonis. Iuſtitiam enim non operatur homo niſi iuſtificatus. Credens autem in eum qui iuſtificat impium, à fide incipit, vt bona opera non præcedentia quod meruit, ſed conſequentia quod accepit, oſtendant. Vnde ergo illa con-*

Aug. ep. 105. & 106. & de ſpirit. & lib. 1. 21.

feſſio? nondum quidem opus eſt iuſtitiæ, ſed delicti improbatio. S. Chryſoſtomus hom. 68. in Matth. Impropriè igitur & conſiderato potius miſericordiæ diuinæ more, quam reorum merito, Patres aliquando dicunt, peccatores veniâ dignos, & iuſtificationem mereri, vt S. Auguſtinus ibidem, S. Cyrillus Catech. 1. vbi & gratiam, fidei & Pœnitentiæ μισθὸν vocat. S. Gregorius Theologus: τῶν ἀναξίων χάρις οὐκ ἅπτεται. Gratia indignis minime contingit. S. Chryſoſtomus homil. de decem millium debitore, & alibi ſæpiſſimè. Clariſſimè vero iterum Cyrillus Hieroſol. Catech. 5. argumento ſumpto à Lazaro ſororum precibus excitato. εἶτα ἕτεροι ὑπὲρ ἑτέρων, πιστευσάντων ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι ἴσχυσεν σὺ δὲ ἐὰν ὑπὲρ σαυτοῦ πιστεύσῃς ἆρ' οὐχὶ μᾶλλον ὠφεληθήσῃ. Cyrillus Hieroſol. c. 1. Nazianz. or. 7. Chr. to. 5.

I I.

Recuperata per iuſtificationem Gratia augeri meritis poteſt, perſeuerantiæ tamen in eâ donum meritis ex condigno acquiri non poteſt. S. Thomas: *Quod cadit ſub humano merito, comparatur ad motum liberi arbitrij à Deo mouente directè, ſicut terminus, non autem ſicut principium. Vnde perſeuerantia gloriæ, quæ eſt terminus prædicti motus, cadit ſub merito. Perſeuerantia autem viæ non cadit ſub merito, quia dependet ſolùm ex motione diuinâ quæ eſt principium omnis meriti.* Rationem addunt Scholaſtici, quia donum perſeuerantiæ complectitur omnia auxilia efficacia à primo inſtanti iuſtificationis neceſſaria ad perſeuerandum in gratia vſque ad vltimum vitæ inſtans ſub ratione vltimi collectiuè: ſed hæc cum ad ſpecialem Dei prouidentiam pertineant in meritum non cadūt: adi Scholaſticos. Legendus S. Auguſtinus libro de bono perſeuerantiæ, à quâ remouet ſolum meritum de condigno: nam ait, *nos illam ſuppliciter emereri poſſe:* cap. 6. precibus impetrari, obtineri: quod probat ex publicis Eccleſiæ orationibus: *Quis autem ſibi vnquam non orauit vt in Domino permaneret? aut quis Sacerdotem ſuper fideles Dominum inuocantem, ſi quando dixit: da illis Domine in te perſeuerare vſque in finem, non ſolum voce auſus eſt, ſed ſaltem cogitatione reprehendere, ac non potius ſuper eius talem benedictionem & corde credente, & ore confitente reſpondit, Amen: cum aliud in ipſa oratione Dominicâ non orent fideles, dicentes maximè illud, ne nos inferas in tentationem, niſi vt in ſanctâ obedientia perſeuerent? Nam ſi hæc ab ipſo quidem poſcit Eccleſia, ſed à ſeipſo ſibi dari putat, non veras, ſed perfunctorias orationes habet, quod abſit à nobis.*

Perſeuerantia non cadit in meritum de condigno. S. Tho 1. 2. q 114. ar. 9. Trid. ſeſſ. 6. c. 2. & 13.

Duuall. de gr. q. 114. a. Gam 16. c. 5

S. Aug. l. de bon. perſeu. c. 20. 21. 22. 23.

Antea cap. 6. v.

Vt autem ad Græcos Patres accedamus, ipſe S. Auguſtinus nobis viam ad eos ſternit, Gregorij Theologi verba honorificè proferens. *Addamus ſanctum Gregorium qui & credere in Deum, & quod credimus confiteri, Dei donum eſſe teſtatur dicens: vnius deitatis, quæſumus vos, confitemini Trinitatem. Si verò aliter vultis dicite vnius eſſe naturæ: & Deus vocem dari vobis à ſancto Spiritu deprecabitur, id eſt rogabitur Deus vt permittat vobis dari vocem, quâ quod creditis, confiteri poſſitis. Dabit enim, certus ſum, qui dedit quod primum eſt dabit & quod ſecundum: qui dedit credere dabit & confiteri. Ipſi tales tantique Doctores, &c.* Poſtea S. Auguſtinus concludit, *cum perſi-*

Greg. Naz. à S. Auguſt. citatus l. de bono perſeu. c. 19.

Cap. 21.

V. de corr & grat. c.11 & ſeq. *cere quam inchoare ſit maius, nos non à nobis, ſed à Deo habere ſicut initium fidei, ſic & permanere in finem: vtrumque Dei donum eſſe non ex meritis noſtris, ſed ex gratuitis Dei beneficijs, contra Pelagianos.*

Chryſ. in Pſal. 50. v. & Damaſc. 2. de fide c. 18. Ammon. caten. in Io. ad c. 17.

Quod reliquos Græcorum Patrum ſpectat, reuiſenda ſunt ea quæ ex iis attulimus libro 1. Addimus S. Chryſoſtomum iterum. οὐκ ἁμαρτωλοὶ μόνον ἐλέῳ σώζονται, ἀλλὰ καὶ δίκαιοι ἐλέῳ τειχίζονται. ἄκουε τί φησι τῷ Πέτρῳ, τῷ στύλῳ, τῇ κρηπῖδι, τῷ διὰ τοῦτο κληθέντι Πέτρῳ ἐπειδὴ τῇ πίστει πεπετρωμένος ἦν· Σίμων Σίμων καὶ τὰ ἑξ. ὁρᾷς ὅτι καὶ οἱ δίκαιοι ἐλέους χρῄζουσιν, ἵνα καὶ ἐξ ἁμαρτωλῶν δίκαιοι γένωνται, καὶ ἵνα δίκαιοι γενόμενοι μένωσι δίκαιοι. Id eſt.

Non ſolùm peccatores miſericordiâ ſaluantur, ſed & iuſti miſericordiâ muniuntur. Audi quid Chriſtus dicat Petro, illi columnæ, illi baſi ac propterea Petro dicto, quia ſaxeâ fide præditus erat: Simon Simon expetiuit te Satanas vt cribaret te: ego autem, &c. Vides quomodo iuſti miſericordiâ indigeant, vt à peccato iuſtificentur, & vt iuſti effecti, iuſti permaneant? &c. Idem verò actionum noſtrarum concurſum ad perſeuerantiam multis commendat, & neceſſarium

Chryſ. in Pſ. 124. vide & ho. 61. in Geneſ. ad med.

confirmat, μένειν ἐν ἀρετῇ εἴγε βούλοιντο διηνεκῶς ἀπολαύειν τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας καὶ συμμαχίας, ὅτι καὶ ἡ ἀσφάλεια ἐν τῇ γνώμῃ κεῖται τῇ αὐτῶν maneant in virtute, ſi velint frui perpetuo Dei auxilio & ſubſidio, quia & ſecuritas in eorum voluntate eſt.] Pariter Eulogius Alexandrinus contra

Apud Phot. c. 280.

Nouatianos lib 3. & 4. Gregorius Theologus oratione in S. Baptiſma:

Naz. or. 40.

τὴν δωρεὰν ἐπιμελείᾳ συντήρησον, ἵνα τὸ μὲν ἀφεθῆναί σοι παρὰ θεοῦ, τὸ δὲ συντηρηθῆναι καὶ παρὰ σοῦ γένηται. Gratiam diligentiâ conſerua, vt remiſſio peccatorum tibi quidem à Deo ſit, conſeruatio autem & à te aliquâ ex parte ſit. Plura S. Cyrillus ad ea Chriſti verba apud Ioannem, *Manete in me & ego in vobis* de ſtudio, induſtriâ & diligentia actionum noſtrarum, quæ tamen inualidæ ſunt, niſi Deum habeamus συμπαραστάτην, καὶ ἐπαρηγὸν, καὶ ὥσπερ ὅπλον ἀπλεονεκτήτοις ταῖς ἐπικουρείαις ἡμᾶς περιφράττοντα κατὰ τὸν λέγοντα ψαλμῳδὸν, κύριε ὡς ὅπλῳ καὶ τὰ ἑξ. Id eſt. Deum adiutorem, opitulatorem & protectorem nos liberaliſſimis auxiliis munientem, iuxta Pſalmiſtam: Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos &c. Vide Anaſtaſ. Sinaïtam ex S. Nilo qu. 3. & aliis ex Patribus qu. XXI.

Cyrill. in Io. l. 10. & lib. 2.

Pſ. 13.

III.

Augmentum gratiæ ad meritum 1. de condigno pertinet. S. Tho. 1. 2. qu. 114. ar. 8.

Vt autem perſeuerantiæ munus integrum & ὁλόκληρον ſub meritum non cadat, ratione tamen partium ex quibus conſurgit, à meritis alienum atque ſeiunctum non eſt, quæ quoties eduntur, Gratiæ ſanctificantis habitum augent, tandemque abſoluunt atque perficiunt. Gratiam enim iuſtificantem diuerſis conſtare partibus aut gradibus, intenſionem ac incrementum ſuſcipere, augeri confirmarique poſſe lux ſcripturarum obſcurum eſſe nemini patitur. Secundæ Epiſt. Petri cap. 1. *Gratia vobis adimpleatur.* Et cap. 3. *Creſcite in Gratia.* Paulus ſec. Cor. 4. *Quod in præſenti eſt, momentaneum & leue tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, propter eum qui intus eſt hominem qui renouatur de die in diem*: renouatio autem hominis

interioris eſt effectus gratiæ ſanctificantis. Ser. ad Tim. ſec. *Confortari in Gratiâ.* Ad Heb. 13. *Gratia ſtabilire cor.* Ser. Cor. 6. *Perficiat Deus in vobis gratiam iſtam.* Donec cap. 9 *ſit Eminens Gratia Dei.* Et hæc adhuc augeri poteſt ad extremum vſque vitæ ſpiritum ὑπερβάλλουσα χάρις ἀνεκδιήγητος δωρεά. *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc*, Apocal. xxii. Vſque ad Angelorum æqualitatem, ait S. Chryſoſtomus: διὰ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν ἡμεῖς σώματι συμπεπλεγμένοι ἐὰν βουληθῶμεν δυνησόμεθα τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ ῥοπῆς ἡμῖν συνεφαπτομένης ταῖς ἀσωμάτοις ἁμιλλᾶσθαι δυνάμεσι. Propter animæ ſubſtantiam nos licet corpore inuoluti, ſi velimus diuinâ gratiâ nos adiuuante, poterimus cum incorporeis virtutibus certare: addit, καὶ μηδὲν ἐκείνων ἔλαττον ἔχειν· ἀλλὰ τάχα κατά τι καὶ πλεῖον & nihil minus ab iis facere, ſed & fortaſſe quid amplius &c. Quod quidem eo mirandum magis, quòd Angelus inferioris Hierarchiæ vel ordinis, gratiam alterius ſuperioris nunquam æquauerit vel attigerit, vt docet B. Thomas. Sed hæc aliàs. B. Auguſtinus ad B. Hieronymum. *Pleniſſima Charitas quæ iam non poſſit augeri, quamdiu hic homo viuit, eſt in nemine.* Quod & libro ſec. de peccatorum meritis probat ex dicto Pauli, *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim, ſequor autem ſi quo modo comprehendam. In quo & apprehenſus ſum in Chriſto Ieſu. Fratres: ego meipſum non arbitror apprehendiſſe: vnum autem quæ retro oblitus, in ea quæ ante ſunt extenſus ſecundum intentionem ſequor ad palmam ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. Ipſe ſe confitetur nondum accepiſſe, nondum eſſe perfectum in plenitudine iuſtitiæ quam adipiſci dilexit in Chriſto, &c.* B. Amphilochius docet Chriſtum profeciſſe Gratiâ non quam ipſe haberet, ſed χάριτι προέκοπτε ἐφ' ᾗ προκόπτομεν Gratiâ proficit quâ nos proficimus. Scilicet Actio humana Chriſtiani nulla eſt indifferens, B. Baſilius: ἑκάστη πρᾶξις ἢ ἐπὶ τὰ κάτω ἡμᾶς κατάγει βαρύνουσα ἡμᾶς διὰ τῆς ἁμαρτίας, ἢ ἐπὶ τὰ ἄνω κουφίζει πτεροῦσα ἡμᾶς πρὸς τὸν θεόν. Vnaquæque actio vel nos in interiora deprimit, peccato aggrauans, vel ſurſum nos leuat velut alis ad Deum ferentibus.] Gregorius Theologus de mutatione dexteræ excelſi loquens: οὐ βούλεταί σε ὁ λόγος ποτὲ ἐν ταυτῷ μένειν, ἀλλ' ἀεικίνητον εἶναι, εὐκίνητον, πάντως νεόκτιστον. ἂν ἁμαρτάνῃς ἐπιστρέφοντα, εἰ κατορθοῖς ἐπιτείνοντα. Id eſt. Eo tendit oratio vt non in eodem ſtatu maneas, ſed ſemper facili motu mouearis, penitus noua Creatura: ſi peccaueris, conuertaris: ſi recte egeris, virtutem augeas.] Lege & Gregorium Nyſſenum ſtatim ab initio orationis de ſcopo vitę Chriſtianę. Has vero pręclaras & à Gratiâ editas actiones, Gratię acceſſionem mereri, ſentit B. Chryſoſtomus, ex eo quod non ſolâ gloriâ, ſed etiam gratiâ primùm coronemur, eaque ſit primum Chriſtiani certaminis præmium. At B. Cyrillus illud augmentum gratię per opera & merita vocat: πραγματεύεσθαι καὶ δανείζεσθαι τὴν χάριν Gratiæ negotiationem & vſuram. Quęſtiones quę huc ſpectant an per remiſſiores actus gratiâ augeatur, vel ſolum per intenſiores: an Phyſicè an moraliter tantum Scholaſtici ſubſellij ſunt, & apud Scholaſticos Doctores, quos quiſque maluerit, legi poſſunt.

2. Cor. 9 v 14

Eccl 18. vſque ad mortem iuſtific.

Chryſoſt. ho. 12. in Geneſ. v Macarium ho. 10.

Aug. ep. 29.

2. De pecc. mer. c. 13. 14.

Sed vide Phil. 3. locum difficilem.

1. de prædeſt SS. c. 2.

Amphiloch. in Excerptis ex Cod. Reg

S. Baſil. in Pſ 29.

Nazianz. orat. 43.

Nyſſ. to. 2.

Chryſ. ho. 80 in Matth.

S Cyrill. l. 1 & 4. 1. de Io.

IV.

Gloria præcipuum meriti obiectum. S.Tho.1.2. q 114. ar.2.& 4.

Meriti ſcopus proprius, Gloria eſt. Id iam ſuperius ex verbis Chriſti. Succinit Apoſtolus ad Philipp. cap. 3 *Ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis in Chriſto Ieſu.* Ad Coloſſ. 3. *Quodcumque facitis, ex animo operamini ſicut Domino & non hominibus, ſcientes quod à Domino accipietis retributionem.* 1. Cor. 9. *Sic currite vt comprehendatis.* Ad Gal. 6. *Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus.*

Locus vnus eſt ex interpretatione S. Chryſoſtomi negotium forſan quibuſdam facturus. Ad Romanos cap. VI. *Nunc vero liberi à peccato ſerui autem facti Deo habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem autem vitam æternam. Stipendia enim peccati mors: Gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Ieſu.* B. Chryſoſtomus. εἰπὼν ὀψώνια ἁμαρτίας ἐπὶ τῶν χρηστῶν οὐ τὴν αὐτὴν ἐτήρησε τάξιν· οὐ γὰρ εἶπεν ὁ μισθὸς τῶν κατορθωμάτων ὑμῶν. ἀλλὰ τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ, δεικνὺς ὅτι οὐκ οἴκοθεν ἀπηλλάγησαν, οὐδὲ ὀφειλὴν ἀπέλαβον οὐδὲ ἀμοιβὴν καὶ ἀντίδοσιν πόνων, ἀλλὰ χάριτι ταῦτα πάντα ἐγένετο. Id eſt. (S.Chryſoſt. ho. 12.) Peccati ſtipendia quùm nominaſſet de bonis verba faciens, non eumdem ſeruauit ordinem: neque enim dixit merces rectè factorum veſtrorum, ſed, gratia autem Dei: oſtendens illos ſuapte vi non eſſe liberatos: neque quod debitum ſibi eſſet accepiſſe: nec id quod illis datum eſt, vel retributionem laborum eſſe, vel remunerationem, ſed omnia gratiâ obtigiſſe.

Ineptiſſimè quidam hæretici hoc loco Pauli, cum interpretatione Chryſoſtomi, trophæum errori ſuo erectum gloriantur. B. Chryſoſtomus notat Paulum non dixiſſe *vitam æternam eſſe mercedem* quemadmodum dixerat *peccati ſtipendium mortem eſſe*: At B. Auguſtinus non ſemel notauit Paulum potuiſſe etiam dicere vitam æternam eſſe laboris noſtri ſtipendium: Nec Chryſoſtomus tamen Auguſtino, nec Auguſtinus Chryſoſtomo aduerſatur: Chryſoſtomus enim conſiderat Paulum loquentem de vita æternâ ſecũdum totam ſuam œconomiam ab ipſâ nimirum ſalutis origine quæ à Gratiâ primâ incipit, ſecundum quam ſub meritum non cadit: deinde ſecundum pactum, cuius quidem pacti conſtitutio & interpoſitio omnino gratuita eſt: ſi enim voluiſſet Deus, cum homine non pepigiſſet, nec illi mercedem vitæ æternæ fuiſſet pollicitus: hic ergo merus fauor eſt: & ſecundum illa duo Gratia æterna planè Chariſma eſt & donum gratis datum: S. autem Auguſtinus de vitâ æterna, ex ſuppoſitione tum primæ gratiæ ſanctificantis (quæ his verbis ſignificatur *habetis fructum in ſanctificationem*; tum etiam pacti & repromiſſionis, locutum Paulum conſiderat, & idcirco ait, (S. Aug. Ep. 105. ad Sixtum.) *Vide obſecro te quantâ breuitate, quàm vigilanter verba poſuerit quibus diligenter conſideratis quæſtionis huius aliquantulum dilucèſcat auctoritas: Cum enim dixiſſet ſtipendium peccati mors: quis non congruentiſſimè & conſequenter addere iudicaret: ſtipendium autem iuſtitiæ vita æterna? & verum eſt quia ſicut merito peccati tanquam ſtipendium redditur mors, ita merito iuſtitiæ tanquam ſtipendium vita æterna, &c. Sed Apoſtolus aduerſus elationis peſtem vigilantiſſimè militans:*

militans: ſtipendium, inquit, peccati mors: rectè ſtipendium quia debetur, quia
dignè retribuitur, quia merito redditur. Deinde ne iuſtitia de humano ſe extolle-
ret bono merito, ſicut humanum meritum malum non dubitatur eſſe peccatum, non
à contrario retulit, dicens: ſtipendium iuſtitiæ vita æterna, ſed gratia, inquit,
Dei vita æterna & hæc ne præter mediatorem aliqua alia via quæreretur, &c.
Et appoſitè quidem hoc ad ſuperbientes ex legis operibus Iudæos. Eſtius in Comm. ad cap. 6. Ro.
Addunt quidam nomen ὀψώνια, quod ſtipendia vel propriè cibaria De Reſurr. carn. c. 47.
militum ſignificat fuiſſe paulo ignobilius, quam vt rei præſtantiſſimæ,
nimirum vitæ æternæ præmio tribueretur: & viciſſim nomen τῦ χαρίσ-
ματος, quatenus *donatiuum* redditur à Tertulliano, non excludere om-
nem iuſtitiæ rationem, cum & donatiua & congiaria militibus non
temerè, ſed ob præclara facinora dari ſoleant: verum id in mentem
S. Auguſtini & S. Chryſoſtomi non venit, nec forſan Pauli.

Æterna igitur nimiſque magna merces, Beatitudo operibus ac 2. Tim. 4.
meritis promiſſa à Deo, vt corona iuſtitiæ redditur. Paulus iterum. *In* Rom. 2. 5.
die reuelationis iuſti iudicij Dei qui reddet vnicuiq; ſecundū opera eius, ijs quidem
qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem Hom. 5.
quærunt, vitam æternam. τῶν ἀγαθῶν ἀντίδοσιν bonorum operum retribu
tionem hic agnoſcit S. Chryſoſtomus & ad Theſſalon epiſt. *Iuſtum eſt*
apud Deum, retribuere tribulationem his qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini, Sap 5. & 10 & 1. Cor. 3.
requiē nobiſcum: quâ nimirū, *Iuſti in perpetuum viuent & apud Dominum eſt*
merces eorum: quorum omnium veram de meritis & præmiis intelligen- Tom. 1. ad pop. ho. 33.
tiam vide apud S. Chryſoſtomum homil. de petitione filiorum Zebe-
dæi: hom. in Pſ. IV. lib. 2. de Prouidentiâ. hom. IX. in ſec. ad Timoth. 2. De Prou. to. 4.
ſexcentis aliis locis.

Huic autem immarceſſibili æternæ gloriæ coronæ deciduos tem- Temporalia ſub meritum vt cadant S. Tho. 1. 2. q. 114. ar vlt.
poralium bonorum floſculos adnectere incongruum eſt: ſtatim illud
Tertullian. occurrit, *Deus te mutat vt coronet, qui vicerit, inquit, dabo ei*
coronam vitæ, quid tibi cum flore perituro? Bene itaque S. Thomas, *Nonniſi* Tertull. l. de corr. fin.
ſecundum quid temporalia & terrena bona ſub merito cadunt, inquantum ijs ho-
mo ad vitam æternam conſequendam iuuari aliquo modo poteſt. Hanc in rem
multa ex ſcripturis & Patribus collegit Anaſtaſius Sinaïta quæſt. XI. Anaſt. Sin. qu. 2.
quorum ſumma eſt in illis Pauli verbis. *Diuitibus huius ſæculi præcipe non* 1. Tim. 6. 17.
ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat no-
bis abundè omnia ad fruendum: benè agere & diuites fieri in operibus bonis, facilè
tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, vt ap-
prehendant veram vitam, Gr. τῆς αἰωνίου ζωῆς. *Vitam æternam.*

V.

Hactenus de merito prout propriam cuiuſque promerentis ſpiri- Mereri aliis gratiam aut gloriam merita condigno non poſſumus, congruo vero poſſumus S. Tho 1. 2. q. 114. art. 6. Trident. ſeſſ. 6. c. 7.
tualem vtilitatem ſpectat: an alienæ vero ſalutis bona mereri poſſimus
à Deo, ſic definiunt Theologi: Merito quidem noſtro condigno ad
gloriam & gratiam alteri acquirendam non eſt locus: id enim merito
ſolius Chriſti ſeruatum qui idcirco dicitur eſt S. Dionyſio: πηγαῖος τῶν

Eccl hier. c. 4.

Ad Hebr. c. 2. 9.
V. S. Athan. ad Serapion. 10. 2.

Gal. 3. 1. Tim. 2. 5. Heb. 8. 9. 12.

θείων ἀντιλήψεων diuinarum ſuſceptionum fontem habens. Diuinus Apoſtolus. Vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per Paſſionem conſummare. Qui enim ſanctificat & qui ſanctificantur, ex vno omnes. Huc etiam pertinet titulus Mediatoris primarij ſcilicet & abſque medio *μεσιτεύοντος. Deus enim nos in Chriſto benedixit omni benedictione ſpirituali.* Ad Epheſ. 1. *Iuſtificati ſumus in nomine Ieſu.* 1. *Cor.* 6. *& antea. Num Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis.*

Idem Ser. 2.

Non prohibent hæc tamen quemquam pro alio congruè mereri poſſe: ſed eo congrui meriti genere, non quod infallibile ſecum effectum trahat, quale eſt in contritione & actua motis Dei iuſtificationem præcedente, ſed prout Deo indulgere vel negare placuerit. Ieremiæ cap. xv. *Si ſteterit Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum.* Ierem. cap. 7. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi quia non exaudiam te.* Oratione tamen inſtanti, aſſiduâ lachrymis, ieiuniis ac Eleemoſynis, ſacrificiis cæteriſque eiuſmodi bonis operibus Deum iratum concilianti tanquam merito congruo ſalutem aliorum aliquando impetratam, multa ex ſcripturis teſtimonia comprobant: Iob. XLII. *Suſcepit Dominus faciem Iob, Dominus quoque conuerſus eſt ad Pænitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis ſuis.* Stephani precibus Paulum Eccleſia conſecuta eſt, Act. VII. Iacobus Epiſt. c. V. *Orate pro inuicem vt ſaluemini, multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua.* Gr. *δέησις ἐνεργουμένη δικαίου πολὺ ἰσχύει. Oratio efficax, operatoria.* B. Ambroſ. ad cap. v. Luc. *Dominus aliorum merito, alijs ignoſcit.* Exemplo Moſis Deum iratum & prohibentem non ſinentis id probat B. Auguſt. *Cum merita noſtra grauant ne diligamur à Deo, illorum meritis releuari poſſumus, quos Deus diligit.* B. Chryſoſtomus ita orat. *γένοιτο ἡμᾶς ταῖς εὐχαῖς τῶν προέδρων δυνηθῆναι καταξιωθῆναι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.* Id eſt. Contingat nobis poſſe dignationem conſequi regni cœleſtis, per preces præſulum &c. Plena omnia Patrum monimenta. Quidam tamen Theologi impetrationem à merito congruo ſecernunt: præcipuè in ſanctis vita functis, quos non amplius in cœlo mereri dicunt, ſed virtute tantum meritorum quæ in vitâ præſtiterunt, impetrare: alij verò quibus libentius accedentem, non ſibi, ſed nobis mereri egregiè tuentur: ſed legatur Philippus Gamachæus ad quæſt. 114. cap. ſec. Sed hæc aliàs.

Act. 7. 59 S. Aug. & Fulgent. ſer. de S Steph.
Iac. 5. v.
Aug. I quæſt. in Exempl. 149.
Chryſ or. 3. de pece.
S. Chryſ. orat. de SS. iuuen. e. & Max.
Daniel. 3. propter Abraham dilectum tuum & Iſaac ſeruum tuũ, & Iſraël ſanctum tuum &c.

VI.

Merita interempta per peccatũ mortale, pœnitentia reuiuiſcũt S Tho. 3 p. qu. 89. ar. 4. 5. & 6.

De meritorum interitu & reuiuiſcentiâ tractare ſolent Theologi, cum B. Thoma tertia parte quæſt. LXXXIX. quibus ſua ibidem meſſis relinquenda eſt. Breuiter quod res nunc poſtulat, exſequimur. Merita in ſtatu gratiæ vt antea diximus, effecta, peccato letali ingruente vna cum Gratiâ, à quâ manauerant intereunt: *Opera mortificata* Scholaſtici vocant, ea à mortuis operibus moraliter bonis, quæ in ſtatu peccati fiunt, diſtinguentes. Opera mortua nunquam vitam induunt: ſiue

quæ mortua ſimul & mortifera, id eſt moraliter mala ſunt, quæ dicuntur *mortua effectiuè*, quia mortem inferunt, vt ea de quibus dicitur ad Hebr. *Sanguis Chriſti mundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis*: S. Aug. l. de fide & ſiue ea quæ ſunt tantum *mortua priuatiuè*, id eſt extra ſtatum Gratiæ & operib. chariratis producta, de quibus agit Apoſtolus 1. Corint. 13. & Iacob. epiſt. cap. 2. fides ſine operibus mortua eſt: quæ mortua dicuntur, quia S. Aug. lib de patient. c. 16. principium vitæ ſpiritalis & ſupernaturalis, nempe Gratiæ influxum nunquam habuerunt: ideoque ſolâ temporali mercede, vel ſupplicij remiſſioris mitigatione compenſantur.

Opera vero pia in ſtatu gratiæ producta, viua ſunt, quamdiu verò viuimus, veluti conditione mortalitatis noſtræ laborant: nam extingui poſſunt morique peccato, cuius quotidie periculum imminet. Ezechielis cap. XVIII. *Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitiâ ſuâ, omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur.* S. Chryſoſtomus, in illud Apoſtoli *adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Chryſ ho 11. in 2. Cor. c. 6. ὁ γὰρ ἀπαλλαγεὶς τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ φίλον γενόμενον τοῖς προτέροις ἐγκαλινδεῖσθαι, πάλιν ἐπ' ἔχθραν ἐπανελθὼν ἐστιν, καὶ εἰς κενὸν τὴν χάριν δέξασθαι κατὰ τὸν βίου λόγον. Auct. lib. de ver. & fal. pœnit. c. 14. Nam qui poſteaquam peccatis liberatus atque in amicitiam receptus eſt, in prioribus flagitiis rurſus volutatur, is ad inimicitias redit, ac fruſtra, quantum ad vitam attinet, Gratiam Dei accepit, &c.] Idem orat. 3. ad populum Antiochenum. Sic alij paſſim, Gregorius Nazianzenus, Nyſſenus, Cyrillus Alexandr. Anaſtaſius Sinaïta quæſtionem terminis ferè Scholaſticis conceptam proponit: Nazianz. or. 40. & Nyſſ orat. Catech. Cyrill. l. 1. de ador. Anaſt. Sin. qu. 83. ἐὰν ἄνθρωπος ποιήσῃ ἁμάρτημα, καὶ ποιήσῃ τινὰς μισθοὺς, διὰ τὸ συγχωρηθῆναι αὐτὸν, εἶτα πάλιν μετὰ τοὺς μισθοὺς ἁμαρτήσῃ, ἆρα ἀπώλεσε τοὺς μισθοὺς οὓς ἐποίησεν. Id eſt. Si homo peccauerit & poſtea quædam merita ad veniam impetrandam fecerit, & deinceps poſt merita iterum delinquat, num merita quæ fecit, penitus perdidit? Reſpondet verò primò diſtinguens inter τὴν ἁμαρτίαν τὴν καταλύουσαν τὰ ἀγαθὰ καὶ τὴν μὴ καταλύουσαν, peccatum aliud quod bona diſſoluit, & aliud S. Aug. li. de nupt. & concupiſc. quod non diſſoluit: prius mortale vocamus, poſterius veniabile: prius tale eſt: ἐὰν μὴ ἀποστῇ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τελευτήσῃ, ἀσυγχώρητόν ἐστι τὸ πρᾶγμα. Si ab eo peccato non receſſerit, & in eo immortuus fuerit, remiſſio omnis tollitur.]

Quotieſcumque vero & quamprimùm peccator ingemiſcit & reuertitur ad Dominum qui fecit illum, merita peccato extincta reuiuiſcunt: quia *opera illa*, ait B. Thomas *etiam poſtquam actu eſſe deſinunt,* S. Tho. 3. p. q. 89. a. 5. *ſemper remanent in acceptatione diuinâ. Et ideo remoto impedimento quod accipiebant ex parte hominis operantis, Deus implet ex parte ſuâ illud quod opera merebantur, nempe perductionem ad vitam æternam, quod eſt præmium eſſentiale.* In V. T. dicitur Ioſaphat Regi Iuda, *Impio præbes auxilium, idcirco iram Domini mereberis, ſed bona opera inuenta ſunt in te.* Ex N. T. Theo- Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. logi huius veritatis confirmationem è loco Pauli duplici mutuantur, in Concilio Tridentino. *Iuſtificatis hominibus ſiue acceptam gratiam perpetuò conſeruauerint, ſiue amiſſam recuperauerint, proponenda ſunt Apoſtoli*

1. Cor. 15. *verba: Abundate in omni opere bono, ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino: non eſt enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis quam oſtendis in nomine ipſius.* Prior locus habetur epiſt. 1. ad Corinth. cap. xv. Poſterior ex epiſt. ad Hebræos, quos tanquam maledicto proximos, cum ob grauiſſima contra fidem bonoſque mores peccata poſt baptiſmum commiſſa reprehendiſſet, ſtatim leniens reprehenſionem, allicit ad pœnitentiam. *Confidimus autem de vobis, dilectiſſimi, meliora & viciniora ſaluti: non enim iniuſtus eſt Deus vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis* (καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης) *quam oſtendiſtis in nomine ipſius qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis.* Latini quidem tractatores in diuerſas huius loci expoſitiones diſcedunt.

Ad Hebr. c. 6.

S. Athan. hom. de blaſph. in Sp. S. Aug. lib. de fide & oper. Ambr. 2. de pœn.

Epiph. in hær. 59. init.

Græci vero Patres ſic ſentiunt. S. Epiphanius in confutatione Hæreſæos Catharorum: εὐθὺς ἐπιφέρων τὴν τούτων ἴασιν ὁ ἅγιος ἀπόστολος, τὴν ἐκκλησίας ἰατρεύων, καὶ τὴν αὐτῆς μελῶν ἐπιμελούμενος. καί φησι. πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοί, τὰ κρείττονα, καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, εἰ καὶ οὕτως λαλοῦμεν. οὐ γὰρ ἄδικος ὁ θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἀγαθοῦ ἔργου ὑμῶν. καὶ ὁρᾷς πῶς τὸν ἐγκαινισμὸν μὴ δύνασθαι δεύτερον γενέσθαι τελείως ἀπεφήνατο. τῆς δὲ σωτηρίας οὐκ ἀπέτρεπε τοὺς ἔτι μετανοοῦντας, ἀλλὰ καὶ σωτηρίας ἐχομένους, καὶ θεὸν ἀντιλήπτορα τῆς ἀγαθοεργίας αὐτῶν, ἐκ τῶν ἀπὸ παραπτωμάτων τελεότητα μετανοούντων, καὶ ἐπιστρεφόντων, καὶ μεταμελομένων. Id eſt. Continuò horumce remedium Apoſtolus ſubijcit, vt & Eccleſiæ ſimul medicinam faciat & membris illius conſulat. Ait itaque, *confidimus autem de vobis, chariſſimi, meliora & viciniora ſaluti, tametſi ita loquimur. Non enim iniuſtus eſt Deus vt obliuiſcatur operis veſtri boni.* In quo vides quemadmodum & inſtaurationem illam ſecundam fieri non poſſe omnino pronuntiauerit: neque tamen à ſalute illos excluſerit, quos peccati ſui pœniteret: ſed & ſaluti propinquos eſſe dixerit, & DEVM RECTE AB IIS FACTORVM SVSCEPTOREM ESSE, qui delictorum ſuorum pœnitentiam abſolutam capeſſerent, ſeque adeo conuerterent, animumque mutarent.] Addi poſſunt B. Baſilius hom. de Pœnitentiâ. B. Chryſoſtomus hom. 10. in Epiſt. ad Hebræos. B. Damaſcenus lib. de fide. Corollatium verò quod hinc deſumunt Theologi, peccatorem nempe pœnitentem maiori cum gratiâ reſurgere præſertim adhibitâ animi contentione, certiſſimum facit S. Chryſoſtomus Parænesi ad Theodorum lapſum πλεονεκτοῦσιν οἱ ἁμαρτωλοὶ τῶν εὐδαιμόνως κατορθούντων, ὅτι σφοδρότερα κέχρηνται τῇ προθυμίᾳ? Plus peccatores poſſident, quàm qui nunquam ceciderunt, quia maiori alacritate vtuntur: Verum hæc extra lineas.

Heb. 6. 9.

Ib. v. 8.

S. Tho. 3. p. qu. 89. art. 3.

S. Chryſoſt. vtraque Parænesi ad Theod. lapſ.

VII.

CONCLVSIO

EX

VERBIS S. PETRI.

DEVS OMNIS GRATIÆ, *qui vocauit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiet confirmabit, ſolidabitque. Ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen. Breuiter ſcripſi obſecrans & conteſtans hanc eſſe* VERAM GRATIAM DEI 1. Petri cap. v.

LAVS TIBI CHRISTE.

Digitized by Google

THEOLOGIÆ
GRÆCORVM PATRVM
VINDICATÆ CIRCA
MATERIAM GRATIÆ
Index.

ABel quomodo Martyr in lege naturæ 75

Abel ex fide ſola virtutem amplexus. 75.

Abelis ſacrificium acceptans Deus ex mente Caluini, iudicij falſus eſt. 437

Abſtinere à peccatis omnibus ſine gratia actuali nemo poteſt contra Pelag. 128

Abſtinere à peccato in tentatione eſt gratiæ Dei. 129

Actiones morales ad fidem diſponentes ſunt à gratiæ. 119

Actiones illæ Græcis PP. φυσικὰ κινήματα naturales motiones. 120

Actio tranſiens diuinæ potentiæ ἐπαφὴ τῆς δυνάμεως. 164

Actualis gratiæ neceſſitas ex indifferentia arbitrij. 161

Actualis gratiæ maior neceſſitas ex infirmitate arbitrij. 162

Actualis gratiæ auxilium quo & ſine quo gratia ſecundi Adam &c. dicitur. 162

Actualis gratia cur ſic dicta. 163

Actualis gratiæ auxilia Græcis Patribus agnita. 163

Actualis gratia ab iiſdem dicitur ἡ σωτήριος χάρις ſalutaris gratia, ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια operatio Dei βοήθεια auxilium ἐπικουρία præſidium 162. ἡ ἄνωθεν ῥοπὴ propenſio ſuperna χεὶρ manus deſuper, κίνησις motio ſuperna. 164

Actualis gratia Latinis dicitur motio diuina, motio ſupernaturalis. 164

Actualis gratiæ diuiſio in operantem & cooperantem ἐργαζομένην καὶ συνεργοῦν. 165. Vide operans & cooperans.

Actuales gratiæ aliæ intrinſecus aliæ extrinſecus mouent. 167

Actualis gratia rurſus diuiditur in vocantem, concomitantem & ſubſequentem. 189

Actualis vocans Græcis PP. ἡ κλῆσις ἄνωθεν vocatio ſuperna, καλέσασα χάρις. 190

Actualis concomitans χειραγωγοῦσα manuducens. συμπαροῦσα aſſiſtens. 191

Actualis ſubſequens χάρις ἐπισκιώσεως gratia protectionis, καταδιώξασα perſequens, φυλάττουσα conſeruans. 193

Actualis gratia neceſſaria ad actum ſupernaturalem ὃ δύναται γὰρ ἐκ τοῦ

Θεοῦ ῥοπῆς: nam quod poſſumus à Dei gratia eſt. 185
Actualis gratiæ varij gradus ad iuſtificationem. 291
Actualis gratia dicitur ſanans ſeu habitualis quo ſenſu. 350
Actualis gratia actio tranſiens & via ad habitualem. 350
Actualis gratia cum actione ſanandi comparatur. 350
Adam non per ignorantiam, ſed per deſidiæ lapſum peccat οὐ δι' ἄγνοιαν, ἀλλὰ τῆς ῥαθυμίας τῷ πτώματι Chryſ. 31
Adam habuit generalem aptitudinem & motum ad virtutem ἐπιτηδειότητα καὶ ῥοπὴν. 461
Adam ſimilis Deo quia λογικὸς & ἐνάρετος rationalis & virtutis particeps. 47
Adam in ſtatu naturæ integræ indigebat gratia ad bonum ſupernaturale. 47
Adæ gratia in illo ſtatu Græcis. PP. δύναμις παρὰ Θεοῦ vis à Deo ἐμφύσημα inſpiratio, & φίλτρον τὸ ἔνδον & philtrum interius. 47
Adæ lex data in paradiſo quaſi matrix mandatorum Dei. 84
Adam indiguit gratia auxiliatrice in ſtatu naturæ integræ. 85
Adam cooperans gratiæ potuit manere & proficere in bono 85
Adæ dotes duæ imago & ſimilitudo ex Greg. Nyſſ. 86
Adæ peccatum circa præceptum ſupernaturale. 86
Adæ præceptum datum non fuit planè naturale, ſed poſitiuum. 87
Adam mortem ſibi parauit per diſceſſum à Deo. 279
Adiuuantis gratiæ & cooperantis definitio. 179
Adiuuans gratia Græcis PP. nota. 182.
Adiuuans gratia ab iiſdem vocatur ἡ ἄνωθεν χεὶρ manus ſuperna, ῥοπὴ vis, προστασία præſidium, ἐπικουρία auxilium, βοήθεια adiutorium συνεργία cooperatio, ξυμμαχία pugnæ Societas 183 aliter χάρις συνεργὸς cooperans, συναίτιος concauſans 185. δύναμις ἄφατος τοῦ Θεοῦ Dei virtus ineffabilis, &c. ibid.
Adiuuans gratia etiam iuſtis eſt neceſſaria, locus eam probandi. 184
Adiuuare occultè non deſinit gratia κρυφίως βοηθεῖν οὐ παύεται. 184
Adiuuanti gratiæ quomodo voluntas concurrat an vt cauſa vel concauſa princeps, an vt inſtrumentum. 185
Adiuuanti gratiæ voluntas concurrit vt cauſa principalis ἢ ὡς ἄλλο ſubalterna. 186
Adiuuantis gratiæ & liberi arbitrij coniunctio ex PP. Græcis. 187
Adiuuanti gratiæ voluntas concurrit vt cauſa inſtrumentalis impropriè. 184
Adiuuans cauſa & concauſa αἴτιον, συναίτιον συνεργὸν qui differant. 185
Adiuuantem gratiam & voluntatem commiſceri oportet συγκεράσθαι δεῖ ἑκάτερα. 188
Adiuuans gratia aliquando pro excitante vſurpatur. 196
Αδυναμίαν naturæ gratia ſupplet. 79.
Adminiſtratrix potentia Græcis PP. χορηγητικὴ δύναμις, ἡ χορηγία τοῦ πνεύματος quid ſit. 253.
Affectus ſeu motus eſt voluntas credendi à gratia. 44
Affectus ille credendi à vocatione Dei ἡ πίστις ἀρχὴ τῆς κλήσεως τοῦ Θεοῦ. 44
Amor Dei Græcis PP. ἀδίδακτος ἀγάπη quam non docemur. 67
Ad amorem ſui Deus omnia conuertit. 67
Amore ſupernaturali ſuper omnia in

in quouis ſtatu ſine gratia Deus non poteſt diligi ſine gratia. 68

Amor ille requirit hominem veterem exui ἐκδυσαμένους ἤδη τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ideo gratiam præſupponit. 68

Amoris Dei diſtinctio inſcite carpitur ab hæreticis. 68

Amor Dei ſupernaturalis ſiue amicitiæ ſiue concupiſcentiæ gratia indiget. 69

Amor ille Græcis PP. dicitur ἑνοποιὸς vnitiuus, συναγωγικὸς colligens, καὶ συγκρατικὸς commiſcens. 69

Amor naturalis Dei in ſtatu naturæ integræ ſolum Dei concurſum ordinarium requirebat. 70

Amor ille Patribus Græcis dicitur ἐν τῇ φύσει ἐνεσπαρμένος inſitus à natura. 71

Amor naturalis quantus ſit deſcribitur & qualis. 71

Amor Dei naturalis in ſtatu naturæ corruptæ gratiam ſanantem ἰατρείας τῆς ἀσθενείας exigit. 72

Amor Dei non eſt cuiuſuis, ſed τελειουμένου perfecti. 72

Amor Dei ſuper omnia naturalis eſt affectiuus & actuoſus, quid complectitur. 73

Amoris cauſa Deus τοῦ ἔρωτος αἴτιος: S. Dionyſ. 73

Amoris Dei actus, natura duce, poteſt produci, abſente gratia. 75

Angelorum ὁμοτιμίαν æqualem honoris ſtatum per gratiam æquare poſſumus ex S. Baſil. & Epiphan. 14.

Angelis non debetur gratia ex Patribus Græcis & Latinis. 15

Angelis gratiam deberi aſſerentes magiſtros S. Thomas deſerit. 15.

Angeli gratiam pro ratione ordinis ἔξωθεν τῆς οὐσίας extra naturam participant. 15

Angelis concreatæ ſpecies ſunt naturales, non autem ſupernaturales. 15

Angeli κατ' οἰκείαν τοῦ θεοῦ δόξης οὐ δύναμιν καὶ φύσιν res norunt non ſenſu. 15

Angelorum incorruptibilitas gratiæ non naturæ tribuitur, ex Hier. 20.

Ἄγγελος ἀθάνατος οὐ φύσει, ἀλλὰ χάριτι S. Damaſc. 20

Angelorum gratiæ Chriſtus eſt author qui & πηγαῖον τῶν θείων ἀναλήψεων fons diuinarum ſuſceptionum dicitur. 26 & 271

Animæ deſcriptio, tum dona eius naturalia ex gratia Dei 20

Animæ immortalitas ex Philoſophia vix ex fide facile nota 46

Animas gratiæ expertes vis humana nequit ad vitam eleuare. 49

Animæ natura eſt ἐξ ἑαυτῆς ὁρμᾶν ſeipſa moueri. 105

Anima ſine auxilio Dei nequit κατορθῶσαί τι τῶν ἀγαθῶν quid boni facere ex PP Gr. 139

Anima S. Athan. εὐκίνητος καὶ αὐτεξούσιος. Facile mobilis & ſui iuris. 154.

Anima S. Baſil. λελυμένη πάσης ἀνάγκης ſoluta omni neceſſitate. 154

Animæ ſubſtantia eſt ſubiectum gratiæ ſanctificantis. 364

Animæ ſubſtantia potentiam paſſiuam obedientialem habet ad gratiam. 364

Antecedens voluntas explicatur vt & conſequens. 209

Antecedens voluntas PP. Græcis nota. 210

Antecedens voluntas ab iiſdem vocatur εὐδοκία beneplacitum, πόθος ſeu deſiderium cum contentione. 210

Item dicitur πρόθεσις propoſitum, πρότερον θέλημα prima voluntas, τὸ προηγούμενον θέλημα præcedens voluntas, σφοδρότερον vehementior. 211

Item vocatur βεβαιότατη πίσμα firmiſſimum deſiderium, προχείμενον πίσμα præiacens voluntas, vide voluntas. 212

Appetitu triplici res ad Deum feruntur innato, elicito, gnoſtico. 67.

Appetitum naturalem ad gratiam animæ ſubſtantia non habet. 364

Apparatus omnium gratiarum χορηγία eſt gratia per Chriſtum. 27

Arbitrium ita infirmum vt vix Deo ſeruire, vt par eſt homo poſſit, niſi gratia præueniat. 72

Arbitrij poſſibilitas naturalis requirit Chriſti Euangelium & actualem gratiam. 79

Arbitrium liberum & eius contemplatio vix à tractatu gratiæ auelitur. 146

Arbitrium poſt Adæ peccatum non eſt extinctum. 147

Arbitrium liberum Græcis Patribus αὐτεξούσιον quaſi dicas ſui iuris & ſuæ poteſtatis. 147

Arbitrium aliter αὐθεντία ſuprema poteſtas, αὐτεξούσιος ὁρμὴ vis ſui iuris, αὐτοκίνητον αὐτεξούσιον per ſe mobile ſui iuris, κίνησις πρὸς τὰ ἐφ' ἡμῖν motus ad ea quæ penes nos ſunt, ἐξουσία poteſtas, τῆς προαιρέσεως κίνησις prælectionis motus, προαιρετικὴ ὁρμὴ vis electiua. 147

Arbitrium aliter vocatur τὸ αὐτόκρατες libera poteſtas, τὸ ἐφ' ἡμῖν quod penes nos eſt, ἡ προαίρεσις prælectio, τὸ προαιρέτικον electiuum, ἐλευθερία libertas, ἐξουσία τῆς ὁρμῆς καὶ ἀφορμῆ. poteſtas impetus & occaſionis. 148

Item αὐτεξουσιότης libera poteſtas. vide libertas. 155

Arbor bona non poteſt malos fructus facere, explicatur. 61

Arbor mala voluntas infidelis agens ex motiuo infidelitatis. 61

Arbor mala voluntas mala ἕως ἂν ἡ πονηρία συζῶσα quandiu in malo degit. 62

Arbor putris hypocrita δένδρον σαπρόν. ibid.

Arbori ex parte labefactæ comparatur vnus & idem homo. 62

Arte ſuperamus à quibus natura vincimur, de gratia dicitur. 92

Aſſertiones Theologicæ tres de gratiæ neceſſitate ad volendum & efficiendum bonum. 46. & ſ.

Aſſenſus omnis fidei à gratia. 42

Aſſenſum humanum primò mouet & trahit gratia, ille ſequitur. 45.

Attritio ſeu imperfecta contritio quid ſit. 424

Attritio acquirit timorem cum ſpe veniæ & propoſito non peccandi. 424

Auerſionis à Deo triplex ſpecies δουλοπρεπὴς ſeruilis, φιλονεικία auerſio contentioſa, καταπληξία ſtupor. 198.

Auerſioni maiori ampliori gratia opus eſt. 198

Auertit ſe homo prius à Deo, quam Deus eum deſerat. 279

Αὐτοκέλευθος γνῶσις ſupremæ cauſæ notitia haberi poteſt ſola Dei ope naturali. 57

Αὐτεξούσιον liberum arbitrium & πολυωνυμία eius, vide arbitrium. 146

Αὐτεξουσιότης raro apud Græcos PP. pro libertate à peccato vſurpatur. 159

S. Auguſtinus de operibus infidelium proponit. 55

Auguſtini mens de virtutibus infidelium. 56

Auguſtinus opera infidelium bona dicit, ſed raro. 57

Auguſtinus infidelium opera laudat, & patientiam ſchiſmaticorum. 58

Auguſtinus eadem opera deprimit vt inutilia ad finem ſupernaturalem. 58.
Ex Auguſtini & PP. Græcorum mente quomodo veræ & falſæ ſunt infidelium virtutes. 59
Auguſtinus eas negat eſſe efficaces ad iuſtitiam ὁλόκληρον καὶ τελώ καθόλου perfectam & vniuerſalem. 63.
Auguſtini mens circa id omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. 65.
Auguſtinus admittit gratiam aliquando non efficacem. 196
Auguſtinus per non efficacem gratiam non intelligit exteriorem vt vult Iunius. 196
Auguſtinus tripliciter explicat illum locum: Deus vult omnes ſaluos fieri. 214
Auguſtini mentem non deſunt qui improbant: de hac re mens authoris. 215
Auguſtinus Pelagio liber locum prædictum de omnibus & ſingulis hominibus explicat. 216
Auguſtinus fortiter in Pelagium ſuſtinet Chriſtum pro omnibus mortuum. 220
Eandem doctrinam propugnat in Iulianum non pro multis, ſed pro omnibus paſſum. 221
Auguſtinus dicit hominem non deſeri à Deo, niſi prius homo Deum deſerat. 280
Augmentum gratiæ, non autem prima gratia actualis dignis datur. 119.
Authoris conſilium ſcribendi. pag. 1.
Author vindicat Græcos PP. ab ignoratæ gratiæ, & Semipelagianorum erroris calumnia. 2
Author obiter in hæreticos exclamat 6. & 14.
Author neminem inuadit, ſed eum chariras vrgens impellit. 146
Authoris propoſitum in ſecundo libro. 146
Author iudicium ſuum Theologi adhuc iunioris retractauit. 149
Auxilium ad ſupernaturale bonum excitans & corroborans neceſſarium 49
Auxilio Dei arbitrium indiget propter ἀδυναμίαν. 79
Auxilium exterius ad vitanda peccata, vt interius prouidentia Dei ſubminiſtrat. 134
Auxilium gratiæ ad iuſtificatorum actiones meritorias eſt neceſſarium. 136. & 137.
Auxilium illud Græcis PP. notum. Θεοῦ δύναμιν ἀγαθῶν ἐργάτιν εἶ). 137
Auxilij diuini negatio ſuperbiæ extremum τῆς ὑπερηφανίας τέλος ἄρνησις τῆς βοηθείας S. Ioan. Clim. 139
Auxilium gratiæ ad perſeuerantiam ex PP. Latinis & Græcis requiritur. 142.
Auxilium præmouens Chryſ. agnoſcit οὕτως αὖ ὁ θεὸς βοηθῇ. ſic Deus iuuet. 143
Auxilium ſufficiens ex ſancto Th. Scoto & aliis admittitur. 195
Auxilij nomine Græci PP. gratiam actualem intelligunt. 163
Auxilium id vocant τὴν τοῦ θεοῦ συνέργειαν operationem ἐκ συνεργίας & cooperationem ἐκ συνεργίας παντοδαπὴ omnifaria operatio. 165
Auxilium duplex à Chryſoſtomo commendatur τῆς χάριτος τοῦ πνεύματος, καὶ τῆς θεοῦ βοηθοῦντος gratiæ ſpiritus & Dei adiuuantis. 183
Auxilium neceſſarium adultis datur ad præcepta exequenda. 248
Auxilium illud octo locis Auguſtini probatur. 248 & 249. & locis PP. & conc. 251 & 252.
Auxilium eiuſmodi Græcis PP.

dictum χάρις προχειμένη gratia omnibus expoſita, ἄφθονος copioſa. 252

Aliter vocatur χορηγητικὴ δύναμις virtus adminiſtratrix. χορηγία adminiſtratio, ſuppeditatio. 253

Auxilium poſſibilitatis Pelagianorum hæreſeos damnatum. 267

Auxilij poſſibilitatis cum gratia ſufficiente abſurda comparatio. 267

Auxilium poſſibilitatis quid ſit. 267

Auxilium poſſibilitatis differt tripliciter à gratia ſufficiente. 267

Auxilium illud erat naturale, non poſtulabat gratiam adiuuantem erat extrinſecum. 267. & 268

Auxilium ex S. Aug. duplex quo & ſine quo, latè explicatur. 270

Auxilium ſufficiens homini & Angelo corruenti datum. 272

Auxilio diuino iuſtus numquam deſtituitur. 282

Auxilij maioris impetrandi ad præceptum implendum gratia nemini deeſt 283

Auxilia ſpecialia gratiæ Deus negat non ſufficientia. 287

Auxilia ſex quibus homo ad iuſtificationem diſponitur. 291

Auxilia gratiæ ſufficientis ſunt diſpoſitiua ad efficacem. 291

Auxilia gratiæ ſufficientis dici poſſunt efficacia ſecundum quid, non reſpectu effectus inchoati. 291

Auxilium Dei exterius quo nos à peccatis tuetur. 134 & 135

Auxilium Dei ἀρετῆς κεφάλαιον Greg. Nyſſ. 183

B.

Baptiſmi exortes ex mente quorundam carent ſufficienti gratia. 229

Baptiſmo priuati ex communi ſententia habent auxilium ſufficiens extrinſecum. 230

Baptiſmo priuatorum tria hominum genera recenſentur. 332

Baptiſmo priuatorum ſtatus. *ibid.*

Baptiſmo exortes infantes μήτε δοξασθήσονται μήτε κολασθήσονται nec gloria nec pœna digni ex S. Gregor. 233.

Baptiſmo exortes quia ἀσφράγιστοι ſignaculo carentes à gloria excluduntur. 233

Baptiſmo priuati infantes à pœna arcendi quia ἀπόνηροι malitia carentes. 233

Baptiſmo carentes dicuntur Greg. Theol. ἀπόνηροι καὶ παθόντες μᾶλλον τὴν ζημίαν ἢ δράσαντες paſſi damnum potius quam moliti. *ibid.*

Baptiſmo priuati ex contemptu & ob voluptatum ἀπληστίαν inexplebilitatem, pœna ſenſus afficiendi. 233

Baptiſmata tria peccatum purgant. 422. PP. Græcis καθαρτικά.

Beatitudines ad dona ſpiritus ſancti reuocantur. 403

Beatitudini virtus ethica inutilis ſecluſa fide & gratia. 60

Beatitudini nihil conferentes veræ non ſunt virtutes. 60. & 63

Beatitudinis ſeu ſummi boni amor ſolius rationalis facultatis eſt. 68

Beatitudinem attingere humana vita nequit ἀνέφικτός ἐστιν ἡ μακαριότης ἀνθρωπίνῃ ζωῇ. 106

Beatitudinis genus luctus ex pœnitentia μακαρισμός. Gregor. Nyſſ. 422.

Beatitudo debetur bonis operibus ideo dicitur βραβεῖον præmium certaminis. 439

Beatitudinis initium fides, finis charitas, vtraque hominis perfectio S. Ignatius. ἀρχὴ ζωῆς πίστις τέλος ἀγάπη.

Beatitudinis meritorias actiones aliarum à charitate virtutum commendant loci ſcripturæ. 448

Beatitudinis præmia non vni cha-

ritati, ſed omnium virtutum choro promittuntur. 448
Beneficium gratiæ exterioris deſcribitur à SS. Auguſtin. & Gregor. Nyſſen. 134. & 135
Beneficentia Dei naturalis poteſt dici gratia. 20
Beneficentia Dei ſupernaturalis eſt quæ ἡ ἄνωθεν χάρις χείρ dicitur gratia manus ſuperna 20
Bona naturalia gratiæ nomen ſortiuntur ex S. Cyrill. 20
Bonum morale tripliciter ſpectatur. 51
Bonum morale collectiuè gratiam poſcit. 51
Bonum arduum morale gratiam requirit. 52
Boni ardui moralis actus multi recenſentur qui gratiam poſcunt. 52.
Bonum morale facilè diſtributiuè, ſine gratia exerceri poteſt & ratio. 53
Bonum virum fieri & manere difficile ἀγαθὸν ἄνδρα γενέσθαι χαλεπὸν καὶ τὸ ἐμμένειν Plato. 53
Bonum nihil eſt extra fidem quomodo debet explicari οὐδὲν ἔξω πίστεως ἀγαθόν. Chryſ 56
Bona ex obiecto fieri poſſunt à non benefacientibus. 58
Bonum quid ſit ex S. Dionyſ. εἰς ὃ τὰ πάντα ἐπιστρέφεται ad quod omnia conuertuntur. 67
Bonum quod fit poſt iuſtificationem, eſt à gratia. 137
Boni mores incunabula naſcentis fidei. 121
Bona opera: vide Opera.
Bonum ex vna & integra cauſa malum autem ex multis & ſingularibus defectibus ἐκ τῆς μίας ἢ ὅλης αἰτίας, τὸ δὲ κακὸν ἐκ πολλῶν καὶ μερικῶν ἐλλείψεων Dion. 447

C.

Cade ſurge πτλέγλρε explicatur. 125
Caluinus Græcos Patres valere iubet. 5
Caluinus opera iuſtorum & iniuſtorum falsò aſſerit peccata. 50
Caluinus arroganter expoſtulat in nomenclaturam arbitrij αὐτεξουσίου. 146
Caluini aſſeclæ litem Chryſoſtomo intentant 11
Caluinus falſò Auguſtinum totum ſuum eſſe dicit. 147. & 225
Caluino & Luthero odioſa gratiæ diuiſio in ſufficientem & efficacem. 194
Caluinus dicit Chriſtum pro ſolis electis mortuum. 218
Caluinus impiè aſſerit Deum paruulos creaſſe ad damnationem. 231
Caluinus Deum facit authorem peccati. 239
Caluini blaſphemia iugulatur. 241.
Caluinus negat gratiam omnibus dari & inſimulat Sorbonicos Pelagianiſmi. 247
Caluini error eſt nouum teſtamentum ad ſolos electos pertinere. 262
Caluini alter error Eccleſiam ſolis electis conſtare. *ibid.*
Caluinus errat circa indurationem poſitiuâm per arcanum motum. 266
Caluini circa hoc dictum quem Deus trahit volentem trahit, ſycophantia. 300
Caluinus cur Chryſoſtomum πολύσοφον accuſat. 319
Caluini effugium de vocatione externa fauens Pelagianorum cauſæ. 324
Caluini effugium. 410
Caluini ſententia de fide iuſtifi-

cante. 411

Caluini ſententia de eadem fide confutatur. 412

Caluini & Lutheri error omnes de ſe debere ſtatuere ſe fideles, iuſtos, & prædeſtinatos. 427

Caluini & Lutheri damnatus error à Concil. Trid de operibus damnabilibus. 437

Caluinus aduerſus meritum ſuperbè pronuntiat & Sorbonicos inceſſit. 442

Caluini falſa calumnia gratiam Chriſti obſcurari admiſſis meritis hominum. 444

Cauſarum diuiſio quæ Græcis αἴτιον, συναίτιον, συνεργὸν dicuntur cauſa, concauſa, cooperans. Clem. Alex. 185

Cauſa gratiæ iuſtificantis προκαταρκτικὴ inceptiua, συνεκτικὴ, continens, αὐτοτελὴς per ſe perfecta καὶ αὐτάρκως ποιητικὴ ſufficienter effectiua Deus. 186

Concauſa conſenſus ad iuſtificationem duplex Deus & voluntas ſimul. 186

Cauſa adiutrix & cooperatrix Dei eſt voluntas humana συνεργός. 186

Cauſa omnis ſecunda ὄργανον θεῖον Dei inſtrumentum impropriè dici poteſt. 186

Cauſa ſecunda eſt cauſa principalis actionis comproductæ cum gratia ὑπαλλήλως ſubordinata. *ib.*

Cauſa principalis gratiæ eſt voluntas cum Deo concurrens ex S. Aug. & PP. Græcis. 187

Canones omnes contra Pelagium & Celeſtium à Græcis obſeruati. 10

Chariſma omnis gratia dici poteſt tamen hîc peculiariter eſt gratia gratis data. 329

Chariſmatis nomenclatura apud PP. Græcos. 330

Chariſma πνευματικὸν dicitur donum ſpirituale, ποικίλη χάρις varia gratia, χάρισμα κατὰ χάριν donatio ſecundum gratiam, δόματα, δῶρα, dona, φανέρωσις τοῦ πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. 330

Chariſma aliter διακονία ἐν τῇ διακονίᾳ miniſterium in miniſtrando, χάρις vel ἐνέργεια ἔξωθεν μεταβατικῶς ἐλθοῦσα gratia vel operatio extrinſecus adueniens & motu tranſeunti. 331.

Chariſmatis ſeu gratiæ gratis datæ deſcriptio. 331

Chariſmatis genus eſt actio ſeu operatio ἐνέργεια ſeu ἐργασία. 331

Chariſma ad media, gratia ſanctificans ad finem ordinatur, ideo melior eſt. 331

Chariſmata quandoque dantur malis vt Saüli, Balaam, Iudæ, gratia ſanctificans datur tantur bonis. 332.

Chariſmata ſanctis tantum dari Patres aſſeuerant, intellige ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. 333

Chariſmata recipiens Gregor. Theol. dicitur ὄργανον λογικόν. 333

Chariſmata dari iuxta modum facultatum naturalium, ſoluitur difficultas. 334

Chariſmatum diuiſio ex D. Paulo &c. aſſignatur. 335

Chariſmatum alia ad plenitudinem ſcientiæ, alia ad confirmationem, alia ad propoſitionem doctrinæ dantur. 335

Chariſmatum diuiſiones ſicut fluenta Græce ὁρμὴ ὕδατος impetus aquæ. 336

Chariſmata ad plenitudinem ſcientiæ 3. fides, ſapientia, ſcientia, quæ & χάρις ὀρθοδοξίας. 336

Chariſmata ad fidei confirmationem ſpectantia gratia ſanitatum, operatio virtutum, prophetia diſ-

Digitized by Google

cretio ſpirituum. 339

Chariſmata ad doctrinam ſpectantia genera linguarum, interpretatio ſermonum. 342

Charitatis actus dupliciter ſpectatur ex D. Thom. 65

Charitas erga Deum ἀδίδακτος. 67

Charitas diligit Deum perfectiùs quam natura. 68

Charitatis arbitra lex naturæ ὁ νόμος φύσεως βραβευτής. 71

Charitas ad martyrium requiritur, ſicut fides. 75

Charitatis & gratiæ connexio καὶ ἀντιστροφή. 355

Charitas πρᾶγμα τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων περιεκτικώτατον. 356

Charitas radix omnium virtutum ſicut gratia. 355

Charitatis & gratiæ habitualis differentia fermè nulla apparet. 356

Charitas per ſe ad operandum gratia ad eſſe diuinum datur. 357

Charitatis & gratiæ diſtinctio ſuadetur. 360

Charitatis & gratiæ habitus diuina virtute ſeparari poſſunt, ſicut vis καυστική ab igne. 361

Chariras nunquam excidit quomodo intelligi debet. 383

Charitatis actus præ cæteris virtutum aliarum actibus ad meritum concurrunt. 448

Pro Charitatis intenſione merentur aliarum virtutum actus. *ibid.*

S. Chryſoſtomus gratiæ auxilium vbique neceſſarium fatetur. 11

Chryſoſtomo Caluinus & aſſeclæ litem intentant. 11

Chryſoſtomus gratiam δωρεὰν ὑπὲρ φύσιν νικῶσαν τὴν φύσιν vocat donum ſupra naturam, naturam vincens. 14

Chryſoſtomus fidei per gratiam initiantis non ignarus vt malè impoſuerunt. 44

Chryſoſtomus videtur tribuere creaturæ initium bene volendi, ſed explicatur. 116. & ſequ.

Chryſoſtomus dicit Deum non præuenire noſtras voluntates, motu ſcilicet violento & neceſſario. 118

Chryſoſtomus dicit fidem impetrare gratiam, intellige ſanctificantem. Item Baſ. 119

Chryſoſtomus dixit virtutes ἐπισπᾶν τὴν χάριν intellige augmentum gratiæ. *ibid.*

Chryſoſtomus Caſſianum Monachum Pelagianum à ſe ablegauit. 304.

Chryſoſtomi textus, libertatem à neceſſitate ſtare cum gratia probans. 304

Chriſtus S. Cyrill. δευτέρα τοῦ γένους ῥίζα ſecunda radix generis. 25

A Chriſto preces offerri debent vt valeant υἱοῦ γὰρ ἡ χάρις Chryſoſtom. 25.

Chriſti meritis emptus cumulus gratiarum τοῦ υἱοῦ πλήρωμα. 26

Per Chriſtum gratia ſoli comparatur. 26

Chriſtus eſt Sanctus Sanctorum. *ibid.*

Χριστοῦ γὰρ μέτοχος ἡ πᾶσά ἐστιν ὁρατὴ καὶ ἀόρατος κτίσις Cyrill. 26

Per Chriſtum omnis ſanctitas hominum & Angelorum. 26

Chriſti ante aduentum nemo perfectionem conſecutus eſt, ſine fide in Chriſtum Gregor. Naz. 27

Chriſto tribuitur gratia veritates arduas cognoſcendi. 40

Chriſto tribuitur donum Prophetiæ Balaamo & Sibillis datum. 40

Chriſtus ἰατρὸς ἀφαρμάκευτος medicus ſine Pharmacis Baſil. Seleu. 48.

Chriſtus Angelorum gratiæ cauſa πηγαῖον τῶν θείων ἀντιλήψεων. 26

Chriſtus cauſa gratiæ primorum parentum. 26

Chriſtus omnium retto iuſtorum fons gratiæ πίστις πρὸ νόμου δικαιώσα-σα Auguſt. 27

Per Chriſtum gratia quid complectitur, eſt χορηγία gratiarum. 28 & 27.

Chriſti mors & voluntas Dei duo fontes gratiæ ſufficientis. 218 & 206.

Chriſtus ſufficienter pro omnibus, efficaciter pro electis tantùm mortuus eſt. 218

Chriſti voluntas antecedens καὶ σκοπὸς ἀγαθοῦ ζῶντος fuit mors pro omnibus. 219 & 261

Chriſtum pro omnibus mortuum 10. ſcripturæ locis probatur. 219. & 220.

Chriſtus pro omnibus mortuus ex Auguſt. contra Iul & Latinis & Græcis Patribus. 220. & 222

Chriſtus iuxta PP. Græcos τὰς τῶν κατάρας ἐδέξατο omnium recepit maledictiones, κήδεται συμπάντων omnibus proſpicit. 222

Chriſtus iuxta eoſdem PP. πάντων ἦλθε σωτὴρ omnium ſaluator venit, ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν pro omnibus mortuus eſt. 222

Chriſtus ex iiſdem, ὑπὲρ οἰκουμένης ἁπάσης pro vniuerſo orbe. 259. πέπονθεν ὑπὲρ πάντων Cyrill. 259

Chriſti mortem pro omnibus obiectiones oppugnantes ſoluuntur ex Syn. Dord. 225

Chriſtus etiam Iudam ſeruare voluit. 224

Chriſtum dixerunt quidem non eſſe mortuum pro omnibus efficaciter, item ſimiles loci de gratia efficaci 225

Obiectiones Pſeudoſynodi Dordracenæ in hanc veritatem diluuntur. 2.8

Chriſti 2. voluntas ſtatuitur. 258

Chriſtus omnium vas & fideiuſſor. 259.

Chriſtus non eſt mortuus pro ſolis filiis promiſſionis in ſemine. 260

Chriſtus oriens & moriens omnium peccata delere intendit. 262

Chriſtus mediator nullum poſiuè ab hereditate excluſit. 262

Chriſti morientis duplex intentio vt duplex Dei voluntas. 263

Chriſtus pro electis vtilius mortuus eſt, mortuus tamen pro omnibus. 263

Chriſtus non eſt paſſus vt damnatos ab inferis reuocaret, vbi de Cariſiaca Synodo 264

Chriſtus omnibus hominibus ſalutem πραγματεύεται negotiatur vel fortiter operatur. 288

Chriſtus Agonothetæ comparatur. 440

Chriſtus φυσικὴ δικαιοσύνη, ὅλη χάρις. 449

Chriſti profectus in gratiâ 455

Cogitatio bona & illuſtratio intellectus à gratia eſt. 168

Cognitionis gratia à Deo eſt, & dicitur δῶρον μέγιστον τὸ θεόθεν donum maximum à Deo. 35

Cognoſcendæ veritatis ergo homo indiget auxilio diuino. 36

Cognitionis luce illuſtrare animas φωτίζειν τὰς ψυχὰς Trinitatis eſt. 35.

Cognitio rerum naturalium collectiuè ſine gratia haberi non poteſt. 36

Cognitio rerum naturalium diſtributim haberi poteſt. 36

Comprehenſio rei vel minimæ eſt impoſſibilis homini. *ibid.*

Cognoſcimus ex parte à gratia inſtructi Olymp. ἐκ μέρους γινώσκομεν ὑπὸ τῆς χάριτος σοφιζόμενοι. 36

Cognitionis noſtræ ex parte ratio. *ibid.*

Cognoſcit homo ſine ſpeciali auxilio veritates naturales quaſdam diſtributim

diſtributim ſolo Dei concurſu ordinario. 37

Cognitio ſupremæ cauſæ ἀδιδάκτος γνῶσις, & animæ immortalitas talis eſt. 37

Cognitio Dei maior eſt ex maiori lumine fidei 43

Cognitioni fidem adiungere fit ex gratia ſpiritus. 44

Concomitans gratia eadem cum cooperante & adiuuante. 191

Concomitans gratia nota Patribus Græcis. 191

Concomitans gratia ab iiſdem vocatur χάρις συμπαροῦσα aſſiſtens, ἐπιτυγχάνουσα aſſequens. 191

Aliter vocatur χειραγωγοῦσα manu ducens ſiue χειραγωγία manuductionis. Vide cooperans, & adiuuans.

Concurſus & auxilium ſupernaturalis ordinis ex Greg. Thaumat. 34.

Concurſus Dei naturalis homini non ſufficit ad bonum morale arduum, ſed gratia vltra acquiritur. 52.

Concurſus gratiæ adiuuantis cum libero arbitrio ex PP. Græcis. 187. & 178.

Concurſus actionum noſtrarum ad perſeuerantiam neceſſarius ex Patribus Græcis. 454

Confirmatio in gratia habet adiunctum timorem & tremorem, nec omnimodam ſecuritatem de ſalute. 432.

Confirmati in gratia nondum erant Apoſtoli cum Petrus peccauit κεχαλκευμένοι. 284

Confirmatio illa ſupponit creaturæ non eſſe debitum intrinſecè ἀναμαρτησίας impeccabilitatem. 432

Confirmatæ gratiæ ſtatus excludit peccatum ex Patribus 433

Confirmatio eiuſmodi nullum neceſſitatis vinculum arbitrio creato imponit. ibid.

Confirmatio in gratia exigit vberem gratiam ſanctificantem, ſeriem bonorum operum, virtutis firmum habitum, gratiam protectionis, &c. ex Græcis PP. 434

Confirmatio in gratia adijcit perſeuerantiæ robur, vigorem ac firmitatem extraordinariam contra tentationes & ſingularem Dei protectionem. 434 & 436

Confirmatio in gratia triplex recenſetur. 435

Confirmatio in Gratia Apoſtolis omnibus data, ſicut & Paulo à conuerſione, ex ſententia multorum, quæ cum ſtimulo ſtetit. 435

Confirmationis in gratia effectus ex D. Thoma & Io. Mon 436.

Conſenſus ad iuſtificationem duplex concauſa σύναιτοι Deus & voluntas. 186

Conſequens voluntas τὸ ἑπόμενον. 212. vide voluntas.

Conſequens gratia vide ſubſequens.

Continentia virtus moralis. 53

Continentiam Deus dat per gratiam quam naturæ negat per infirmitatem. 53

Continentiam & infidelium opera laudat. 58

Contritio præcipuus confeſſionis actus. 421

Contritioni impiè valedicit Lutherus. 421

Contritio an ex ſe an ex pacto ad gratiam proximè diſponat. 422

Contritio habet aliquid ſalutis non propter mœſtitiæ naturam, ſed propter Domini benignitatem οὐ διὰ τὴν κατήφειαν. 423

Contritionem implicitè tantum non formaliter actus amoris Dei ſæpe comitatur. ibid.

Contritio & actus amoris Dei ex ſe (ſecluſo Dei pacto) non habent proportionem cum remiſſione peccati, nec cum infuſione gratiæ, & neutrum ex condigno promerentur & ratio. 423

Contritio perfecta charitate etiam citra Sacramentum ſtatim iuſtificat ex Concil. Trident. Gregor. Naz. 423.

Contritio duplex perfecta & imperfecta ex Conc. Trident. 424

Conuerſio à ſtatu peccati ad gratiam. 123

Conuerſio Græcis Patribus ἀναπιχώσεως reſtauratio, 123. ἀνάκλησις reuocatio, χώρισις diſceſſio ἔκδυσις exutio, 123. μεταβολή. tranſmutatio. 124.

Conuerſio à Dei gratia pendet non ab arbitrio. 124

Conuerſio quæ Græcis ἄνοδος profectio dicitur triplex S. Cyrill. 125.

Conuerſionem pendere à voluntate obijcitur, & ſoluitur obiectio. 125

Conuerſionem pendere à voluntate ex Chryſoſt. obijcitur, & explicatur obiectio 126

Conuerſio ad iuſtitiam à gratia excitante. 182

Conuerſioni noſtræ indulgentiam promiſit Deus, Aug. 425

Cooperans gratia reapſe diſtinguitur ab operante, iuxta Sorbonicos. 172

Cooperans & operans gratia diſtinguntur, vt motus primus, & conſenſus voluntatis, ſcilicet realiter. 172.

Cooperantis gratiæ deſcriptio ex Sorbonæ doctrina. 173

Cooperantis gratiæ neceſſitas ex D. Auguſtino. 174

Cooperans gratia ſecundum D. Thomam eadem cum operante. 173.

Cooperantis gratiæ nomina apud Patres Græcos ἡ πλείων ῥοπὴ amplior gratia, ἡ ἄνωθεν δεξία dextera ſuperna, φειδὼ ἡ ἄνωθεν, miſericordia deſurſum. 174

Cooperantis gratiæ neceſſitas ex Patribus Græcis. ibid.

Cooperantis gratiæ vis & natura Patribus Græcis exprimitur his verbis, συνεργεῖν cooperari, διὰ συνεργείας καθοδηγεῖν per diuinam cooperationem dirigere. 174

Rurſus ἐν τῷ ἐνεργεῖν ἐν δυνάμει in aliquo operari in virtute. 175

Rurſus συντρέχειν, συνδραμεῖν concurrere, συμφωνεῖν χάριτι conſentire gratiæ. 176

Rurſus τῆς βοηθείας, συμμαχίᾳ τοῦ Θεοῦ γίνεσθαι ope atque auxilio Dei euenire. 177

Tandem ἔχειν συνεργοῦντα καὶ συμπράττοντα θεόν. Habere Deum cooperantem, & ſimul facientem ſeu opitulantem. ibid.

Cooperanti gratiæ adiunctus liberi arbitrij concurſus & probatio ex conciliis & Patribus. 175 & 176

Cooperantem gratiam oppugnantes obiectiones diluuntur. 177. & 178.

Cooperatores Dei ſumus Θεοῦ συνεργοί. 186

Cooperans gratia voluntatem Phyſicè adiuuat, vt ſeipſam determinet ex Aug. 311

Cogitatio Dei concluditur ex cooperatione hominis, ex Auguſtini verbis. 312

Cooperatio arbitrij cum gratia ex Chryſoſtomo. 318

Cum libera Cooperatione efficaciam gratiæ non poſſe ſtare confutatur. 323

Cornelij centurionis opera bona. 51.

Cornelij actiones à fide & gratia. 119
Cornelij inſtinctus ad eleemoſynam Græcis φυσικὰ κινήματα motiones naturales. 120
Cornelius etiam εὐσεβὴς nominatur vir religioſus. 120
Cornelius pariter δεκτὸς acceptabilis appellatur. 121
Cornelij actiones ex motiuo ſupernaturali, ideo à gratia. 120
Creatura inferior ſuperioris ordinem æquare & ſuperare poteſt. 13
Creatura omnis Chriſti gratiæ eſt particeps. 26
Creatura ſerua eſt natura ad ea quæ ſupra naturam ſunt ſolo Dei nutu. 29
Creatura omnis vertibilis, ſolum increatum eſt inuertibile, Dionyſ. Alex.
Credendi voluntas ſeu motus qui eſt prima inclinatio ad ſalutem, eſt à gratia non à natura. 44
Credendi affectum non eſſe à natura, ex Græcis Patribus liquet, τὸ μὴ ἀνοίζειν θεοῦ Chryſ. ibid.
Credere eſt res diuinas cum aſſenſione cogitare, & cogitando veras fateri vel credere ex Aug. 417.
Credendi actu diſponimur ad iuſtificationem. ibid.

D.

Devs naturæ fons vberrimus & gratiæ. 12
Dei & Chriſti gratia quî differunt. 24.
Deus ſolus author gratiæ. 25
Deus omnia ad amorem ſui conuertit ex D. Dionyſ. πάντα πρὸς ἑαυτὴν ἡ ἀγαθότης ἐπιστρέφει. 67
Deus amore ſupernaturali ſuper omnia abſque gratia diligi non poteſt, & cur. 68
Deus in ſummum bonum abſque relatione ſeu σχέσει non definitur. 70.
Deus non præcipit quod naturam excedit. 79
Deus natura bonus, nemini gratiam denegat. 92
Deus non præuenit voluntatem motu violento. 118
Deus tria operatur in nobis cogitare, velle, perficere. 173
Deus gratiæ iuſtificantis perfecta cauſa αὐτοτελὴς, αὐτάρχως ποιητική. 186
Dei adiutores ſumus θεοῦ συνεργοί. 186.
Dei donum eſt bonas res agere θεοῦ δῶρον ἀγαθῶν ἐργάτην εἶναι. 137
Dei adiutrix voluntas humana in iuſtificatione. 186
Deus φιλόψυχος καὶ φιλάνθρωπος. 207.
Deus vult omnes homines ſaluos fieri voluntate antecedente non conſequente. 213
Deus pro loco & tempore dat gratiam exequendi præcepta ex Chryſ. 256.
Deus non deſerit niſi prius deſeratur. 278. & 279
Dei deſertio per iuſtitiam quomodo eſt intelligenda. 280
Deus non deſerit quoad auxilia gratiæ actualis, niſi prius deſeratur. 281.
Deo vacuus quis relinquitur ἔρημος θεοῦ καταλείπεται. 282
Deus gratiam ſufficientem Petro non denegauit, ad maiorem opem impetrandam. 283
Deus deſerit quoad auxilia ſpecialia & efficacia gratiæ, non quoad ſufficientia. 287
Dei derelictio duplex eſt eruditiua & finalis. 246
Dei ſumus adiutores & ſocij per conſenſum θεοῦ συνεργοί. 321
Deus adiutor inuictus βοηθὸς ἀήττητος. 76
Deus quem trahit, volentem trahit. 300. vide tractio.

Dei totum eſt, nihil noſtrum quomodo intelligendum. 314

Dictum illud τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος τὸ πᾶν eſt Ss. Chryſoſt. & Cyprian. *ibid.*

A Deo totum vt à cauſa ſupernaturali 321. à nobis ἔλαττον μέρος. 315. & quomodo id intelligitur. 315

Deus voluit idem eſſe ſuum vocando & noſtrum ſequendo. 321

Deus ex ſanctificatione dicitur πλάστης καὶ ποιητὴς formator & effector. 352

Deus congruè ſe arbitrio accommodat. 310

Deus quomodo trahit, dimittit & mouet voluntatem, & an determinet. 312

Deus voluntatem mouens, ei relinquit libertatem τῆς αὐτεξουσι. vltronei motus. 313

Deus ſolus intrinſecè impeccabilis ἀναμάρτητος. 433

Deus nobis debitor ex Chryſoſt. & Cyrill. 440. & 450

Deus debet mercedem titulo veracitatis & iuſtitiæ. 450

Diſcretio ſpirituum διακρίσεις πνευμάτων quid ſit. 342

Diſcretioni adiungitur σωματικὴ Chriſtiana prudentia. 342

Diſſidium Conſtantinopoli de lectione trium Patrum. 8

Diſſidium illud pacatum his verbis ἐν ἰσότητι παρὰ τῷ θεῷ vnum ſumus in Deo. 8

Diſpoſitio ad gratiam hoc effato continetur: facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam. 112

Diſpoſitio ad gratiam ex naturæ ſtatu, & nudis operibus, philoſophia, rectitudo morum ſeu σοφία an diſponat. 113

Diſpoſitio ad gratiam omnis à gratia eſt, ex Græcis & Latinis Patribus. 114.

De diſpoſitione eadem mens Patrum Græcorum. 115

Diſpoſitio hæc Græcis Patribus ἡ διάθεσιν ῥοπή 118. συμμαχία. *ibid.*

Diſpoſitio hæc ad gratiam ex vocatione & impulſu Dei 116

De diſpoſitione ad gratiam, loci S. Chryſoſtomi explicantur. 116

Diſponentes ad fidem actiones morales ſunt à gratia. 119

Diſpoſitiones negatiuæ quales, 121.

Diſpoſitionis piæ gratia ex triplici capite oritur, vide ſufficiens. 292

Dogmata multa philoſophorum ſunt de fide. 45

Donum gratiæ eſt rationalis creaturæ. 20

Donum Dei eſt diligere Deum Auguſt. 68. & 72

Donum Dei eſt bonas res agere θεοῦ δῶρον ἀγαθῶν ἐργάτην εἶναι 137

Donorum Spiritus ſancti diſcrimen, numerus, officia, infuſio in iuſtificatione. 403

Dona Spiritus ſancti appellantur virtutes, & viciſſim. 401

Dona Spiritus ſancti à virtutibus infuſis diſtinguuntur. 401

Dona Spiritus ſancti quæ in iuſtificatione infunduntur, ſunt ſeptem, & ſunt habitus ſupernaturales. 403

Dona Spiritus ſancti à PP. Græcis, vocantur operationes ἐνέργειαι. 403.

Rurſus vocantur, πνεύματος ſpiritus, πολυειδὴς ἐνέργεια multiformis operatio, πλήρωμα χαρισμάτων plenitudo gratiarum. *ibid.*

Donorum illorum ſtabilitas & efficacia deſcribitur à Beato Greg. Theolog. 404

E.

ECcleſiæ cum cœlo conuenientia. 1

Eccleſiæ Græcæ commendatio, ab idiomate, ab Apoſtolo, à templis, à conciliis, Pontificibus Græcis. 13
Eccleſia conſenſum Patrum abſque ſingularitate amplectitur ex conc. & Eccleſiaſtica hiſtoria. 7
Eccleſia domui, ouili, ſagenæ, &c. comparatur. 262
Eccleſia non conſtat ex ſolis electis contra Caluinum. 262
Effatum illud: facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam, proponitur. 112
Efficax gratia ſola à Luthero & aliis hæreticis admittitur. 194
Efficax ſit omnis gratia excitans non eſt neceſſe. 194.
Efficax gratia adeſt mediatè per gratiam ſufficientem. 274
Efficax gratia vel mediatè vel immediatè à Deo datur. 289 & 290
Efficax gratia differunt quoad modum, & quoad habitudinem non quoad entitatem. 289
Efficax gratia Dauid, Petro, Paulo, Matthæo data immediatè. 289
Efficax gratia mediate datur per ſufficientem, ſiue piæ diſpoſitionis gratiam. 290
Ad Efficacem ſufficiens gratia eſt ſupernaturalis diſpoſitio. 189.
Efficax gratia magna & potentiſſima vocatio appellatur ab Aug. 298.
Ab Efficaci gratia eſt velle & operari. 298
Efficax gratia inuicta & victrix appellatur. ibid.
Efficacis gratiæ doctrina ex Patribus. 296
Efficacis gratiæ nomenclatura apud Patres Græcos. 296
Efficax eadem gratia ab iis appellatur ἐνεργὸς ἐπικουρία actuoſum auxilium ἄμαχος βοήθεια inexpugnabile præſidium. 297.
Efficacis gratiæ expoſitiones & deſcriptiones ex quibuſdam Theologis. 297.
De Efficacis gratiæ natura, variæ opiniones. 297
De Efficaci gratia Auguſtini quinque dogmata. 298
Efficacis gratiæ infallibilitas ex S. Thoma. 299
Efficacia illa à voluntate Dei & conſenſu hominis pendet. ibid.
Efficacis gratiæ infallibilitas ex Patribus Græcis. 299 & 300
Efficacia gratiæ cum hominis libertate à neceſſitate vindicatur toto cap. 300
Ab Efficacis gratiæ operatione neceſſitas arcetur ex Patribus Græcis. 301
Rurſus ab eadem arcetur ex S. Cyrill. & S. Dion. 302. & ex S. Baſil. & Greg Nyſſ. 303
Rurſus eadem doctrina affertur ex S. Aug. 306. & S Thoma. 307
Efficacis gratiæ inclinatio non imponit homini neceſſitatem ex eodem S. Thoma 307
Ab Efficaci gratia ſecundum orthodoxos & Sorbonicos, neceſſitas abeſt. 307
Efficax gratia quomodo in voluntatem agit. 308
Efficacis gratiæ agendi modus, eſt pluſquam Phyſicus nempe ſuaſionis & excitationis. 309
Efficacis gratiæ hæc Doctrina ex Aug. & Sorbonicis 309. & ex Græcis Patribus probatur. 310
Efficacis gratiæ agendi modus eſt ſine Phyſica prædeterminatione & neceſſitate. 310
Efficacis gratiæ ille agendi modus vocatur à Patribus Græcis ἡ ἐν εὐκαιρίᾳ κλῆσις vocatio opportuna, πειθὼ δὲ πιςὴ ſuada benefaciendi. ibid.
Efficacis gratiæ vis & natura intelli-

gitur ex Patribus, & eius congruitas & contemperantia cum libero arbitrio cum dicitur.

Χάρις δι᾽ ... quæ beneuolè ſuſcipitur ex S. Baſil

... Deus ſe accommodat electioni Greg. Nyſſ.

... facilis animæ acceſſus ad Deum. Idem.

Θεὸς ... Deus hortatur, ... contulit. Chryſ.

Η ... vocatio opportuna dicitur.

Ο ... Deus volentes trahit per ſuaſionem.

Θαυμασιωτέρα ... admirabilius eſt perſuadere 310

Efficax gratia operans mouet moraliter voluntatem. 311

Efficax autem gratia cooperans eam Phyſicè iuuat, vt ſe ipſam determinet. 311

Ab Efficaci gratia moraliter tota actio conſenſus est, & à gratia adiuuante Phyſicè. 314

Efficax gratia non omnibus datur, ſed ea quæ communis eſt & dicitur gratia piæ diſpoſitionis, omnibus datur. 325

Efficacia gratiæ natura rurſus intelligitur his verbis ... efficax facere auxilium, ... inuenire, ... inſuperabile auxilium. 296

Ἐγκρατὴς multipliciter explicatur, & ſimpliciter ſignificat continens, vel cum addito, vt continens iuſtitiæ. 53

Error S. Auguſtini arbitrantis fidem a gratia non præueniri, deinde vera mens de initio fidei à gratia. 41.

Error de inſtitutione legis Moſaicæ ad peccata multiplicanda & homines perdendos remouetur. 95.

Error Semipelagianorum in quo conſiſtit & refutatur. 269

Error eorundem Semipelagianorum remouetur à Græcis Patribus. 314.

Error Bezæ Antichriſtianus non ferendus. 212

Error intolerandus gratiam Dei in ſtatu innocentiæ non flexiſſe voluntatem ad bonum volendum. 268.

Erroris de ſola fide iuſtificante incunabula ab Eccleſiæ prima ætate. 409

Errorem illum Lutherus reuocauit ab inferis 409

Error hæreticorum in citandis locis ſcripturæ, contra iuſtitiam operum. 441

Errat Beza cum Εὐδοκίαν vertit dignitatem. 314

Εὐδοκία vertitur beneplacitum & voluntas antecedens, ſeu primaria, ſiue ... quod eſt deſiderium cum vehementia & contentione. 210.

Εὐδοκίας ... varius vſus. 211.

Εὐδοκίαν explicat Chryſoſtomus τὸ προηγούμενον θέλημα antecedentem voluntatem, vide voluntas. 211.

Excitans Gratia & adiuuans eadem quæ operans & cooperans. 179.

Excitantis gratiæ definitio 179. ſicut & cooperantis eſt illuſtratio intellectus & pia motio voluntatis &c. 180.

Excitans gratia in repentinis motionibus ad bonum ſpirituale ordine ſaltem naturæ præcedit adiuuantem. 179

Excitans gratia ſic vocatur tribus

de cauſis ex ſcriptura & Patribus. 180.

Excitans gratia nota eſt Patribus Græcis. 180. & 181

Excitans gratia ab iiſdem vocatur ἐξεγερτήριος χάρις, διὰ ἐγρήγορσις diuina euigilatio.

Excitantis gratiæ vim exprimunt Patres Græci his verbis ἀντιλαμβάνειν anticipare, ἀφυπνίζειν expergefacere. 180.

Rurſus ἐγρηγορέιν euigilare, ἐγείρειν excitare, ἐξεγείρειν idem. 181

Excitans gratia intelligitur ex hoc textu: ſurge qui dormis, circa quem textum tria notantur. 181

Excitantis gratiæ neceſſitas ex patribus Græcis oſtenditur. 182

F

FAti neceſſitatem extrinſecam & arbitrii intrinſecam Patres Græci explodunt. 153

Fidei rectæ non eſt qui in fide Gregorio non concordat. 5

Fides ἐποπτικὴ θεωρία contemplatio ſupernaturalis. 35

Fidei meditatio fit ſcientia μηδέπω τῆς πίστεως ἐπιστήμη. Clem. Alex. 35

Fidei initium & credulitatis affectus à gratia, 42. & 119

Fidei propagatio tribuitur à S. Chriſ. τῇ τοῦ πνεύματος χάριτι, gratiæ ſpiritus. 43

Fides eſt initium vocationis Dei, per fidem gratia ſcilicet ſanctificans non autem actualis. χάρις διὰ πίστεως. S. Cyrillo explicatur. 45

Fidem Baſilides naturalem putauit. 35

Fidem qui dicunt eſſe naturalem à Chriſti Eccleſia alieni ſunt. 42

Fidei initium cum initio creationis confertur. 42

Fidei aſſenſus & actus à gratia eſt. 42

Fides non eſt bonum opus electionis. τῆς προαιρέσεως κατόρθωμα, neque prærogatiua naturæ, μήτε τῆς φύσεως πλεονέκτημα. 42

Fides eſt aſſenſus valido alicui nempe Deo, συγκατάθεσις ἰσχυρῷ τινι 42

ad Fidem Deus dux eſt ὁδηγός. 43

Fidem confiteri, credere Dei gratia eſt, Greg. Naz. 43

ad Fidem non vltro, οὐκ αὐτόματοι, ſed vocati, κληθέντες, acceſſimus. 44

ſine Fide impoſſibile eſt placere Deo, explicatur. 63

omne quod non eſt ex Fide, peccatum eſt, explicatur. 64

Fides perfecta, ὁλόκληρος. 75

Fides pro bona intentione & conſcientia vocatur PP. Græcis ἡ περὶ δογμάτων, ἀλλὰ περὶ βουλήματος καὶ πράγματος, non credendi ſed agendi. 64

quod non eſt ex Fide, explicatur, ὃ μετὰ πονηροῦ συνειδότος, quod fit ex praua conſcientia. 64

Fides intentionem dirigit ex S. Auguſt. explicatur à S. Thoma. 66

Fides præcedit & impetrat gratiã ſanctificantem. 118

Fides debet operibus prælucere. 121

Fidei initium omne à gratia contra Semipelagianos, non à natura. 269

Fides Chariſma quid ſit, variæ eius definitiones. 336

Fides hæc Chryſoſtomo, πίστις τῶν σημείων οὐ δογμάτων. 337

Fides amitti poteſt. 378. & 379

Fides ſola non ſufficit ad integram iuſtificationem. 409

Fides duplex diſtinguitur πρακτικὴ καὶ δογματική. 410

Fides ab operibus diuelli poteſt. 410. & 412

Fidei in iuſtificatione addẽda ſunt opera ex PP. Græcis, δεῖξαι ἐκ τῶν

ἔργων τὴν πίστιν. 411

Fide ſola hominem iuſtificari ex Scriptura obiicitur & diluitur, 413. ad 416

Fide ſola hominem iuſtificari ex patribus obiicitur & diluitur. 416

Fidei oppoſita opera triplicis generis afferuntur. 415

Fidei tribuitur iuſtificatio nominatim non tamen ſoli tribus de cauſis. 415

Fides mortua fides eſt, θεῖόν τι, & quid diuinum. 415

Fides non amittitur amiſſa per peccatum gratia ex Conc. Trid. 416

Fidem hiſtoricam ad iuſtificationem prodeſſe aſſerunt Catholici, hæretici promiſſionum Fidem tantum prodeſſe aſſeuerant. 417

Fides miraculorum & hiſtorica, ποιητικὴ καὶ ἱστορική. 417

Fides vna tantum non autem triplex admittenda. 418

Filio omnia tradita ſunt à patre κατ' οὐσίαν οὐ κατὰ χάριν ἢ κατ' ἐκλογήν. ex Athanaſio ſecundum naturam, non ſecundum gratiam aut electionem. 12

Filius accipere dicitur tantum quoad humanitatem. 12

Filius hominis eſſentiale non vero ἐπάκτητον καὶ θύραθεν, donum accepit. 13

In Filio hominis non fuit πάντων ἡ γνῶσις χάριν, omnium cognitio ex gratia. 13

Furentis in Chriſtianos Iuliani deſcriptio. 241

G.

De Gratia Dei integerrima Græcorum Patrum ſententia. 10

Gloria præcipuum meriti obiectum. 456

Gratiæ exiſtentia. 12

Gratia non ex natura, ſed ſupra naturam eſt. 13

Gratia non debetur naturæ Angelicæ nec humanæ, licet in ea creata ſit. 15

Gratiæ non vulgares acceptiones. 12.

Gratia 1. ſumitur pro authore gratiæ & dicitur ἐνυπόστατος, ſeu οὐσιωδῶς ἐνυπάρχουσα ſubſtantialiter inexiſtens. 19.

Gratia 2. ſumitur pro amore interno in creaturas εὐδοκία beneplacitum. 19

Gratia 3. pro dono ſupra naturam & dicitur τὴν ἔντροφος δωρεά gratia nutrix, χάρις λόγου gratia verbi, κατ' εἰκόνα χάρις gratia ſecundum imaginem. 19

Gratia 4. ſumitur pro pulchritudine exteriori & dicitur χάρις διεκχυθεῖσα gratia diffuſa, χάρις τοῦ προσώπου gratia vultus. 21

Gratia 5 ſumitur pro ſyſtemate toto rerum ſupernaturalium χάρις σωτήριος, gratia ſalutaris πρόνοια τῆς χάριτος prouidentia gratiæ. 21

Gratia 6. ſumitur pro lege gratiæ ἀκολουθία τῆς χάριτος conſecutio gratiæ. 21

Gratia 7. ſumitur pro prædicatione Euangelij, ἡ ἐφ' ὅλην γέγονε τὴν οἰκουμένην quæ diffuſa eſt per totum terrarum orbem.

Gratia 8. ſumitur pro gratia miraculorum quæ dicitur χάρις σημείων gratia miraculorum ἀναλύουσα τὸν νόμον τῆς φύσεως mutans naturæ legem. 22

Gratia 9. ſumitur pro myſteriis δυνάμεις μυστηρίου. 22

Gratia 10. ſumitur pro gratia & participatione Sacramentorum. μετοχῆς participationis, ſiue συμμετόχων participantium. 22

Gratia 11. ſumitur pro gloria & vocatur

vocatur τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον, ſiue ἀπολαύσεως fruitionis τῆς δόξης. 23
Gratia tandem ſumitur pro gratia Chariſmatum, ſeu gratia gratis data. 23
Gratiam vocat Chryſoſtom. δωρεὰν ὑπὲρ φύσιν νικῶσαν τὴν φύσιν donum ſupra naturam vincens naturam. 60.
Gratiam vocat B Cyrill τὸ ὑπὲρ φύσιν πλεονέκτημα prærogatiua ſupra naturam. 16.
Gratia dicitur συμπληρωτικὴ τῆς φύσεως, naturæ completiua. 13
Gratia iuſtorum ante Chriſtum Chriſto debetur. 27
Gratia Patribus Græcis ἡ ἄνωθεν ῥοπὴ gratia deſuper, ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ προστασία patrocinium ſeu auxilium diuinum. 93
Gratia alia inſtitutionis, alia reſtitutionis. 24.
Gratia Dei & per Chriſtum quî differant. 24
Gratia per Chriſtum medicinale auxilium dicitur ſeu gratia medicinalis. 24
Gratia cauſa princeps ſolus Deus ἡ ὄντως χάρις ἀπὸ τοῦ Chryſ. 25
Gratiarum omnium ſuppeditatio ἐπιχορηγία, τὸ πνεῦμα dicitur. 45
Gratia in lege naturæ eximiæ hominum claſſi copioſè data, communi claſſi data eſt ſufficiens 93
Gratia data eſt in lege naturæ, exemplo Niniuitarum. 94
Gratia à Deo extra Deum eſt & in creatura ſedet. 15
Gratiam natura aliquo ordine antecedit, & quomodo. 13
Gratiæ omnia imputemus τὸ πᾶν τῇ χάριτι λογιζομένα, Chryſ. 49
Gratia ſpeciali Natura corrupta indiget ad bonum ſupra ſe poſitum ὑπερκείμενον. 73
Gratia in omni lege paruit. 83
Gratia quæuis ad veritatis notitiam neceſſaria Dei & Chriſti eſt. 40
Gratiæ diuiſio in eam quæ eſt naturalis ordinis & eam quæ eſt ordinis ſupernaturalis, nulla eſt. 23
Gratia hic ſignificat ſupernaturale donum τῆς δικαιουμένων δωρεᾶς gratis iuſtificatorum 24.
Gratiæ propriè dictæ definitio. 24
Gratia omnis per Chriſtum & Verbum incarnatum τὸ ἀπὸ πλήρωμα, καὶ ἐν τῷ χριστῷ ἀποκειμένη χάρις gratia in Chriſto repoſita. 25.
Gratia primorum parentum & omnium hominum per Chriſtum. 26.
Gratiæ auxiliantis neceſſitas ad notitiam veri, ex Græcis Patribus aſſeritur toto cap. 34
Gratia hîc non ſumitur pro Dei concurſu ordinario. 34
Gratiæ ad actum credendi & initium fidei ſumma neceſſitas. 41 & ſequentibus.
Gratiæ ad volendum efficiendumque bonum neceſſitas. 46
De Gratiæ ortu poſt fidem ſoluitur difficultas. 46.
Gratia ſanans neceſſaria homini vt ſanetur & vt operetur. 48
Gratiæ neceſſitas ad bonum morale. 50
Gratiæ neceſſitas ad actum dilectionis Dei ſuper omnia toto cap. 67
Gratiæ ſanantis explicatio. 72.
Gratia neceſſaria eſt ad martyrium. 74
Gratia neceſſaria eſt ad præcepta exequenda 77.
Gratia neceſſaria Adæ in ſtatu naturæ integræ. 83
Gratiæ neceſſitas ad præcepta naturalia exequenda in ſtatu naturæ corruptæ toto capite. 88
Gratia in ſtatu naturæ corruptæ reuera eſt exhibita, toto cap. 92
Gratia ſuperamus ea à quibus na-

tura vincimur. 92
Gratiæ conceſſio ex præceptis impoſitis 92
Gratia dupliciter in lege naturæ data. 93
Gratia lege antiquior πρεσβυτέρα νόμου. 93
Gratiæ nihil repugnans à Deo datum aut factum in lege Moſis 95
Gratia ſub lege Moſa ca viuentibus data eſt. 99
Gratia quoque data eſt reliquis ad præcepta obſtri is. 100.
Gratiæ vis & vbertas in lege noua. 103.
Gratiam pro gratia χάριν ἀντὶ χάριτος expli atur. 103
Sine Graria nemo poteſt vitam æternam mereri. 105
Sine Gratia impoſſibilis eſt præparatio ad gratiam, toto cap 107. vide Præparatio.
Diſpoſitio omnis ad Gratiam à gratia eſt. 114. vide Diſpoſitio.
Gratia neceſſaria eſt ad reſurgendum à peccato, toto cap. 122
Gratiæ beneficio Ioſue legem ſeruauit. 99
Sine Gratia abſtinere à peccato nemo poteſt 127. vide Peccatum.
Gratiam conſecutus an bonum per ſe operari poſſit ſine auxilio, toto cap. 135.
A Gratiæ auxilio pendet perſeuerantia. 141
Gratiæ ſpecies & effectus, in 2. libro integro proponuntur. 145
Gratia operans Græcis Patribus agnita, vide actualis gratia & operans. 161
Gratia cooperans Patribus Græcis nota 172. vide cooperans.
Gratia excitans & adiuuans Patribus Græcis innotuit, vide excitans & adiuuans. 179
Gratia vocans, præueniens, concomitans & ſubſequens Græcis Patribus nota & commendata, vide vocans, &c. 189
Gratia operans, excitans, vocans & præueniens in efficacem & ſufficientem diuiditur, vide Efficax & Sufficiens. 194.
Gratia ſufficiens pluribus ſcripturæ & Patrum locis probatur, vide Sufficiens. 199
De gratiæ ſufficientis inefficacis origine, vide Inefficax. 206
Gratiæ ſufficientis alter fons mors Chriſti. 218
Gratia ſufficiens quomodo datur mortuis ſiue baptiſmo pueris, & quomodo datur infidelibus. 2 9
Gratia ſufficiens an obduratis & obcæcatis à Deo datur. 237
Gratia ſufficiens datur ad præcepta exequenda, & peccatum deuitandum in tentatione. 147
Gratia in ſtatu innocentiæ ad bonum flectebat voluntatem. 268
Gratiæ auxilium in eo ſtatu erat diuerſum quoad modum, nō quoad ſubſtantiam. 269
Gratia medicinalis non ſemper efficax. 269
Gratia perſeuerantiæ Adamo data in ſtatu innocentiæ fuit ſufficiens tantum. 271
Gratia Prædeſtinatorum eſt efficax, *ib:d.*
Gratiæ Sufficientis negatione Deus non deſerit niſi prius deſeratur. 278.
De gratia habituali inhærente axioma intelligitur. 280
Gratia eadem efficax eſt in vno & inefficax in altero exemplo duorum æqualiter affectorum. 328
De Gratiæ actualis auxiliis pariter intelligitur præcedens axioma. 280. & 281.
Gratia maior non deeſt adim-

plendum præceptum in tentatione ſupra vires. 283

Gratia orationis & operum in tentatione ſunt adhibenda. 285

Gratia ſufficiens eſt gratia piæ diſpotionis ad efficacem. cap 15. 288.

Gratia ad omnium ſalutem à Chriſto comparata 288. vide ſufficiens

Gratia piæ diſpoſitionis ex triplici capite elicitur. 292

Gratia piæ diſpoſitionis habet hæc capita; humilitatis ſenſum, actum fidei, neceſſitatem orationis. *ibid.*

Gratia piæ diſpoſitionis nota Patribus Græcis, & vocatur ἡ ἀγαθὴ ἐπιχειρία τὴν ὁδὸν κατευμαρίζουσα. 293. & 302.

De Gratia efficaci Patrum doctrina. 296. vide efficax.

Gratię efficacia cum hominis libertate à neceſſitate vindicatur. 300

Gratiæ effectus à Deo & voluntate ſimul. 308 toto capite.

Gratiæ Dei totum eſt & aliquid noſtrum eſt quomodo intelligendum. 314. & ſeq.

Contra Gratiam ſufficientem & efficacem obiectiones hæreticorum diluuntur. 318

Gratia ſpecialis non datur omnibus, & gratia piæ diſpoſitionis omnibus communis eſt. 325

Gratia alia generalis alia ſpecialis. 326.

Gratiæ abuſio duplex. 326

Gratia eſt armatura & abundantia ſpiritus gratiæ πολυτυχία καὶ δαψίλεια τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος. 130

Gratiæ Dei auxilium ad ſingulos actus datur ex Conc. 136

Gratiæ ſanctificantis ſeu habitualis nomenclatura, notiones & elogia, vide habitualis. 345

Gratia ſanctificans Patribus Græcis ἐνοίκησις τοῦ πνεύματος: inhabitatio ſpiritus, ἐνοικοῦσα χάρις inhabitans gratia &c. 399

Gratię gratis datæ diuiſio & definitio vide Chariſma. 329

Gratia ſanctificans gradibus conſtat, vide habitualis. 367

Gratia Gratiæ exæquata quomodo debet intelligi διασφικτὸν τὸ προκείμενον. 367

Gratiæ donum excolere de amplificatione gratiæ dicit S. Gregor. γεωργεῖν τὸ χάρισμα. 373

Gratiæ εἰς καταρτισμὸν ad coagmentationem quænam ſunt. 370

Gratia ſanctificans amitti poteſt. 376.

Gratia aſcititia & adoptata & quæ abijci poteſt εἰσποίητος καὶ ἀπόβλητος. 382

Gratiam amitti non poſſe obijcitur ex Patribus. & ſoluitur. *ibid.* 282.

Gratia arrha futurorum bonorum & exigua pars totius ἀρραβὼν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν 393

Gratiam habitualem ſemper dona Spiritus Sancti comitantur. 403

Gratiæ excitantis motus erga liberum arbitrium & actus pœnitentiæ ad iuſtificationem diſponentes. 418.

Gratia prima duplex & quid ſit. 451.

Gratia actualis prima ſub meritum nullum cadit. *ibid.*

Gratia habitualis prima ſub meritum etiam non venit. 451

Gratiam ſuperioris Angeli inferior Angelus nunquam æquauit, homo æquare poteſt 455

Gratia profecit Chriſtus qua proficimus χάριν προέκοψε, ἐφ' ᾗ προκόπτομεν. 455

Gratiæ acceſſionem merentur præclaræ & à gratia editæ actiones. 455.

Gratiæ augmentum per opera & merita deſignat S Cyrillus cum dicit πραγματεύεσθαι καὶ δανείζεσθαι τὴν χάριν gratiæ negotiationem & vſuram facere. 455

Græcorum Patrum in rebus Theologicis commendatio. 1.

Græci Patres ab hæreticis temerè accuſati. 2

Græcis Patribus obtrectate profani eſt. 2

Græci Patres primi eiurarunt errorem Africanorum. 3

Græci Patres à Latinis Hilario, Hiero. Aug. laudati. 4

Græci Patres à ſummis Pontificibus, Celeſtino, Felice, Gregorio, &c. laudati. 4

Græcos Patres concilia ſuſcipiunt longè aliter Caluinus. 5

Græcos Patres Caſſianus contra Neſtorium ſuſcipit inuehendo. 5.

Et manſuetus Epiſcopus, item D. Thomas & Gerſon. 6

Græci Patres ante Latinos Origenis errores damnauere. 9

Græci Patres Greg. Thaumaturgus, S. Athanaſ. & S. Baſilius nullum Origenis errorem hauſerunt. 10.

Græci Patres Origenis μυθικὸν ἀνάπλασμα fabuloſum commentum, & ὀνειροκριτικὸν dicendi genus, ἐθελόσοφον vocant μυθολόγον, eius ληρήματα rident. 10

Græcorum Patrum integerrima ſententia de gratia Dei, ex canonibus contra Pelagium quos obſeruant. 10

Græcis Patribus gratia per Chriſtum aſſerta. 26

Græcorum Patrum & Latinorum de iuſtitia originali eadem ſententia. 30.

Græcorum Patrum ſententia perpetua de neceſſitate gratię ad actum credendi & initium fidei. 42

Græcorum Patrum certa ſententia de operibus infidelium ſtudioſis. 66

Græci Patres quandoque præcepta difficilia dicunt. 80

Græci Patres eadem facilia dicunt. 81.

Græcorum Patrum certa ſententia de neceſſitatis & libertatis oppoſitione & mutua excluſione. 153

Græci Patres opera iuſtorum meritoria à gratiæ auxilio pendere dicunt. 138 & 139

Græci Patres quomodo appellant gratiam actualem, vide actualis. 164

Græcorum Patrum de prima gratię operantis parte nempe illuſtratione ſententia. 188

Græcis Patribus nota gratia excitans & adiuuans. 179

Græcorum Patrum de coniunctione gratiæ adiuuantis & arbitrij ſenſus. 187

Gręcorum Patrum de ſufficiente gratia mens. 197

Gręci Patres voluntatem Dei antecedentem & conſequentem norunt. 212

Ex Gręcis Patribus Chriſtum pro omnibus mortuum probatur. 222

Gręci Patres triplicem gratiam pię diſpoſitionis norunt. 293

Gręcorum Patrum de infallibilitate gratię ſententia. 299

A Gręcis Patribus remouetur error Semipelagianorum. 314

Gręci Patres gratiam habitualem norunt toto cap. 345

H

Habitualis ſeu ſanctificantis ſiue ſanantis gratię totius idęa exprimitur à Gregor. Naz 345

Habitualis gratię breuis definitio. 347.

Habitualis gratię nomenclatura & elogia. 340

Habitualis gratia Patribus gręcis ἁγιασία ſanctitas, χάρις πνεύματος, vel πνεῦμα χάριτος gratia ſpiritus, vel ſpiritus gratię, μετοχὴ τοῦ ἁγιασμοῦ participatio ſanctitatis τῆς ἁγιότητος μετάδοσις communicatio ſanctitatis ἡ εὔνοια beneuolentia Dei. 346

Aliàs πλησιασμὸς θεοῦ appropinquatio Dei θέωσις deificatio, ἡ εἰς ποίησις εἰς υἱοθεσίαν creatio in adoptionem, χάρις τοῦ κάλλους τῆς ψυχῆς gratia pulchritudinis animæ. 346

Ἁγιασμὸς ἐπείσακτος ſanctificatio aliunde aſcita θεογενεσία diuina regeneratio per gratiam. τὸ εἶναι θείως eſſe diuinè, ὑπάρχειν θείως diuinè exiſtere. 347

Habitualis gratiæ vis & natura intelligitur ex Patribus his loquendi formulis μεταβάλλεσθαι εἰς νέαν ζύμην χάριτος tranſmutari in nouum fermentum gratię, μεταμορφοῦσθαι τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοός, reformari in nouitate ſenſus. 347

Rurſus intelligitur his verbis ἀναστοιχειοῦσθαι primis elementis reinformari, ὥσπερ τῆς θεότητος ποιότης ἐν ἡμῖν γίνεται quaſi diuina quędam qualitas in nobis producitur. 348

Rurſus κάλλος ἐπιγίνεται τῇ ψυχῇ, &c. animæ decor accedit. 350

Rurſus τὴν ψυχὴν εὔμορφον ποιῆσαι animam formoſam reddere. 351

Tandem ψυχὴν ἡμῶν καλὴν, ποθεινὴν, καὶ ἐπέραστον ποιῆσαι animam noſtram pulchram, deſiderabilem & amabilem facere. 352

Habitualis gratiæ exiſtentia probatur eo quod natura per peccatum deſtructa veluti reparetur. 347. & 348.

Habitualis gratiæ reſtauratio ἀναστοιχείωσις reelementatio. 348

Habitualis gratia alio genere argumentorum probatur, nempe ex inhabitatione Dei in nobis & infantibus. 348. & 349

Habitualis gratia cum pulchritudine ex omnium partium ἀξία enaſcente comparatur. 350 & 351

Habitualis gratiæ formalis effectus eſt ἐπέραστον ποιῆσαι amabilem reddere. 351

Habitualis gratiæ forma permanens exprimitur comparatione ducta à viſu qui eſt qualitas ſtabilis. 352.

Habitualis gratia ratione ſumpta à comparatione rerum naturalium ſuadetur. 352

Habitualis gratia eſt qualitas diuina in animo inhęrens. 354

Habitualis gratię & charitatis connexio ex ſcriptura & Patribus. 355

Habitualis gratię & charitatis vix differentia apparet. 356

Habitualis gratia in ſubſtantia animæ, charitas in voluntate reſidet, & probatio. 357

Habitualis gratia non per ſe primò inſtituta eſt ad operandum vt charitas, ſed ad communicandum animæ eſſe diuinum. 357

Habitualis gratiæ effectus θέωσις deificatio. 358

Habitualis gratiæ forma primaria in homine ſanctitas naturæ completiua ἁγιότης συμπληρωτικὴ φύσεως. 358.

Habitualis gratię diſcrimen à reliquis virtutibus vnde. 359

Habitualem gratiam oppugnantia argumenta ſoluuntur. 359

Habitualis gratiæ finis. 362

Habitualis gratię cauſa efficiens ſolus Deus. 363

Habitualis gratię infuſio eſt altera creatio. 363

Habitualis gratiæ ſubiectum eſt animæ ſubſtantia. 364

Habitualis gratiæ productiò an ſit creatio vel eductio. 365

Habitualis gratia gradibus conſtat. 368 & 455

Habitualis gratiæ inæqualitas probatur ex Apoſtolo 369. Item ex ſcriptura & Patribus. ibid.

Habitualis gratiæ ἐπίτασις intenſio probatur ex ſcripturis. 372

Habitualis gratia non minuitur. 374.

Habitualis gratiæ iactura velut in indiuiſibili poſita ἀκαριαίῳ. 375

Habituali gratiæ quo generis oppoſitionis peccatum opponatur. 377.

Habitualis gratia amitti poteſt. 379.

Hæreticus Theodorus δυσφήμου γλώσσης velut calamus. 9

Hæretici vnum è Patribus reliquis deſpectis, quaſi vnus ſapiat, laudant. 7.

Hæreticorum opiniones Patribus affingi queritur B. Cyrill 9.

Hæretica de operibus opinio remouetur. 50

Hæreticum eſt negare infidelium opera moraliter bona. 55.

Hæreticorum fides triplex hiſtorica, miraculorum, promiſſionum. 417.

Homini gratia non debetur, etſi in eius ſtatu creatus ſit. 16

Hominem in gratia naſci non fuit naturæ ius, ſed Dei liberalitas. 16

Homini à primo ortu gratiam deſuiſſe aſſeruit Auguſtinus. 16

Hominis gratia dicitur πλεονέκτημα prærogatiua ſupra naturam 16

Homini connaturalem iuſtitiam quidam Theologi dixerunt & quomodo. 17

Hominis naturalibus principiis gratia non debetur ex definitione Pontificum. 17

Homo in ſtatu naturæ corruptæ gratia indiget, quanrum ad duo. 48

Homo libertati ſuæ relictus ſexcentis erratis obnoxius. 52

Homo in ſtatu naturę integræ tenetur Deum diligere & quomodo. 71

Homo in ſtatu naturæ corruptæ indiget gratia ſanante. 71

Hominum duplex claſſis in lege naturæ ſeu barbariſmo. 93

Homo Deo vacuus quis ſit. 282

Hominis reparatio per gratiam τῆς κτίσεως ἁρμονία. 366

Hominis eſt cadere non ſurgere. 122.

Homo rriplex detrimentum peccando incurrit, maculam corruptionem reatum. 122

Homo quiuis licet iuſtus gratia diuina indiget. 139

Homo ſi velit, poteſt ſalutem conſequi: hæc propoſitio à Pelagianiſmo vindicatur. 324

Homo eſt αὐτοκίνητος ad differentiam ἑτεροκινήτων. 303

Homo per αὐθυπεργίαν ſui ipſius Dominus. 147

Homo in confiniis vtriuſque naturæ mortalis & immortalis. 31

Homo ex Patribus Græcis contra Pelagium non fuiſſet moriturus abſque peccato. 31

Homo in ſtatu naturæ integræ poterat non peccare, non tamen ſine auxilio gratię actualis. 128

Humana actio nulla indifferens ex PP. Gręcis. 455

Hypocrita arbor putris quandiu virtutis vmbra vitium celat. 62

Hypocritæ voluntas poteſt à ſterili peccato in virtutem inſeri ἐγκεντρισθῆναι. 62

I.

Ignorantia vincibilis eſt propriè peccatum non autem inuincibilis. 276.

Imago primitiua Dei in homine, ratio & virtus λόγος καὶ ἀρετή. 47

Immortalitas hominis gratię tribuitur. 20

Impietatis fundamentum vita corrupta. 378

Impoſſibilia Deus non iubet contra Luther. & Caluinum 77. & 80.

Impoſſibilia apud homines poſſibilia ſunt apud Deum, quomodo 82

Impoſſibilis præparatio ad gratiam ſine gratia. 107

Impoſſibile non eſt quod poſſumus cum auxilio Dei. 79

Impoſſibilia non ſunt pręcepta. 274.

Impoſſibilis varię ſignificationes, 277 contra poſſibilitatem pręceptorum variæ obiectiones diluuntur. 286.

Impoſſibile eſt moraliter etiam Phyſicè voluntatem ſine actuali auxilio in actum ſupernaturalem erumpere. 285

Impoſſibilia à Deo imponi in pœnam peccati, ridiculum. 286

Impoſſibile erat ex Ioanne Iudęos credere, explicatur. 286

Incorruptibilitas Angelorum gratię tribuitur. 20

Induratio, vide Obduratio.

Inefficax gratia vocans redditur hominum amentia. 205

De inefficaci gratia loci multi ex Patribus. 252

Inefficacem gratiam oppugnantes loci hæreticorum euertuntur toto cap. 257

Inefficacis gratiæ neceſſitas oſtenditur ex Concil. Trident. 279. vide Sufficiens.

Infantes in vtero materno extinctos non habere gratiam ſufficientem ad ſalutem. 229

Infantibus tamen gratiam ſufficientem extrinſecam dari ſchola communiter docet. 230

Infantes Deus non creauit ad damnationem cótra Caluinum. 231.

Infantes nec pœna nec gloria donantur ex Greg Theol. 231

Infantes pœna damni leuiſſima affici putauit Aug. 231.

Infantium ἀβαπτίστων ſine Baptiſmo mortuorum ſtatus 233

Infantes ἀσφράγιστοι ſignaculo carentes, καὶ ἀπόνηροι & malitia carentes & damnum potius paſſi, quam operati. 233

De Infantibus non baptizatis Florentij Concilij mens negotij loco non quadrat 232. vbi tria hominum non baptizatorum genera recenſentur 233 & 234

Infidelium operibus D. Auguſtini propoſitio. 55

Infidelium omnis vita peccatum eſt, ex Auguſtino explicatur. 56

Infidelium opera bona quandoque, ſed raro. 57

Infidelium virtutes in ὑποδέξίαι degenerant. 59

De infidelium operibus loci ſcripturæ difficiles explicantur. 61

Infidelis cum arbore ex parte labefactę ſimilitudo. 62

Infidelium virtutes σχετικῶς non ſunt verę 60

Infidelium opera defectu fidei & circumſtantiarum mala 59

Infidelium virtutes quomodo veræ & quomodo falſæ. 59

Infidelium virtutes, continentiam, charitatem, patientiam Sſchiſmaticorum laudat Auguſtinus. 58

Infidelium operibus detrahit Auguſtinus bonitatem ſupernaturalem non moralem. 58

De Infidelium operibus ſtudioſis Græcorum Patrum ſententia. 66

Infidelium virtutes morales ad iuſtitiam ἐλλιπῆ perfectam compo-

nendam non ſunt efficaces. 63

, Infidelibus quomodo gratia ſufficiens datur. 229

Infideles negatiui quomodo auxilia ſufficientia percipiant 234

Infidelium alij negatiui, alij poſitiui. 214

Infidelium mentem illuſtrando Deus per inſpirationes eos excitat. 235.

De Infidelibus poſitiuis doctrina Sorbonica. 235

Infideles poſitiui inexcuſabiles ob gratiam intrinſecùs & extrinſecùs ſonantem. 235

Infidelibus gratia ſufficiens datur, exemplo Athenienſium & Corinthiorum. 236

Infideles 2. modis non credunt ἀβασανίστως re non examinata, & apertè διαμαχόμενοι gratiæ ad fidem excitanti repugnant 236

Infidelibus datur virtus quædam ac motus intrinſecus δύναμις ἐνεργητικὴ operatiua & ἁγιοποιὸς & ſanctificans. 236

Innocentia facilius ſeruatur quàm per pœnitentiam reparatur. 123

Intellectus humanus altiora intelligibilia ſine lumine gratiæ non poteſt cognoſcere. 34

Intellectus & voluntatis dotes in ſtatu naturæ puræ. 86

Interpretatio ſermonum γλωσσῶν quodnam Chariſma. 343

Inuocatio gratiæ in tentationibus debet eſſe frequens. 130

Inuoluntarium ἀκούσιον Græcis, vide voluntarium. 155

Inuoluntarium duplex τὸ βιαστὸν violentum, καὶ δι' ἄγνοιαν & ex ignorantia. 155

Inuoluntarium & neceſſarium pro violento aliquando vſurpantur. 156.

Inuoluntarium non ſemper violentum eſt & φθαρτικὸν deſtructiuum voluntatis. 156

Inuoluntarium abſolutè & ex violentia κατὰ βίαν diſtinguenda ſunt. 156

Iuſtorum omnium gratia etiam ante Chriſtum per Chriſtum fuit. 27.

Iuſti miſericordia opus habent. 138.

Iuſti ne peccata quidem venialia niſi ex ſpeciali Dei beneficio, vitare poſſunt 132

Iuſtos inter datur inæqualitas gratiæ & iuſtitiæ. 17

Iuſtorum opera non ſunt peccata, cum ex iis homo iuſtificetur vbi de operibus Abraham & Iob. 438

Iuſti ſicut & peccatores miſericordia Dei ſaluantur 454

Iuſtitiæ originalis prærogatiuæ ex Græcorum Patrum ſententia & Latinorum. 30

Iuſtitiam legalem propriè infideles non habent. 61

Iuſtitiam gratiæ ſanctificantis ſemel habitam non poſſe amitti aſſerunt hæretici.

Iuſtitia quæ ex lege eſt à iuſtitia legis differt. 414

Iuſtitia ſupernaturalis ſeu legalis & vniuerſalis continet cœtum virtutum moralium etiam infuſarum & Theologicas quæ animam ſanctificant. 60

Iuſtitiam operum oppugnantes loci explicantur, quaſi pannus menſtruatæ, &c. 441

Iuſtitia hominum comparata cum iuſtitia Dei, eſt iniuſtitia. 441

Iuſtitia hominum minor facit meritum, iuſtitia Dei maior fit præmium. 441

Iuſtificationis nomen & definitio. 291

Ad Iuſtificationem ſex auxilia diſpo-

diſponentia bona, notiones & nomina. 291

Iuſtificationis deſcriptio ex Conc. Trid. 387

Iuſtificare non iuſtum oſtendere, ſed efficere ſignificat ſecundum Catholicos. 387

Iuſtificatio eſt mutatio realis, & inhærentis gratiæ infuſio. 389

Iuſtificationis natura & vis exprimitur apud Patres Græcos his nominibus παλιγγενεσία regeneratio, πλάσις δευτέρα. 391

Rurſus ἀνακαίνωσις renouatio ἀναστοιχείωσις reelementatio, ἀναγέννησις regeneratio ἡ ἄνωθεν γέννησις ſuperna generatio, μεταποίησις transformatio. 392

Rurſus μεταχαλκεύειν recudere, rurſus fabricari, ἀῤῥαβὼν arrha. 393.

Iuſtificationis doctrinam oppugnantes obiectiones euertuntur. 394

Iuſtificandi ſignificata exprimuntur & locus Apoſtoli explicatur. 394.

Iuſtificatio non fit per iuſtitiam nobis imputatam. 395

In Iuſtificatione peccata non teguntur tantùm contra Cal. & Lutherum. 396

De Iuſtificatione præmiſſorum ἀνακεφαλαίωσις. 398

In Iuſtificatione quæ virtutes & dona Spiritus ſancti infuſa? 400

In Iuſtificatione non infunditur nuda gratia ſanctificans, ſed dona etiam Spiritus ſancti. *ibid.*

Ad Iuſtificationem diſpoſitiones requiſitæ, ex Conc. Trident. 405

Iuſtificationis prima diſpoſitio fides. 406

Ad Iuſtificationem motus ſpei neceſſarius eſt. 407

Ad Iuſtificationem requiritur motus timoris initialis. 407

In Iuſtificatione dicitur ille motus Græcis Patribus ὁ φόβος σωτήριος. 408.

In Iuſtificatione ſolam promiſſionis fidem quidquam prodeſſe affirmant hæretici; Catholici vero hiſtoricam. 417

In Iuſtificatione motus liberi arbitrij duplex. 419

Iuſtificationis ordo. 420

In Iuſtificatione gratiæ gradus reſpondent diſpoſitioni ex PP. Græcis. 425

Ad Iuſtificationem pertinentium apparatus & ordo proponitur. 426

Iuſtificationis propriæ temeraria fiducia Lutheranorum exploditur. 427

Iuſtificationem oppugnantes loci explicantur ex Patrum Græcorum interpretatione. 427. & 428

Iuſtificationis ſuæ nemo habet certitudinem. 429. & 430

De Iuſtificatione alter locus Apoſtoli explicatur. 429

Iuſtificationis datur certitudo coniecturalis 430. loci ab hæreticis citati illam tantum probant. 431

In Iuſtificationis negotio quidam loci de certitudine obiectiua, non autem reflectiònis ſunt intelligendi. 431

Iuſtificati gratia cur dicimur. 452

Cum iuſtificatur peccator in hoc ſæculo fit miſericordia ſine iudicio in futuro iudicium ſine miſericordia. 452.

Iuſtificatio augeri poteſt ad extremum vitæ ſpiritum vſque ad Angelorum æqualitatem. 455

L.

LAchrymæ Deo vniunt συγκαλεῖ καὶ αὐτὰ δάκρυα τῷ θεῷ. 442

Læditur nemo niſi à ſe ipſo. 117
Lex arbitra quædam eſt charitatis βραβευτὴς τῆς ἀγάπης. 71
In Lege omni, gratia diuina affulſit. 83
Lex naturæ primordialis ſeu prima in orbe. 84
Lex naturæ quaſi matrix præceptorum Dei. 84
In Lege naturæ dupliciter gratia data eſt ad implenda mandata copioſe & ſufficienter. 93
In Lege naturæ duplex hominum claſſis eximia & communis. 93
In Lege Moſaïca nihil repugnans à Deo datum aut factum. 95
Duæ Leges poſitiuæ lex Moſis naturæ legem complectitur. 95
Lex non eſt data ad ruinam. 96.
Lex in auxilium data eſt. 97
Legem oppugnans locus Apoſtoli explicatur: lex ſubintrauit vt abundaret delictum. 98
Legis Moſaïcæ ſcopus eſt peccatorum prohibitio. 96
Lex parieti & ſepi comparatur. 97.
Lex Moſaïca ſine gratia nec cognoſci, nec impleri poteſt. 99
Legem multi obſeruarunt, ope gratiæ, vt Moïſes, Ioſué, Ioſias, Zacharias, &c. 99
Legem etiam alij obſeruarunt qui fidem tantùm implicitam de Chriſto mediatore habuerunt. 100
Lex vetus cur veluti vacua gratiæ videtur ex Patribus. 101
Lex vetus duabus de cauſis gratiæ vacua videtur. 101
Lex à Deo non imponitur ſine gratia ſufficiente ad eam implendam. 249
Lex durus herus. 100
Lex gratiam dabat ad agnitionem Dei pædagogi more. 100
Lex οὐκ ἄμεμπτος non inculpabilis, ob imperfectionem iuſtitiæ tantum ſignificandæ non efficiendæ. 101
Lex vicina gratiæ eſt. 102
Lex peccati demonſtratrix & infirmitatis omnium conuictio. 102.
Legis Euangelicæ vbertas in qua gratia ſuperabundauit. 104
Liberum arbitrium ad operationem gratiæ præſuppoſitum, toto cap. 145
Liberi arbitrij cum gratia neceſſitudo. 145
Liberi arbitrij nomenclatura ex Græcis Patribus, vide arbitrium. 146.
Liberi arbitrij exiſtentia etiam poſt peccatum ſuperſtitis contra Lutherum. 147
Liberum arbitrium eſt naturalis facultas eadem cum voluntate. 148.
Libertas duplex contrarietatis & contradictionis. ibid.
Liberi arbitrij indifferentia actiua, εἰς θάτερα μεταβολή. 148. & 149
De Libero arbitrio cenſura Sorbonica. 148
Libertatis natura exprimitur ex Patribus Græcis his loquendi formulis, εἰς ἀμφότερα νεύειν in vtramque partem vergere, ἰσοῤῥόπως ἔχειν, &c. pag. 149. & 150.
Libertatis humanæ pars potentia peccandi à Deo eſt non autem peccatum. 150. & 151
Libertatem petimit non ſolum coactio & vis, ſed etiam neceſſitas. 152.
De Libero arbitrio cenſura Sorbonica. 152
Libertas naturalis hominis debet eſſe à miſeria, à peccato, à coactione & à neceſſitate. 152

Libertatis & neceſſitatis oppoſitio & excluſio mutua ex Patribus Græcis. 153
Liberum pro ſpontaneo ſolùm impropriè, id eſt non coactum 157
Liberum à peccati & miſeriæ ſeruitute diſtinctum à libero à neceſſitate. 158
Libertatis tria genera ex Aug *ib.*
Liberum arbitrium in vi electiua poſitum eſt quæ eſt proprius eius character. 159
Ex Liberi arbitrij indifferentia colligitur gratiæ actualis neceſſitas. 161.
Ex Liberi arbitrij infirmitate per peccatum colligitur maior gratiæ actualis neceſſitas. 162
Liberum libertate gratiæ & gloriæ à naturæ libertate diſtinguitur. 158.
Loci ex Auguſt. quibus probetur opera iuſtorum & iniuſtorum eſſe peccata, explicantur. 50
Loci ſimiles ex Græcis Patribus ſoluuntur. 51
Locus Salamonis; ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens, explicatur. 52
Locus iſte: non poteſt arbor mala fructus bonos facere, explicatur. 61.
Locus iſte ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, quomodo intelligitur. 63. & 66
Locus ille omne quod non eſt ex fide peccatum eſt quomodo explicandus. 64
Locus Ezechielis probans neceſſitatem gratiæ ad ſingulos actus, affertur. 89
Locus Pſaltæ Pſ. 118. & Matthæi 19. idem probans affertur & explicatur. 90.
Loci ex Apoſtolo idem probantes explanantur. 91
Locus duplex Apoſtoli contra inſtitutionem legis explicatur. 98
Locus Ioannis gratiam pro gratia quomodo intelligendus. 103
Locus Apoſtoli gratia Dei vita æterna, explicatur. 106
Locus Apoſtoli: non ſumus ſufficientes, proponitur. 108
Locus Ieremiæ citatur ad probandam gratiæ neceſſitatem & alij ſcripturæ & Patrum. 108. & 109. & ſeq.
Loci octo ſcripturæ & Patrum proponuntur ad probandam gratiam ſufficientem 199. & ſequentibus. ad 205.
Loci ſcripturæ decem quibus probatur Chriſtum pro omnibus mortuum. 219. & 220
Loci Auguſt. 7. quibus probatur dari fidelibus ſufficiens auxilium ad implenda præcepta. à 248. ad 250.
Loci alij ex Patribus multi pro eadem gratia ſufficienti. 250. & 251
Locus Apoſtoli quis accuſabit, &c. explicatur. 394
Locus Apoſtoli: gratia ſalui facti eſtis per fidem non ex operibus, explicatur. 414
Locus Eccleſ. 8. intellexi quod omnium operum Dei, &c. explicatur. 36
Loci ex ſcriptura contra iuſtitiam operum male intellecti ab hæreticis explicantur. 441
Linguarum genera, ſpecies chariſmatis quid ſit, & quomodo illud donum intelligitur. 342
Linguarum donum an loquentium an audientium fuit. 343
Linguarum donum per modum actus & habitus datum. *ibid.*
Lutherus & Caluinus falſo dicunt præcepta impoſſibilia à Deo poſſe imponi. 77
Lutherus errorem de ſola fide iu-

ſtificante ab inferis reuocauit. 409

Lutherus verbis Apoſtoli (iuſtificati fide) malignè addidit (ſola.) *ibid.*

Lutherus contumelioſè Iacobi epiſtolam vocauit ſtramineam. 410.

M.

Martyrium facere δρᾶν καὶ μαρτυρικοὺς ἀγῶνας quid ſit. 74.

Martyrium pati ὑπομένειν actus heroïcæ fortitudinis. 74

Martyrium requirit gratiam Dei. 76.

Martyres Abel & Machabæi 75.

Martyrij cauſa eſt veritatis fidei aut virtutis defenſio. 74

Martyrium fidem ὁλόκληρον perfectam requirit. 75

Martyres falſi hæretici & ſchiſmatici. 76

Martyrium non fit propter veritatem Phyſicam, ſed religioſam. 75.

Martyrium ſummum Dei amorem requirit. 75

Martyres debent mortificari propter Deum & propter iuſtitiam. 75

Martyrium Chriſtianorum longè nobilius morte Philoſophorum pro diis ſuis, patria, amicis. 75

Malitia naturæ leges profligauit. 32.

Meditatio fidei fit ſcientia. 35

Menſuram peccatorum videtur agnoſcere S. Greg. Naz. 241

Menſuram iniquitatis complere. 240.

Meritum & cumulus peccatorum ex viſione Prophetæ. 245

Mereri vitam æternam ſine gratia nemo poteſt. 105

Mereri ex condigno remiſſionem peccati & gratiam per contritionem & actum amoris Dei nemo poteſt (ſecluſo Dei pacto) 423

Meriti nomen ſuperbè & durè excipit aluinus. 442

Meriti nomen apud claſſicos Eccleſiæ Doctores frequens ante Sorbonam natam. *ibid.*

Meritum in ſcriptura τοῦ ἔργου nomine deſignatur. 442

Merita non à nobis parta per ſufficientiam, ſed in nobis facta per gratiam. 444

Merita noſtra nihil detrahunt meritis Chriſti, contra Caluinum. *ibid.*

Meritum definitur à Guilielmo Aruerno. 445

Meritum duplex ſtatuitur condigni & congrui. *ibid.*

Meritorum dignitas ex ſcripturis elucet. 445

Meritorum dignitas ἀξιοπρεπῆ PP. Græcis, &c. 446

Meriti prima conditio eſt ſtatus viæ in quo ἐκδημοῦμεν peregrinamur à Domino. *ibid.*

Meriti expers locus infernus, vt purgatorium, *ibid.* & nox in qua nemo poteſt operari. *ibid.*

Meriti altera conditio eſt rationis & libertatis vſus actum meritorium elicientis. 447

Merito carent actus puerorum & vſu rationis priuatorum, item indeliberati actus. 447

Meriti alia conditio eſt honeſtas & bonitas moralis, & ea quidem integra. 447

Ad Meritum concurrunt virtutum omnium actus ſecundum proportionem charitatis. 448

Meriti partes primæ tribuuntur charitati *ibid.*

Meritorias beatitudinis virtutum aliarum actiones commendant te-

ſtimonia ſcripturæ. 448

Meriti 4. conditio eſt ſtatus gratiæ ex ſcript. & con. 449

Meritum omne vt & gratia propriè Chriſti eſt. *ibid.*

Ad Meriti vim & efficaciam pactum diuinum eſt neceſſarium. 449.

Sub Meritum condignum non cadunt gratia actualis prima, nec gratia habitualis prima nec reparatio poſt lapſum, additur ratio. 451

Ex Merito non eſt τὸ κληθῆναι & χαριθῆναι quod vocemur & iuſtificemur. 452

Merito de congruo locus datur in actibus fidei, ſpei & contritionis iuſtificationem præcedentibus. 453

Mereri veniam impropriè peccatores dicuntur à Patribus, ſicut gratia ab iis etiam dicitur fidei & Pœnitentiæ merces. *ibid.*

In Meritum de condigno non cadit perſeuerantia; & ratio additur. 453.

Mereri poſſumus perſeuerantiam ſuppliciter. *ibid.*

Ad Meritum primum de congruo pertinet augmentum gratiæ. 454.

Miracula in omni lege fuerunt. 83. & 84.

Miracula dicuntur pignora diuinæ potentiæ ἐνέχυρα. 84

Miraculum quid ſit. 240

Miraculorum duo genera. *ibid.*

Miraculorum frequentia non miracula deſierunt & cur. 341

Miracula faciunt magi vt & boni & mali Chriſtiani, ſed diuerſo pacto. 341

Motus pij voluntatis non ſunt propriè liberi 171

Motus primò primi, ignorantia inuincibilis, difficultas Auguſtino dicuntur peccata. 276

Mouet Deus hominem ad bonum liberè. 312

In Motione diuina remanet in voluntate libertas αὐτεξουσίας. 313

Motus ſpei & timoris initialis ad timorem initialem requiſiti. 407

Motus arbitrij in iuſtificatione duplex. 419

Motus arbitrij in iuſtificatione debet omnino eſſe liber. 419

Motus ille liber Patribus Græcis notus. 419. & 420

Motus arbitrij in fuga & deteſtatione peccati Pœnitentiæ actibus tribuitur. 420

Motio Dei eſt, reflexio ſeu reactio noſtra eſt. 321

Mortuum eſſe pro omnibus Chriſtum probatur ex Patrib. Lat. 220. & 221.

Mortuum pariter pro omnibus ex Græcis Patribus probatur. 223. & 224. & 227.

Mutationes duæ mundi & duo fœdera quæ & terræ motus σεισμοὶ γῆς dicti ſunt. 95

Mutatio altera ab Idololatria ad legem altera à lege ad Euangelium. *ibid.*

N.

Naturæ nomen Deo maximè intrinſecum. 12

Naturæ in Deo ſumma communicatio, gratia extra Deum. *ibid.*

Naturæ inter perſonas diuinas ſumma eſt communicatio, gratiæ vero nulla. *ibid.*

Naturam inter & gratiam non eſt reciproca conſecutio. 13

Natura gratiam aliquo ordine antecedit & quo. 13

Naturæ quod deeſt, gratia ſupplet. 13

Naturæ etiam perfectiſſimæ, principiis gratia non debetur multò

minùs gloria. 14

Naturam ſibi ius gratiæ arrogare, cœlum terræ miſcere eſt. 15

Naturæ ſtatus in ordine ad gratiam eſt quintuplex, puræ 28. integræ 28. innocentis 29 lapſæ 31. reparatæ 33. vide ſtatus.

Naturæ puræ ſtatus poſſibilis eſt. 29.

Naturaliter amoris Dei actus produci poteſt. 73

Naturæ ἀδυναμίαν gratia ſupplet. 79.

Naturæ bonitas an promeretur gratiam 113

Natura ipſa omnes mortales diſciplina morali erudiuit. 38

Natura quæ ſibi committitur, dimittitur. 284

Natiuitas & mors corporea penes nos non eſt, ſpiritualis vero eſt. 420.

Neceſſarium molliùs capitur pro vehementi non tamen violento. 157.

Neceſſarium illud πιθανάγκη diceretur ab oratore. *ibid.*

Neceſſarium aliquid eſt, non tamen violentum. 156

Neceſſarium duriùs pro violento & ἀναγκάζεσθαι pro καταναγκάζεσθαι. 157

Neceſſarium & violentum pro vehementi in diuinis motionibus. 157.

Neceſſitas gratiæ in ſtatu naturæ integræ ad bonum ſupernaturale. 47.

Neceſſitas gratiæ ſanantis. 48

Neceſſitas auxilij gratię ad actus ſupernaturales excitantis & corroborantis. 49

Neceſſitas gratię ad bonum morale. 50

Neceſſitas à liberi arbitrij natura & operatione exploditur. 353. & 354

Neceſſitate non poteſt quis bonus fieri. 155

Neceſſitas peccandi nulla propriè 176

Neceſſitas peccandi quid ſignificet apud Auguſtinum. 276

Neceſſitas à gratię efficacis operatione arcetur. 302

Neceſſitas rurſus arcetur. 304

De Neceſſitate eadem doctrina ex S. Auguſt. & Patribus. 306

Neceſſitas hypotetica non tollit libertatem, ſed confirmat. 306

Neceſſitatem à motu gratiæ remouet S. Thomas. 307

Neceſſitatem eandem Doctores orthodoxi & Sorbonica ſchola ab efficacia gratiæ arcent. 307

Niniuitę in ſtatu naturę corruptæ gratiam ſenſerunt. 94

O.

Obiecta ſupernaturalis ordinis abſque gratia cognoſci non poſſunt. 34. & 35

Obduratis gratiam ſufficientem non dari quidam dicunt fulti Patrum & ſcripturę locis ſeptem continuis. 237

Obduratorum & obcœcatorum primus Cain nullam gratiam videtur percepiſſe. 237

Obduratio Pharaonis. 238

Obduratis datur gratia ſufficiens ex Patribus Gręcis. 240

Obdurati Iuliani deſcriptio. 241

Obduratorum duo genera. 240

Obdurare cor poſitiuè repugnat Deo contra Caluini impiè dictum. 266.

Obduratio quomodo contingat. 266.

Obduratis ſemper relinquitur gratia ſufficiens. 242. & 243

Obduratorum Pharaonis & Na-

buchodonozor diuerſi fines. 389

De Obduratis Caluini ſententia iugulatur. 241. 242

Pro Obduratis magis & magis orandum 243. 244

Obduratorum ſpiritus compunctionis quid, & affertur exemplum Paſtoris ouem ſegregantis. 244

Obdurati & impœnitentes patiuntur [illegible] inopiam auxilij diuini non tamen deſeruntur 245

Obdurati gratiam exhorreſcunt. 245.

Obdurati conſtitutio mala non eſt, ſed durities cordis. 266

Opera illa non ſunt bona ſecundum regulam pietatis ſanctorum, ſed moraliter. 51

Opera moraliter bona diſponunt ad gratiam. 51

Opera Cornelij Centurionis bona & mira. 53

Opera infidelium & virtutes quales. 55

Opera extra fidem ad vitam nihil erunt. 56

Opera infidelium raro, ſed quandoque bona. 57

Opera infidelium quando peccata. 65

Opera infidelium bona, ſed fidei defectu mortua. 62

Opera infidelium ad iuſtitiam perfectam componendam non ſunt efficacia eiuſdem fidei defectu. ibid.

Opera infideliū dici poſſunt placere Deo imperfectè non perfectè vt electorum. 63

Opera iuſtorum meritoria planè à gratia Dei pendent. 138. & 139

Obiectiones circa hanc veritatem diluuntur. 140

Opera ſupernaturalia quæ. 49

Opera iuſtorum & iniuſtorum contra hæreticos non ſunt peccata. 50.

Opera omnia creaturarum à Deo dicuntur produci & quomodo. 178.

Opera iuſtorum vt Abraham, Iob, Dauid, bona ex ſcriptura contra Caluinum. 438

Opera bona ad ſalutem neceſſaria. 439

Opera bona ſunt merita vitæ æternæ βραβεῖον præmium certaminis. 439.

Operum bonorum ratione Deus agonotheta & nobis debitor dicitur. 440

Operum iuſtitiam oppugnantes loci explicantur. 441

Operum imperfectio ex naturæ fragilitate quæ dicitur impropriè peccatum. 441

Ad Operum valorem humilitatis pondus exigitur. 443

Opera humana ſine gratia & iuſtitia Chriſti detrimenta & ſtercora. 443.

Opera mortua inutilia ad ſalutem. ibid.

Opera omnia ſalutaria procedunt à gratia gratis conceſſa, non ex merito, ſed ad meritum. 444

Opera bona non pariunt gratiam, ſed per gratiam pariuntur. 451.

Opus bonum ex obiecto ex praua aliqua circunſtantia vitiatum meriti expers eſt. 447

Opus Dei eſt quo in ipſum credimus. 43

Operationes virtutum genus Chariſmatis & quodnam. 339

Operationes virtutum tam latè patent quàm omnipotentia diuina & potentia obedientialis creaturæ. 340.

Ad Operationes virtutum ſpectant miracula. 340

Habitualis gratiæ productió an ſit creatio vel eductio. 365

Habitualis gratia gradibus conſtat. 368 & 455

Habitualis gratiæ inæqualitas probatur ex Apoſtolo 369. Item ex ſcriptura & Patribus. ibid.

Habitualis gratiæ ἐπίτασις intenſio ptobatur ex ſcripturis. 372

Habitualis gratia non minuitur. 374.

Habitualis gratiæ iactura velut in indiuiſibili poſita ἀκαριαίως. 375

Habituali gratiæ quo generis oppoſitionis peccatum opponatur. 377.

Habitualis gratia amitti poteſt. 379.

Hæteticus Theodorus δυσφήμου γλώσσης velut calamus. 9

Hærerici vnum è Patribus reliquis deſpectis, quaſi vnus ſapiat, laudant. 7.

Hæteticorum opiniones Patribus affingi queritur B. Cyrill 9.

Hætetica de operibus opinio remouetur. 50

Hæreticum eſt negare infidelium opera moraliter bona. 55.

Hæreticorum fides triplex hiſtorica, miraculorum, promiſſionum. 417.

Homini gratia non debetur, etſi in eius ſtatu creatus ſit. 16

Hominem in gratia naſci non fuit naturæ ius, ſed Dei liberalitas. 16

Homini à primo ortu gratiam defuiſſe aſſetuit Auguſtinus. 16

Hominis gratia dicitur πλεονέκτημα prærogatiua ſupra naturam 16

Homini connaturalem iuſtitiam quidam Theologi dixerunt & quomodo. 17

Hominis naturalibus principiis gratia non debetur ex definitione Pontificum. 17

Homo in ſtatu naturæ corruptæ gratia indiget, quantum ad duo. 48

Homo libertati ſuæ relictus ſexcentis erratis obnoxius. 52

Homo in ſtatu naturę integræ tenetur Deum diligere & quomodo. 71

Homo in ſtatu natura corruptæ indiget gratia ſanante. 71

Hominum duplex claſſis in lege naturæ ſeu barbariſmo. 93

Homo Deo vacuus quis ſit. 282

Hominis reparatio per gratiam τῆς κτίσεως ἁρμονία. 366

Hominis eſt cadere non ſurgere. 122.

Homo triplex detrimentum peccando incurrit, maculam corruptionem reatum. 122

Homo quiuis licet iuſtus gratia diuina indiget. 139

Homo ſi velit, poteſt ſalutem conſequi: hæc propoſitio à Pelagianiſmo vindicatur. 324

Homo eſt αὐτοκίνητος ad differentiam ἑτεροκινήτων. 303

Homo per αὐθυπεραγίαν ſui ipſius Dominus. 147

Homo in confiniis vtriuſque naturæ mortalis & immortalis. 31

Homo ex Patribus Græcis contra Pelagium non fuiſſet moriturus abſque peccato. 31

Homo in ſtatu naturæ integræ poterat non peccare, non tamen ſine auxilio gratię actualis. 128

Humana actio nulla indifferens ex PP. Gręcis. 455

Hypocrita arbor putris quandiu virtutis vmbra vitium celat. 62

Hypocritæ voluntas poteſt à ſterili peccato in virtutem inſeri ἐγκεντρισθῆναι. 62

I.

IGnorantia vincibilis eſt propriè peccatum non autem inuincibilis. 276.

Imago primitiua Dei in homine, ratio & virtus λόγος καὶ ἀρετή. 47
Immortalitas hominis gratię tribuitur. 20
Impietatis fundamentum vita corrupta. 378
Impoſſibilia Deus non iubet contra Luther. & Caluinum 77. & 80.
Impoſſibilia apud homines poſſibilia ſunt apud Deum, quomodo 82
Impoſſibilis præparatio ad gratiam ſine gratia. 107
Impoſſibile non eſt quod poſſumus cum auxilio Dei. 79
Impoſſibilia non ſunt pręcepta. 274.
Impoſſibilis varię ſignificationes, 277 contra poſſibilitatem pręceptorum variæ obiectiones diluuntur. 286.
Impoſſibile eſt moraliter etiam Phyſicè voluntatem ſine actuali auxilio in actum ſupernaturalem erumpere. 285
Impoſſibilia à Deo imponi in pœnam peccati, ridiculum. 286
Impoſſibile erat ex Ioanne Iudęos credere, explicatur. 286
Incorruptibilitas Angelorum gratię tribuitur. 20
Induratio, vide Obduratio.
Inefficax gratia vocans redditur hominum amentia. 105
De inefficaci gratia loci multi ex Patribus. 252
Inefficacem gratiam oppugnantes loci hæreticorum euertuntur toto cap. 257
Inefficacis gratiæ neceſſitas oſtenditur ex Concil. Trident. 279. vide Sufficiens.
Infantes in vtero materno extinctos non habere gratiam ſufficientem ad ſalutem. 229
Infantibus tamen gratiam ſufficientem extrinſecam dari ſchola communiter docet. 230
Infantes Deus non creauit ad damnationem cótra Caluinum. 231.
Infantes nec pœna nec gloria donantur ex Greg. Theol. 231
Infantes pœna damni leuiſſima affici putauit Aug. 231.
Infantium ἀβαπτίστων ſine Baptiſmo mortuorum ſtatus 233
Infantes ἀσφραγίστοι ſignaculo carentes, καὶ ἀπόνηροι & malitia carentes & damnum potius paſſi, quam operati. 233
De Infantibus non baptizatis Florentij Contij mens negotij loco non quadrat 232. vbi tria hominum non baptizatorum genera recenſentur 233 & 234
Infidelium operibus D. Auguſtini propoſitio. 55
Infidelium omnis vita peccatum eſt, ex Auguſtino explicatur. 56
Infidelium opera bona quandoque, ſed raro. 57
Infidelium virtutes in ὑποδοξίᾳ degenerant. 59
De infidelium operibus loci ſcripturæ difficiles explicantur. 61
Infidelis cum arbore ex parte labefactę ſimilitudo. 62
Infidelium virtutes σχετικῶς non ſunt verę 60
Infidelium opera defectu fidei & circumſtantiarum mala 59
Infidelium virtutes quomodo veræ & quomodo falſæ. 59
Infidelium virtutes, continentiam, charitatem, patientiam Schiſmaticorum laudat Auguſtinus. 58
Infidelium operibus detrahit Auguſtinus bonitatem ſupernaturalem non moralem. 58
De Infidelium operibus ſtudioſis Græcorum Patrum ſententia. 66
Infidelium virtutes morales ad iuſtitiam ἀληθινὴν perfectam compo-

nendam non ſunt efficaces. 63
Infidelibus quomodo gratia ſufficiens datur. 229
Infideles negatiui quomodo auxilia ſufficientia percipiant 234
Infidelium alij negatiui, alij poſitiui. 234
Infidelium mentem illuſtrando Deus per inſpirationes eos excitat. 235.
De Infidelibus poſitiuis doctrina Sorbonica. 235
Infideles poſitiui inexcuſabiles ob gratiam intrinſecùs & extrinſecùs ſonantem. 235
Infidelibus gratia ſufficiens datur, exemplo Athenienſium & Corinthiorum. 236
Infideles 2. modis non credunt ἀβασανίστως re non examinata, & apertè ἀντιπίπτειν gratiæ ad fidem excitanti repugnant 236
Infidelibus datur virtus quædam ac motus intrinſecus δύναμις ἐνεργητικὴ operatiua & ἁγιοποιὸς & ſanctificans. 236
Innocentia facilius ſeruatur quàm per pœnitentiam reparatur. 123
Intellectus humanus altiora intelligibilia ſine lumine gratiæ non poteſt cognoſcere. 34
Intellectus & voluntatis dotes in ſtatu naturæ puræ. 86
Interpretatio ſermonum γλωσσῶν quodnam Chariſma. 343
Inuocatio gratiæ in tentationibus debet eſſe frequens. 130
Inuoluntarium ἀκούσιον Græcis, vide voluntarium. 155
Inuoluntarium duplex τὸ βιασθὲν violentum, καὶ δι' ἄγνοιαν & ex ignorantia. 155
Inuoluntarium & neceſſarium pro violento aliquando vſurpantur. 156.
Inuoluntarium non ſemper violentum eſt & φθαρτικὸν deſtructiuum voluntatis. 156
Inuoluntarium abſolutè & ex violentia κατὰ βίαν diſtinguenda ſunt. 156
Iuſtorum omnium gratia etiam ante Chriſtum per Chriſtum fuit. 27.
Iuſti miſericordia opus habent. 138.
Iuſti ne peccata quidem venialia niſi ex ſpeciali Dei beneficio, vitare poſſunt 132
Iuſtos inter datur inæqualitas gratiæ & iuſtitiæ. 17
Iuſtorum opera non ſunt peccata, cum ex iis homo iuſtificetur vbi de operibus Abraham & Iob. 438
Iuſti ſicut & peccatores miſericordia Dei ſaluantur 454
Iuſtitiæ originalis prærogatiuæ ex Græcorum Patrum ſententia & Latinorum. 30
Iuſtitiam legalem propriè infideles non habent. 61
Iuſtitiam gratiæ ſanctificantis ſemel habitam non poſſe amitti afferunt hæretici.
Iuſtitia quæ ex lege eſt à iuſtitia legis differt. 414
Iuſtitia ſupernaturalis ſeu legalis & vniuerſalis continet cœtum virtutum moralium etiam infuſarum & Theologicas quæ animam ſanctificant. 60
Iuſtitiam operum oppugnantes loci explicantur, quaſi pannus menſtruatæ, &c. 441
Iuſtitia hominum comparata cum iuſtitia Dei, eſt iniuſtitia. 441
Iuſtitia hominum minor facit meritum, iuſtitia Dei maior fit præmium. 441
Iuſtificationis nomen & definitio. 291
Ad Iuſtificationem ſex auxilia diſpo-

diſponentia bona, notiones & nomina. 291

Iuſtificationis deſcriptio ex Conc. Trid. 387

Iuſtificare non iuſtum oſtendere, ſed efficere ſignificat ſecundum Catholicos. 387

Iuſtificatio eſt mutatio realis, & inhærentis gratiæ infuſio. 389

Iuſtificationis natura & vis exprimitur apud Patres Græcos his nominibus παλιγγενεσία regeneratio, πλάσις καινή. 391

Rurſus ἀνακαίνωσις renouatio ἀναστοιχείωσις reelementatio, ἀναγέννησις regeneratio ἡ ἄνωθεν γέννησις ſuperna generatio, μεταποίησις transformatio. 392

Rurſus μεταχαλκεύειν recudere, rurſus fabricari, ἀῤῥαβὼν arrha. 393.

Iuſtificationis doctrinam oppugnantes obiectiones euertuntur. 394

Iuſtificandi ſignificata exprimuntur & locus Apoſtoli explicatur. 394.

Iuſtificatio non fit per iuſtitiam nobis imputatam. 395

In Iuſtificatione peccata non teguntur tantùm contra Cal. & Lutherum. 396

De Iuſtificatione præmiſſorum ἀνακεφαλαίωσις. 398

In Iuſtificatione quæ virtutes & dona Spiritus ſancti infuſa? 400

In Iuſtificatione non infunditur nuda gratia ſanctificans, ſed dona etiam Spiritus ſancti. *ibid.*

Ad Iuſtificationem diſpoſitiones requiſitæ, ex Conc. Trident. 405

Iuſtificationis prima diſpoſitio fides. 406

Ad Iuſtificationem motus ſpei neceſſarius eſt. 407

Ad Iuſtificationem requiritur motus timoris initialis. 407

In Iuſtificatione dicitur ille motus Græcis Patribus ὁ φόβος σωτήριος. 408.

In Iuſtificatione ſolam promiſſionis fidem quidquam prodeſſe affirmant hæretici; Catholici vero hiſtoricam. 417

In Iuſtificatione motus liberi arbitrij duplex. 419

Iuſtificationis ordo. 425.

In Iuſtificatione gratiæ gradus reſpondent diſpoſitioni ex PP. Græcis. 425

Ad Iuſtificationem pertinentium apparatus & ordo proponitur. 426

Iuſtificationis propriæ temeraria fiducia Lutheranorum exploditur. 427

Iuſtificationem oppugnantes loci explicantur ex Patrum Græcorum interpretatione. 427. & 428

Iuſtificationis ſuæ nemo habet certitudinem. 429. & 430

De Iuſtificatione alter locus Apoſtoli explicatur. 429

Iuſtificationis datur certitudo coniecturalis 430. loci ab hæreticis citati illam tantum probant. 431

In Iuſtificationis negotio quidam loci de certitudine obiectiua, non autem reflectionis ſunt intelligendi. 431

Iuſtificati gratia cur dicimur. 452

Cum Iuſtificatur peccator in hoc ſæculo fit miſericordia ſine iudicio in futuro iudicium ſine miſericordia. 452.

Iuſtificatio augeri poteſt ad extremum vitæ ſpiritum vſque ad Angelorum æqualitatem. 455

L.

LAchrymæ Deo vniunt συγκολλᾷ καὶ σοῦ δάκρυα τῷ θεῷ. 442

Læditur nemo niſi à ſe ipſo. 117

Lex arbitra quædam eſt charitatis βραβευτὴς τῆς ἀγάπης. 71

In Lege omni, gratia diuina afful ſit. 83

Lex naturæ primordialis ſeu prima in orbe. 84

Lex naturæ quaſi matrix præceptorum Dei. 84

In Lege naturæ dupliciter gratia data eſt ad implenda mandata copioſe & ſufficienter. 93

In Lege naturæ duplex hominum claſſis eximia & communis. 93

In Lege Moſaïca nihil repugnans à Deo datum aut factum. 95

Duæ Leges poſitiuæ lex Moſis naturæ legem complectitur. 95

Lex non eſt data ad ruinam. 96.

Lex in auxilium data eſt. 97

Legem oppugnans locus Apoſtoli explicatur : lex ſubintrauit vt abundaret delictum. 98

Legis Moſaïcæ ſcopus eſt peccatorum prohibitio. 96

Lex parieti & ſepi comparatur. 97.

Lex Moſaïca ſine gratia nec cognoſci, nec impleri poteſt. 99

Legem multi obſeruarunt, ope gratiæ, vt Moïſes, Ioſué, Ioſias, Zacharias, &c. 99

Legem etiam alij obſeruarunt qui fidem tantùm implicitam de Chriſto mediatore habuerunt. 100

Lex vetus cur veluti vacua gratiæ videtur ex Patribus. 101

Lex vetus duabus de cauſis gratiæ vacua videtur. 101

Lex à Deo non imponitur ſine gratia ſufficiente ad eam implendam. 249

Lex durus herus. 100

Lex gratiam dabat ad agnitionem Dei pædagogi more. 100

Lex οὐκ ἀμεμπτος non inculpabilis, ob imperfectionem iuſtitiæ tantum ſignificandæ non efficiendæ. 101

Lex vicina gratiæ eſt. 102

Lex peccati demonſtratrix & infirmitatis omnium conuictio. 102.

Legis Euangelicæ vbertas in qua gratia ſuperabundauit. 104

Liberum arbitrium ad operationem gratiæ præſuppoſitum, toto cap. 145

Liberi arbitrij cum gratia neceſſitudo. 145

Liberi arbitrij nomenclatura ex Græcis Patribus, vide arbitrium. 146.

Liberi arbitrij exiſtentia etiam poſt peccatum ſuperſtitis contra Lutherum. 147

Liberum arbitrium eſt naturalis facultas eadem cum voluntate. 148.

Libertas duplex contrarietatis & contradictionis. *ibid.*

Liberi arbitrij indifferentia actiua, εἰς θάτερα μεταβολή. 148. & 149

De Libero arbitrio cenſura Sorbonica. 148

Libertatis natura exprimitur ex Patribus Græcis his loquendi formulis, εἰς ἀμφότερα νεύειν in vtramque partem vergere, ἰσοῤῥόπως ἔχειν, &c. pag. 149. & 150.

Libertatis humanæ pars potentia peccandi à Deo eſt non autem peccatum. 150. & 151

Libertatem perimit non ſolum coactio & vis, ſed etiam neceſſitas. 152.

De Libero arbitrio cenſura Sorbonica. 152

Libertas naturalis hominis debet eſſe à miſeria, à peccato, à coactione & à neceſſitate. 152

Libertatis & neceſſitatis oppoſitio & excluſio mutua ex Patribus Græcis. 153

Liberum pro ſpontaneo ſolùm impropriè, id eſt non coactum. 157

Liberum à peccati & miſeriæ ſeruitute diſtinctum à libero à neceſſitate. 158

Libertatis tria genera ex Aug. *ib.*

Liberum arbitrium in vi electiua poſitum eſt quæ eſt proprius eius character. 159

Ex Liberi arbitrij indifferentia colligitur gratiæ actualis neceſſitas. 161.

Ex Liberi arbitrij infirmitate per peccatum colligitur maior gratiæ actualis neceſſitas. 162

Liberum libertate gratiæ & gloriæ à naturæ libertate diſtinguitur. 158.

Loci ex Auguſt. quibus probetur opera iuſtorum & iniuſtorum eſſe peccata, explicantur. 50

Loci ſimiles ex Græcis Patribus ſoluuntur. 51

Locus Salamonis; ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens, explicatur. 52

Locus iſte: non poteſt arbor mala fructus bonos facere, explicatur. 61.

Locus iſte ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, quomodo intelligitur. 63. & 66

Locus ille omne quod non eſt ex fide peccatum eſt quomodo explicandus. 64

Locus Ezechielis probans neceſſitatem gratiæ ad ſingulos actus, affertur. 89

Locus Pſaltæ Pſ. 118. & Matthæi 19. idem probans affertur & explicatur. 90.

Loci ex Apoſtolo idem probantes explanantur. 91

Locus duplex Apoſtoli contra inſtitutionem legis explicatur. 98

Locus Ioannis gratiam pro gratia quomodo intelligendus. 103

Locus Apoſtoli gratia Dei vita æterna, explicatur. 106

Locus Apoſtoli: non ſumus ſufficientes, proponitur. 108

Locus Ieremiæ citatur ad probandam gratiæ neceſſitatem & alij ſcripturæ & Patrum. 108. & 109. & ſeq.

Loci octo ſcripturæ & Patrum proponuntur ad probandam gratiam ſufficientem 199. & ſequentibus. ad 205.

Loci ſcripturæ decem quibus probatur Chriſtum pro omnibus mortuum. 219. & 220

Loci Auguſt. 7. quibus probatur dari fidelibus ſufficiens auxilium ad implenda præcepta. à 248. ad 250.

Loci alij ex Patribus multi pro eadem gratia ſufficienti. 250. & 251

Locus Apoſtoli quis accuſabit, &c. explicatur. 394

Locus Apoſtoli: gratia ſalui facti eſtis per fidem non ex operibus, explicatur. 414

Locus Eccleſ. 8. intellexi quod omnium operum Dei, &c. explicatur. 36

Loci ex ſcriptura contra iuſtitiam operum malè intellecti ab hæreticis explicantur. 441

Linguarum genera, ſpecies chariſmatis quid ſit, & quomodo illud donum intelligitur. 342

Linguarum donum an loquentium an audientium fuit. 343

Linguarum donum per modum actus & habitus datum. *ib. d.*

Lutherus & Caluinus falſo dicunt præcepta impoſſibilia à Deo poſſe imponi. 77

Lutherus errorem de ſola fide iu-

ſtificante ab inferis reuocauit. 409

Lutherus verbis Apoſtoli (iuſtificati fide) malignè addidit (ſola.) *ibid.*

Lutherus contumelioſè Iacobi epiſtolam vocauit ſtramineam. 410.

M.

MArtyrium facere δρᾶν τοὺς μαρτυρικοὺς ἀγῶνας quid ſit. 74.

Martyrium pati ὑπομένειν actus heroïcæ fortitudinis. 74

Martyrium requirit gratiam Dei. 76.

Martyres Abel & Machabæi 75.

Martyrij cauſa eſt veritatis fidei aut virtutis defenſio. 74

Martyrium fidem ὁλόκληρον perfectam requirit. 75

Martyres falſi hæretici & ſchiſmatici. 76

Martyrium non fit propter veritatem Phyſicam, ſed religioſam. 75.

Martyrium ſummum Dei amorem requirit. 75

Martyres debent mortificari propter Deum & propter iuſtitiam. 75

Martyrium Chriſtianorum longè nobilius morte Philoſophorum pro diis ſuis, patria, amicis. 75

Malitia naturæ leges profligauit. 32.

Meditatio fidei fit ſcientia. 35

Menſuram peccatorum videtur agnoſcere S. Greg. Naz. 241

Menſuram iniquitatis complere. 240.

Meritum & cumulus peccatorum ex viſione Prophetæ. 245

Mereri vitam æternam ſine gratia nemo poteſt. 105

Mereri ex condigno remiſſionem peccati & gratiam per contritionem & actum amoris Dei nemo poteſt (ſecluſo Dei pacto) 423

Meriti nomen ſuperbè & durè excipit Caluinus. 442

Meriti nomen apud claſſicos Eccleſiæ Doctores frequens ante Sorbonam natam. *ibid.*

Meritum in ſcriptura τοῦ ἔργου nomine deſignatur. 442

Merita non à nobis parta per ſufficientiam, ſed in nobis facta per gratiam. 444

Merita noſtra nihil detrahunt meritis Chriſti, contra Caluinum. *ibid.*

Meritum definitur à Guilielmo Aruerno. 445

Meritum duplex ſtatuitur condigni & congrui. *ibid.*

Meritorum dignitas ex ſcripturis elucet. 445

Meritorum dignitas ἀξιοπρεπῆ PP. Græcis, &c. 446

Meriti prima conditio eſt ſtatus viæ in quo ἐκδημοῦμεν peregrinamur à Domino. *ibid.*

Meriti expers locus infernus, vt purgatorium, *ibid.* & nox in qua nemo poteſt operari. *ibid.*

Meriti altera conditio eſt rationis & libertatis vſus actum meritorium elicientis. 447

Merito carent actus puerorum & vſu rationis priuatorum, item indeliberati actus. 447

Meriti alia conditio eſt honeſtas & bonitas moralis, & ea quidem integra. 447

Ad Meritum concurrunt virtutum omnium actus ſecundum proportionem charitatis. 448

Meriti partes primæ tribuuntur charitati *ibid.*

Meritorias beatitudinis virtutum aliarum actiones commendant te-

ſtimonia ſcripturæ. 448

Meriti 4. conditio eſt ſtatus gratiæ ex ſcript & con. 449

Meritum omne vt & gratia propriè Chriſti eſt. *ibid.*

Ad Meriti vim & efficaciam pactum diuinum eſt neceſſarium. 449.

Sub Meritum condignum non cadunt gratia actualis prima, nec gratia habitualis prima nec reparatio poſt lapſum, additur ratio. 451

Ex Merito non eſt τὸ κληθῆναι ϗ δικαιωθῆναι quod vocemur & iuſtificemur. 452

Merito de congruo locus datur in actibus fidei, ſpei & contritionis iuſtificationem præcedentibus. 453

Mereri veniam impropriè peccatores dicuntur à Patribus, ſicut gratia ab iis etiam dicitur fidei & Pœnitentiæ merces. *ibid.*

In Meritum de condigno non cadit perſeuerantia; & ratio additur. 453.

Mereri poſſumus perſeuerantiam ſuppliciter. *ibid.*

Ad Meritum primum de congruo pertinet augmentum gratiæ. 454.

Miracula in omni lege fuerunt. 83 & 84.

Miracula dicuntur pignora diuinæ potentiæ ἐνέχυρα. 84

Miraculum quid ſit. 240

Miraculorum duo genera. *ibid.*

Miraculorum frequentia non miracula deſierunt & cur. 341

Miracula faciunt magi vt & boni & mali Chriſtiani, ſed diuerſo pacto. 341

Motus pij voluntatis non ſunt propriè liberi 171

Motus primò primi, ignorantia inuincibilis, difficultas Auguſtino dicuntur peccata. 276

Mouet Deus hominem ad bonum liberè. 312

In Motione diuina remanet in voluntate libertas αὐτεξουσίας. 313

Motus ſpei & timoris initialis ad timorem initialem requiſiti. 407

Motus arbitrij in iuſtificatione duplex. 419

Motus arbitrij in iuſtificatione debet omnino eſſe liber. 419

Motus ille liber Patribus Græcis notus. 419. & 420

Motus arbitrij in fuga & deteſtatione peccati Pœnitentiæ actibus tribuitur. 420

Motio Dei eſt, reflexio ſeu reactio noſtra eſt. 321

Mortuum eſſe pro omnibus Chriſtum probatur ex Patrib. Lat. 220. & 221.

Mortuum pariter pro omnibus ex Græcis Patribus probatur 223. & 224. & 227.

Mutationes duæ mundi & duo fœdera quæ & terræ motus σεισμοὶ γῆς dicti ſunt. 95

Mutatio altera ab Idololatria ad legem altera à lege ad Euangelium. *ibid.*

N.

NAturæ nomen Deo maximè intrinſecum. 12

Naturæ in Deo ſumma communicatio, gratia extra Deum. *ibid.*

Naturæ inter perſonas diuinas ſumma eſt communicatio, gratiæ vero nulla. *ibid.*

Naturam inter & gratiam non eſt reciproca conſecutio. 13

Natura gratiam aliquo ordine antecedit & quo. 13

Naturæ quod deeſt, gratia ſupplet. 13

Naturæ etiam perfectiſſimæ, principiis gratia non debetur multò

minùs gloria. 14

Naturam ſibi ius gratiæ arrogare, cœlum terræ miſcere eſt. 15

Naturæ ſtatus in ordine ad gratiam eſt quinruplex, puræ 28. integræ 28. innocentis 29 lapſæ 31. reparatæ 33. vide ſtatus.

Naturæ puræ ſtatus poſſibilis eſt. 29.

Naturaliter amoris Dei actus produci poteſt. 73

Naturæ ἀδυναμίαν gratia ſupplet. 79.

Naturæ bonitas an promeretur grariam 113

Natura ipſa omnes mortales diſciplina morali erudiuit. 38

Narura quæ ſibi committitur, dimittitur. 284

Natiuitas & mors corporea penes nos non eſt, ſpiritualis vero eſt. 420.

Neceſſarium molliùs capitur pro vehementi non tamen violento. 157.

Neceſſarium illud πειθανάγκη diceretur ab oratore. ibid.

Neceſſarium aliquid eſt, non tamen violentum. 156

Neceſſarium duriùs pro violento & ἀναγκάζεσθαι pro καταναγκάζεσθαι 157

Neceſſarium & violentum pro vehementi in diuinis motionibus. 157.

Neceſſitas gratiæ in ſtatu naturæ integræ ad bonum ſupernaturale. 47.

Neceſſitas gratiæ ſanantis. 48

Neceſſitas auxilij gratię ad actus ſupernaturales excitantis & corroborantis. 49

Neceſſitas gratię ad bonum morale. 50

Neceſſitas à liberi arbitrij natura & operatione exploditur. 353. & 354

Neceſſitate non poteſt quis bonus fieri. 155

Neceſſitas peccandi nulla propriè 176

Neceſſitas peccandi quid ſignificet apud Auguſtinum. 276

Neceſſitas à gratię efficacis operatione arcetur. 302

Neceſſitas rurſus arcetur. 304

De Neceſſitate eadem doctrina ex S. Auguſt. & Patribus. 306

Neceſſitas hypotetica non tollit libertatem, ſed confirmat. 306

Neceſſitatem à motu gratiæ remouet S. Thomas. 307

Neceſſitatem eandem Doctores orthodoxi & Sorbonica ſchola ab efficacia gratiæ arcent. 307

Niniuitę in ſtatu naturę corruptæ gratiam ſenſerunt. 94

O.

Obiecta ſupernaturalis ordinis abſque gratia cognoſci non poſſunt. 34. & 35

Obduratis grariam ſufficienrem non dari quidam dicunt fulti Patrum & ſcripturę locis ſeptem continuis. 237

Obduratorum & obcœcatorum primus Cain nullam gratiam videtur percepiſſe. 237

Obduratio Pharaonis. 238

Obduratis datur gratia ſufficiens ex Patribus Gręcis. 240

Obdurati Iuliani deſcriptio. 241

Obduratorum duo genera. 240

Obdurare cor poſitiuè repugnat Deo contra Caluini impiè dictum. 266.

Obduratio quomodo contingat. 266.

Obduratis ſemper relinquitur gratia ſufficiens. 242. & 243

Obduratorum Pharaonis & Na-

buchodonozor diuerſi fines. 389

De Obduratis Caluini ſententia iugulatur. 241. 242

Pro Obduratis magis & magis orandum 243. 244

Obduratorum ſpiritus compunctionis quid, & affertur exemplum Paſtoris ouem ſegregantis. 244

Obdurati & impœnitentes patiuntur ἀκούσιν inopiam auxilij diuini non tamen deſeruntur 245

Obdurati gratiam exhorreſcunt. 245.

Obdurati conſtitutio mala non eſt, ſed durities cordis. 266

Opera illa non ſunt bona ſecundum regulam pietatis ſanctorum, ſed moraliter. 51

Opera moraliter bona diſponunt ad gratiam. 51

Opera Cornelij Centurionis bona & mira. 53

Opera infidelium & virtutes quales. 55

Opera extra fidem ad vitam nihil erunt. 56

Opera infidelium rarò, ſed quandoque bona. 57

Opera infidelium quando peccata. 65

Opera infidelium bona, ſed fidei defectu mortua. 62

Opera infidelium ad iuſtitiam perfectam componendam non ſunt efficacia eiuſdem fidei defectu. *ibid.*

Opera infideliũ dici poſſunt placere Deo imperfectè non perfectè vt electorum. 63

Opera iuſtorum meritoria planè à gratia Dei pendent. 138. & 139

Obiectiones circa hanc veritatem diluuntur. 140

Opera ſupernaturalia quæ. 49

Opera iuſtorum & iniuſtorum contra hæreticos non ſunt peccata. 50.

Opera omnia creaturarum à Deo dicuntur produci & quomodo. 178.

Opera iuſtorum vt Abraham, Iob, Dauid, bona ex ſcriptura contra Caluinum. 438

Opera bona ad ſalutem neceſſaria. 439

Opera bona ſunt merita vitæ æternæ βραβεῖον præmium certaminis. 439.

Operum bonorum ratione Deus agonotheta & nobis debitor dicitur. 440

Operum iuſtitiam oppugnantes loci explicantur. 441

Operum imperfectio ex naturæ fragilitate quæ dicitur impropriè peccatum. 441

Ad Operum valorem humilitatis pondus exigitur. 443

Opera humana ſine gratia & iuſtitia Chriſti detrimenta & ſtercora. 443.

Opera mortua inutilia ad ſalutem. *ibid.*

Opera omnia ſalutaria procedunt à gratia gratis conceſſa, non ex merito, ſed ad meritum. 444

Opera bona non pariunt gratiam, ſed per gratiam pariuntur. 451.

Opus bonum ex obiecto ex praua aliqua circunſtantia vitiatum meriti expers eſt. 447

Opus Dei eſt quo in ipſum credimus. 43

Operationes virtutum genus Chariſmatis & quodnam. 339

Operationes virtutum tam latè patent quàm omnipotentia diuina & potentia obedientialis creaturæ. 340.

Ad Operationes virtutum ſpectant miracula. 340

Operans gratia eſt tranſiens quædam motio & actualis influxus, ſicut & cooperans. 165

Operantis gratiæ nomen Græcis Patribus vſitatum χάρις ἐργαζομένη. 155.

Operans & cooperans gratia quomodo differunt ex Sorbonicis 166

Operantis gratiæ deſcriptio ex iiſdem. 166

De Operantis & cooperantis gratiæ natura variæ opiniones. 166

Operantis gratiæ prima pars illuſtratio intellectus. 167

Græcis Patribus dicitur φώτισμος, ἔλλαμψις, χάρις καταυγάζουσα gratia illuſtrans, ἀπόρρητος arcana φωτοφάνεια &c. 168

Operantis gratiæ altera pars dicitur pia motio voluntatis, κίνησις πρὸς ἀφορμή, 169. εἰς ὃ συνθέλει συνεργεῖ. 170.

Operantis gratiæ pij motus in voluntate propriè non ſunt voluntarij. 171

Operans gratia diuiditur in efficacem & ſufficientem. 194. vide ſuis locis.

Operantis gratiæ pars dicitur eſſe in nobis ſine nobis & quomodo. 167.

Operari authoritatem ſignificat. 171

Oracula Sybillarum proxima Prophetiæ 40

Orationes noſtræ nihil valent apud Deum, niſi à filio offerantur. 25

Oratio eſt diſpoſitio ad iuſtificationem. 292

Oratio reorum patrona κεκινδυνευμένων συνήγορος. 293

Oratio recta gratiam requirit. 294.

Oratio pia Dei tyrannis. 295

Oratio vinctorum relaxatio δεσμίων λύσεις. 293

Oratio ad propriam & alienam conuerſionem eſt efficax. 295

Oratio Deum Doctorem habet, &c 295

Origenis doctrinam non hauſerunt Patres Græci 9. nec Origeniſtæ fuerant. 10

Ab Origenis ſtirpe non exurgunt omnes Pelagij errores. 9

Origenem Theologicæ Doctrinæ apud Græcos Patres fuiſſe Principem falſum eſt. 9

P.

Paſſionibus ignominiæ quomodo quis traditur à Deo. 242

Patres non ſunt anteponendi alij alijs 8

Patrum Lectores alij Baſiliræ alij Ioannitæ, alij Gregoritæ Conſtantinopoli. 8

Patrum viſio ſedat diſſidium his verbis ἐν ἑτέρῳ τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ. ibid.

Patrum ſententiæ potiùs conciliandæ quam committendæ 8

Patribus non ſunt tribuendæ hæreticorum opiniones. 9

Patres ὀρθοδοξίας magiſtri, hæretici vero blaſphemæ linguæ. 9

Patrum Græcorum variæ ſententiæ, vide Græci.

Peccatores duobus modis euertuntur. 94

Peccatoribus gratiam reſpuentibus illa non denegatur. 110

Pro peccatoribus obduratis etiam & occœcatis magis ac magis orandum. 243

Peccatoribus obduratis gratia ſufficiens conceditur. 266

Peccatorum: non ibo in Eccleſiam frigidæ excuſationis verba. 418. 419.

Peccaſti: luxiſti? peccatum ſoluiſti. 422

Peccat qui non voluntate, ſed rimore non peccat. 424

Peccator habet in arbitrio vt mutetur. 126

Peccatum, fugere eſt ab adiutorio Dei. 129

Peccati definitio. 127

Peccatum vt vitaretur in ſtatu naturæ integræ gratia erat neceſſaria. 128

Peccatum per legem tollitur, non augetur. 98

A Peccato ad gratiam reuerſio à Deo eſt. 123

A Peccato ad gratiam reuerſio multis modis à Patribus Græcis exprimitur. *ibid.*

A Peccato omni abſtinere ſine ſpeciali Dei gratia, nemo poteſt & loci Patrum ea de re. 128

Peccat omnis iuſtus in terra. 132. & 233.

A Peccato fuit immunis beata Virgo. 134

Peccatum per ſe an vitare poſſit gratiam conſecutus. 135

Peccandi potentia à Deo non autem peccatum. 150

Peccandi quatuor modi furtiuus, excuſatorius, ſurditatis, & inſolentiæ. 163

Peccatorum aliquod extremum videtur Gregorius agnoſcere. 241

Peccatorum etiam cumulus & menſura. 245

Peccandi nulla neceſſitas propriè & quî intelligendus Auguſtinus. 276 277.

Peccatis vitandis gratia exterior à Deo datur. 134

Peccata venialia non ſunt gratiæ directè oppoſita. 375

Peccatum animæ morbus & pernities. 376

Peccatum quomodo opponitur gratiæ ſanctificanti. 377

Peccatum immediatè virtuti opponitur, mediatè verò gratiæ. 337

Peccatum non fecit omnis qui natus eſt ex Deo, Ioan. 5. explicatur. 384

Peccatum quia ſublatum, ideo non imputatur. 398

Peccati macula apud PP. Græcos ὁ ἄσχος &c. *ibid.*

Peccatum nullum eſt quod non cedat Pœnitentiæ virtuti. 421

Peccati remedium luctus ex Pœnitentia. 422

Non Peccare naturæ conueniens eſt. 433

Pelagianiſmi error nouus Angelis gratiam connaturalem non ſupernaturalem eſſe. 15

Pelagianorum error & Semipelagianorum contra neceſſitatem gratiæ ad initium fidei. 42

Pelagius dicit hominem poſſe propriis viribus mandata implere, citra gratiam in ſtatu naturæ corruptæ. 88

Pelagianorum error hominem naturæ viribus poſſe redire ad naturalem iuſtitiam. 122

Pelagiani quomodo extendebant locum illum: Deus vult omnes ſaluos fieri. 215

Pelagianiſmo ſententia Catholica vindicatur. 216

Perficere Dei eſt præeligere hominis: eius explicatio. 117

Perſeuerantia ab auxilio gratiæ pendet toto cap. 141.

Perſeuerantia triplex breuis, diuturna, finalis. *ibid.*

Perſeuerantia à gratia & ſpeciali Dei dono manat. 142

De perſeuerantia Græci & Latini Patres conueniunt. 142. & 143

Perſeuerantia à Chriſto ſuade-

tur his verbis: manete in me, &c. 144.

perſeuerantiæ gratia data Adamo in ſtatu innocentiæ quî differt à gratia perſeuerantiæ quæ nunc datur prædeſtinatis. 271

perſeuerantia non cadit in meritum de condigno, & ratio additur. 453.

perſeuerantiam poſſumus impetrare. ibid.

perſeuerantiæ munus ὁλόκληρον ſi ſub meritum non cadit, tamen ratione pattium non eſt à meritis alienum. 454

petrus habuit gratiam ſufficientem ad non negandum Chriſtum. 283.

Petro neganti affuit gratia dilectionis. 284

Philoſophia Chriſtiana ſola erroris expers & fructuoſa. 40

philoſophica multa dogmata ſunt de fide. 45.

philoſophorum virtutes non ſunt vitia. 55

philoſophica pœnitentia. 126

philoſophi præſtantiſſimi in via morum errauerunt 52

philoſophorum dogmata laudat Theodoretus. 38

philoſophiæ multis effatis præcepta Euangelica concordant. 38.

philoſophi plato, Ariſtoteles &c. veritates fidei Chriſtianæ proximas narrant. 39

philoſophorum dogmata cum quibuſdam Chriſtianis veritatibus confert Lactantius. 39

pœnitentia neceſſaria ad peccatum delendum eſt actus ſupernaturalis. 124

pœnitentia eiuſmodi gratiam requirit. 124

pœnitentiæ origo ab arbitrio non eſt. 125

pœnitentia Moralis. 126. & 127

pœnitentia eſt actus ſupernaturalis, ideo gratia Dei opus habet. 124.

pœnitentia baptiſmus lachrymarum. 421

pœnitentia ex patribus Græcis conſtat. 422

pœnitentis peccatoris deſcriptio. 422.

pœnitentia Niniuitarum in lege naturæ & barbariſmi. 94

poſſeſſio Dei optimum noſtrum eſt. 60

poſſeſſio Dei in fide, hîc, & re in cœlo. 60

poſſibilitatis defectum gratia ſupplet, ſeu naturæ ἀδυναμίαν. 79

poſſibilitas ex Dei gratia eſt. 285.

poſſibilitas præceptorum, vide præcepta.

præcepta legis omnia coniunctim gratiam Dei poſtulant. 88

præcepta ad omnes & ſingulos actus difficiles gratiam requirunt. 89. & ſeq.

Ex præceptis impoſitis gratiæ conceſſio oſtenditur. 92

præcepta legis Moſaïcæ duabus de cauſis opponuntur Euangelicis. 101.

præcepta non ſunt impoſſibilia contra Lutherum & Caluinum. 77.

præceptorum poſſibilitas ex patribus Græcis. 77

præcepta difficilia quandoque appellant Græci patres. 80

præcepta facilia ijdem affirmant nempe per gratiam. 81. & per orationem.

præceptis exequendis quoties vrgent, gratia præſto eſt. 82

Præcepta merè naturalia in ſtatu

naturæ integræ abſque gratia ſeruari poſſunt,& ratio. 86

Præceptum Adæ datum quomodo fuit ſupernaturale. 86

Præceptum illud non fuit planè naturale, ſed poſitiuum. 87

Præcepta decalogi quippe poſſibilia, homines ſemper obſtrinxerunt. 87

Præceptis adimplendis gratiam ſufficientem dari probatur ex iis qui eam in lege repudiarunt. 100

Præceptorum impoſitionem vocat.6. Chryſ ἀφόρητον τὸ φόρτιον. 80

Prçceptis exequendis non imperantur nobis alæ. 78

Prçcepta eſſe poſſibilia abſque gratia ſufficiente obijcitur, & reſpondetur. 285

Prçcepta impoſſibilia Deum imponere in pœnam peccati ridiculum. 286

Prçceptis exequendis datur adultis gratia ſufficiens. 298

Prçcepta imponendo Deus dat gratiam ad ea exequenda 298

Prçparat anima ſeipſam ad ſuſceptionem Doctrinç ſpiritus, explicatur. 111.

Præparare animam hominis eſt, explicatur. *ibid.*

Prçparatio ad gratiam ſine gratia eſt impoſſibilis, tanta gratiç ſublimitas eſt. 107

Prçparatur homo ad fruendum Deo per habitualem gratiam 107

Prçparatio ad gratiam intelligitur ex illo Apoſtoli: non ſumus ſufficientes,&c. & ex Hier. & Pſaltæ locis. 108

Prçparatur voluntas à Domino Prou. 8. 109

Prçparatio ad gratiam intelligitur ex verbis Chriſti, nemo poteſt venire ad me, &c. 109

Prçparatio ad gratiam ex locis Apoſtoli, quis prior dedit Deo? quid habes quod non accepiſti,&c. 110.

Præparatio ad gratiam nota Patribus Græcis, his verbis πορείας κατόρθωσις itineris directio 108. ἐπιμαζία τῆς θελήσεως 109. præparatio voluntatis ἡ τοῦ θεοῦ ἕλξις attractio Dei 110.

Præparate corda veſtra domino, & ſimiles loci explicantur. 127

Prçparatio dupliciter poteſt conſiderari. 299 vide diſpoſitio.

Præſeruatio hominis à peccato etiam exterioti, eſt à gratiâ. 129

Prçueniens gratia eadem quç excitans, operans, vocans. 190

Præuenientis gratiç nomen & res ipſa PP. Grçcis agnita. 190

Prçueniens ab iiſdem χάρις προλαβοῦσα gratia anticipans, προηγουμένη antecedens, ἐπιζητοῦσα quærens. 191

Præueniens noſtram voluntatem à Deo cum negant Patres, intellige motu violento. 118

Præueniens gratia datur non ex merito, ſed ad meritum. 191

Primorum parentum gratia per Chriſtum eſt ſicut omnium hominum. 26

Protheſeos diuerſa ſignificatio. 211.

Promiſſio duplex ſtatuitur conditionata & abſoluta. 260

Prophetia quid ſit. 346

Prophetia quotupliciter ſumitur. *ibid.*

Prophetia in quibuſdam imperfecta fuit, vt in Caïpha. *ibid.*

Prophetia perfecta quç Grçcis ἀναμφίβολος καὶ ἐναργής. *ibid.*

R.

RAtio S. Thomç cur vita æterna non poſſit obtineri ſine

gratia tractatur cum dictis Clementis Alex. 105
Ratio altera S. Thomæ ex verbis Apoſtoli. 106
Ratio S. Gregorij Nyſſ. proponitur. 106
. Ratio S. Chryſoſtomi ex reſponſo Chriſti. 117
Ratio & lumen naturæ hominem docet in ſtatu naturæ integrę Deum appretiatiuè ſuper omnia eſſe diligendum & ſupra ſe ipſum. 71
Rebellionis ſeu reluctationis aduerſus gratiam triplex ſpecies Græcis Patribus δουλοπρεπης ſeruilis, φιλονεικία auerſio contentioſa, & προσπληξία ſtupor. 198
Redimendi omnes fuit voluntas antecedens Saluatoris. 219
Redemptionis & aduentus τῆς παρουσίας Chriſti cauſa & ſcopus omnium ſalus. 223
Redempti omnes non omnes à captiuitate ſoluti. 266
Redemptionis fructu damnati non fruuntur. 264
Redempti ſpeciali iure electi. 265.
Redemptio duobus modis ſpectatur. 226
Redemptio ex parte redimentis & quoad pretium & quoad voluntatem attenditur. *ibid.*
Redemptorum alij ſaluati æterna ſalute, alij non perueniunt ad plenitudinem ſalutis. 265
Redemptio ſeu potiùs reparatio hominis per gratiam τῆς κτίσεως ἁρμονία. 366
Reus iuſtè puniri, ad impoſſibile iuſtè obligari nequit. 329
Reſurgere à peccato ſine auxilio gratiæ nemo poteſt contra Pelagium. 122
Reſurrectio illa ſeu reuerſio à peccato PP. Græcis ἀναψυχαίωσις, χόρησις, &c. 123
Reſurrectio illa eſt actus ſupernaturalis, ideo pendet à gratia adiuuante. 124
Reſurrectio illa fit per pœnitentiam quæ continet actus fidei, ſpei & charitatis, ideo auxilio ſupernaturali opus habet. 124
Reſurrectionem à peccato pendere à voluntate obijcitur & ſoluitur. 124

S.

SAcramenta vaſa gratiæ dicuntur. 22
Sacramentalis gratiæ notatio de qua dicitur χριστιανὸς βοηθεῖν οὐ παύεται non eſſet gratia occultè auxiliari. 184.
Salutem negotiari πραγματεύεσθαι quid. 288
Salutis initium à Deo 115. & 118
Salutis initium ſecundùm Pelagianos à natura. 269
Salus neceſſitate non peragitur. 304.
Salutem cur non omnes conſequantur. 327
Salus indigentium à diuina operatione. 43
Sancti comparatè ἀκάθαρτοι impuri ſi cum Dei ſanctitate conferantur. 442
Sanctificantis gratiæ effectus eſt renouatio hominis interioris. 455
Sanctificantis gratiæ augmentum ad meritum de congruo pertinet. 454.
Sanctificantis gratiæ finis ex ſcriptura & Patribus. 361
Sanctificans gratia, eius nomenclatura, natura & effectus, vide habitualis. *ibid.*
Sanitatum gratia vna ex ſpeciebus chariſmatum ἰαμάτων χάρισμα Græcis quid ſit. 339.

Digitized by Google

Sanitatum gratia ad beneficia tantùm corporalia extenditur. *ibid.*

Sapientia prout eſt Chariſma quid ſit. 337

Sapientia hæc λόγος σοφίας καὶ θεωρίας Græcis PP. dicitur. 339

Scientia prout eſt χάρισμα quid ſit,& dicitur à Græcis γνώσεως λόγος. 337.

Scientia hæc luminare minus vt ſapientia luminare maius. 337

Schiſma moliuntur qui Patrum alios aliis anteponunt. 7

Schiſmatici falſi martyres. 76

Schiſmaticorum patientiam laudat diuus Auguſtinus & opera infidelium. 58

Scriptura diuinæ voluntatis κήρυγμα. 206

A Semipelagianiſmo vindicatur S. Chryſoſtomus. 304

Semipelagianiſmo malè notati Patres Græci cap. 24. 112

Semipelagianiſmo contraria Patrum Græcorum dogmata. *ibid.*

Semipelagianorum error in quo ſit & Theologorum opinio contraria. 269.

Sententiæ Patrum diuerſæ quà fieri poteſt conciliandæ potiùs quàm committendæ. 7

Sorbonicæ Scholæ de bono morali aſſertio. 51

Sorbonicæ Scholæ de morali actione aſſertio. 55

Sorbonicæ Scholæ de eodem bono morali aſſertio. 53

Sorbonæ cenſura ſuper liberum arbitrium. 148

Sorbonæ altera cenſura. 152

Sorbonica doctrina de infidelibus poſitiuis. 235

Sorbonæ Schola docet obduratis non ſemper gratiam denegari. 237

Sorbonicæ Scholę concluſio de gratia ſanante. 128

Sorbonę Scholę aſſertio de auxilio actuali iuſtificatorum. 136

Sorbonici quomodo gratiam ſufficientem definiunt. 291

Sorbonæ & Nauarrę Profeſſores gratiam ſufficientem admittunt. 195.

Sorbonæ ſententia de pueris ſine baptiſmo pereuntibus. 229

Sorbona docet creaturam poſſe à Deo creari in ſtatu in quo eſſet expers gratię & peccati. 29

Sorbona aſſerit hæreticum eſſe dicere,quod infidelis nullum opus moraliter bonum faciunt. 55

Sorbona docet præcepta moralia in ſtatu naturę corruptę non poſſe ſeruari ſine gratię auxilio contra Pelagium. 88

Sorbonę cenſura de Attritionis inſufficientia 425

Sorbona docet ipſos etiam iuſtos non poſſe diu vitare veniales culpas collectiuè abſque gratia ſpeciali. 132

Sorbona quî definit gratiam operantem. 166

Sorbona neceſſitatem ab efficacia gratię arcet. 307

Sorbona docet voluntatem non trahi Phyſica aliqua præmotione. 308.

Spiritus compunctionis quid. 236. & 244.

Spiritus ſanctus gratia dicitur pag. 18.

Spiritus ὑπερεντυγχάνων ſuperintercedens, nos intercedere faciens quomodo dicitur. 274

Spiritum nolite extinguere,explicatur. 376

Spiritus poſtulat gemitibus inenarrabilibus quomodo intelligitur. 274.

Status hominis in ordine ad gratiam quintuplex. 28

Status naturæ puræ medium eſt

peccati & gratię expers. 28

Status naturę purę poſſibilis. 291

Status naturę integrę ſeu rectitudinis quis ſit. 29

Status ille Dei ſupernaturale donum eſt. 29

Status iuſtitiæ originalis complectitur chariſmata & ſupernaturales prærogatiuas. *ibid.*

Status naturæ lapſæ deſcriptio. 31.

Status eius miſeria ab Aug. deſcribitur. 32

Status naturæ reparatæ per gratiam Chriſti medicinalem notus Patribus Græcis. 33

Status patriæ ſeu beatitudinis ſupernaturalis ab illis toto cœlo diuerſus eſt. 28

In Statu naturæ puræ eſt potentia obedientialis paſſiua ad fidem & gratiam. 29

Status rectitudinis eſt donum Dei ſupernaturale & quidem donum gratiæ. 29

Status innocentiæ præter naturæ integritatem ſupernaturales dotes comprehendit. 29

Status innocentiæ prærogatiuas norunt Græci Patres. 30

Status innocentiæ dotes ſeu prærogatiuæ. 29. & 30

In ſtatu naturæ integræ homo poterat virtutis acquiſitæ bonum velle & operari. 46

In ipſo ſtatu neceſſaria fuit gratia ad bonum ſupernaturale. 47

In eodem Statu illa gratia dicitur Græcis PP. θεοῦ δύναμις, ἐμφύσημα, φίλθεον. 47

In Statu naturæ corruptæ homo gratia ſanante indiget ad duo, vt ſanetur, & vt bonum ſupernaturalis virtutis operetur. 48

Status naturæ nullus in quo homo ad gratiam abſque gratia ſe præparet. 107

In Statu gloriæ etiam homo auxilio diuino indigebit. 136

In Statu gratiæ homo indiget auxilio gratiæ actualis ad actiones meritorias. 136

In Statu innocentiæ gratia flectebat voluntatem ad bonum. 268

In Statu innocentiæ gratiæ auxilium erat diuerſum quoad gradum & modum, non quoad ſubſtantiam. 269.

Status omnis indiget gratia efficaci ad effectum ſupernaturalem vel minimum. 271

In Statu poſt lapſum homines ſæpe ſolam ſufficientem gratiam habent. 272

Qui in Statu gratiæ ſunt, illi ἄτρωτοι καὶ ἄσπιλοι ſunt, id eſt, ſine vulnere & macula. 282

In Statu primæuo voluntatem ſuo nutu non autem à gratia ad bonum flecti falſum eſt. 48

In Statu naturæ corruptæ non poteſt homo omnia præcepta implere, ſine gratia ſanante. 88

Status gratiæ ad meritum neceſſarius. 449

In Statu naturæ corruptæ homo non eſt meriti particeps, ſed odio diuino dignus eſt. 449 vide natura.

Subſequens Gratia opponitur antecedenti quid ſit S Auguſtino. 192.

Subſequens gratia vel eſt quæ ſiue mediatè ſiue immediatè præuenientem ſequitur, vel quæ conſenſum per adiuuantem gratiam perfectum ſequi ſolet. 192

Subſequentis gratiæ ſpecies ex ſancto Auguſtino. 192

Subſequentes gratiæ ad gratiam conſeruationis & protectionis reduci poſſunt. 192

Subſequens gratia Gr. Patribus nota. 193

Subſequens gratia ab iis dicitur ἐπισκηνώσεως protectionis, καταδιώξασα perſequens, πτερύγων σκέπη tegumen alarum. *ibid.*

Sufficiens gratia reſpuitur ab hæreticis. 194

Sufficientem gratiam non dari in Sorbonica Schola nemini licet publicis theſibus ſuſtinere. 195

Sufficiens auxilium S. Thomas, Scotus, Doctores Sorbonæ & Nauarræ admittunt. 195

S. Auguſtinus gratiam aliquam admittit minimè efficientem. 196

De ſufficienti gratia Patrum Græcorum ſententia. 197. & 198

Sufficientem gratiam multi ſcripturæ & Patrum loci probant. 199. & ſeq.

Sufficientis gratiæ vis & natura intelligitur ex his Patrum ac ſcripturæ loquendi formulis à 200. ad 206. & ſeq.

Deus dicitur reſpectu hominis συμμαχίαν dare auxilium in pugna, βοήθειαν adiutorium, πρόνοιαν παντοδαπὴν omnigenam prouidentiam χεῖρα manum, φροντίδα curam, ἐπικουρίαν præſidium 200. item συνεργίαν cooperationem τοῦ πνεύματος ἐλέγχους increpationes ſpiritus, &c. 201.

Deus dicitur rurſus hominem καλεῖν vocare, βοηθεῖν iuuare, φωτίζειν illuminare συνεργεῖν cum eo operari, φράττειν ἀμπελῶνα munire vineam, ἐπιμέλειαν ποιεῖν curam ponere, καταπιαίνειν ψυχὰς pinguefacere animas καταρδεῖν irrigare, διαπτερωῦν alatum facere. Deus rurſum dicitur hominem facere αἰδάμενον ἐπικουρημάτων redundantem auxiliis, homo verè per eam πρὸς υἱοθεσίαν ἀναβιῶναι ad adoptionem filiorum peruenire, Deus dicitur φιλόψυχος καὶ φιλάνθρωπος amans animas & homines, παρακαλεῖν exhortari, οὐδὲν βδελύσσεσθαι nihil abominari, οὐ θέλων θάνατον τοῦ ἀνόμου nolens mortem peccatoris. 207

Sufficientes ſunt illæ gratiæ à Deo, homo vero dicitur illas μυκτηρίζειν ridere, οὐχ ὑπακούειν non obedire, οὐ προσέχειν βουλαῖς non attendere conſiliis, ἀντιπίπτειν πνεύματι reſiſtere ſpiritui, ἀπωθεῖν repellere, ἀθετεῖν χάριν repellere gratiam, dicitur homo σκληροτράχηλος dura ceruice ἀντεστηκέναι θεῷ reſtitiſſe Deo, νικᾶν θέλειν δύναμιν velle iactanter ſuperare Dei virtutem, &c. quæ omnia ſatis oſtendunt gratiam ſufficientem. *ibid.*

Sufficientia auxilia dat Deus ad ſalutem ex vi voluntatis antecedentis. 214

Sufficientis ad ſalutem gratiæ fons eſt voluntas diuina. 206

Sufficiens gratia probatur ex pſalte, ſapientia, prophetis 207. rurſus ex Matth. Apoſt. & Patribus. 208.

Sufficiens gratia obduratis & obcæcatis in malo non datur, ex quorundam mente. 273. id ſuadent quidam ſcripturæ loci. 238

Sufficientem tamen gratiam dari probabilius eſt. 240

De Sufficienti gratia obcæcatorum loci ſcripturæ & Patrum. 240. ad 246.

Sufficiens gratia an detur obcæcatis, ex Græcis Patribus. 240

Sufficientis gratiæ auxilia obduratis & ἀπίστοις non deſunt ad gratiam efficacem impetrandam. 326

Sufficientis gratiæ fons alter mors Chriſti. 218

Sufficientis gratiæ auxilia habent infantes ſine baptiſmo mortui. 230

Sufficientem gratiam ad ſalutem

habent infideles. 234. & 235

Sufficiens gratia obduratis & occæcatis an detur. 239.

Sufficiens gratia datur ad præcepta exequenda. 247. & 248

Sufficiens gratia probatur ex locis S. Aug. 248. & ſequent.

Sufficiens gratia ex aliis Patribus probatur. 250. & ſeq.

De Sufficienti gratia, mens Patrum Græcorum.

Sufficientis gratiæ nomina apud Patres Græcos χάρις προκειμένη gratia omnibus expoſita, ἄφθονος χάρις exuberans in omnes gratia. 252

Rurſus dicitur gratia ſufficiens ἧς οὐδὲν τοῦ βίου ἀμέτοχον cuius nulla vitæ pars eſt expers, χάρις ἡ κοινὴ gratia communis, δύναμις χορηγητικὴ potentia adminiſtratrix, χορηγία τοῦ πνεύματος ſuppeditatio ſpiritus, χεῖρα ὀρέγουσα manum porrigens, χάρις δαψιλὴς gratia liberalis, χάρις εἰς πάντας ἐγχεομένη gratia in omnes diffuſa. 253

Rurſus dicitur gratia ἡ κρούει θύρας καρδιῶν quæ pulſat fores cordium, χάρις υἱοθεσίας gratia adoptionis, καλοῦσα πρὸς σωτηρίαν vocans ad ſalutem, τὸ ἴσῳ μέτρῳ διανενεμημένη πᾶσι æquali menſura omnibus diſtributa, χάρις ἡ ἀδιαλείπτως σύνεστι quæ indeſinenter adeſt. 254

Sufficientis gratiæ auxilium non ſemper, ſed opportuna datur. 255

Sufficiens illud auxilium an etiam detur opportunè ſecundum Patres Græcos. 255

De ſufficienti gratia eximia S. Chryſoſtomi & aliorum doctrina. 253.

Sufficientem gratiam oppugnat argumentum primum Pſeudoſynodi Dordracenæ contra redemptionem vniuerſalem refutatur. 257. & 266. & duplex Chriſti voluntas ſtatuitur. 258

Sufficientem gratiam alterum argumentum oppugnans vbi Chriſtus ſponſor dicitur & quomodo, diluitur. 259

In Sufficientem gratiam tertium argumentum de promiſſionibus ſoluitur, vbi duplex promiſſio ſtatuitur. 260

Sufficientem gratiam 4. argumentum oppugnat, de Chriſti morte ad ſolos electos reſtricta ſoluitur, vbi de voluntate Dei & Chriſti & ſcopo eius. 261

Sufficientem gratiam 5. argumentum oppugnat, vbi loci citati explicantur. 261

In Sufficientem gratiam 6. argumentum hæreticorum, vbi negatur nouum teſtamentum ad ſolos electos pertinere, & Eccleſiam ex ſolis electis conſtare. 262

In gratiam ſufficientem 7. argumentum de Chriſti oratione pro ſolis electis, vbi de duplici oratione Chriſti. 263

In ſufficientem gratiam octauum argumentum quod Deus reprobos non nouit, neque miſeretur ſoluitur 263 vbi de Cariſiacæ & valentinæ Synodi mente. 264

In Sufficientem puerorum infidelium, & obduratorum gratiam obiectiones euertuntur. 266.

In ſufficientem fidelium adultorum gratiam obiectionum prima pars confutatur. 267

In ſufficientem gratiam altera pars obiectionum de impoſſibilitate præceptorum diluitur. 274

Sufficiens gratia non adiutorium poſſibilitatis Pelagianorum & differentia vtriuſque. 267. vide auxilium.

Sufficientis gratię aſſertores & poſſibilitatem & voluntatem, &

actionem

actionem adiuuari poſtulant intrinſecè non extrinſecè. 267

Sufficiens gratia vna poteſt eſſe potentior & validior, altera ſecundum diuerſos gradus. 269

Sufficiens gratia non caret effectu, ſed motionem & excitationem voluntatis producit. 269

Sufficientem gratiam tantum ſæpe homines in ſtatu poſt lapſum habent. 272

In Sufficientem gratiam Neoterici blaſphemia 273

Sufficiens gratia datur ad implenda præcepta contra obiectionem quæ ſoluitur. 274

Sufficiens gratia denegari non poteſt ſtante præcepto contra obiectionem. 275

Sufficientis gratiæ negatione Deus non deſerit niſi prius deſeratur. 278

Sufficiens gratia Petri Chriſtum negantis. 283

Sufficiente non minor, dilectionis gratia tunc in Chriſto fuit. 284

In Sufficientem gratiam aduerſus tentationes obiectio ſoluitur. 284 tum altera in eandem. 285

Sufficientis gratiæ deſcriptio. 289.

Sufficiens gratia quomodo in Schola Sorbonica deſignetur. 291

Sufficiens gratia vocatur gratia piæ diſpoſitionis, quæ ex triplici capite ſumitur, actu humilitatis, actu fidei, & orationis neceſſitate. 292

Sufficientis gratiæ ſex auxilia diſponentia ad iuſtificationem. 291

Sufficiens gratia quæ piæ diſpoſitionis vocatur ex bonorum actuũ neceſſitate ſtatuitur apud Græcos Patres. 292

Sufficiens gratia piæ diſpoſitionis his verbis intelligitur apud Græcos Patres, τὴν καρδίαν ἑτοιμάζειν cor præparare τὸ πρέπον μὴ παραδιδόναι non deſerere officium, γνῶναι τίνων παραχρήζομεν noſſe quorum indigi ſumus, εὔχεσθαι precari. 293

Rurſum ἀπολύτρωσιν δωρήσασθαι τῆς ἰάσεως liberationem & medicinam concedere, διὰ τῆς πίστεως ἐπιτυγχάνειν τῆς ἐπουρανίου δωρεᾶς per fidem cœleſte donum conſequi αἰτοῦσιν διδόναι τὰ αἰτήματα αὐτῶν largiri petentibus poſtulata, βοηθεῖν εἰς καιρὸν adiuuare in opportunitate, &c. 294.

In Sufficientem & efficacem gratiam hæreticorum obiectiones diluuntur toto cap. 318.

In ſufficientem gratiam 1. obiectio quis te diſcernit &c 319 2. Deus in nobis operatur velle & perficere 320. 3. gratiæ reſiſti non poteſt 322. 4 Sequi quod ſalus ab hominis voluntate pendeat 326. 5. Gratia Chriſti non eſt omnibus promiſcuè expoſita. 325

Gratiæ inæqualitas & deſertio Dei. ibid.

Surge qui dormis, &c. circa hunc textum tria notantur. 181

Synodi Valentinæ locus à Dordracenis citatus explicatur. 264

Synodi Cariſiacæ locus quî intelligatur. 264

Synodi Dordracenæ obiectiones diluuntur. 257

Synodi Valentinæ determinatio de fidelibus redemptis. 265

T.

TAlentum gratiam vocantem & iuſtificantem & gratis datam quandoque ſignificat. 122

Temporalia quomodo in meritum cadunt cap. vltimo 3. libri.

Theologiæ poſitiuæ & Scholaſticæ neceſſitudo. 199

Tentationes cupiditatum vinci poſſunt. 284

De Tentatione Athanaſij dictum ἡ χάρις τοῦ θεοῦ σε ἱκανοῖ. 129

In Tentationum congreſſu nihil commendabilius inuocatione gratiæ. 130

In Tentatione non deeſt armatura & abundantia ſpiritus. 130

Tentatus poſtulet à Deo liberari. 129

Tentatio nequidem mediocris ſine gratia vincitur. 130

Tentationis omnis remedium ac præſidium gratia Dei. 131

Tentari ſuper id quod poſſumus, non ſinit Deus. 281

Tentatione gratia datur quam ἄμαχον ἐπικουρίαν vocant PP. Græci. 131

In leuiori etiam Tentatione, Dei gratia neceſſaria eſt. 131

Circa Tentationes diſtributim ſumptas Doctorum variæ opiniones. 131

Ad Tentationes ſuperandas & vitanda peccata auxilium exterius datur. 134

Tentationum occaſio Græcis πειρασμῶν ἀφορμή. 135

In tentatione humiliter de ſe ſentiendum. 285

Timor peccandi propoſitum includens, timor gehennæ, timor vitioſus eſt. 424

Timor adhuc eſt ſeruilis, ſed ad ſalutem vtilis. 424

Timor ille εἰσαγωγικὸς καὶ σωτήριος charitatem & ſalutem introducens. 424

Timor ille attritionem comitans ad iuſtificationem diſponit. 425

Totum Dei eſt nihil noſtrum, quomodo intelligendum. 314

Traditio in reprobum ſenſum quomodo intelligitur à quibuſdam. 239

Tradidit Deus in reprobum ſenſum repletos omni iniuſtitia non replendos. 244

Tractio ἕλξις in ſcriptura quid ſit explicatur. 301

Tractio illa eſt prima gratia ſufficiens magnetis virtuti ſimilis. 302

Non Trahit prouidentia ἄκοντας inuitos. 302

Trahimur & manemus αὐτοκίνητοι per nos ipſos mouentes abſque neceſſitate. 308

Trahitur voluntas vocatione congrua & inſpiratione non Phyſica pręmotione. 308

Trahendi ille motus eſt plus quam Phyſicus nempe ſuaſionis & excitationis. 309

Trahit Pater qui habent voluntatis aptitudinem. 302

Tractio illa dicitur ἐπικουρία auxilium ſupernum τὴν ὁδὸν κατευμαρίζουσα viam facilem reddens. 302

V.

VBertas gratiæ in lege noua ſupra veterem. 104

Velle etiam bene Dei auxilio indiget. 115

Veniale peccatum nequidem iuſtus collectiuè vitare poteſt, ſine gratia ſpeciali. 132

Venialium peccatorum triplex genus. 132

Venialiter peccat omnis iuſtus ordinariè ſepties cadet iuſtus & reſurget. 132

Venialium peccatorum Iobi Deus dicitur annotaſſe in ſacculo. 133

Venialiter in multis offendimus πταίομεν. 133

De Venialibus locus ille Ioannis Greci intelligunt, ſi dixerimus quia peccatum non habemus. 133

A Venialibus immunis Beata Virgo & à Patribus Græcis idcirco dicitur ἄχραντος, ἄμωμος. 134

Veniale peccatum ruga potiùs quam macula. 134

Venialis peccati vacuus accuratiſſime dicitur immaculatus. 134

Veritates ordinis naturalis omnes collectiuè ſumptæ abſque gratia cognoſci non poſſunt. 36

Veritatem cognoſcere diuini muneris eſt. 35

Veritates quædam naturales ſpeculatiuæ diſtributim abſque gratia cognoſci poſſunt. 37

Veritates quædam practicę abſque gratia cognoſci poſſunt, & ratio 37

Veritates illæ practicæ ἐγκατασπαρεῖσαι proſeminatæ cogitationibus ſalutares occaſiones. 37

Veritatum practicarum natura eſt διδάσκαλος ἔμφυτος magiſtra innata. 38.

Veritates quædam arduæ gratiam ad ſui notitiam & fidem poſtulare videntur. 38

Ad veritatis notitiam gratia quæcunque neceſſaria non ſolum Dei, ſed Chriſti eſt. 40

Veritatem ſcire non niſi eſt eius, qui ſit doctus à Deo. 39

Veritates quædam naturales etiam fide cognoſcuntur. 45

Veritatis ſupernaturalis cognitio à gratia ſpeciali eſt δῶρον μέγιστον τοῦ θεοῦ. 35

Veritates practicę morales à nullo cognoſcuntur. 38

Veritates ad fidem accedentes auxilium luminis ſupernaturalis poſtulant. 39

Veritas naturalis vix ſine vlla erroris vicinia. 40

Verum omne à quocunque dicatur à Spiritu ſancto eſt, explicatur. 40.

Viatores ἐκδημοῦντες ſoli mereri poſſunt præſertim ſibi & merito quidem pręcipuo. 446

In via ἀγὼν certamen, in patria corona. *ibid.*

Violentum τὸ βιασθὲν quid ſit 155

Violentum deſcribitur οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, cuius principium eſt extra. *ibid.*

Violentum & coactum pro quocunque neceſſario. 157

Virgo beata immunis à quibuſcunque peccatis. 134

Virgo beata à PP. Græcis dicitur ἄχραντος, ἀμόλυντος, ἄμωμος, ἀκηλίδωτος, πανάγια. 134

Virgo ibidem dicitur ἁγία φαιδρὰ θεόφορα &c.

Virtus perfecta nemini contingit, niſi diuina gratia θεία μοίρα. 52

Virtutes infidelium quomodo veræ & quomodo falſæ. 59

De virtutibus infidelium Auguſtini ſententia. 56

Virtutes infidelium ſæpe adulterinæ. 60

Virtutes infidelium verę non ſunt, χρηστικῶς comparatè. 60

Virtutes infidelium verę non ſunt quia non ſunt in ordine ad ſupernaturalem vitam. 63

Virtutes quædam in κακοδοξίαν degenerant. 59

Virtus ἀρετὴ ἀδίδακτος bona eſt habitudo quam non docemur. 38

Virtutes & dona cum gratia in iuſtificatione infuſa ex Gręcis PP. 400.

Virtutum infuſarum diuiſio & infuſio in iuſtificatione. 401

Virtutes infuſæ aliæ ſunt infuſæ quę Deum pro obiecto habent & tres ſunt. 401

Virtutes infuſę alię morales quarum alię per accidens, alię per ſe infuſę dicuntur. *ibid.*

Virtutum harum aliæ Cardinales, aliæ iis ſubordinatæ. *ibid.*

Virtutum neceſſitas ex S Thoma. 402.

Virtutum infuſio ex eodem & ordo in infuſione. *ibid.*

Virtutum gratiam comitantium in iuſtificatione, pompa dicitur ἡ τῶ πνεύματος χορηγία. 402

Virtutis aliquam partem homo ſequi poteſt ſine auxilio Dei, ſed breui fatiſcentem 54

Virtutes veræ non ſunt quæ ad finem ſupernaturalem & ad media illius finis nihil conferunt. 30

Nec Virtus nec ſalus neceſſitate peragitur. 304

Vita æterna excedit proportionem naturæ. 105

Vitæ initium fides, finis charitas. 416

Vita æterna Dei donum eſt. 106

Vita æterna meriti vtriuſque merces, vltimo cap.

Vocans gratia eadem quæ operans & excitans. 189

Vocantis gratiæ nomen in ſcriptura. 190

Vocans gratia Patribus Græcis χάρις καλέσασα κλῆσις. *ibid.*

Vocans gratia nomine vocationis inſignitur. 190

Vocans & præueniens gratia idem ſunt. 190

Vocatio congrua & efficax 298. & 307.

Ex Vocatione diſpoſitio ad gratiam eſt. 116

De Vocatione externa malè intelligitur Auguſtinus à Iunio. 196

Vocatio Dei neceſſitatem non infert. 304. οὐκ ἦν ἀναγκαστὴ ἡ κλῆσις 305

Vocatio Pauli neceſſitate non facta. 305

Vocatio Pauli profuit ſaluti, non nocuit libertati. *ibid.*

Vocatio eſt Dei conſentire vel ab illa diſſentire eſt voluntatis. 307

Vocatione congrua voluntas trahitur. 308

De Vocatione externa interpretans Auguſtinum Caluinus falſi conuincitur. 327

Vocatio ſufficiens & effectrix. 327.

Vocatio externa abſque intrinſeca gratiæ vocatione, otioſa eſt. 325.

Vocatio peccatoris eximia allegoria ad mortem Lazari deſcribitu', 189

Vocari & purgari τὸ κληθῆναι καὶ καθαρθῆναι gratia eſt. 190

Vocare Dei eſt, obedire audientium *ibid.*

Voluntarium τὸ ἑκούσιον & inuoluntarium τὸ ἀκούσιον quid ſit. 155

Inuoluntarium & neceſſarium aliquando pro violento ἀκούσιον κατὰ βίαν. 156

Voluntarium pro libero apud Patres Græcos ἀντὶ τοῦ αὐτεξουσίου. 156.

Voluntaria hominis operatio ἐθελοντὴ à neceſſitate vindicatur. 155

Voluntarium duplex vnum ὁ μὲν ἐκ προαιρέσεως. quod non eſt ex electione, alterum αὐτεξούσιον. 155

Voluntario neceſſitas opponitur: nam neceſſitas eſt eorum ἀεὶ ὡσαύτως ἐχόντων quæ vno eodemque modo ſemper ſe habent. 155

Voluntarium contingentium eſt τῶν ἐνδεχομένων. 156

Voluntarium ſpontaneum καὶ ἐν εἴδει ſæpe apud Patres Græcos occurrit, & enucleari debet. 156

Voluntaria ſeruitus peccati & neceſſitas Græcis Patribus ἐθελοδουλεία. 159

Voluntas humana αὐτοκρατορική. 154.

Voluntatis dominium in actio-

nes αὐθαιρεσίᾳ. 147

Voluntas non nutu ſuo, ſed gratia ab bonum flectitur. 48

Voluntas à Deo poſtulanda vt velimus mandata eius exequi. 89

Voluntas infidelis arbor mala. 61.

Voluntas humana Dei adiutrix, reſpectu gratiæ iuſtificantis. 186

Voluntas Dei pro ſalute omnium. 206. & 207.

Vult Deus omnes homines ſaluos fieri qua ratione. 207

Voluntas Dei duplex, antecedens & conſequens 216

Voluntatis Dei eadem diſtinctio apud Græcos Patres. 212

Voluntas antecedens τὸ προηγούμενον θέλημα, πεῖσμα σφοδρότερον vehemens, βεβαιότατον firmiſſima, τὸ προηγκείμενον præiacens. 212

Voluntas conſequens τὸ ἑπόμενον. *ibid.*

De Voluntate Dei ita loquitur ſcriptura, χρηστὸς κύριος τοῖς σύμπασι bonus Dominus omnibus. 206

Rurſus dicitur Dominus φιλόψυχος, φιλάνθρωπος, amans animas & homines, οὐ βδελυσσόμενος non abominans quæ fecit, οὐ θέλων θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ nolens mortem peccatoris. 207

Rurſus ἀγαθὸς bonus, ἡ χρηστότητος πηγὴ fons benignitatis, μακροθυμῶν patienter agens, πάντας ἀνθρώπους θέλων σωθῆναι omnes homines volens ſaluos fieri. 208

Vult Deus omnes homines ſaluos fieri voluntate antecedente non autem conſequente ex Patribus Græcis. 212. & ſequent.

Ex Voluntate antecedente Deus dat media ſufficientia ad ſalutem. 213.

Vult Deus omnes homines ſaluos fieri, ſuper id loci mens S. Auguſtini & S. Thomæ 214. & 215. & triplex eius expoſitio.

Voluntas Dei formaliter vna eſt ἰσοδυναμίᾳ multiplex. 208

Voluntas Dei duplex beneplaciti τῆς εὐδοκίας quæ in Deo eſt, & ſigni quæ extra Deum eſt 208

Voluntas ſigni quintuplex explicatur. 208

Voluntas beneplaciti eſt duplex, antecedens & conſequens 209

. Voluntas vtraque definitur. *ibid.* & cur ſic dicta. 209

Voluntas antecedens non ſemper eſt efficax, conſequens contra. 209.

Voluntas antecedens perperàm ad voluntatem ſigni refertur. *ibid.*

Voluntatis diuinæ diſtinctio in antecedentem & conſequentem non eſt commentum vt volunt hæretici. 210.

Voluntatis πρόθεσις propoſitum dupliciter vſurpatur, atque tria notantur. 211

Voluntas antecedens & conſequens vtraque σφοδροτέρα dicitur diuerſo ſenſu & quomodo. 211

Voluntatem duplicem ſtatuunt heterodoxi τῆς εὐαρεστίας beneplacentiæ, & εὐδοκίας beneplaciti. 211

Voluntas conſequens duplex, diſpenſatoria & deſperatiua. 213

De Voluntate antecedente Dei triplex D. Auguſtini explicatio ſuper eum locum: vult Deus omnes homines ſaluos fieri 214

De Voluntate eiuſmodi ſententia Catholica a Pelagianiſmo vindicatur. 216

Voluntas antecedens & conſequens exemplo mercatoris iacturam facientis illuſtratur. 217

Voluntate antecedente vult Chriſtus omnes ſaluos fieri, non conſequente, & reſponſio ad myſtas

Dordracenos. 258

Voluntas antecedens ad omnes æqualiter, conſequens ad ſolos electos pertinet. 258

Voluntate prima & inefficaci non autem ſecunda Chriſtus dici poteſt. 259.

Voluntarium fidei quid. 303

Voluntas cum gratia manet incolumis à neceſſitate. 304

Volentes trahit Deus ἑκόντας non autem nolentes ἄκοντας. 304

Voluntas ab omni neceſſitate libera. 305

Voluntas gratiam oblatam accipit vel repudiat, ſi velit contra Caluinum. 306. Obiectionis in hanc doctrinam ſolutio. 306

Voluntas non trahitur Phyſica aliqua præmotione aut qualitate antecedente. 308

Voluntas quomodo determinetur, an per gratiam an per ſeipſam. 311. & 312.

Voluntas & agitur & agit. ibid.

Nec Voluntas ſine gratia, nec gratia ſine voluntate ſalutem operatur. 319

A Voluntate totum eſt vt à cauſa vitali & libera. 321

Voluntas diuerſa in duobus ęqualiter affectis. 328

FINIS.

GREGORIVS THEOLOGVS
ORAT. XX.

De Euſebio Baſilij prædeceſſore initio Arianis conniuente, quem vernaculus obtrectator pro Euſebio Pamphili Cæſarea Palæſtinæ Epiſcopo acceptum fuiſſe, tot faſtidioſis paginis calumniatus eſt.

Ἐγένετό τις πρὸς τὸν ἄνδρα διαφορὰ τῷ πρὸ τούτου καθηγεμόνι. Καὶ τὰ ἐξ οἱ δὲ καθ' ἡμᾶς Ναζωραῖοι πρᾶγμα πλημμελὲς ἐπικινδυνωδέστατον ἀπόστασιν ἐνόσησαν, καὶ ῥῆξιν τοῦ μεγάλου καὶ ἀστασιάστου τῆς ἐκκλησίας σώματος. Οὐκ ὀλίγην καὶ τοῦ λαοῦ μοῖραν προσεταιρισάμενοι, ὅσοι τε τῶν κάτω, καὶ ὅσοι τῶν ἐπ' ἀξίας. Ῥᾷον δὲ τοῦτο ἦν ἐκ τελῶν τῶν ἰσχυροτάτων. ὅτε γὰρ ἀνὴρ ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων, καὶ ἱκανὸς θάρσος παρασχεῖν, εἴπερ ἐβούλετο τοῖς συστήμασι πάντα λυποῦντα δι' ὑποψίας εἶχεν ἡ πόλις ἐκ τῆς περὶ τὴν κατάστασιν ταραχῆς, ὡς οὐκ ἔννομον, οὐδὲ κανονικῶς μᾶλλον ἢ τυραννικῶς τὴν προστασίαν δεξάμενον. Καὶ πρῶτον τῶν δυτικῶν ἀρχιερέων τινὲς μεθέλκοντες πρὸς ἑαυτοὺς τῆς ἐκκλησίας ὅσον ὀρθόδοξον. Docti iudicent, cur Gregorius tam facilem fuiſſe dicat Orthodoxorum ab Euſebio Cappadoce in Cæſarienſem ſedem tyrannicè intruſo diſceſſionem, ex eo quod Legati ſedis Apoſtolicæ Euſebius nimirum Vercellenſis & Lucifer, omnes Orthodoxos ad ſe adiungebant.

EVSEBII LOCVS HISTOR. V. CVIVS SYNTAXIM AC vim idem conuitiator ignorauit.

Ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν τῆς Ῥωμαίων προεστὼς Βίκτωρ, ἀθρόως τῆς Ἀσίας πάσης ἅμα ταῖς ὁμόροις ἐκκλησίαις τὰς παροικίας ἀποτέμνειν ὡς ἑτεροδοξούσας, τῆς κοινῆς ἑνώσεως πειρᾶται, καὶ στηλιτεύει γε διὰ γραμμάτων ἀκοινωνήτους πάντας ἄρδην τοὺς ἐκεῖσε ἀνακηρύττων ἀδελφούς. Victor igitur non inflixit excommunicationem, ſed eam comminatus eſt duntaxat ac intentauit, vti hæc & ſequentia hiſtorici verba, Irenæi Epiſtola, Nicephori aliorumque narrationes clariſſimè teſtantur. De his & aliis plura aliàs.

Errata pauca hæc ſuperſunt.

PAg. 269. 39. nolendi l. volendi. p. 210. 4. commentum l. noſtræ tantum. p. 215. vlt. panis l. ponis et l. eo. pag. 417. 7. l. ὄψονα. Pauca alia vide initio huius voluminis. Reliqua literulis vel apicibus corrupta facile reſtituet Lector, præterita etiam humanè condonabit.

Gratia Dei cum omnibus qui eſtis in Chriſto Ieſu. Amen.
1. Pet. 5. Rom. 16.

Digitized by Google

5-5-1